Albucasis in *practicæ* tract. 21. cap. 10. de retentione urinæ. Walth. V. *pag.* 267.

Arnaldus de Villanova in *breviarii* L. II. cap. 35. de ſtranguria & iſchuria: allium, inquit, tritum appoſitum ſuper caput virginis & in muliere in labiis vulvæ, ſtatim urinam provocat. Walth. V. *pag.* 296.

Guil. de Varignana in *ſecretorum* &c. tract. 14. cap. 1. de productione urinæ: ad tollendam iſchuriam laudat radicem centinodiæ, & trifolium. Cap. 2. de retentione urinæ. Walth. V. *pag.* 371.

J. Matth.

J. Matth. de Ferrariis in *conſiliorum ſecundum vias &c. conſ.* 73. de difficultate urinandi cum mictu ſanguinis & ſanioſo. Walth. V. *pag.* 372.

J. Mich. Savanarola in *practicæ majoris* &c. tract. 6. cap. 22. rubr. 11. de iſchiatica. Cap. 19. de difficultate & retentione urinæ. Walth. V. *pag.* 373.

Marcus Gattinaria in L. *de curis ægritudinum* &c. corticem ovi ad iſchuriam ait egregie valere, ſeque eam efficaciam expertum eſſe. Haller. V. *pag.* 420.

Symphorianus Champier in *practicæ novæ* &c. L. V. cap. 1. etiam de ſuppreſſione urinæ. Walth. V. *pag.* 373.

Godofr. Steghius in *artis medicæ* &c. L. III. cap. 25. de iſchuriæ ratione & curatione. Walth. V. *pag.* 313.

Marianus Sanctus Barolitanus. Ejus *de ardore urinæ, & difficultate urinandi libellus.* Venet. 1558. 8. Haller. V. *pag.* 420.

Petrus de Bayro *de medendis corp. hum. malis* &c. ſect. 14. cap. 7. de retentione urinæ. Walth. V. *pag.* 374.

Hieronym. Cardanus *de cauſis & ſignis* &c. pag. 217. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 374.

Joh. Fernelius in *uniuerſæ Medicinæ* &c. L. VI. de morbis veſicæ: etiam de iſchuria. Walth. V. *pag.* 273.

Vidus Vidius *de curatione membratim* L. X. cap. 21. præſentaneum ait eſſe remedium ſuccum limoniorum cum vino albo epotum, & ſuccum ex raphano acerrimo expreſſum addito pauco ſaccharo. Walth. V. *pag.* 375.

Camillus Thomai in *rationalis methodi* &c. cap. 46. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 423.

Jacob. Sylvius *morb. internor. curat.* pag. 78. de iſchuriæ curatione: helxinem frixam pubi imponi jubet, eamque efficaciſſimam eſſe teſtatur. Walth. V. *pag.* 423.

Ambrosius Paræus in *operum collect.* L. XVI. cap. 48. 49. 50. 55. ad ciendam urinam. Walth. V. *pag.* 301.

Benedictus Victorius in *medicinal. conſil. conſ.* 30. & 31. de iſchuria & ardore urinæ. Walth. V. *pag.* 789.

Christ. a Vega in *artis medendi* &c. L. III. ſect. 9. cap. 11. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 376.

Donat. Ant. ab Altomari in *artis medicæ* &c. *mal.* 99. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 376.

Jodocus Lommius in *medicinal. obſervat.* L. II. pag. 198. (a) de retentione urinæ. Walth. V. *pag.* 425.

Leonard.

(a) Edit. Francof. 1643. 8.

Leonard. Giacchinus in *commentar.* &c. cap. 62. de urinæ ſuppreſſione. Walth. V. *pag.* 376.

J. P. Pernumia in *therapeutices* &c. L. VII. pag. 129. de iſchuriæ curatione. Walth. V. *pag.* 377.

Guil. Rondelet in *methodi curandorum* &c. cap. 5. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 377.

Hieronym. Mercurialis in *Medicinæ practicæ* L. III. cap. 32. de ſuppreſſione urinæ. Walth. V. *pag.* 377.

Idem *de morbis puerorum* &c. cap. 20. interne laudari decoctum centinodii, vel ſaxifragiæ, vel cicerum; ego vero, inquit, ſoleo accipere cucurbitam, in qua diu conſervatum fuit oleum, eamque curo injici in aquam ferventem, & deinde virgam pueri jubeo injici in os cucurbitæ, & hoc remedium efficaciſſimum eſſe expertus ſum ad provocandam puerorum urinam. Walth. V. *pag.* 362.

Victor Trincavellus in *enchirid. med.* L. X. cap. 9. de ſuppreſſione urinæ & ejus cura.

Idem in *conſil. medicor.* L. III. *conſ.* 65. 66. 67. de urinæ ſuppreſſione a variis cauſis. Walth. V. *pag.* 378.

Dominicus Leonus in *artis medendi* &c. ſ. III. L. V. cap. 11. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 378.

Omnibonus Ferrari *de arte medica infantum* &c. L. IV. cap. 10. de urinæ ſuppreſſione. Walth. V. *pag.* 314.

Joh. Riolan in *particul. medendi meth.* ſect. 3. pag. 213. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 378.

Casp. Wolfius in *viatici novi* &c. cap. 41. de mingendi difficultate. Walth. V. *pag.* 428.

Nicol. Piso *de cognoſc. & curandis* &c. L. III. cap. 40. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 379.

Rembertus Dodonæus in *obſervat. med. rar.* cap. 47. de urinæ ſuppreſſione propter fæces in recto inteſtino hærentes. Walth. V. *pag.* 506.

Just. Ortloph. Maroldus in *practicæ medicæ* &c. pag. 237. ad urinæ retentionem. Walth. V. *pag.* 379.

Joh. Crato in *epiſtolar. med.* L. II. pag. 437. (b) ſummopere laudat emulſionem ſemin. violarum purpurear. cum aqua veronicæ paratam. Walth. V. *pag.* 380.

Roder.

(b) Edit. Basil. 1590. 8.

RODER. a FONSECA in *conſultationum* &c. L. I. *conſ.* 97. de iſchuria. In T. II. *conſ.* 96. pro retentione urinæ: virgam auream commendat. WALTH. V. *pag.* 381.

GEORG. BERTINUS in *Medicinæ* &c. L. XII. cap. 18. de iſchuria. In L. XX. cap. 47. de curatione iſchuriæ. WALTHER. V. *pag.* 12.

PETRUS FORESTUS in *obſervat.* & *curat.* L. XXIV. *obſ.* 2. 26. 27. 28. 29. de ſuppreſſione urinæ ex calculo. In L. XXV. *obſ.* 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. de iſchuria ob calculum. In L. XXV. *obſ.* 2. de omni ſuppreſſione urinæ ab excreſcentia carnis in fiſtula urinaria. WALTH. V. *pag.* 381.

EUST. RUDIUS in *artis medicæ* L. II. cap. 39. de urinæ ſuppreſſione. WALTH. V. *pag.* 382.

HIERONYM. CAPIVACCIUS in *method. practicæ Medicinæ* &c. L. III. cap. 30. 31. de iſchuria. WALTH. V. *pag.* 382.

HERCULES SAXONIA in *Medicinæ practicæ* &c. L. III. cap. 39. de iſchuria. WALTH. V. *pag.* 362.

HIERONYM. FABRICIUS in tract. *de operationibus* pag. 75. de urinæ ſuppreſſione. WALTH. V. *pag.* 302.

GUIL. FABRICIUS in *obſervat. chirurg. centuria* II. *obſ.* 65. de mira urinæ retentione. In *cent.* IV. *obſ.* 52. 53. de iſchuria. In *cent.* V. *obſ.* 39. de periculoſa retentione urinæ poſt ſumtam terebinthinam. In *cent.* VI. *obſ.* 48. 49. 50. de ſuppreſſione urinæ. WALTH. V. *pag.* 274.

LUD. MERCATUS *de internorum morb. curat.* L. IV. cap. 12. de urinæ ſuppreſſione. WALTH. V. *pag.* 383.

JOH. WITTICH in *vade mecum* &c. pag. 431. ad urinæ ſuppreſſionem. WALTH. V. *pag.* 383.

JOH. SCHENK in *obſervat. rarar.* L. III. *obſ.* 242. urinæ ſuppreſſio, ſoluta alvo, curata. WALTH. V. *pag.* 16.

JOH. JESSENIUS in *inſtitut. chirurg.* ſect. 3. cap. 16. de obſtaculorum urinam intercipientium remotione. WALTH. V. *pag.* 384.

ANDREAS CÆSALPINUS in *ſpeculi artis medicæ* &c. L. VII. cap. 32. de ſuppreſſione urinæ. WALTH. V. *pag.* 384.

JACOB. FONTANUS in *practicæ* &c. L. III. cap. 36. de ſuppreſſione urinæ. WALTH. V. *pag.* 433.

BARTHOL. CABROL in *alphabet anatomique* &c. Fœmina, quæ per umbilicum mingebat, ſanata, reſtituto itinere naturali. Umbilicus vinctus & igne tactus; & clauſus, qui præter naturam patebat urachus. HALLER. V. *pag.* 275.

CLAUDIUS DEODATUS in *Panthei* &c. ſect. 9. cap. 26. flores tunicæ cum vino cydoniorum exhibitæ potentiſſime urinam provocant: etiam ſuccum naſturtii aquatici cum pauxillo nitri laudat. WALTH. V. *pag.* 385.

Jul. Cæsar Claudinus in *empiricæ rationalis* &c. L. III. ſect. 3. tract. 5. cap. 6. de ſuppreſſione difficili & imminuta excretione urinæ. Walth. V. *pag.* 386.

Theod. Baronius. V. *pag.* 435.

Petrus Pigraus in *epitome præceptorum* &c. punctionem veſicæ habet. Haller. V. *pag.* 17.

Christ. Guarinoni in *conſilior. medicinal. conſ.* 232. 455. 554. de mingendi impotentia. Walth. V. *pag.* 436.

Henricus Smetius in *miſcellaneis* &c. Mors ex retento lotio, diſtenta veſica & gangræna correpta. Haller. V. *pag.* 436.

Daniel Sennertus in *Medicinæ practicæ* parte 3. ſect. 2. cap. 2. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 17.

Hieronymus Venerosi. Ejus *conſultatio reſponſoria de urinæ ſtillicidio, pruritu, & herpete excedente.* Venet. 1611. 4. Haller.

Zacharias a Puteo. Ejus *clavis Medicinæ rationalis ſpagirica, & chirurgica, quæ in tractatu conſultatorio de ſtranguria, pruritu, & herpete excedente ſelectiſſima recludit præſidia. Additur conſultatio reſponſoria Hieronymi Veneroſii.* Venet. 1612. 4. Haller.

Gregorius Horst in *obſervat. medicinal.* L. IV. de morbis infimi ventris *obſ.* 49. retentio totalis urinæ ſine dolore.

Idem in *centuria problemat. decad.* VIII. *quæſt.* 8. an & quomodo oleum ſcorpionum inunctum proſit in iſchuria. Walth. V. *pag.* 276.

Petr. Poterius in *inſignium curationum* &c. *centuria* I. cap. 66. de iſchuria. *Centuria* II. cap. 19. de ſuppreſſione urinæ. Walth. V. *pag.* 387.

J. Philipp. Brendel in *conſiliorum medicorum* &c. *conſ.* 87. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 387.

Guil. Ballonius in *conſiliorum* &c. L. III. *conſ.* 17. de ſuppreſſione urinæ. Walth. V. *pag.* 387.

Theod. Corbæus in *pathologiæ* &c. L. II. ſect. 4. cap. 26. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 315.

Henr. Petræus in *noſologiæ* &c. T. II. *diſſert.* 41. de iſchuria. *Obſ.* 17. iſchuria ex ebrietate laborans ſanatus. Walth. V. *pag.* 388.

Lazarus Riverius in *obſervat. med.* centuria I. *obſ.* 1. 81. 89. de urinæ ſuppreſſione. In *cent.* II. *obſ.* 29. 82. de urinæ ſuppreſſione. In *cent.* IV. *obſ.* 45. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 24.

Idem in *praxis medicæ* &c. L. I. cap. 8. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 388.

Carol. Piso in *ſelectar. obſervat.* ſect. 4. de morbis ventris inferioris cap. 6. de iſchuria memorabili cum ſudore. Walth. V. *pag.* 439.

Joh. Vincent. Finkius in *enchiridii* &c. cap. 30. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 389.

Melchior Sebiz in *manualis*, *ſ. ſpeculi* &c. T. II. parte 4. ſect. 7. cap. 7. ad iſchuriam. Parte 6. cap. 25. ad urinæ infantum ſuppreſſionem. Walth.

Ejus porro diſp. *de urinæ ſuppreſſione.* Argent. 1651. 4.

Ejus diſp. *de ſtranguria.* Ibid. 1657. 4. Haller. V. *pag.* 364.

Epiphanius Ferdinandus in *centum hiſtoriis* &c. Mors ſeptima die ab urina retenta poſt ſeroſum vomitum. Haller. V. *pag.* 354.

Philipp. Hoechstetter in *rarar. obſervat.* dec. VI. cap. 1. iſchuria cauſa mortis. Alberti. V. *pag.* 19.

J. Rud. Camerarius in *ſylloges memorabilium* &c. *centuria* VIII. part. 73. iſchuriam ſolvit anima halecis. Part. 74. in iſchuria decoctum abrotoni cum ſale nitri ſpecificum. Alberti. V. *pag.* 19.

Arnold. Weickardus in *pharmacopeæ* &c. L. I. cap. 16. etiam de urinæ ſuppreſſione. Walth. V. *pag.* 442.

Simon Pauli in *quadripartiti* &c. claſſe II. & III. medicamenta ad iſchuriam. Walth. V. *pag.* 442.

Zacutus Lusitanus *de medicor. princip. hiſt.* T. I. L. II. *hiſt.* 145. &c. de iſchuria.

Idem in *praxis med. admirand.* L. II. *obſ.* 73. 74. 75. 77. de ſuppreſſione urinæ. Walth. V. *pag.* 389.

Jacob. Primerosius in *enchiridii* &c. parte 2. pag. 271. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 443.

Mar. Aur. Severinus *de efficaci medicina* &c. parte 2. cap. 12. de ſectione ad eliciendam urinam neceſſaria. Walth. V. *pag.* 303.

Joh. Walæus in *Medicinæ practicæ* L. II. cap. 17. etiam de iſchuria. Walth. V. *pag.* 390.

Wolfg. Hoefer in *Herculis medici* &c. L. III. de ventris affectibus cap. 4. de retentione urinæ. Walth. V. *pag.* 390.

Philipp. Gruling in *obſervationum* &c. *centuria* II. *obſ.* 2. & in *cent.* IV. *obſ.* 38. de urinæ ſuppreſſione.

Idem in *Medicinæ practicæ* L. IV. part. 2. cap. 6. de iſchuria & dyſuria. Walth. V. *pag.* 391.

Godofr. Moebius in *epitomes inſtit.* L. II. cap. 7. etiam de iſchuria. Walth. V. *pag.* 448.

Nicol. Tulpius in *obſervat. med.* L. II. cap. 43. iſchuria lunatica. In L. IV. cap. 26. Iſchuria undecimo die ſanata. Walther. V. *pag.* 22.

Guerner Rolfink in *epitomes* &c. L. III. cap. 18. de urinæ difficultate. Walth. V. *pag.* 448.

J. Be-

J. Bened. Sinibaldi in γενεανθρωπείας &c. L. IX. tr. 1. cap. 10. iſchuriæ aliisque urinæ laboribus venus auxiliatur. Alberti. V. *pag.* 359.

Thom. Bartholinus in *hiſtor. anatom. centuria* II. *hiſt.* 52. ſuppreſſæ urinæ anatome.

Idem in *epiſtolarum centuria* IV. *epiſt.* 30. de cauſis ſuppreſſionis urinæ. *Epiſt.* 53. medicamentum ex cantharidibus. Walther. V. *pag.* 23.

Joh. Johnstonus in *ideæ univerſæ Medicinæ* &c. L. X. art. 3. de iſchuria. Walth. V. *pag.* 391.

Joh. Petr. Lothichius in *conſil. & obſervat.* L. IV. *obſ.* 11. iſchuria lethalis. Walth. V. *pag.* 23.

Joseph. Schmidt in *Spiegel der Wundarzney* &c. L. III. part. 2. pag. 415. ad urinæ ſuppreſſionem. Walth. V. *pag.* 23.

Dominicus Panaroli in *iatrologiſmorum* &c. *pentecoſte* II. *obſ.* 20. intromiſſio ſyringis per mentulam (in ſuppreſſione urinæ) pluries tentata lethalis. *Obſ.* 40. in ſuppreſſione urinæ recens admodum magni reperti. In *pentecoſt.* V. *obſ.* 17. urinæ in mulieribus retentio. Walther. V. *pag.* 25.

Carol. Arth. Plessius in *enchiridio anatomico* &c. punctionem veſicæ in hypogaſtrio indicat, & inciſionem, quæ fit in perinæo, cum cathetere intus relicto, ante centum annos Parisiis inſtitutum. Ita Haller. V. *pag.* 277.

Joh. Scultetus in *armamentarii chirurgici* pag. 168. (c) de educenda per catheterem urina ſuppreſſa. Walth. V. *pag.* 877.

Godofr. Welsch in *Hebammenbuch* parte 3. cap. 43. de urinæ ſuppreſſione infantum. Walth. V. *obſt. art.*

Oswald Grembs in *arboris integræ & ruinoſæ* L. II. cap. 1. ad iſchuriam. Walth. V. *pag.* 27.

Caspar Reies in *Elyſ. jucund. quæſt. camp. quæſt.* 87. exempla rara diuturnæ ſuppreſſionis urinæ. Alberti. V. *pag.* 27.

Petr. Mich. de Heredia in *oper. med.* T. III. L. IX. de morbis acutis cap. 2. &c. de urinæ ſuppreſſione. Sect. 10. cap. 1. &c. de urinæ ſuppreſſione ob vitium veſicæ, & ejus cura. Walther. V. *pag.* 454.

Georg. Hieronym. Welsch in *obſervat. propriis* &c. Iſchuria Parisiis conpuncta veſica ſublata. Haller. V. *pag.* 30.

Joh. Muraltus in *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* V. *obſ.* 33. de iſchuria a ſcirrho proſtatæ & veſicularum ſeminalium. Haller. V. *pag.* 30.

(c) Edit. Norimberg. 1657. 8.

J. Henr. Meibom. Ejus diſp. *de ſuppreſſione urinæ.* Helmstadt 1676. 4. Haller. V. *oſſ. morb.*

Nic. Mourik. Ejus diſp. *de iſchuria.* Leid. 1668. 4. Haller.

Frid. Hoffmannus in *inſtitut. med.* L. III. cap. 75. de urinæ cohibitione. Walth. V. *pag.* 393.

In *Act. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* II. *obſ.* 2. iſchuria lethalis ex calculo renum. *Ann.* IV. V. *obſ.* 59. iſchuria ex diſtenſione emulgentium. *Obſ.* 74. iſchuria triduana curata. *Ann.* X. *obſ.* 78. iſchuria diuturna aliquoties recidivans non lethalis. *Dec.* II. *ann.* II. *obſ.* 114. iſchuria ex glandulis in & extra veſicam calloſis. *Ann.* V. *obſ.* 89. iſchuria quindecim dierum curata acidulis. *Obſ.* 135. iſchuria lethalis. *Ann.* VI. *obſ.* 240. iſchuria octiduana, etiam duodecim dierum curata. *Ann.* IX. *obſ.* 61. iſchuria inopinato terrore curata. *Obſ.* 163. iſchuria ex caſu ab alto. *Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 139. iſchuriæ curioſa curatio. *Ann.* III. *obſ.* 69. iſchuria pueri recens nati immiſſo in penem pediculo, illico ſoluta. *Ann.* VII. *obſ.* 115. iſchuria, oleo ſcorpionum ex errore ſumto, curata. In *Cent.* I. pag. 66. urinæ retentio ab abuſu veneris. *Obſ.* 152. retentionis urinæ inſolita cura per fortuito factam candelæ cereæ intromiſſionem in veſicam. In *Cent.* IX. pag. 455. iſchuria ſucco cochleariæ curata. Alberti. V. *pag.* 31.

Jacob. a Teffelin. Ejus diſp. *de iſchuria.* Leid. 1671. 4. Haller.

Ehrenfr. Hagedorn in *obſervat. & hiſtor. centuria* II. *hiſt.* 35. de iſchuria ſingulari. Alberti. V. *pag.* 33.

Georg. Wolfg. Wedel. Ejus *æger iſchuria laborans.* Jen. 1699. 4. Haller. V. *pag.* 34.

Franc. Sylvius. Ejus diſp. *de iſchuria.* Leid. 1671. 4. Haller. V. *pag.* 35.

Georg. Frank. Ejus *caſus de dyſuria ad ſtranguriam vergente.* Heidelberg. 1686. 4. Haller. V. *pag.* 637.

J. Nic. Pechlin in *obſervationum* &c. *obſ.* 10. iſchuriæ latentes cauſæ. Alberti. V. *pag.* 37.

J. Nic. Binninger in *obſervat. & curat. centuria* I. *obſ.* 60. iſchuria a fæcibus induratis. Alberti. V. *pag.* 37.

Car. Frid. Gruber. Ejus diſp. *de ſtranguria.* Argent. 1674. 4. Haller.

Rudolph. Wilh. Krause. Ejus diſp. *de iſchuria.* Jen. 1686. 4. Haller. V. *pag.* 813.

Alphonsus Kohn. V. *pag.* 40.

Johannes Dolæus. V. *pag.* 40.

Nicol.

Nicol. Blegny in *zod. med. Gallici ann.* 1680. *Maj. obſ.* 3. urinæ ſuppreſſio lethalis. *Ann.* 1681. *Febr. obſ.* 2. in urinæ ſuppreſſione catheteris uſus. Alberti. V. *pag.* 42.

Gerard. Blasius in *Medicinæ univerſæ* &c. L. III. ſect. 31. de urinæ ſuppreſſione. Walth. V. *pag.* 365.

J. Georg. Trumpf. V. *pag.* 43.

Lucas Schroeck. V. *pag.* 43.

Felix Platerus in *obſervat. med.* Iſchuria ex veſicæ ulcere. Haller. V. *pag.* 46.

François Tolet. V. *pag.* 511.

Augustinus Quirinus Rivinus, Profeſſor Lipſienſis. Ejus diſp. *de iſchuria.* Lips. 1682. 4. Haller.

In *Actis Eruditor. Lipſ. ann.* 1700. *Aug.* pag. 370. ſigna iſchuriæ deſperatæ. *Ann.* 1714. *Maj.* p. 198. ad iſchuriam pereira brava. *Ann.* 1717. *Jan.* p. 28. in iſchuria urina per alvum excreta. *Ann.* 1727. *Sept.* p. 102. iſchuria lethalis ex tumore proſtatarum; pag. 402. iſchuria ex ulcere renum. Alberti. V. *pag.* 49.

Rudolph. Jacob. Camerarius. V. *pag.* 50.

Mich. Bernard. Valentini in *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* VII. VIII. *obſ.* 50. punctura in perinæo felix adverſus iſchuriam, adhibita acu triquetra. Haller. V. *pag.* 51.

Vitus Riedlin in *lineæ medicæ* &c. *ann.* III. *Febr. obſ.* 2. iſchuria ab excreſcentia glanduloſa in collo veſicæ lethalis. *Decemb. obſ.* 11. iſchuria in infante quinquemeſtri curata. *Ann.* IV. *Maj. obſ.* 25. iſchuria laborans ſe ipſam juvans; *Sept. obſ.* 7. iſchuria, frigida externe applicata, curata.

Idem in *curar. medicar. cur.* 579. iſchuriæ cauſa valde latitans. Alberti. V. *pag.* 52.

Daniel Leger. Ejus diſp. *de iſchuria.* Leid. 1684. 4. Haller.

Johannes Mery. V. *pag.* 816.

J. Jacob. Hauser. Ejus diſp. *de iſchuria integra urinæ ſuppreſſione.* Basil. 1690. 4. Haller.

Frid. Ruysch in *obſervat. anatom. obſ.* 15. iſchuria ex calculis in urethra hærentibus. Alberti. V. *pag.* 63.

Paulus Spindler in *conſignat. obſervat. obſ.* 56. 57. iſchuria lethalis ex obturatione amborum ureterum. *Obſ.* 58. iſchuria præter ſpem curata. *Obſ.* 59. iſchuriæ rara cauſa. *Obſ.* 60. iſchuria epilepſia curata. Alberti. V. *pag.* 64.

J. Godofr. Berger. Ejus diſp. *de iſchuria.* Witteberg. 1691. 4. Haller.

J. B. Verduc. in *traité des operations* &c. cap. 12. de punctura perinæi. V. *pag*. 305.

J. P. Riebe. Ejus diſp. *de iſchuria*. Leid. 1693. 4. Haller.

Petr. Doye & J. Gelly *an iſchuriæ emeticum*. Paris 1694. 4. Haller.

Dionys. Vincent. Drouin in *lettre à M.* Faugon de punctione veſicæ: de inmiſſo tubulo adverſus iſchuriam. Noſter mavult uti acu triquetra. Haller. V. *pag*. 67.

Eduardus Baynard in *Phil. Tranſ. n*. 215. lotium ſuppreſſum datis acidulis medicamentis liberavit. Haller.

Elias Camerarius. Ejus *vitia urinæ vias & viciniam illarum adſtringentia*. Tubing. 1733. 4. Haller. V. *pag*. 70.

Philipp. Georg. Huth. Ejus diſp. *de iſchuria*. Altdorf. 1703. 4. Haller.

J. Ludov. Petit in *traité des maladies* &c. T. III. urinæ retentio in veſica, in rene, in uretere; a calculo in urethra. Iſto in caſu adminiſtratio Petiti. A calculo ſub præputio nato, a tumente glandula proſtata: exempla ubi eventus funeſti, & ſigna tumentis proſtatæ. Ab ipſo conatu catheteris, & effuſo ſanguine, via liberata, ut catheter nunc ſubiret. Catheter figuram literæ ω referens, quem noſter in veſica relinquit, quoties lotium retinetur. Abſceſſus proſtatæ (non infrequens malum). Urethra a retenta veſica rupta, lotium in celluloſam telam effuſum. Paralyſis veſicæ: frigore tunc lotii exitus adjuvatur. Catheteres varii, eorumque uſus prudentior. Gangræna & mors a violentia catheteris in veſica relicti. Retentio lotii renalis. A partu involuntario rupta veſica, urina in vaginam viam ſibi fecerat, eam cruſta obduxerat lapidea. Urina per umbilicum fluens. Ita Haller. V. *pag*. 76.

G. B. Kaufman. Ejus diſp. *de iſchuria*. Leid. 1707. 4. Haller.

Hermannus Boerhaave. V. *pag*. 79.

Adrian. Helvetius. Ejus diſp. *de puncto*. Leid. 1709. 4. Auctorem putares eſſe Bidloum, niſi in operibus hæc diſſertatio omiſſa fuiſſet. De punctione in perinæo agit. Ita Haller.

Laurent. Heister in *Chirurgiæ* parte 2. cap. 144. de punctura perinæi. V. *pag*. 82.

Mich. Alberti. Ejus diſp. *de dyſuria ſenili*. Halæ 1728. 4. Haller. V. *pag*. 608.

Johannes Fantoni. V. *pag*. 87.

Christoph. Erh. (vel Ern) Kleinfeld, Ejus diſp. *de natura, curaque iſchuriæ*. Duisburg 1716. 4. Haller.

Jac.

JAC. de WITTE. Ejus diſp. *de iſchuria.* LEID. 1717. HALLER.

JOH. ASTRUC. Ejus *ergo ex anatome ſubtiliori medicina certior.* PARIS 1753. Refertur LITTRIANA curatio hominis iſchuria laborantis, quem compuncta veſica ſervavit. HALLER. V. *pag.* 697.

SABOURINUS in ſuo libello, qui a. 1719. prodiit, punctionem perinæi a ſe factam deſcripſit. Ita HALLER.

J. RUDOLPH. ZWINGER. V. *pag.* 93.

RENATUS JAC. CRESC. GARENGEOT in *traité des operations* &c. MERYUM puncturam veſicæ in iſchuria adhibuiſſe. HALLER. V. *pag.* 306.

CHRIST. FRIDER. JOERDENS. V. *pag.* 96.

GIROLAMO MARINI in *prattica* &c. Iſchuria renalis, dum nullum eſt in veſica impedimentum. HALLER. V. *pag.* 307.

CHRISTOPH. JACOB. TREW in *Comm. Litt. Nor.* a. 1743. *h.* 32. de iſchuria funeſta abſque vitio viarum urinariarum, etſi lapillus exciſus fuerat. HALLER. V. *vuln. capit.*

ROGER DIBON *ſuite de la deſcr. &c. dans laquelle on traite des retentions d'urine & des maladies de l'urethre.* PARIS 1748. 12. BOEHMER. V. *vener. morb.*

PETR. GERICKE. Ejus diſp. *de exulceratione veſicæ.* HALÆ 1724. 4. Ejus diſp. *de iſchuriæ cauſis.* HELMSTADT 1736. 4. HALLER.

FRANCISCUS COLOT. V. *pag.* 523.

HERMAN (vel HENR.) PETRUS MEYER. Ejus diſp. *de punctura veſicæ urinariæ & iſchuria veſicæ.* MARBURG. 1727. 4. Propria aliqua habet, exempla varia calculorum. HALLER.

HERM. PAUL. JUCH. Ejus diſp. *de dyſuria.* ERFORD. 1736. 4. HALLER. V. *obſt. art.*

JACOB. DENYS. V. *pag.* 527.

JOSIAS WEITBRECHT in *Comm. Litt. Nor.* a. 1733. *h.* 2. de punctura veſicæ ſupra os pubis facta, cum in perinæo non ſucceſſiſſet. HALLER.

CAR. GIANELLA in *ſaggio di Medicina Italiana.* VENEZ. 1734. 4. refert de iſchuria funeſta. HALLER.

ERN. FRID. SCHMIDT. V. *pag.* 105.

A. JOERDENS in *Comm. Litt. Nor. n.* 33. agit de variis iſchuriæ cauſis & caſibus. HALLER.

J. SEBAST. ALBRECHT. V. *pag.* 107.

GEORGE de la FAYE in *cours des operations* &c. de iſchuria ejusque remediis multa addit. HALLER. V. *pag.* 308.

PAUL. HENR. VOGEL. V. *pag.* 118.

SAMUEL

SAMUEL SHARP in *critical inquiry* &c. fuſe etiam agit de incidenda urethra, de punctione veſicæ, quæ acu fit triquetra ſupra os pubis defixa, quam adminiſtrationem laudat. HALLER. V. *pag.* 309.

ARCHIBALD CLELAND in *Phil. Tranſ. n.* 461. invenit catheterem fiſſilem, qui aptam ſedem pro compungenda veſica demonſtret. HALLER.

OLAUS ACRELL. V. *pag.* 131.

JACQUES DARAN in *recueil des obſervations* &c. cicatrices calloſas prope oſtium proſtatæ, excreſcentias ſcirrhoſas, fungos proſtatæ & veſicularum urinæ iter etiam impedire, frequentius tamen carunculas. HALLER. V. *vener. morb.*

HENR. FRID. DELIUS. V. *pag.* 137.

J. BAPTISTA BERGST. Ejus diſp. *de iſchuria vera.* LEID. 1748. 4. HALLER.

ERN. ANT. NICOLAI. Ejus diſp. *de quibusdam excretionis urinæ vitiis.* JEN. 1764. 4. HALLER. V. *pag.* 493.

JOH. BALTH. EHRHART. V. *pag.* 139.

JOH. FRID. CARTHEUSER, (Profeſſor pathologiæ & therapiæ Francofurtenſis ad Mœnum, qui obiit 22. Jun. 1777.). Ejus & BORCHARD diſp. *de iſchuria, & dyſuria.* FRANCOF. ad VIADR. 1750. 4. HALLER.

GEORG. HEUERMAN in *vermiſchte Bemerkungen* &c. Punctura veſicæ ſupra os pubis, cum exitus a calculo obſtrueretur, felici eventu facta. HALLER. V. *pag.* 310.

TOUSSAINT BORDENAVE. Ejus & LAMBERT diſp. *de veſicæ paracenteſi.* PARIS 1765. 4. HALLER. V. *ocul. morb.*

JOSEPH. LIEUTAUD in *précis de la Medecine* &c. Iſchuria ex indurata, quam vocat, mola veſicæ. Catheter rectus ad iſchuriam optimus.

Idem in operis nova & aucta editione *ſynopſis* &c. de tumente in oſtio veſicæ callo, qui urinæ exitum intercepit. HALLER. V. *pag.* 151.

CHRIST. GOTTL. LUDWIG. Ejus diſp. *de iſchuria ex veſicæ tumoribus.* LIPS. 1767. 4. Integra morbi hiſtoria cum cadaveris diſſectione. HALLER. V. *pag.* 722.

ROLAND. MARTIN. V. *pag.* 155.

MARTIN. V. *pag.* 157.

LEAUTAUD. V. *pag.* 159.

DIEDERICH TIMMERS. Ejus diſp. *de iſchuria.* LEID. 1757. 4. HALLER.

HENRICUS KERSCHNER. Ejus diſp. *de iſchuria.* WIEN 1758. 4. HALLER.

AMBROSIUS DAWSON in *Phil. Tranſ.* L. I. P. I. de diuturna iſchuria ſponte ſanata. HALLER.

CLAUD. POUTEAU. V. *pag.* 170.

CHRI-

Christoph. Molinari in *Nov. Eph. Nat. Cur. Vol. III. app.* refert de proſtata ulceroſa & fungoſa, hinc nata iſchuria aqua calcis & cortice Peruviano ſanata. Haller. V. *ſcirrh.*

Georg. Andreas Gloxin. Ejus diſp. *de iſchuria.* Montpelier 1761. 4. Quadraginta tres hujus mali ſpecies recenſet, totidem ex diverſis cauſis natas. Haller.

Joseph. Cavallini in *collezioni iſtoriche* &c. T. II. Iſchuria: punctura hypogaſtrii fruſtranea, cum veſica durior, colon ſideratum, lotium in abdomen effuſum eſſet. Haller. V. *pag.* 179.

Daniel Lyson. V. *pag.* 180.

Agasson. V. *pag.* 181.

Denis. V. *pag.* 181.

J. Christ. Hennicken. V. *pag.* 184.

Charles Bisset. V. *pag.* 191.

Carol. Richard de Beauregard, chirurgus Gallus. Ejus *nueva diſſertacion chirurgica de las infermidades, que ſe opponon a la expulſion de la urina.* Madrit 1767. 4. Haller.

Georg. David Albrecht. Ejus diſp. *de iſchuria.* Gotting. 1767. 4. Haller.

F. Thomlinson. V. *pag.* 205.

J. Christ. Ant. Theden in *Nov. Eph. Nat. Cur. Vol. V. obſ.* 68. a repulſa tinea ſphacelus in perinæo, pene, & ſcroto, & urina ſuppreſſa. Veſica perforata acu cannulata, quam digitus in anum datus dirigebat. Haller. V. *pag.* 211.

Philipp. Henr. Gerhard Petersen. Ejus *caſus iſchuriæ ex materia podagrica ad veſicam delata.* Argent. 1772. 4. Diſputatio. Poſt intermiſſos podagræ inſultus iſchuria, quam podagra in manibus & pedibus erumpens ſuſtulit. Haller.

Matth. Franc. Alix. V. *pag.* 218.

J. Henr. Blumenthal. V. *obſt. art.*

Lempereur. V. *pag.* 229.

J. Leberecht Schmucker. V. *pag.* 230.

Andree. V. *pag.* 244.

Nourse. V. *pag.* 247.

Vilde. V. *pag.* 254.

LABIUM LEPORINUM.

Aurelius Cornelius Celsus in *re medica* L. VII. cap. 9. quomodo labia curta ſarciri & curari poſſint. Walther. Vide *pag.* 287.

Hieronymus a Brunswich in *Buch der Chirurgie* &c. Funeſta curatio labii leporini. Haller. V. *pag.* 4.

Petrus Franco in *traité des hernies* &c. etiam de labio leporino agit, & de palato fiſſo, multo felicius, quam quiſquam antiquorum. Haller. V. *pag.* 801.

Jacques Guilemeau in *Chirurgie Françoiſe* &c. labium leporinum fere ad ſaporem ſeculi noſtri curat. Haller. V. *pag.* 11.

Hieronym. Fabricius in tract. *de operationibus chirurgicis* pag. 30. quomodo labia curta reſarciantur. Walth. V. *pag.* 302.

Durantes Scacchius in *ſubſidio Medicinæ* &c. etiam labium leporinum. Haller. V. *pag.* 15.

Joh. Schenk in *obſervat. rarar.* de capite humano *obſ.* 410. labio curto nati. Walth. V. *pag.* 16.

Felix Platerus in tract. III. *de vitiis* cap. 1. etiam de labii ſuperioris diviſionis cura. Walth. V. *pag.* 385.

J. Rud. Salzmannus in *obſervationibus anatomicis* Amsterdam 1669. 12. exemplum habet labii leporini ad ſellam equinam uſque diviſi, cujus curatio mortem intulit. Haller. V. *pag.* 711.

Daniel Sennertus in *Medicinæ practicæ* L. I. parte 1. cap. 4. de labiis leporinis & curtis. Walth. V. *pag.* 17.

Henr. Petræus in *Handbüchlein* &c. tract. 10. cap. 8. de labiis leporinis. Walth. V. *pag.* 18.

Melchior Sebiz in *manualis*, *ſ. ſpeculi* &c. T. I. part. 2. ſect. 4. cap. 3. ad labia leporina. Walth. V. *pag.* 364.

Arnold. Weickardus in *pharmacopœæ* &c. L. IV. pag. 622. de diviſione labii ſuperioris. Walth. V. *pag.* 389.

Mar. Aur. Severinus *de efficaci medicina* part. 2. de ſectionibus cap. 125. de ſutura labiorum leporinorum. Walth. V. *pag.* 303.

Joh. Scultetus in *armament. chirurg.* pag. 127. (a) de labiis leporinis. Walth. V. *pag.* 877.

Henricus v. Roonhuysen. V. *pag.* 28.

Eberhardus Goekel in *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann. VII. obſ.* 127. duplex labium leporinum. Haller. V. *obſt. art.*

Georg.

(a) Edit. Norimberg. 1657. 8.

GEORG. WOLFG. WEDEL in L. *de morbis infantum* JENÆ 1717. 4. labium leporinum uncinulis adglutinatis abſque acubus intra octiduum ſe ſanaturum ſperat. HALLER. V. *pag.* 34.

SALOMON REISEL. V. *pag.* 35.

PETRUS ROMMEL in *Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann. IV. obſ.* 84. de labiis leporinis in porcellis viſis. HALLER. V. *obſt. art.*

GEORG. FRANK. Ejus diſp. *de labiis leporinis.* HEIDELBERG. 1686. 4. HALLER. V. *pag.* 637.

GERARD. BLASIUS in *Medicinæ univerſæ* parte 11. ſect. 6. cap. 2. de morbis labiorum, etiam de labio leporino. WALTH. V. *pag.* 365.

CHRISTOPHORUS VOELTER. V. *obſt. art.*

MATTH. GODOFR. PURMANN in *chirurgiſchen Lorberkranz* &c. productiſſimum labium ſuperius feliciter decurtavit. Labio leporino ſimile malum ſolo emplaſtro ſanatum; ſic labium leporinum. HALLER. V. *pag.* 45.

In *Actis Erudit. Lipſienſ. ann.* 1687. *Menſ. Jul.* pag. 398. labii leporini cura. *Ann.* 1717. *Sept.* pag. 408. labium leporinum ſutura ſicca curatum. *Ann.* 1719. *Jun.* pag. 253. inſtrumenta pro labiis leporinis. ALBERTI. V. *pag.* 49.

JOHANNES MUYS in *Podalirio redivivo* &c. SYLVIUM maluiſſe abſque acubus labium leporinum curari, & felices eventus ſe ipſum vidiſſe. HALLER. V. *pag.* 51.

VITUS RIEDLIN in *lineæ medicæ ann.* VI. *Febr. obſ.* 29. labia leporina ter viſa. ALBERTI. V. *pag.* 52.

J. B. VERDUC in *traité des operations* &c. cap. 23. de operatione labii leporini. V. *pag.* 305.

POLYCARP. GOTTL. SCHACHER. Ejus diſp. *de labiis leporinis.* LIPS. 1704. 4. HALLER. V. *ocul. morb.*

CHRIST. HENR. ERNDL. V. *pag.* 82.

LAURENTIUS HEISTER. Ejus diſp. *de labiis leporinis.* HELMSTADT 1744. 4. Conjunctus uſus emplaſtrorum glutinantium, quæ labia adducant vulneris, & futuræ circa acus intortæ. Vitta ad labium leporinum. Duplicis ejusmodi labii curatio, qua ipſe HEISTER defunctus eſt. HALLER.

Idem in *Chirurgiæ* parte II. cap. 75. de labio leporino. V. *pag.* 82.

JAC. STAALKOPF. V. *pag.* 93.

In *Breslauer Sammlung.* V. *pag.* 93. 94. 98. 100. 101.

GIROLAMO MARINI. V. *pag.* 307.

J. STORCH. V. *obſt. art.*

BERNARD. SIEGFR. ALBINUS in *adnotationibus* &c. labium leporinum cum defectu palati, & oſſei & mollis, & uvulæ, & interſtitii narium. HALLER. V. *pag.* 522.

HENRICUS VYLHOORN in HEISTERI *inſtitutionibus* &c. labium leporinum ſanari poſſe adſerit, etiam quando oſſium adeſt intervallum. Non ante 40. diem ſe id labium conſuere. HALLER. V. *pag.* 106.

CLAUD. NIC. le CAT in *Mercure de France* 1756. *April.* eſt ejus curatio labii leporini. HALLER. V. *pag.* 529.

ZACHARIAS VOGEL. V. *pag.* 115.

SAMUEL SCHAARSCHMIDT in *mediciniſchen und chirurgiſchen* &c. T. III. duplex labium leporinum curatum exciſo medio oſſis fragmento. HALLER. V. *pag.* 115.

GEORGE de la FAYE in *cours des operations* &c. non debere labia leporina forcipe comprimi.

Idem in *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. I. de labio leporino duplici curato. HALLER. V. *pag.* 308.

JOACH. FRID. HENKEL in *Abh. der chir. operat.* T. V. loco acuum ad labium leporinum bacillos argenteos nodulo donatos immittit. HALLER. V. *pag.* 309.

HERISSANT in *Hiſt. de l'Acad. des ſciences* a. 1743. de labio leporino, amiſſis etiam oſſibus turbinatis inferioribus. HALLER.

PLANQUE in *bibliotheque* &c. labium leporinum a D. la FAYE curatum, eminentia oſſea forcipe remota, reliqua curatione ad vulgarem modum. HALLER. V. *pag.* 130.

OLAUS ACRELL in diſſ. *om nodwändigheten* &c. male FOUBERTUM cartilaginis naſi partem in labio leporino reſecuiſſe. HALLER. V. *pag.* 310.

ANTONIUS LOUIS in *Mem. de Chirurgie* T. IV. agit de meliori labii leporini ſectione. Scalpellum forcipi præfert: nullas acus in vulnere relinquit, quod adductis labiis facile conferveat, ſolis emplaſtris glutinantibus adhibitis. Duplex etiam labium leporinum ſanavit. HALLER. V. *pag.* 133.

ANDREAS LEVRET. V. *obſt. art.*

GEORG. HEUERMAN in *vornehmſten chirurgiſchen operationen* &c. T. III. labium leporinum duplex vidit: acubus intorto filo obnuptis non utitur, cum vulgaris ſutura ſufficiat, ab emplaſtris glutinoſis adjuta. HALLER. V. *pag.* 310.

Du VERGET in *Anfangsgründe* &c. non debere plumaceola in labii leporini curatione ſub acus dari. HALLER. V. *pag.* 151.

J. ERNESTUS THEBESIUS. V. *obſt. art.*

J. BAPT. THURANT in *Journal de Med.* T. I. retulit de labio leporino duplici. HALLER. V. *pag.* 840.

JOURDAIN in *Journal de Med.* T. XXXIX. agit de labio leporino. Naſci a fœtu nimis convoluto atque preſſione pugnorum. Multum a natura ſpe-

ſperat, & a dentibus molaribus ſubnaſcentibus, qui duo oſſa ſemota palati poſſint ad ſe invicem adprimere. Virginem adoleviſſe absque operatione. In T. XL. tuetur ſententiam ſuam contra LEVRETUM. Exempla naturam in uniendo fiſſo palato utique laboraſſe. HALLER. V. *pag.* 659.

J. BAPT. M. WILH. FERRAND & PETR. MICH. MENAGER diſp. *de labio leporino.* PARIS 1765. 4. HALLER.

VALENTIN in *recherches critiques* &c. agit etiam de labio leporino: ſe aciam ad hunc uſum inveniſſe, & duo tenacula, quæ labra continent. HALLER. V. *paracent. thor.*

NICOLAS. V. *pag.* 207.

JACOB. BIDERMANN. Ejus diſp. *de labio leporino.* ARGENT. 1770. 4. HALLER.

AUCANTE de NEUVILLE. V. *pag.* 209.

Le BLANC. V. *pag.* 311.

J. D. METZGER. V. *pag.* 226.

L A Q U E I. Vide *faſcias.*

L A R Y N G O T O M I A. Vide *bronchot.*

LIGAMENTORUM ADFECTUS. Vide *tendin. adfect.*

L I N A M E N T U M. Vide *turund.*

LINGUÆ MORBI.

AURELIUS CORNELIUS CELSUS *de re medica* L. IV. cap. 3. de reſolutione linguæ. In L. VI. cap. 12. de oris vitiis: etiam de vinculo linguæ. WALTHER. Vide *pag.* 287.

GALENUS *de methodo medendi* L. XIV. linguam prætumidam validis intus purgantibus reſtituit, extus refrigerantibus. HALLER. V. *pag.* 264.

AETIUS in *tetrabibl.* II. ſerm. 2. cap. 31. reſolutio linguæ & curatio. Serm. 4. cap. 36. de ancylogloſſis, & qui vix loqui poſſunt. WALTH. V. *pag.* 265.

RHA-

Rhazeus in L. *ad* Almans. VII. tit. de gravedine linguæ: etiam de balbutie. Walth. V. *pag.* 265.

Haly Abbas in *practicæ* L. V. cap. 74. de linguæ paſſionibus & earum medela. Walth. V. *pag.* 295.

Avicenna in L. III. *fen.* 6. cap. 6. 7. de mollificatione linguæ & ejus gravitate & cura. Cap. 10. de magnitudine linguæ & cura. Cap. 12. 13. de abbreviatione linguæ, & cura. Walth. V. *pag.* 267.

Albucasis in *practicæ* tract. 9. cap. 6. de exitu linguæ & inflammatione. Cap. 7. de ſciſſuris linguæ. Walth. V. *pag.* 267.

Lanfrancus in *Chirurgiæ magnæ* doctr. 3. tract. 3. cap. 4. etiam de morbis linguæ. Walth. V. *pag.* 2.

Bernardus Gordon in *Medicinæ* &c. parte 3. cap. 20. de paſſionibus linguæ. Walth. V. *pag.* 270.

Arnaldus de Villanova in *breviarii* &c. L. I. cap. 42. de fiſſuris linguæ. Walth. V. *pag.* 296.

Guil. de Varignana in *ſecretorum* &c. tract. 5. cap. 6. de linguæ affectibus. V. *pag.* 371.

Guy de Chauliac in *Chirurgiæ* tract. 6. doctr. 2. de inflammatione, magnificatione, paralyſi, & balbutie linguæ. Walther. V. *pag.* 297.

J. Matth. de Ferrariis in *practicæ* &c. parte 1. cap. 8. de fiſſuris linguæ. Cap. 42. de puſtulis ſub lingua. Cap. 45. de gravedine linguæ. Cap. 46. de magnitudine & abbreviatione linguæ. Walther. V. *pag.* 372.

J. Mich. Savanarola in *practicæ majoris* tract. 6. cap. 6. rubr. 5. de magnitudine & brevitate linguæ. Rubr. 11. de aduſtione linguæ. Rubr. 12. de fiſſuris linguæ. Walth. V. *pag.* 373.

Alexander Benedictus *de omnium a capite ad calcem* &c. L. I. cap. 41. de linguæ reſolutione. In L. V. cap. 14. de linguæ aduſtione & ſcabritie. Cap. 17. de linguæ tumoribus. Walth. V. *pag.* 300.

Galeacius de S. Sophia in *operis Med. practicæ* &c. cap. 5. de gravedine linguæ. Cap. 51. de lingua, quæ adeo tumeſcit, ut os egrediatur. Walth. V. *pag.* 373.

Godofr. Steghius in *artis medicæ* &c. L. VIII. cap. 3. de paralyſi linguæ. In L. XII. cap. 2. de curando nimio incremento linguæ. Walther. V. *pag.* 313.

Joh. Stockerus in *praxis aureæ* &c. cap. 27. de curatione ægritudinis linguæ. Cap. 29. de inflammatione, & gravitate linguæ. Walther. V. *pag.* 374.

Petrus de Bayro *de medendis corp. hum. malis* &c. L. VI. cap. 7. de ulceribus, fiſſuris, & inflammatione linguæ. Walther. V. *pag.* 374.

Andr. Vesalius in *paraphraſis* &c. cap. 50. ad læſum linguæ ſenſum, & deficientem motum. Cap. 51. ad linguam in nimiam molem intumeſcentem. Walth. V. *pag.* 375.

Leonhardus Faventinus *de morbis puerorum* &c. cap. 26. de ancylogloſſæ curatione; de tumore linguæ. Walth. V. *pag.* 422.

Ambros. Paræus in *collect. operum* L. XVI. cap. 29. de vinculo linguæ. Walth. V. *pag.* 301.

Guil. Rondelet in *methodi curandorum* &c. cap. 24. de paralyſi linguæ. Walth. V. *pag.* 377.

Hieronym. Mercurialis *de morbis puerorum* L. II. cap. 8. de balbutie. Walth. V. *pag.* 362.

Victor Trincavellus in *enchiridii medici* &c. L. V. cap. 11. de affectibus linguæ. Walth. V. *pag.* 378.

Domin. Leonus in *artis medicæ* ſect. I. L. VII. cap. 11. de paralyſi linguæ. Cap. 12. de læſione motus linguæ, & loquela impedita. Cap. 13. de lingua tumefacta. Cap. 15. de combuſtione linguæ. Walther. V. *pag.* 378.

Joh. Riolan in *particularis med. method.* ſect. I. tract. 4. de balbutie. Walth. V. *pag.* 378.

Joh. Marquard in *practicæ theoricæ* &c. L. II. cap. 6. de magnitudine linguæ. Walth. V. *pag.* 379.

Petrus Forestus in *obſervationum* &c. L. XIV. *obſ.* 24. de linguæ inflammatione. *Obſ.* 30. de ancylogloſſis, & qui vix loqui poſſunt. *Obſ.* 31. de gravitate linguæ, & de quodam ex defectu loquelæ laborante. *Obſ.* 32. de paralyſi linguæ. Walth. V. *pag.* 381.

Eust. Rudius in *artis medicæ* L. I. cap. 38. de linguæ motu læſo. Walth. V. *pag.* 382.

Hieronymus Fabricius de operationibus chirurgicis pag. 34. de linguæ chirurgia. Walth. Frenulum linguæ ſcalpello incidit. Haller. V. *pag.* 302.

Guilielmus Fabricius in *obſervat. chirurg. centuria* III. *obſ.* 28. de frenuli linguæ periculoſá ſectione. *Obſ.* 84. de cancro graviſſimo linguæ. Walth. V. *pag.* 274.

Ludov. Mercatus *de internor. morb. curatione* L. I. cap. 14. de paralyſi linguæ. Walth. V. *pag.* 383.

Joh. Schenk in *obſervat. rarar. de capite humano obſ.* 357. linguæ portentoſæ magnitudinis. Walth. V. *pag.* 16.

J. Affinati d'Acuto *il muto che parla, dialogo ove ſi tratta delli difetti della lingua umana.* Venezia 1602. 8. Haller (a).

Jul. Cæs. Claudinus in *conſult. & reſponſ. conſ.* 9. de miro linguæ tumore.

Idem in *empiricæ rationalis* L. III. tract. 3. part. 4. membr. 2. cap. 6. de læſa loquela a tumore. Walth. V. *pag.* 386.

J. Hieronym. Pulverinus in *Medicinæ practicæ* &c. cap. 35. de loquela impedita. Walth. V. *pag.* 435.

Daniel Sennertus in *Medicinæ practicæ* &c. L. I. parte 3. ſect. 5. cap. 1. de linguæ ſcabritie. Cap. 2. de linguæ inflammatione, magnitudine, tumore etiam cancroſo, & paralyſi. Cap. 5. de linguæ adſtrictione. In L. II. parte 3. cap. 4. de vitiis vocis & ſermonis. In tract. *de infant. cur.* parte 2. cap. 15. de vinculo ſub lingua. Walther. V. *pag.* 17.

Gregor. Horst in *obſervat. med.* L. IV. parte 2. *obſ.* 13. de ſarcomate linguæ.

Idem in *centuriæ problematum* &c. decad. IV. quæſt. 1. de ligamenti ſub lingua periculoſa ſectione. Walth. V. *pag.* 276.

Petrus Poterius in *inſignium curationum* &c. *centuria* II. *obſ.* 66. de paralyſi linguæ. In *centuria* III. cap. 15. de inaudito carcinomatis genere in lingua. Walth. V. *pag.* 387.

Joh. Phil. Brendel in *conſilior. medic. conſ.* 60. de inflammatione & convulſione linguæ. Walth. V. *pag.* 387.

Franc. Peccetti in *Chirurgiæ* &c. L. III. cap. 19. de linguæ ſciſſuris. Walth. V. *pag.* 18.

Henr. Petræus in *Handbüchlein* &c. tract. 9. cap. 1. de vinculo ſub lingua. Walth. V. *pag.* 18.

Lazar. Riverius in *praxis medicæ* L. V. cap. 1. de linguæ tumoribus & inflammatione.

Idem in *obſervat. med. centuria* IV. *obſ.* 24. de inflammatione linguæ. Walth. V. *pag.* 388.

J. Dan. Mylius in *baſilicæ medicæ* L. II. cap. 15. de linguæ vitiis. Walth. V. *pag.* 389.

Melchior Sebiz in *manualis*, *ſ. ſpeculi* &c. T. I. part. 2. ſect. 4. cap. 14. ad vitia loquelæ. Cap. 18. ad linguæ fiſſuras. Cap. 20. ad linguæ ligationem. In T. II. part. 6. cap. 12. ad linguæ infantum ligationem. Walther. V. *pag.* 389.

Philipp. Hoechsteter in *rararum obſervat. decade* IX. cap. 8. linguam referens tumor ſub lingua. Alberti. V. *pag.* 19.

J. Ru-

(a) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 355.

J. Rudolph. Camerarius in *ſylloges memorabilium* &c. *centuria* VI. part. 24. frænulum linguæ in infantibus, cur, quomodo, ex quibus divellendum: Part. 38. a linguæ portione amputata, qui fari nequeunt, ars eos juvandi, caſu inventa. Part. 39. lingua per putrefactionem ad radicem usque corrumpitur, & ſemeſtri viciſſim ſufficientem integritatem nanciſcitur miram. Alberti. V. *pag.* 19.

J Car. Rosenberg in *roſa nobili iatrica* Argent. 1624. 12. de linguæ frenulo, quo inciſo nonnulli loquelam recuperarunt. Haller. V. *medic. chir.*

Zacutus Lusitanus *de medicor. princip. hiſtor.* T. I. L. I. *obſ.* 47. linguæ portentoſus tumor hirudinum ſuctu curatus. *Obſ.* 48. ingens linguæ tumor ſcarificatione curatus. *Obſ.* 49. lapis ſupra mucronem linguæ enatus. *Hiſt.* 72. linguæ paralyſis.

Idem in *praxis medicæ admirandæ* &c. L. I. *obſ.* 12. linguæ reſolutio curata. Walth. V. *pag.* 389.

Jacob. Primerosius in *enchirid. med.* parte 2. pag. 110. &c. de loquelæ vitiis, linguæ aſperitate, paralyſi. Walth. V. *pag.* 443.

Marc. Aur. Severinus *de efficaci medicina* &c. parte 2. de ſectionibus cap. 39. de linguæ freno immodico. In L. II. part. 1. de exopyria cap. 32. de cancro linguæ. Cap. 54. de ſarcomate, & verrucis linguæ. Walther. V. *pag.* 303.

Vopis. Fortunat. Plempius in L. *van de ſpieren* . . . . contra lacerationem freni linguæ dicit, & periculo plenam eſſe, & absque neceſſitate. Haller. V. *ocul. morb.*

Wolfg. Hoefer in *Herculis medici* &c. L. I. de capitis affectibus cap. 12. etiam de linguæ vitiis. Walth. V. *pag.* 390.

Philipp. Gruling in *Medicinæ practicæ* &c. L. II. part. 1. cap. 10. de paralyſi linguæ. Walth. V. *pag.* 391.

Guerner Rolfink in *epitomes* &c. L. I. part. 2. cap. 5. de loquela impedita. Walth. V. *pag.* 448.

Joh. Johnstonus in *ideæ univerſæ Medicinæ* &c. L. VIII. tit. 7. de balbutie; de linguæ tumore. Walth. V. *pag.* 391.

Joseph. Schmidt in *Spiegel der Wundarzney* &c. L. III. pag. 348. ad tumorem linguæ. Walth. V. *pag.* 23.

Joh. Scultetus in *armamentarii* &c. pag. 132. (b) de vinculi ſub lingua inciſione. In *obſervat. chirurg. obſ.* 3. vinculum linguæ unguibus male diſcerptum. Walth. V. *pag.* 877.

Petrus de Marchettis in *obſervationum medico-chirurgicarum* &c. *obſ.* 33. tumor ſcirrhoſus linguæ cum impedita loquela. Walther. Lingua a vulnere adhærens ſectione ſoluta. Haller. V. *pag.* 26.

(b) Edit. Norimberg. 1657. 8.

PAUL. BARBETTE in *Chirurgia* &c. frenulum linguæ ſolvere perraro neceſſe videri. HALLER. V. *pag.* 26.

JOH. ANDR. SMITZIUS in *Medicinæ practicæ* pag. 132. de linguæ vinculo. WALTH. V. *pag.* 316.

HENR. v. ROONHUYSEN in *genees en heelkonſtige aanmerkingen* &c. novo volumine. Frenum linguæ inciſum. HALLER V. *pag.* 28.

GEORG. HIERONYM. WELSCH in *obſervationibus propriis* &c. de linguæ parte reſecta reparata. HALLER. V. *pag.* 30.

PAULUS de SORBAIT in *univerſa Medicina* &c. Cancer linguæ per hæmorrhagiam funeſtus. HALLER. V. *pag.* 33.

NIC. CHESNEAU in *obſervationibus medicis* &c. Ulcera linguæ ſanata aqua rubra. HALLER. V. *pag.* 34.

GEORG. FRANK. Ejus diſp. *de inciſu freni ſub lingua.* HEIDELBERG. 1682. 4. recuſa in *ſatyris.* Non debere ungue amputari. HALLER.

Idem in *ſatyris medicis* pag. 119. Linguæ defectus; pag. 120. linguæ quadantenus abſciſſæ regeneratio; pag. 424. frenulum vario modo ſolvitur; dilaceratio ab unguibus noxia; pag. 507. linguæ defectus alio inſtrumento compenſatus. ALBERTI. V. *pag.* 637.

CORNELIUS SOLINGEN in *manual operation* &c. maximum frenum linguæ in puero ſeptimeſtri perexili diſſecuit. HALLER. V. *pag.* 304.

JOHANNES DOLÆUS in *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 77. atheroma ſub lingua inſigne. HALLER. V. *pag.* 40.

GERARD. BLASIUS in *Medicinæ univerſæ* &c. parte 13. cap. 3. de vitio linguæ magnitudine excedentis. WALTH. V. *pag.* 42.

STEPHANUS BLANCARD in *collectione operum* &c. tumorem linguæ enormem pyrethro & ſalivam cientibus medicamentis ſe ſanaſſe. HALLER. V. *pag.* 45.

MATTH. GODOFR. PURMANN in *chirurgiſcher Lorberkranz* &c. Quibus lingua præciſa, iis apto inſtrumento redditus loquelæ uſus. HALLER. V. *pag.* 45.

JOH. HELLWIG in *obſervationibus medico-phyſicis* &c. Loquelæ uſus reſtitutus inciſo frenulo. HALLER. V. *pag.* 46.

ANTON. NUCK in *operationibus* &c. frenuli ſectione raro opus eſſe. HALLER. V. *pag.* 56.

PETRUS DIONIS in *cours des operations* &c. Ab inciſo linguæ frenulo funeſta hæmorrhagia. HALLER. V. *pag.* 304.

J. B. VERDUC in *pathologie de Chirurgie* cap. 14. de linguæ morbis. V. *pag.* 305.

J. Ludov. Petit in *Mem. de l'Acad. des ſciences* a. 1742. aliqua de frenuli in lingua inciſione, & de iis, quæ in ea inciſione caveri debent.

Idem in *traité des maladies* &c. T. III. etiam de frenuli linguæ vitiis, & neceſſaria ſubinde inciſione, quoties infans ſugere nequit. Hæmorrhagia in ea adminiſtratione ſuperveniens. Haller. V. *pag.* 76.

J. Jacob. Baier, vir doctus. Ejus diſp. *de freno linguæ.* Altdorf. 1706. 4. Haller.

Anton. Vallisnieri in *conſulti medici* etiam de cancroſo linguæ ulcere. Haller. V. *pag.* 473.

Laurent. Heister in *Chirurgiæ* parte 2. cap. 87. &c. de linguæ morbis. V. *pag.* 82.

Guilielmus Mauquest in *traité complet* &c. Lingua ferro candente perforata, facile ſanata. Haller. V. *pag.* 90.

Fulvius Gherli in *centuria di rare oſſervazioni* &c. Scirrhus linguæ exciſus. Haller. V. *pag.* 92.

Henr. Franc. le Dran in *traité des operations* &c. ſe tamen ſubinde linguæ frenulum reſecuiſſe. Haller. V. *pag.* 308.

Franciscus Marescotti. V. *pag.* 308.

Henr. Vylhoorn in Heisteri *inſtitutionibus* &c. freno linguæ inciſo ſe loquelam reſtituiſſe. Haller. V. *pag.* 106.

Nicolaus Cyrilli in *conſulti medici* &c. bis de lingua pueri enormi, a qua chirurgos vult abſtinere. Haller. V. *pag.* 117.

Cornelius Trioen in *obſervationibus chirurgicis* &c. Linguæ enormis tumor. Haller. V. *pag.* 118.

Gerardus v. Swieten in *comment.* T. IV. frenulum linguæ debere reſecari, quando motum linguæ moratur, non aliter. Haller. V. *pag.* 123.

François Simon. Ejus & Petri Lassi diſp. *de morbis linguæ.* Paris 1765. 4. Vulnus ſclopetarium linguæ feliciſſime curatum, & pars amiſſa reparata. Haller. V. *obſt. art.*

Andreas Levret. V. *obſt. art.*

Antonius de Haen in *prælectionum* &c. pag. 197. a dente molari inferiori aſperrimo linguæ excoriatio, dein ulcus fungoſum fruſtra ferro & cauterio tentatum denique poſt multas ærumnas lethale. V. *pag.* 656.

Georg. Heuerman in *vornehmſten chirurgiſchen Operationen* &c. T. III. poſt evulſos dentes cariem maxillæ & funeſtum in lingua cancrum ſuperveniſſe. Haller. V. *pag.* 310.

Andreæ Lud. Saure' & F. Henr. Dubois diſp. *de ſectione frenuli linguæ.* Paris 1755. 4. Haller.

CAROL. PHILIPP. GESNER. V. *pag.* 161.

LAPIE. V. *pag.* 162.

AMBROSIUS BERTRANDI. V. *pag.* 162.

PIBRAC in *Mem. de Chir.* T. III. ad morſus & vulnera linguæ ſacculus, quo contineatur. HALLER.

JOURDAIN in *Journal de Med.* T. XXI. de excoriatione & ulcere linguæ, reſecto pullulante tumore, corroſivis medicamentis ſanato. HALLER. V. *pag.* 659.

RUDOLPH. AUGUST. VOGEL. V. *pag.* 170.

GODARD. V. *pag.* 173.

MAURANT. V. *pag.* 177.

LEBERECHT EHREGOTT SCHNEIDER. V. *pag.* 178.

BIESHAAR. V. *pag.* 183.

CHRISTOPH. GOTTLIEB BÜTTNER. Ejus *Wahrnehmungen eines an der Zunge aus dem Munde hervorhangenden Fleiſchgewächſe.* KÖNIGSBERG 1770. 4. V. *pag.* 619.

AURRAN. Ejus *elinguis fœminæ loquela.* ARGENT. 1767. 4. A variolis lingua & ipſi muſculi gloſſopharyngæi deſtructi, ut tamen loquelæ uſus non ſit amiſſus. HALLER. V. *pag.* 188.

ANTON. BALTHASSAR. V. *pag.* 224.

CAR. JOS. OEHME. V. *obſt. art.*

PETR. BIERCHE. V. *pag.* 574.

FRIESE. V. *pag.* 236.

(Plura de inciſione frenuli linguæ in recens natis. Vide *obſt. art.*)

LITES, STATUTA
ET
HISTORIA CHIRURGICA.

LANFRANCUS. Vide *pag.* 2.

GUY de CHAULIAC hiſtoriam chirurgicæ artis præfationi, quam *Chirurgiæ* ab ſe conſcriptæ præmiſit, inſeruit. KESTNERUS (a). V. *pag.* 297.

LEONHARDUS FUCHS in *inſtitut. med.* L. I. tradit hiſtoriam Medicinæ. HALLER. V. *pag.* 789.

J. PHILIPPUS ab INGRASSIA. V. *pag.* 6.

CON-

(a) In *Bibl. med.* T. I. cap. 1. ſect. 2. §. 9.

Conradus Gesner *collectionem chirurgicorum ſcriptorum* edidit Tiguri 1555. fol. qua continetur tum Gesneri præfatio *de Medicinæ chirurgicæ præſtantia & antiquitate*, tum *catalogus operum chirurgicorum, quæ hactenus prodierunt.* Hunc *theſaurum* Petrus Uffenbach recuſum dedit Francof. 1610.. Haller (b). V. *pag.* 350.

Simon Vallambert, Burgundus, ex pago d'Avalon, medicus. Ejus *de la conduite du fait de Chirurgie.* Paris 1558. 8. alii 1559. 8. Haller.

Hieronymus Rupeus. V. *pag.* 7.

Stephanus Gourmelen. In ejus *ſynopſeos* &c. præfatione legas anno 1551. ſanctum eſſe, ne quis inter chirurgos reciperetur, quin a Facultate & quatuor medicis fuiſſent ejus profectus explorati. Eam ſenatus legem Regem a. 1576. confirmaſſe, & juſſos chirurgos quotannis 15. Novembri in ſchola medica Decano obſequium promittere. Haller. V. *pag.* 8.

Hieronymus Mercurialis in *Medicina Gymnaſtica* &c. inſcriptos lapides habet ad hiſtoriam chirurgorum facientes. Haller. V. *pag.* 9.

Anno 1577. magnæ lites medicos inter & chirurgos Pariſinos exarſerunt. Prodierunt utrinque multi libelli.

Satyra in perfidam quorumdam chirurgorum a medicis defectionem. Paris 1577. 12. Granerio Portalius tribuit, alii Guilielmo Ballonio.

J. Riolan, pater. Ejus *ad impudentiam quorumdam chirurgorum, qui medicis æquari, & Chirurgiam publice profiteri velint, pro veteri Medicinæ dignitate apologia.* Paris 1577. 12.

In chirurgos e medicato medicantes auſibus auxilio medicorum famæ oblatrantes. Paris 1577. 12. Corruptum titulum eſſe putat Hallerus.

Comparatio medici cum chirurgo. Ibid. 1577. 8.

qui huic tamen uſtioni reſtitutam ſanitatem debuerit. Subtilem muſcum Jeſuitæ (l) dixerunt. Poſt inuſtionem Japonenſes locum, qui noxam paſſus eſt, aqua ſalſa contrectant (m). Cicatricibus tamen vulgo notata habent corpora. Ferro etiam in colicis doloribus pedes urunt. Tabulas, in quibus loci indicantur moxæ deſtinati, invenit medicus SIKKESSO (n). Scoti inſulani ictorum ſanant, candentibus laminis ad lumbos admotis (o). Neque ea res undique vana eſt, etſi Europæi hanc curationem deſeruerunt, nam & ipſe eques G. TEMPLE, non ille credulus, podagræ paroxyſmum moxa incenſa diſpelli teſtis eſt. Lappones fomitem adligant in conum factum & incendunt ad dolores artuum aliaque mala (p). Scarificationes & inciſiones perinde omnibus barbaris familiares ſunt. In ipſis Philippinis inſulis conchis ſanguinem detrahunt (q). AMERICÆ borealis incolæ (r) inciſa de cute ſanguinem educunt. Lapidibus iidem acutis ſcarificant (s). Serpentum morſum feliciter ſcarificando curari, idoneus eſt teſtis (t). Sic Braſilienſes eo fine etiam ſpinis uſi & lapidibus (u). Congani incidunt cutem & ſanguinem exſugunt (x). Sic in fronte conchula ſcarificant Americani & exſugunt ſanguinem (y). Caraibes dente animalis Aguti venam utcunque ſecant, parum tamen emittunt ſanguinis (z). Bockhari per ſacerdotes vulnera ſibi patiuntur infligi, quibus morbos putant ſuperari (a). Medicus ſacerdos ex lamarum ordine oculorum morbos operabatur, maximis uſus ad ſcarificandum cucurbitulis, ut ad 16. uncias ſanguinis emitteret (b). Siamenſes utuntur cucurbitulis ex cornu bubulo factis (c). Arabes in apoplexia (d) cucurbitulas adfigunt, eoque auxilio ipſe ZACHARIAS feliciter uſus eſt. Turcæ in cephalæa locum dolentem incidunt (e). Ægyptii (f) partem dolentem ſcarificant, inflammatum pectus in pleuritide; in hepatitide hypochondrium, pueris aures, labia, gingivas; crura vero etiam creberrime (g). Veteres Græci (h) ab ipſo retro HIPPOCRATE, in hydrope ſcarificatione utebantur, etiam THEMISON (i); in paralyſi, in arthritide (k), aliasque inciſiones cutaneas etiam crudeliſſimas in oculorum & capitis morbis moliebantur (l). Japonenſes (m) paulo aliter rem adgrediuntur: acus habent aureas, vel argenteas; eas vel intorquent, quoad cutem perforaverint (n), vel etiam proprio malleo adigunt. Ea perforatione

(l) In *recueil d'obſervations édifiantes & curieuſes.* (m) Ten RHYNE de *Arthrit.* p. 116. (n) Ten RHYNE p. 160. (o) MARTIN *Weſt. Isl.* (p) KNUT. LEEM. p. 378. (*) HOGSTRÖM p. 164. (q) THEVENOT. L. II. p. 4. (r) PONCE de LEON *itin.* L. I. CHARLEVOIX L. III. p. 366. & de Miſſiſſipianis *Voy. des Miſſ. de la* C. V. p. 292. (s) LAFITEAU L. c. GUMILLA *Orinok* & 258. &c. (t) SALZBURG *Geſch. Cont.* VI. (u) PISO *hiſt. nat. Ind.* L. II. (*) LAFITEAU L. II. 370. (x) LOPEZ p. 64. (y) MOURGOIS apud de BRY A. p. XX. ic. (z) DU TERTRE L. II. p. 410. (a) *Algem. Reis.* T. VII. p. 377. (b) GMELIN *Sibir. Reis.* T. II. p. 115. (c) La LOUBERE L. I. p. 190. GERVAISE p. 138. (d) RHAZE *de iis, quæ ipſi evenerunt.* (e) Le BRUYN L. c. (f) P. ALPIN. *med. Ægypt.* L. III. c. 4. (g) Id. L. III. c. 12. (h) CÆL. *tard.* L. II. (i) Ib. c. I. (k) L. V. c. 2. (l) Conf. PAULUM p. 109. & AETIUM. (m) Ten RHYNE *acupunctur.* BONT. L. V. (n) P. 185.

ne utuntur inteſticulorum endemia inflamm:tione; ſed & in colica, in capitis vitiis, pleuritide, hepatis, & lienis malis. Profunde defigitur acus, & triginta reſpirationum ſpatio detinetur (fere minutis primis duobus). Ipſe bonum acupuncturæ effectum G. ten Rhyne vidit (o). Artificium Japonenſes a Chinenſibus habere videntur. Etſi enim & ipſi ſuis in libris hanc acupuncturam deſcribunt, reperiuntur tamen ea præcepta etiam in libris Chinenſium, ut in *Tong Ching tu King*, ſeculo XI. ſcripto, impreſſo anno 1442. (p). Tum in *Sching kio uya*: etſi enim interpretes ajunt pertinere ad bubones, ſeu puſtulas acu aperiendas, nimis tamen probabile eſt (q), non differre a vicinorum Japonum acupunctura. Venam etiam Chinenſes (r) ſecant & Tunkinenſes (s), & Tartari (t). Lanceola Perſæ utuntur (u). Barbari novacula, qua frontis venam aperiant, vinculo prius collo circumjecto (x). Hottentoti & ſcarificant & venam ſecant (y). Medici circa *Hudſonbay* (z) venam ſecant, acu traducta ſub vena, quæ ſecatur. Clyſteribus utuntur Americani (a). Ambuſtionem oleo fervente factam foliis chinæ ſemi uſtulatis admotis ſanant (b).

§. LXV. Medici Arabes manu ſua non videntur artem chirurgicam exercuiſſe. Rhazeus frequenter de curationibus malorum externorum ſermonem facit, quibus ipſe adfuerit; ſed idem chirurgis utique ipſas adminiſtrationes perficiendas reliquerat. Noſodochii etiam fui, *Maruſtin*, cujus, plurima apud eum virum eſt mentio, chirurgos ſæpiſſime citat, & ab iis ſe didiciſſe non diſſimulat. Ipſi chirurgi in legendis libris erant negligentiores (c). Ocularios medicos non raros fuiſſe adparet, in gente ſæpe ex oculis laborante.

§. LXXVI. Rei chirurgicæ apud Arabes ſtatus: Chirurgia, apud Mahometanos, ut neque ceteræ artes, vix ulla cepit incrementa. Ad amputatos artus crudelem adhibent curationem, totam nempe artus truncati ſectionem bullienti pici inmergunt. Paſſim tamen aliqui reperiuntur, qui manu curant. In Coromandelia Mahometanus medicus hoc ſeculo cataractas deponebat (d). Urſæ Turca ſecabat ad calculum extrahendum apparatu parvo, & vulnus conſuebat (e). In Perſia excœcabant candente acu argentea inter palpebras trajecta (f); multo vero immaniores nuperi totum oculum exſcindunt; Sarcocelen exſtirpari vidit (g) Thevenot (h). In Ægypto curari herniam inciſo abdomine, inteſtino elapſo repoſito, vulnere conſuto (i). Sic Arnautæ (k). Paracenteſin etiam thoracis moliuntur (l). Cataractam

 Græcus

(o) P. 190. (p) B. R. P. L. I. p. 3. 75. n. 31. (q) Ibid. p. 381. n. 58. (r) Saar *Ind. reis.* p. 30. (s) *Allgem. Reis.* Th. X. (t) Thevenot, L. II. c. 81. (u) Id. *Suite du voy.* L. II. c. 6. (x) Id. L. II. c. 81. (y) Kolbe. (z) *Voyage for the diſcov. of a* N. W. *paſſage* p. 234. (a) Lafiteau L. c. (b) Du Mont. L. p. 61. (c) Rhazeus ad Manzor. L. VII. c. I. (d) *Trankeb miſſ. Ber. contin.* L. II. p. 603. (e) Thevenot *voy.* T. II. L. I. c. 9. (f) *Della* Valle L. III. p. 250. (g) Hannaway. (h) Itin. T. II. L. I. c. 9. (i) Perry p. 262. (k) Cantemir *hiſt. Ottomann.* L. III. p. 398. (l) Alpin. *med. Ægypt.*

Græcus medicus CONSTANTINOPOLI depoſuit (m). Ruſticos circa ATHENAS, quos dicunt Albanios, Chirurgiæ peritos eſſe lego, ut ſit, qui novacula calculum ſecet, & inter trecentos ægros amiſerit unicum (n), neque tamen absque judicis auctoritate calculum excidi. Solis manibus fracturas oſſium curant (o). In Atſchin amputatos artus comprimunt veſica arcte circumligata, ita ſanguinem coercent (p). De Chirurgia Malabarorum (q) aliqua. Mireris etiam alias multo rudiores gentes difficilibus nonnunquam chirurgicis adminiſtrationibus feliciter defungi. Genu in articulo a medicis in AMERICA ſeptentrionali feliciter amputatum (r) fuiſſe, oſſa confracta eosdem reponere & expedite ad ſanationem perducere (s).

§. LXXVIII. In occidente & EUROPA Chriſtiana medio ævo, ſeu totis novem ſeculis a ſeptimo ad decimum quintum, bonæ artes languerunt; Medicina etiam potiſſimum. Non deerant medici, quos Galli *mire* (t) vocabant, qui & internis morbis medebantur, & manu curabant. Præcipui tamen medici Judæi erant, ſcholæque aut Arabicæ, quo Toletanam ſcholam referas, aut a Saracenis edoctæ, quo Monſpelienſis pertinet & Salernitana. Primus undecimo ſeculo CONSTANTINUS a patria AFRICANUS dictus ex oriente, ſedeque imperii Abbaſſidarum BAGDADO, medicinam aliquanto comtiorem in ITALIAM retulit, SALERNUMque.

§. LXXIX. Seculo XIII. aliqui in ITALIA ſemibarbari chirurgi vixerunt, quorum ſcripta ſuperſunt. Multum vero bonæ arti nocuit, quod omnis eruditio, & linguarum potiſſimum, quæ ſupererat cognitio, apud ſolos clericos eſſet, quos ipſos lex ſeculi XII. & concilii Turneſienſis anno 1163. ſanguinis quacunque effuſione prohibeat; donec tota Chirurgia eos juſſit abſtinere pontifex BONIFACIUS VIII. Sed homines ejus ævi in præliis quidem ferro ſevire non deſierunt, in Chirurgia utique ſanguinem profundere detrectarunt, & ad unguenta, emplaſtra, & carmina delapſi ſunt, quæ acerba LANFRANCI (u) querela eſt. Qui vero de laicorum ordine inſtrumentis porro utebantur, ii fere illiterati erant homines, omnisque antiquitatis ignari.

§. LXXXII. JOH. PITARD, nullo opere celebris homo, LUDOVICO tamen IX., PHILIPPO III. & IV. ob chirurgica officia familiaris, magnæ in rebus chirurgicis converſionis auctor fuit. Collegium nempe chirurgorum, anno ut videtur 1278. (x) ejus viri ſuaſu coaluit, neque enim anno 1260 (y), quinquaginta (z) annis ante viri mortem, ea juveni fuerit auctoritas, ut ejus ſuaſu novum collegium fundaretur, aut ab eo leges acciperet. Italos non ejecit, nam anno 1295. LANFRANCUS gratus humanitatem agnoſcit,

(m) MARINI. (n) *Remarq. d'un voyag. au levant* p. 149. (o) Ibid. (p) DAMPIER. (q) *Lettr. edif. & cur.* L. XV. (r) Teſte le PAGE II. p. 399. (s) LAFITEAU *mœurs des ſauvag.* III. p. 368. (t) *Rech. ſur l'hiſt. de la chir.* p. 19. 454. (u) Pag. 209. 249. (x) PASQUIER nuperiores facit. (y) *Hiſt. de la chir.* p. 48. (z) Vivebat a. 1311. PORTAL. p. 200.

gnoſcit, qua ſit PARISIIS exceptus, & anno 1301. iisdem PARISIIS HIERONYMUS de PADOVA & J. de SIENA chirurgiam fecerunt (a). Hæc cæterum chirurgorum Pariſinorum ſocietas ab Univerſitate quidem non adoptata, magiſtrorum tamen fuit, qui ob veſtes *Doctoralium* ſimiles, *chirurgiens de robe longue* dicti fuerunt, & litteras etiam a diſcipulis requirebant (b), Medicinæ denique peritiam. In ea ſchola, prima, quantum novi, a medicorum ſchola diſtinctio nata eſt, chirurgorum, & facultatis peculiaris chirurgorum, qui proprios honoris gradus ſuis diſcipulis impertirent. Hoc chirurgorum collegium a. 1437. a medicis adoptatum (c), & cum Univerſitate conjunctum fuit, ea lege, ut ſcholas medicas frequentarent. Hos chirurgos, ipſum PITARDUM & reliquos *togatos*, putem eſſe veros medicos *Laicos*, qui cum conjugii libertatem ſibi vindicarent, a clericis medicis ſeceſſerunt. Lex enim, qua per duos annos (d) medica ſtudia juſſi ſunt continuare, magiſtri titulus, non alteri eo ævo præter eruditos datus, doctoris demum dignitas, quam ſeculo XIV. geſſerunt & facultatis (e) nomen & latina lingua, qua eorum leges ſcriptæ ſunt, doctorum virorum ſocietatem indicare videntur.

§. LXXXVII. Fata Chirurgiæ: Non licet lites omittere, quibus ſeparatio Chirurgorum in literatos & illiteratos occaſionem dedit. Nempe ſi omnino PITARDI Chirurgos *de robe longue* admittas, ignoratum quidem accurato antiquitatum rimatori PACQUIER collegium, erant Seculo XIV. PARISIIS medici primo loco diu clerici, ſæpe ad epiſcopatus promoti, Univerſitati ſtudiorum accenſi, qui medicinam pauperibus gratis faciebant, a chirurgicis adminiſtrationibus abſtinebant, veteres tamen auctores legebant, neque undique curam Chirurgiæ depoſuerunt. Nam LUDOVICO XI. imperante (f), medici Regii impetraverunt, ut experimentum ſectionis calculi, in occidente fere amiſſæ, in latrone fieret, quam GERMANUS COLLOT, de chirurgorum inferiorum claſſe, feliciter adminiſtraverit. Ad eos etiam medicos clericos tonſores (g) ſe receperunt, quatuor integris annis ſe ſtudiis ſub Facultatis doctoribus daturos operam. Præpoſito JOHANNE *ſub* FURNO a. 1496 Univerſitati ſe adgregaturo (h) chirurgi *de robe longue* petita privilegia obtinuerunt ea conditione, ut lectiones (i) medicorum frequentarent, quam etiam conditionem medici acceptaverunt (k). Deinde cum neglectis, ut videtur, his ſcholis Univerſitas eos chirurgos expellere vellet, denuo a. 1510. & 1515. hi literati chirurgi ſe medicorum diſcipulos profeſſi (l) ſunt, perque ſuos delegatos cum medicis tranſegerunt, eoque titulo, juribus (m) & privilegiis Univerſitatis ipſis frui licuit. Proprio etiam tributo veniam redemerunt audiendæ in ſcholis medicis anatomes (n). Aliis legibus juſſi ſunt

(a) COCCHI L. c. 246. (b) PACQUIER. (c) PORTAL. p. 200. (d) *Rech. ſur hiſt. de la Chir.* p. 71. 77. (e) p. 71, (f) PAREUS L. XXIV. *Second mem. pour le doyen de la fac. de med.* p. 20. Negant ibi ullum fuiſſe GERMANUM COLLOT. (g) *Hiſt. de la Chir.* p. 116. 117. (h) pag. 167. (i) pag. 168. 169. (k) pag. 346. (l) pag. 110. 162. 164. 165. 169. 173. (m) pag. 173. (n) pag. 109.

ſunt latinas diſcere literas (o). Sed etiam jurejurando Univerſitati ſe obligarunt (p), & juſſi ſunt, *magiſtros* non abſque præſentibus quatuor doctoribus Facultatis recipere (q). Quæ ideo repeto, ne credas homini cauſidico, medicos literatos, & Academicos undique Chirurgiam neglexiſſe. Iis cæterum cum conditionibus chirurgi literati collegii gradum tenuerunt, & magiſtri honorem impertierunt. Altera claſſis medicorum, quor m plerique laici fuerunt, & qui ſe chirurgos erant profeſſi, cum medicis phyſicis, cumque tonſoribus ſubinde lites quidem agitavit, ut tamen ad ſæculum uſque XVI. fere exiens res hactenus inter eos componerentur. Tertius *tonſorum* ordo fuit, qui chirurgiam manu ſua curabant, illiterati cæterum homines. Contra eos chirurgi literati jam a. 1342. (r) legum auxilium implorarunt, & edictum obtinuerunt regium, ut tonſoribus ſola vulnera & ulcera, atque tumores permitterentur. Sed iis titulis univerſa fere Chirurgia continebatur. Apud LEONARDUM de BERTAPALIA, ejus ipſius ſeculi auctorem, videas ad apoſtemata omnes inflammationes, ſcirrhos, cancros, & tumores eſſe revocatos. Ultra ejus ævi Chirurgia non adſpirabat. Paulatim tamen etiam hi tonſores ſua ex ruditate emerſerunt. A medicis, ut ſibi de arte prælegerent, petierunt & obtinuerunt, in ſcholis iisdem diſſecuerunt (s), dum doctor prælegebat, quem a ſanguinis effuſione eccleſiaſtici ordinis honor retinebat, ne ipſe puras manus adhiberet. Literati chirurgi ab hac libertate (t) tonſores repellebant, tuebantur medici (u), & a. 1505. ſolemni fœdere quatuor annorum ſtudia promittentibus, præſenti Facultate ſuos diſcipulos recepturis, annuum etiam tributum pendentibus tonſoribus, tamquam medicorum ſcholaribus in fidem ſalutaris ordinis receptis, nova dignitas acceſſit. Eos inter fuit STEPHANUS de la RIVIERE, qui prælegente CAROLO STEPHANO diſſecabat. Ipſe chirurgorum Pariſinorum princeps AMBROSIUS PARÆUS conſtanter ſe ſcribit *barbier chirurgien* (x). Ipſe etiam THEODORICUS de HERY titulum ſibi fecit *lieutenant du premier barbier du Roi.*

In ITALIA, ſcientiarum matre, medici nunquam Chirurgia ſe abdicarunt. Et XIII. ſeculo, & XIVto, & demum XV. & XVI. ſeculo Profeſſores medici Academiæ Bononienſis, Patavinæ, aliarum in ITALIA illuſtrium ſcholarum, & manu curaverunt & conſilio, & inter iſtos viros ſummi chirurgi exſtiterunt. Præter hos eruditos chirurgos eadem ITALIA etiam plebeios alios aluit. NURSIA, neſcio quo privilegio, herniotomorum ſchola facta eſt.

In

(o) a. 1544. 1577. 1603. &c. conf. *hiſt.* pag. 177. (p) pag. 186. (q) a. 1551. p. 189. a. 1618. p. 190. (r) pag. 94. a. 1423. p. 36. (s) pag. 108. (t) a. 1491. p. 87. 97. 101. 106. 107. conf. p. 92. (u) pag. 116. ſeqq. (x) primis editionibus *des adminiſtrations anatomiques de la maniere de traiter les playes.*

In CALABRIÆ (y) civitate TROPEA homines acuti ingenii artificiales naſos adfigere, & deformitatem faciei a novo morbo ortam reparare receperunt. (De his hominibus confer *decorat. pag.* 633.)

§. XCIII. Literarum ſeculo XV. renovatarum lux paulatim etiam ad Chirurgiam penetravit ſub novi ſeculi ortum, & melior ſtilus barbaræ illi Arabiſtarum dialecto ſucceſſit. Medici a conpilatione ad naturam cœperunt redire, nova etiam arti ſalutari præſidia ab anatome acceſſerunt, quæ ſub iſto tempore ſuſcitata, rapida cœpit incrementa. Plerique pluſculis annis, chirurgi de medicorum fuerunt ordine.

§. CXXXVII. Anno 1567. chirurgi Pariſini obtinuerunt, ut literæ Regiæ in *parlamento* ſeu ſenatu Pariſino in publicos faſtos reciperentur, quibus a barbi tonſoribus ſeparati, & univerſitati Pariſinæ adſcripti ſunt, Ita jam FRANCISCUS I. ſanxerat, ut tamen ſenatus ei legi obſtaret. Eandem legem HENRICUS III. a. 1571. confirmavit (z). Ita ad annum uſque 1596. medicos inter & chirurgos res compoſitæ fuerunt, ut tamen 15. die Novembris chirurgi jurejurando ſe medico ordini adſtringerent (a). Gradus tamen publicos ſuis eo tempore diſcipulis conferebant, fruſtra reclamante ſubinde & Univerſitate & Facultate medica.

§. CXCII. Anno 1604. publica auctoritate abrogatum eſt fœdus inter chirurgos, quo medici ab anatome arcebantur (b).

§. CCXXXVI. His temporibus Chirurgia maſcula in univerſa EUROPA, ſed potiſſimum in ITALIA languebat. Paſſim medici hujus ævi conqueruntur, ad ferias & difficiles adminiſtrationes vix Chirurgum reperiri, cui fidas, aut qui eas ſuſcipiat. Unicus a. 1627. ROMÆ, tanta in urbe, chirurgus fuit, qui faceret obſtetriciam (c). Neminem anevryſmati manum admovere auſum J. B. SYLVATICUS in proprio de eo malo libro. Calculi ſectionem NURSINIS relinqui V. BARONIUS (d) & alii querebantur. Cum Gallus chirurgus (du TAU) tendines conſueret, res pro incantamento habita eſt (e). Verum ſubipſa hæc tempora exſtitit medicus MARCUS AURELIUS SEVERINUS, THURIUS, THARSENSIS, CRATHIGENA (f), qui NEAPOLI medicinam utramque faciebat, idem inciſor, vir animoſus & ardens, qui ferrum & ignem ex antiqua GRÆCIA in patriam reduxit.

§. CCXL. Anno 1634. Facultas Pariſina primum Profeſſorem Chirurgiæ conſtituit.

§. CCXCVI. LUDOVICUS XIV. perpetuis bellis implicitus Chirurgiæ utilitatem propius didicit æſtimare, eamque artem omnibus modis adjuvit, privilegiis, & honoribus impertitis, ſcholis ſenſim erectis, militaribus

(y) PETRUS RANZANUS in *annalibus mundi* a. 1442. ſcriptis. (z) Vide hæc *rech. ſur l'hiſt. de la Chir.* p. 195. &c. (a) p. 221. (b) PREVOST p. 27. (c) FABER ad HERNANDEZ *plant. Mexican.* p. 267. (d) De *tripl. oper. maj.* (e) *Phil. Tranſ.* n. 265. (f) A CRATHONE.

bus potiſſimum noſodochiis conſtitutis. Ita ad urbem regiam, alioquin nunquam celebriorum doctorum egenam, exteri cœperunt confluere, & Obſtetriciam reliquamque Chirurgiam per ipſa artis opera diſcere.

§. CCCCVIII. Circa annum 1690. chirurgorum Pariſinorum fama magis & magis prævaluit, ut HARDERUS, KOENIGIUS, BRUNNERUS, ſentimque omnium gentium medici PARISIOS Chirurgiæ cauſa adierint. Nam & ipſe Rex inter perpetua bella ſaluti ſubditorum conſuli volebat, novaſque paſſim cathedras, nova noſocomia militaria conſtituit, quibus præſidiis inſtructi chirurgi & in arte ſua proficerent, & docendo inclareſcerent. Multum etiam contulit, quod ſpecimina a candidatis ſeveriſſima fuerint exacta (g). Paulatim chirurgicam etiam ſuppellectilem perfecerunt, & difficiliores adminiſtrationes in uſum revocarunt, quas nuperorum deſidia ſiverat in oblivionem delabi.

§. CCCLXXXVI. FRANCISCO GIGOT de la PEYRONIE debetur potiſſimum Accademia chirurgorum a. 1731. inſtituta, & a. 1743. novis legibus & privilegiis ornata.

In ejusdem *Bibliothecæ chirurgicæ* T. II. ſequentia huc referas: pag. 132. chirurgi Pariſini anno primum a. 1730. inter cenſores regios adlecti ſunt.

Ibid. pag. 151. & 249. Accademia chirurgica ſollicitante FRANCISCO de la PEYRONIE anno primum 1732. in GALLIA convenit, & ejus ſtatuta anno 1743. a Rege confirmata ſunt, & primum commentariorum volumen prodiit. Eadem præmia iis propoſuit, qui optime ad quæſtiones chirurgicas reſponderent. Neque dubitari poteſt, æmulationem, quam præmia propoſita quotidie inflammant, utilemque ambitionem novis inventis in conſeſſu idoneorum judicum excellendi, multa bona arti chirurgicæ promittere, accuratiorem potiſſimum & minutiorem obſcuriorum malorum, difficilioris ſignorum diſcriminis, adminiſtrationum ſubtiliorum, inſtrumentorum denique, quæ ſimplicitatem cum vera utilitate conjungant.

Idem ibid. pag. 251. Anno 1743. Facultas chirurgorum Pariſina condita eſt regio privilegio, ut chirurgi ſibi ſuas ſcholas, ſuos profeſſores, ſua examina, ſuos honores haberent, a medicorum inſpectione pene undique ſoluti, ut demum in litterariam ſocietatem colligerentur, neque ad *magiſterii* in Chirurgia gradum admitteretur, niſi qui artium eſſet magiſter. Ea nova privilegia eo tempore medicis inviſa infinitas pepererunt querelas & apologias, cum medici antiqua decora vellent tueri, chirurgi favorem potentium experti novos honores tuerentur.

CLAUDIUS NICOLAUS le CAT. Ejus *lettre ſur les avantages de la reunion du titre de docteur en Medecine avec celui de maitre en chirurgie.* PARIS 1766. 8. Chirurgos merito loco cedere medicis, qui numeroſioribus malis medeantur. Recte in GERMANIA medicos manu curare, neque

(g) DIONIS *preface.*

que ad eundem in arte gradum chirurgum pervenire illiteratum, ad quem vir doctus emergat. De Monachorum in noſocomio *de la Charité* ſuper chirurgos dominio; de ſordibus noſodochii *l'Hôtel Dieu* queritur. HALLER. V. *pag.* 529.

BERNARDUS de SYLVA MOURA, Archiater Luſitanicus. Ejus *diſſertagao medica en defenſa de ſangria da ſalvatella directa o ſerecida a os profeſſores de Medicina.* LISBON. 1735. 4.

Ejus *eſcrupulos medicos e reparos chirurgicos.* Ibid. 1739. 4.

Ejus *diſſertagao medica illuſtrada ou ſangria de la ſalvatella defendida.* LISBOA 1739. 4. CAP. de VIL.

CAROL. FRIDER. KALTSCHMIDT. Ejus *Chirurgia medicis vindicata.* JEN. 1749. 4. HALLER. V. *vulnera.*

Memoire ou l'on fait voir en quoi peut conſiſter la preeminence de la Medecine ſur la Chirurgie. PARIS 1736. 4. Contra medicos, & contra diſſ. LUDOVICI de SANTEUIL.

Declaration du Roi portant, que le premier chirurgien ſera autoriſé à nommer les lieutenants & greffiers dans les communautés des MM. chirurgiens des villes du Royaume du 3. *Sept.* 1736. PARIS 1736. 4.

Second memoire pour les chirurgiens (par M. PETIT;) *en reponſe à la queſtion de Medecine* PARIS 1736. 4.

Seance publique de l'Academie de Chirurgie in Merc. de France 1736. *Juil.*

Lettre (HECQUETI) *d'un Medecin de la Faculté de Paris, ſur ce que c'eſt que le brigandage de la Medecine.* PARIS 1736. 8. 12. recuſum cum *brigandage de la Chirurgie.*

Lettre d'un Docteur en Medecine à un maitre en Chirurgie. PARIS 1736. 4.

Reponſe à la lettre d'un Docteur en Medecine de la Fac. Ibid. 1736. 12.

Lettre de M. à un ami de Province. Ibid. 1736. 12.

Reponſe à la lettre de M. à un ami de Province par Des Roſiers maitre chirurgien. PARIS 1736. 12.

Lettre à l'auteur des obſſ. ſur les ecrits modernes (alias *lettre d'un Pacificateur*) *Merc. de France* 1736. *Aout.*

Reponſe d'un Chirurgien à la lettre inſerée dans le Merc. de Franc. du Mois d'Aout & adreſſée aux autres des obſervations ſur les ecrits modernes. PARIS 1736. 12. quæ eſt *reponſe d'un Pacificateur.*

LUDOV. de SANTEUIL. Ejus diſp. *non ergo eſt medico chirurgus certior.* PARIS 1736. 4. etiam Gallice. Latine ibid. 1736. 4. recuſa cum ſequenti libello:

Ejus *des proprietés de la Medecine par rapport à la vie civile.* PARIS 1739. 12. Contra chirurgos ad litem eo tempore ferventem. Anatomen rectius callere fatetur, phyſiologiam eſſe medici. Medici auxilium etiam in morbis chirurgicis requiri. Ab Univerſitate Pariſina chirurgos inter diſcipulos medicæ Facultatis numerari: anni 1724. lege teneri, ut jurejurando obſequium Decano promittant.

Idem non addito nomine reſpondit PAR. 1736. *reponſe d'un Medecin Anglois à la critique de la theſe de M. Maloet.* Ibid. 1736. 12.

PETR. MALOET & PAYEN. E. *Chirurgia non eſt Medicina certior.* PARIS 1736. 4. Et idem titulus cum nominibus GUILIELMI de MAGNY, & LUD. JAC. PIPEREAU Ibid. 1736. 4.

Extrait de la theſe de M. Maloet. obſſ. ſur les écrits modernes 1736. *T. V. Refutation de la theſe de M. Maloet* in iiſdem *obſſ.* JAN. 1736.

Relique à l'auteur des obſervations ſur les écrits modernes à l'occaſion de ſon extrait ſur la reponſe d'un Medecin Anglois. PARIS 1736. 12. HALLER.

Anno 1737. fervebant iterum lites medicos inter & chirurgos Gallos contra medicos prodierunt:

Lettres ſur les diſputes entre les medecins & les chirurgiens. PARIS 1737.

Contra chirurgos:

Le Baillon, ou reflexion adreſſées à l'auteur de la lettre inſerée dans le Merc. de France Août dernier au ſujet de la diſpute qui s'eſt elevée entre M. MALOET *& un Medecin Anglois d'une part, & les chirurgiens de l' autre par Mr. Medecin.* PARIS 1737. 4. In PETITUM, aliosque ejus gregis. Tribuerunt LUDOVICO de SANTEUIL.

Reſponderunt chirurgi in *reponſe de M, D. M. chirurgien d'Orleans au Medecin auteur du Baillon.* PARIS 1737. 4.

JOH. ASTRUC. Ejus *lettre ſur un écrit, ou ſecond memoire pour les chirurgiens.* PARIS 1737. 4. Medicos de lue venerea docuiſſe, quæ ſibi chirurgi tribuunt.

Ejus *ſeconde lettre.* Ibid. 1738. ſanandæ luis curam ad medicos ſpectare.

Ejus *troiſieme & quatrieme lettre à M. d- L ire ſur un écrit intitulé reponſe d'un chirurgien de ſ. Come à la lettre de M. Aſtruc.* Ibid. 1738. 4. Nil inveniſſe JOHANNEM de VIGO. Ludum ante T. de HERY varios medicos Gallos ROMAM petiiſſe.

Ejus *cinquieme lettre ſur l'extrait, qui a été fait de la quatrieme par* (l'Abbe de FONTAINE). Ibid. 1738. 4. Carpenſem BERENGARIUM utique

que medicum fuiſſe. Chirurgos ſua habere a medicis. PETITUM propria pecunia homines alere, qui contra medicos libellos ſcriptitant.

Ejus *la neceſſité de maintenir dans le Royaume les écoles de Chirurgie qui y ſont établies dans la Faculté de Medecine.* PARIS 1749. 4. Ordinem medicum duos Profeſſores Chirurgiæ abſque ſtipendio conſtituiſſe: a Regia liberalitate vix ſublevari, & annonam mereri medicos, qui Chirurgiam doceant.

Ejus *état des conteſtations entre la Faculté de Medecine & les communautés des M. M. chirurgiens & les Sr. de la Peyronie.* PARIS 1747. 4. Tribuitur enim JOHANNI ASTRUC. Pro medicorum prærogativa. Nusquam in univerſo regno chirurgum unquam receptum eſſe, niſi medicis præſentibus & conſentientibus. Contra immodica petita FRANCISCI de la P. qui ſolus velit honores tribuere chirurgicos. Medici petunt ne chirurgis medicinam liceat feciſſe, neve majoris momenti curationem adgrediantur, niſi conſulto medico.

Ejus *memoires pour ſervir à l'hiſtoire de la Faculté de Medecine de Montpellier.* PARIS 1767. 4. Fit mentio de GUIDONE de CHAULIACO, aliisquæ Chirurgiæ auctoribus. HALLER. V. *pag.* 697.

Reponſe d'un chirurgien de S. Come à la premier lettre de M. Aſtruc. PARIS 1737. 4.

Lettre de J. L. Petit à M. Aſtruc. Ibid. 1737. 4. cum ejus epiſtolis recuſa, alii 1738. 4. PORTAL.

Douze lettres de M. Aſtruc, Petit, & autres ſur les differens entre les medecins, & les chirurgiens ſur le droit, qu'a M. Aſtruc d'entrer dans ces diſputes, ſur la preference qu'il ſe donne en comparant ſon ouvrage à celui de Thierri de Hery par M. chirurgien de Rouen à M. chirurgien de Namur avec leurs reponſes. PARIS 1737. 8. alii 1738. 4.

Lettre de M.... Maitre es arts & chirurgien juré à un de ſes amis & reponſe à celle de M. Piſtous D. de Montp. Med. de Martigny 1737. 12.

Second memoire pour les chirurgiens. PARIS 1737. 4.

Der Statt Kaufbeuren Ordnung nach welcher ſich die Hebammen zu verhalten haben. 1737. 4.

Alia eſt collectio: (ab ea, quæ *pag.* 940.) *Lettres ſur les diſputes des medecins & des chirurgiens. Lettre de M. L. M. à M. P. C. Reponſe de M. P. C. Seconde lettre de M. P. C.* PARIS 1738. 12.

Lettre d'un avocat de Paris à un de ſes amis de Province (au ſujet des diſputes, qui ſe ſont elevées entre les medecins & les chirurgiens) PARIS 1738. 12. Pro medicis.

Reponſe à l'écrit intitulé, Cleon & Eudoxe touchant la preéminence pretendue des medecins ſur les chirurgiens adreſſée par M. des Roziers chir. d'Eſtampe à M. Andry D. regent de la Fac. PARIS 1738. 4.

Reflexion ſur les ouvrages de literature T. IV. PARIS 1738. *& in obſerv. ſur les écrits modernes Tom.* 13. 1738. *Juin.* Aliqua huc faciunt.

Sur la ſeance de l'Acad. de Chirurgie.

PROCOPE COUTEAUX *trois lettres pour ſavoir, ſi les chirurgiens ſavent la Medecine, & s'ils peuvent l'exercer.* PARIS 1738. vel 1739. HALLER.

COMES de BIEVRE in *Comm. Litt. Nor. n.* 17. de collegio chirurgico HAFNIÆ conſtituto.

JACOB. KIRKPATRIK in *tr. on putrefaction*, refert de ſocietate chirurgorum navalium ejusque legibus. HALLER. V. *pag.* 487.

K Majeſtäts medicinal ordningar utgangne an. 1699. 1. *nyo uplagde.* STOKHOLM 1742. 8. Conſtituitur collegium medicum, cujus auctoritati & phyſicis obſtetrices ſubjiciuntur. Chirurgis praxis medica interdicitur &c. HALLER.

J. BAPT. LUDOV. CHOMEL *Eſſai hiſtorique ſur la Medecine en France.* PARIS 1762. 12. Varia ad hiſtoriam etiam Chirurgiæ ſpectant. Circa a. 1281. chirurgos & pharmacopolas absque ullo dubio medicis ſubjectos fuiſſe, & ſacramentum apud Decanum dixiſſe. Nullum fuiſſe chirurgorum doctorum & illiteratorum diſcrimen a. 1350. & chirurgos & pharmacopolas a medicis in ordinem fuiſſe redactos. Auctorem libri *recherches ſur la Chirurgie* paſſim corrigit. HALLER.

CLIFTONI, Angli librum, cujus Gallica verſio PARISIIS ... 12. prodiit cum titulo: *Etat de la Medecine ancienne & moderne, avec un plan, pour perfectionner celle-ci, par Monſ. Clifton*, cognitum ulterius ait ſe non habere KESTNERUS, quam, quod in novis litterariis Lipſienſibus anni 1743. pag. 311. ſeq. de eodem refertur; jure optimo mereri illum nomen hiſtoriæ artis medicæ: in qua vero opiniones, dogmata & hypotheſes medicorum, qua veterum, qua recentiorum, non nude tantum recenſentur, ſed ſimul ſevere examinentur atque cenſeantur.

Anno 1743. *Facultas chirurgorum Pariſina* regio privilegio conſtituta eſt, ut chirurgi ſibi ſuas ſcholas, ſuos profeſſores, ſua examina, ſuos honores haberent, a medicorum inſpectione pene undique ſoluti, ut demum in litterariam ſocietatem colligerentur, neque in *Magiſterii* in Chirurgia gradum admitteretur, niſi qui artium eſſet magiſter. Hæc nova conſtitutio & privilegia multarum querelarum & apologiarum fuerunt cauſa: (ut jam dictum eſt *pag.* 938.) quas celebr. PORTALIUS ita recenſet:

Declaration du Roi concernant la communauté des M. M. chirurgiens de Paris donnée 23. *Avril* 1743. PARIS 1742. 4.

Précis

Précis pour les chirurgiens de Paris contre les Medecins de la même ville ſur une demande des medecins qui conſiſte à aſſiſter comme ſimples ſpectateurs muets aux Examens de reception des chirurgiens. Ibid. 1743. fol. Eſt breve hiſtoriæ chirurgicæ compendium. HALLER.

Memoire pour les Doyens & docteurs regens de la Faculté de Medecine en l'Univerſité de Paris contre les prevôts & communauté des M. M. chirurgiens, & contres J. Bourdelin, Bonaventure Furnier, & autres aſpirans en Chirurgie. Ibid. 1743. 4. etiam in fol. Integra chirurgorum Pariſinorum hiſtoria. Anno 1544. obtinuiſſe chirurgos a FRANCISCO I., ut gradus baccalaurei, magiſtri licentiati, Profeſſorium demum decus poſſent adquirere. Reclamaſſe medicos, & quæ communem cum ipſis cauſam fecerit, Univerſitatem Pariſinam. Sanctum eſſe a. 1551., & a Regni ſtatibus Bleſis a. 1580. confirmatum, ne chirurgi ullum canditatum reciperent, niſi præſente medici ordinis Decano. Anno 1724. edicto regio confirmatum eſſe annuum tributum a chirurgis ordini medico depenſum, & jurisjurandi præſtationem, quæ omnia nunc medicis eripiantur. Ex tonſoribus, non ex illis litteratis chirurgis, primos in arte magiſtros eſſe delectos. Ceremonias chirurgorum a STEPHANO PASQUIER pro mimo haberi. Chirurgos togatos diſcipulos facultatis medicæ fuiſſe, ipſis confitentibus. Anno adhuc 1721. Decanum ordinis medici receptioni candidatorum adfuiſſe, & vota chirurgorum addidiſſe irrita. Sic ſenatus auctoritate 4. Sept. 1743. chirurgorum electio irrita redditur, ut medicos jubeantur ad explorandum invitare. HALLER.

Sommaire pour la Faculté de Medecine de Paris contre les chirurgiens de la même ville pour ſervir de refutation aux fables avancées dans leur memoire intitulé Précis. Ibid. 1743. fol.

Reflexion ſur la declaration du Roi du 23. Avril 1743. 8. Pro medicorum juribus: multa mala redundare ex chirurgis litteratis, neque manu curandi artem exercentibus.

Argumens en faveur de la Faculté de Paris. Signé Procope Couteaux & Col. de Willars 1743. fol.

Obſervation ſur un écrit intitulé Reflexion ſur la declaration du Roi &c. Ibid. 1743. 4. *avec une replique aux reponſes des Medecins.* Eſt chirurgorum apologia pro ſui ordinis a tonſoribus ſeparatione. Falſo hic adfirmant PARÆUM & THEODORICUM de HERY fuiſſe de chirurgorum togatorum grege. HALLER.

Ejuſdem L. *ſeconde edition avec une replique aux reponſes des medecins.* Ibid. 1743. 4.

Notes ſur les Reflexions. Ibid. 1743. 8. Chirurgos litteratos, HEVINUM, QUESNAI aliosve neminem habere, qui ipſis ſe committat, artemque a ſolis illiteratis chirurgis exerceri. FR. de la PEYRONIE (quo ſoli-

citante

citante hæc nova Academia condita eſt) maximum lucrum ex licentia confice-re, quam tot hominibus vendat. Tribuunt PROCOPIO.

Nouvelles reflexions ſur la declaration du Roi 1743. *concernant la communauté des M. M. chirurgiens jurés de Paris.* Ibid. 1743. 8. Dicunt eſſe LUDOVICI de SANTEUIL.

Lettres & reflexions ſur la qualité de maître es arts, nouvellement exigée pour être chirurgien de S. Come. Ibid. 1743. 8. Eidem SANTEUIL tribuunt.

Memoire pour la Faculté de Medecine de Paris, contre l'auteur des obſervations. Ibid. 1743. 12. Ordinem medicum chirurgos togatos tanquam matrem reſpicientem filios in ſuum ſinum recepiſſe a. 1596. Nunquam ordinem medicum chirurgos habuiſſe niſi pro ſuis diſcipulis.

Requête au Roi F. de la Peyronie & le corps des chirurgiens de Paris repreſentent &c. avec l'extrait des regiſtres du Conſeil qui portent. Vu le preſent memoire & les ſtatuts. Ibid. 1743. 4.

Idem *extrait* ſeorſim ibid. 1743. 4.

Lettres d'Octroi du Roi aux chirurgiens de Paris de ſemblables privileges, que les ſuppots Regents & Docteurs de l'Univerſité de Paris du mois de Janvier 1544. *enregiſtrées le* 11. *Sept.* 1611. *confirmées en Parlament le* 12. *Sept.* 1644. Recuſ. PARIS 1743. 4.

Statuts privileges & Reglemens du college de Chirurgie de la ville de Paris. PARIS 1743. 4.

Statuts privileges & Reglemens du college de Chirurgie de la ville de Paris. PARIS 1743. 4.

Recueil de pieces & memoires pour les MM. es arts & ſcience de Chirurgie contre la Faculté de Medecine concernant la declaration du Roi du 25. *Avril* 1743. PARIS 1750. Novus titulus.

Lettres d'un medecin de Paris à un medecin de Province ſur la place de medecin conſultant occupée par M. de la Peyronie. Ibid. 1743. 8. In SYLVÆ locum ſucceſſiſſe præter conſuetudinem & leges. CAROLUM GUILLEMEAU verum fuiſſe medicum, PARISIIS poſt ſolita pericula admiſſum.

Le medecin & le chirurgien contens, actions de graces à Themis à l'occaſion de l'arrêt de la cour du 4. *Sept.* 1743. 8. Ibidem.

Le medecin avocat malgré lui. Ibid. 1743. 8.

Entretiens familiers de deux garçons apoticaires ſur la Medecine generalement priſe. Ibid. 1743. 12.

Lettre d'un garçon barbier à l'abbé des Fontaines, au ſujet de la maitriſe es arts. Ibid. 1743. 8. Eſſe de BARBEU du BOURG.

Themis & le malade pour la ſubordination dans la Medecine. Ibid. 1743. 8.

Le

Le ſpectre apparition premier chirurgi.

Laurent Ferret *des moyens de former des parfaits chirurgiens.* Ibid. 1743. 4. Contra Morandi *diſcours dans lequel on prouve qu'il eſt neceſſaire au chirurgien d'être letré.* Ibid. 1743. 4. Frigere chirurgos, neque eam artem a litteris adjuvari. Haller.

Julianus Ofrai vulgo la Mettrie. Ejus *ouvrages de Penelope, ou Machiavel en Medecine par Aletheius Demetrius* T. I. Berlin 1748. T. II. ibid. 1748. 8. T. III. ibid. 1749. 8. Acerba in medicos Pariſinos Satyra, ſolo excepto Petro Senac. Chirurgos male privilegia medicorum ſibi adrogare: medicum melius educatum, doctiorem, melius utriusque artis limites inturbatos ſervare. Haller. V. *pag.* 126.

Christ. Guil. Kestnerus, medicus. Ejus *kurzer Begriff der Hiſtorie der mediciniſchen Gelahrtheit überhaupt.* Halæ 1743. 8. Compendium hiſtoriæ medicæ artis litterariæ generalioris.

Ejus *bibliotheca medica, optimorum per ſingulas Medicinæ partes auctorum delectu circumſcripta & in duos tomos diſtributa.* Jenæ 1746. 8. Auctores claſſicos medicos ac chirurgicos ſub variarum materiarum titulis non ſine proprio addito judicio erudite recenſet. In T. I. cap. 1. ſect. II. §. IX. ſcriptores hiſtoriæ chirurgicæ locavit; nempe Guidonem de Chauliac, Conradum Gesnerum, Marc. Aur. Severinum, Johannem v. Horne, & Goelikium. Neminem deprehendi, qui de hiſtoria chirurgicæ artis ſolicitum ſe præbuerit, & peculiari commentatione hoc ex inſtituto egerit, ſi ſolum Goelikium excipias, queritur.

Andreas Westphal. Ejus *curationes morborum internorum, quæ a chirurgis ſuſcipiuntur a Magiſtratu non eſſe tolerandas.* Greifswald 1743. 4. Haller. V. *vuln.*

Ad novas chirurgorum cum Medicis lites, & ſequentia pertinent:

Recherches critiques & hiſtoriques ſur l'origine, ſur les divers états & ſur les progrès de la Chirurgie en France. Paris 1744. 4. & 12. 2. vol. Tribuitur Francisco Quesnai. Cauſam certe chirurgorum contra medicos tanta contentione orat, ut fidem ei narrationi facile tribuas; tot tamen falſa, & manifeſto falſa veris miſcet, ut infra Francisci famam ſit. De antiquis medicis chirurgis Galliæ, vulgo *Mires.* Lanfrancum, Guilielmum de Saliceto chirurgos facit, qui manifeſtiſſime clerici fuerint, & medici, ut Lanfrancus ſuum ordinem a laicis diſtincte ſeparet, qui chirurgi fuerint. Alios medicos-chirurgos noſter admittit, quorum caput facit Johannem Pitard, primum D. Ludovici & ejus filiorum chirurgum. Verum & iſte de medicorum ordine fuerit, ut ex toga adgnoſcas, ex magiſtri titulo, qui etiamnum Doctoris habet ſignificationem, ex loco, quem

quem hi medici in Univerſitate tenuerunt, ex LANFRANCI medici phyſici certiſſima in eorum collegium adoptione, ex ſtudiis demum biennii in Medicinam phyſicam ex lege impenſi. Qui tamen cælibatum ægrius ferebant, ii ſeorſim a medicorum collegio receſſerunt, & toga uſi, laicorum nomine diſtincti, aliquem in Univerſitate gradum tenuerunt, hactenus a tonſoribus diverſi. Paulatim tonſores a medicis eruditi, iisque ſubjecti, in artis exercitio prævaluerunt. Tunc etiam togati chirurgi, ne ab Univerſitate rejicerentur, medicorum ſe profeſſi ſunt diſcipulos, & apud eos litterarum ſtudium manſit, ut eo minus auctorem noſtrum probes, qui medicos-chirurgos & in univerſum litteras contemnit. Inde a. 1613. chirurgi bene multi cum tonſoribus ſub auctoritate ordinis medici coaluerunt, eaque unio a Senatu a. 1657. & 1672. & alias confirmata fuit, & etiam a. 1699. novæ conjunctorum chirurgorum leges ab ordine medico confirmatæ fuerunt. Verum anno demum 1743 Regia lege tonſores a chirurgis ſeparati, hi toga ornati, Univerſitati tanquam magiſtri adgregati, & paulatim medicis undique æquati fuerunt, ut ſuas haberent cathedras, ſuos honores, tantum & umbram quamdam veteris obſequii medicis debeant. Adjectus eſt *index funereus chirurgi* de VAUX. Medici aliqua æmulatione moti hinc quidem lege agere cœperunt, inde & ipſi majorem in Chirurgia ornanda laborem ponere, ut etiam baccalaureos ſuos cogerent, operationes chirurgicas demonſtrare, & cathedram chirurgicam aperuerint, chirurgis exoſam, & frequentes diſputationes chirurgici argumenti ediderint. HALLER.

Requête au Roi pour le D. & DD. Reg. contre le S. de la Peyronie &c. contre la communauté des chirurgiens jurés de Paris, ſur la queſtion préliminaire de la proviſion, concernant les examens, & la delivrance des cadavres. PARIS 1744. 4. Contra GARENGEOTUM & C. VERDIER, cum pro obtinendis cadaveribus anno adhuc 1742. ſupplices ad Decanum litteras dediſſent, nunc vero dare omitterent. Queruntur etiam medici, quod chirurgi nullos aut candidatos aut obſtetrices admittere maluerint, quam medicos ad *examina* vocare. Sed ea ad Regem data petitio non fuit admiſſa. HALLER.

Memoires pour les Prevôts & Gardes de chirurgiens jurés de Paris contre les Doyen & DD. Regens de la Fac. de Medecine. PARIS 1744. 4. PORTALIUS.

Premiere reponſe pour le D. & les DD. Regens de la Faculté contre le S. de la Peyronie & la communauté des MM. chirurgiens. PARIS 1744. 4. Non FRANCISCUM GIGOT verum Chirurgiæ caput eſſe, eos honores ordini deberi medico. Male eumdem candidatorum admiſſionem ſibi ſoli ſumere. Male confundi exercendæ artis licentiam cum licentia ſumendorum honorum. Contra privilegium docendi, quod chirurgi invadant. HALLER.

Re-

Reponſe du Recteur, Doyens, Procureurs & ſuppots de l'Univerſité de Paris au memoire de S. de la Peyronie inſeré dans l'arrêt du Conſeil 26. Aout 1743. PARIS 1744. fol. Nitidiſſime ſcripta diſſertatio. Rejicitur chirurgorum ambitus, qui honores ab Univerſitate erogatos invadebant, nullo Univerſitati præſtito obſequio, & doctores Chirurgiæ vocari adfectabant. Anno primum 1436., deinde 1585. & 1589. chirurgos ab Univerſitate adoptatos fuiſſe, ea conditione, ut medicorum eſſent diſcipuli. Repulſam tuliſſe eosdem, cum vel philoſophis ſe adjungere, vel peculiarem in Univerſitate facultatem conſtituere vellent, neque contra reclamantem ſcholam Pariſinam voluntatem HENRICI III. prævaluiſſe. Iterum a. 1612. interdictum eſſe chirurgis togatis ne docere vellent; anno vero 1624. ne theſes defenderent. Nuper anno 1726. Univerſitatem a Rege petiiſſe ne chirurgi prælegerent. Statuta chirurgorum ſubleſtæ eſſe fidei, & nuper compilata HALLER.

Premier Memoire pour le Doyen & DD. RR. contre les S. FR. de la PEYRONIE, *& la communauté des MM. chirurgiens jurés de Paris en reponſe a leur Memoire inſeré dans l'arrêt du Conſeil 2. Aout* 1743. PARIS 1744. 4. PORTAL.

General Taxordnung für Medicos, Chirurgos, und Apotheker. BRESLAU 1744. 4.

Arrêt du Conſeil d'Etat du Roi, qui ordonne l'execution des edits ſtatuts & reglemens concernant la Chirurgie & la barberie, que les acquereurs des offices pour les barbiers & les perruquiers ſeront tenus de s'y conformer, & que les lieutenants du premier chirurgien acquereront les mêmes droits, mais ſeront tenus d'apeller à toutes les aſſemblées les controleurs & inſpecteurs Arrêt du Fevrier 1743. & du 3. Juillet &c. PARIS 1745. 4.

Second Memoire pour le Doyen & les DD. Regens de la Faculté de Medecine contre le S. de la Peyronie & les Prevôts & Communauté des MM. chirurgiens de Paris. Ibid. 1745. 4. Multa continet ad hiſtoriam Chirurgiæ gallicæ facientia. LANFRANCUM utique medicum fuiſſe. Chirurgiam a. 1301. inter opificia fuiſſe numeratam (*un metier*). Anno demum 1436. chirurgos in gremium Univerſitatis receptos fuiſſe. A. 1647. repetito iis interdictum eſſe, ne cadavera acciperent diſſecanda, niſi conſentiente medicorum Decano. A. 1494. ordinem medicum poſt multas tonſorum ſupplicationes exoratum, prælectiones iis conceſſiſſe, interque ſuos diſcipulos recepiſſe, quod fœdus ſæpe ſit renovatum. HABICOTUM tonſorem fuiſſe, & ſero ad Chirurgos togatos tranſiiſſe: iſtos togatos inertes fuiſſe, & parum practicos. Anno 1671. lege confirmatum eſſe, ut præſentibus medicis chirurgi candidatorum profectus explorarent, & a. 1676. juſſos chirurgos annuum ordini medico præſtare jusjurandum atque tributum. A. 1699. cum medicos inter & chirurgos ſumma interederet concordia, medicorum jura ſuprema in ſtatutis chirurgorum conſervata fuiſſe. Cum ab anno 1714, & 1719. tribu-

tum & in *examinibus* præſentiam medicorum detrectarent, in ordinem redactos eſſe lege anni 1724. chirurgos tributum & jusjurandum a. 1725. ſponte medicis obtuliſſe, quod utrumque a. 1742. negaverint, neque judici a. 1739. paruerint, a quo medicos ad examen juſſi ſint invitare. In eorum curationibus plurimum eſſe errorum, & in ſanatione morborum venereorum flagitiorum & ſcelerum. Cum magno reipublicæ periculo FRANCISCUM de la PEYRONIE adrogare ſibi jus tribuendæ licentiæ operandi. Ridentur experimenta Fr. QUESNAI, FOUARTI, HEVINI. FRANCISCUM la P. non eſſe legitimum medicinæ doctorem. Librorum chirurgicorum cenſuram ab omni tempore medicis conceſſam, etiam a. 1575. & 1672. HALLER.

A Meſſieurs les adminiſtrateurs des hôpitaux ſigné par M. Lepine Doyen. PARIS 1745. fol. Cum VERDIER & GARENGEOT abſque Decani conſenſu cadavera poſcerent, petunt medici, ne obtineant. HALLER.

Lettre miraculeuſe adreſſée a M. le medecin & avocat malgré lui. PARIS 1745. 8. PORTALIUS.

ANTONIUS LOUIS. Ejus *examen des plaintes des medecins de Province, & refutation de divers memoirs de M. Combaluſier en faveur de la Faculté de Medecine.* PARIS 1748. 4.

Ejus hiſtoria Academiæ chirurgorum ad a. 1743. habetur in *Memoire de chirurgie* T. IV. HALLER. V. *pag.* 133.

MICHAEL PROCOPE COUTEAUX *diſcours ſur les moyens d'etablir une bonne intelligence entre les medecins, & les chirurgiens.* PARIS 1746. 4. Sermo in ſcholis medicis eo anno pronuntiatus, ſale plenus & ironia. Chirurgos nova petere. Medicos ſua tueri. Medicis inſpectionem in Chirurgiam deberi. Chirurgiam a medicis in EUROPA natam eſſe, ipſo fatente PARÆO. Non ſufficere clinicis conſiliis chirurgos. HALLER.

Memoires pour les S. de la Peyronie, & le Prevôt & College des chirurgiens contre le Doyen & la Faculté de Medecine. PARIS 1746. 4. Fuiſſe utique litteratorum chirurgorum collegium, qui abſque ulla ſubjectione, quam medicis debuerint, honores Artis ſuæ candidatis tribuerint. Nuperam legem nihil novi chirurgis dare, reddere vero antiquum ſplendorem, quem anno 1660 Senatus obſcuraverit. (Male certe chirurgi phyſicos & LANFRANCUM ſuis annumerant, qui veriſſimi medici fuerint, neque ſatis dilucide reſpondent ad decreta Univerſitatis anni 1436. & 1515., quibus ſe ſcholares medicorum ſint confeſſi, quorum ſcholas auſcultarent. Fatentur iidem leges Regni Bleſenſes juſſiſſe chirurgos medicis præſentibus ſuos recipere candidatos, neque cadavera ſibi promiſſa fuiſſe, niſi medicis præſentibus. Ita HALLER).

HENR. FRIDER. DELIUS. Ejus *Entwurf einer Erläuterung der deutſchen Geſetze, beſonders der Reichsabſchiede aus der Arzneygelahrtheit und Naturlehre.* ERLANGEN 1753. 4. Primum index legum Germanicarum,

rum, etiam ad Chirurgiam ſpectantium. Deinde notæ ad conſtitutionem medicam Baruthenſem, & in agyrtas aliqua. HALLER. V. *pag.* 137.

Eſtatutes del real collegio de Profeſſores Cirujanos de Madrit aprobados par S. M. en MADRIT 1747. 4.

A crecidos del real collegio de Profeſſores Cirujanos de Madrit aprobados para S. M. MADRIT 1748. 4. HALLER.

Sammlung einiger Schriften von dem Urſprung und den Schickſalen der Wundarzneykunſt und Zergliederung 1747. 8. abſque loco. HALLER.

Ordnung, Generaltax, ſowohl für die Medicos und Chirurgos, als Apotheker im Erzherzogthume Schleſien. BRESLAU 1747. 4.

Requête au Roi pour les Doyens & Docteurs regens de la Faculté contre le premier chirurgien, prevôts & communauté des chir. jurés de Paris avec le Memoire de conſultation ſur le faux. PARIS 1747. 4. Chirurgos fictitia produxiſſe ſtatuta, ordinemque annorum manifeſto invertiſſe, annum 1600. refinxiſſe in 1268. recentiori manu uſos, foliis etiam evulſis, per chirurgum de la NOUE.

Conſultation pour les Doyens & Docteurs regens de la Faculté contre les prevôts, & les chirurgiens jurés de Paris. PARIS 1747. 4. Advocati conſulti reſpondent in chirurgorum legibus fraudem manifeſtam eſſe. Archiatri Regii ſubſcriptis nominibus oſtendunt, ſe cum reliquis medicis ſentire. HALLER.

Ordonnance du Roi portant reglement general concernant les hôpitaux militaires du 1. Janvier 1747. PARIS 1747.

Arrêt de la cour du Parlement, qui declare qu'en conformité des declarations de 1710. & 1719. tous maitres chirurgiens, barbiers, perruquiers & autres qui exercent quelque partie de Chirurgie & de barberie ſeront tenus de païer au premier chirurgien 21. ſ. 3. d. une fois ſeulement pour ſon droit d'avenement. PARIS 1747. 4.

Decretum ſaluberrimæ Fac. Par. 28. Jan. 1747. datum PARIS 1747. 4. Litem intentatam omnibus per Regnum Academiis indicat.

Etat des conteſtations entre la Faculté de Medecine & l'Univerſité, faiſant pour les autres Facultés & colléges du Royaume & la communauté des MM. chirurgiens Jurés de Paris & le premier chirurgien. PARIS. . . . *D. Reg. de la Fac. de Medecine.* PARIS 1747. 4. Tribuitur ASTRUCIO.

Teſtament de la Peyronie du 18. Avril 1747. 4.

Remarques ſur les Memoires de l'Academie de Chirurgie. PARIS 1747. 4.

Lettre de MM. de Valence & M. apoticaire de Grenoble au ſujet d'un paſſage inſeré dans le dernier memoire des chirurgiens de Paris contre les medecins de la meme ville par M. J. J. A. A. M. D. A. D. R. M. A. D. J. PARIS 1747. 12.

L'avocat curieux au medecin veridique, le medecin veridique à l'avocat curieux. La HAYE 1747. 4.

Lettre d'un garçon barbier a l'avocat curieux &c. 1747. 12.

Arrêt donné a la grande chambre de Ratopolis en faveur des MM. chirurgiens profeſſeurs & membres de l'Acad. de ſ. Come pour le retabliſſement de leur anciens privileges. 1747, 12.

Requête au Roi pour les Doyens & DD. Regens de la Faculté de Med contre le .. Pichaut de la Martiniere, & les prevôts & communauté des chirurgiens. PARIS 1748. 4. Chirurgos poſt priorem illam refutationem ſua ſtatuta ipſos deſeruiſſe. Nupera ergo Regia reſcripta, quæ iis ſtatutis nitantur, & prærogativam tribuendorum honorum, chirurgis conceſſam, una ruere. HALLER.

Troiſieme Memoire pour les Doyens & Docteurs Regens de la Faculté de Medecine contre le S. Pichaud &c. PARIS 1748. 4. Fuſius opus, quo multa continentur, ad hiſtoriam Chirurgiæ pertinentia. Chirurgi nunc quidem juri civitatis Academicæ renuntiaverant, jus docendi, & latina quidem lingua utendi nihilo ſecius ſibi ideo vindicabant, quod a LUDOVICI IX. temporibus latinas ſcholas conſtanter aperuiſſent. Medici reſpondent, ſe ab a. 1436. latine Chirurgiam docuiſſe: privilegia chirurgorum ipſis tributa eſſe ob conſortium Academicæ civitatis; repetito Senatum ipſis interdixiſſe ne prælegere vellent: nunquam chirurgos facultatis gradum in Univerſitate tenuiſſe, nunquam ipſis licuiſſe candidatos absque medicorum conſenſu admittere, non poſſe ipſis licentiam concedi internos curandi morbos, aut graves operationes absque conſenſu medicorum ſuſcipiendi, etiam per nuperas leges. HALLER.

Requête au Roi pour les Doyens & DD. Regens de la Faculté de Medecine de Paris contre le premier chirurgien, prevôts & communauté des chirurgiens jurés de Paris, ſervant de reponſe aux dernieres repreſentations du S. de la Martiniere, pour demander la caſſation des arrêts du Parlement de 1551. & 1743, *qui ont maintenu les medecins dans le droit d'aprobation aux receptions des chirurgiens de S. Come.* PARIS 1748. 4.

PETR. BORELLUS in *hiſtor. & obſervat. centuria* II. *obſ.* 71. luxatio coſtarum a phlegmone. WALTH. V. *pag.* 25.

JOH. ANDR. SMITZIUS in *Medicinæ practicæ* pag. 158. de luxatione. WALTH. V. *pag.* 316.

PAULUS AMMAN in *Medicinæ criticæ* &c. *caſ.* 51. de dislocatione carpi. WALTH. V. *pag.* 601.

J. ARNOLD. FRIDERICI. Ejus diſp. *de contorſione vertebrarum.* JEN. 1668. 4. HALLER. V. *terebrat.*

CORN. van der WOORDEN in *lichtende Fackel* &c. agit etiam de luxationibus. HALLER. V. *pag.* 28.

HENR. a MOINICHEN in *Actis Hafn. Vol.* II. *obſ.* 37. de luxatione femoris ex cauſa interna. HALLER. V. *pag.* 29.

EBERHARD. GOEKEL in *gallicinii, ſ. obſervationum & curat. centuria* I. *conſ.* 95. de repoſitione luxati antrorſum & deorſum prolapſi oſſis femoris dextri ultra ſemeſtre. ALBERTI. V. *pag.* 29.

CASP. MARCH & HENR. BERN. BESELIN diſp. *de oſſium luxatione.* KIEL. 1666. 4. HALLER.

GEORG. HIER. WELSCH in *obſervationibus propriis* &c. Luxatum femur hactenus per ætatem adaptatum, ut æger ſatis libere incedere poſſet. HALLER. V. *pag.* 30.

J. HENRICUS MEIBOM. V. *oſſ. morb.*

FRIDER. HOFFMANNUS in *method. med.* L. II. cap. 2. agit etiam de luxationibus. WALTH. V. *pag.* 393.

PIERRE MORENNO TERRER *flor de anatomia, dislocationes y fracturas del cuerpo humano.* MADRIT 1670. 8. HALLER.

DENIS FOURNIER. V. *oſſ. morb.*

EHRENFRIED HAGEDORN in *obſervat. & hiſtor. centuria* I. *hiſt.* 76. maxilla per oſcitationem luxata. ALBERTI. V. *pag.* 33.

CORNELIUS SOLINGEN in *manual operation* &c. vidiſſe ſe ſeceſſum oſſis tibiæ ab epiphyſi. Omnino tamen etiam caput femoris elabi: laxatis ligamentis, vix ſanari abſque claudicatione. HALLER. V. *pag.* 304.

J. NICOL. BINNINGER in *obſervat. & curat. centuria* II. *obſ.* 36. pedis ſiniſtri luxatio, & varia ſymptomata. ALBERTI. V. *pag.* 37.

DOMINICO GERVASI *delle dislocazioni trattato chirurgico.* LUCCA 1673. 4. HALLER.

J. FRIDER. ALLMACHER. V. *pag.* 38.

RICHARDUS WISEMANN in *ſeveral chirurgical* &c. L. VII. maxillam non poſſe luxari, niſi ad anteriora; facile reponi parte anteriori maxillæ ſublata, poſteriori depreſſa. Exemplum ſanatæ, cum alterum latus diſtortum fuiſſet. Clavicula fere a lapſu luxatur, & facile reponitur humero retrorſum ducto, in ſuam ſedem repoſito capite claviculæ. Laminam ſtanneam ad claviculæ formam fictam commendat, ut retineatur. Humerus vix poteſt elabi, niſi in alam inter bicipitem & infraſcapularem muſculum: antrorſum ſe elapſum vidiſſe, ſed chirurgi forte vitio. Ut manu ſola, ut calce in alam data humerum repoſuerit. Manus introrſum luxata, & proceſſus ſtili-

ſtiliformis ulnæ a radio diſtractus, ut oſſiculum carpi ſe interponeret. Hoc primum ſuum in locum noſter repoſuit, deinde ulnam. Ut tarſi ad luxationes facilitatem calce & medicamentis adſtringentibus ſanaverit. HALLER. V. *pag.* 41.

GERARD. BLASIUS in *Medicinæ univerſæ* &c. Sect. II. ſubſect. 2. cap. 2. &c. de luxatione. Sect. III. ſubſect. 2. cap. 1. &c. de luxatione variarum partium. WALTH. V. *pag.* 365.

RAYMUNDUS FORTIS. V. *pag.* 42.

J. MATTH. NESTER. V. *pag.* 42.

MATTH. GODOFR. PURMAN. V. *pag.* 45.

ANTONIUS de HEYDE in *obſervationibus medicis* &c. Luxatus humerus reſtitutus, & tamen in motu impotentia, a contuſione nervorum. HALLER. V. *pag.* 46.

FELIX PLATER in *obſervationibus medicinalibus* &c. Ex lapſu intortum collum & muſculi cervicis convulſi, non ideo, ut auctori viſum, luxatæ vertebræ, dum hoc totum malum facillime ſublatum fuerit. HALLER. V. *pag.* 46.

In *Actis Erudit. Lipſ.ann.* 1683. *Menſ. Jan.* pag. 37. luxationis curandæ inſtrumentum. *Ann.* 1687. *Jul.* pag. 398. luxationis cum vulnere cura. *Ann.* 1689. *Nov.* pag. 561. cura luxationis vertebrarum introrſum factæ. *Ann.* 1718. *Jan.* pag. 15. luxationum reſtitutio. ALBERTI. V. *pag.* 49.

JOH. MUYS in *Podalirio redivivo* &c. Cubitus a cauſa interna luxatus, laxatis ligamentis. HALLER. V. *pag.* 51.

VITUS RIEDLIN in *lineæ medicæ* &c. *ann.* I. *April. obſ.* 30. luxatio humeri. *Ann.* II. *April. obſ.* 16. luxatio femoris a cauſa interna. *Ann.* VI. *Decemb. obſ.* 30. luxatum os femoris tandem mortem inferens. ALBERTI. V. *pag.* 52.

GABRIEL CAROLUS le CLERC in *Chirurgie complete* &c. conſilia aliqua ad vertebrarum luxationes. Luxationes femoris ad omnes partes admittit. Ruptum ligamentum vertebræ. Machina ex ferro ſtannato fabrefacta, ad continendam luxatam maxillam. Exemplum ubi ex articulatione vitio nata homo artum flectebat & extendebat. ARNAULD machina claviculas retrorſum urgens.

Idem in tr. *des maladies des os*, de gibbo & vertebrarum luxatione ornate agit. HALLER. V. *pag.* 53.

JACOB. BURGIUS. V. *pag.* 54.

LAURENTIUS VERDUC. V. *pag.* 715.

THEODORUS CAROLI. V. *pag.* 58.

JOH. MUNNIKS in *Chirurgia* &c. in luxatione tibiæ, qua talo committitur, artum amputari neceſſe fuiſſe. HALLER. V. *pag.* 61.

Guichard Josephus Duverney. V. *off. morb.*

Frider. Ruysch in *theſauro* VII. os femoris raro luxari, facile vero in collo frangi. Non tamen negat aliquando vere luxari. Haller. V. *pag.* 63.

J. Bapt. Verduc in *pathologie de Chirurgie* &c. De luxationibus in genere. Cap. 1. de luxationibus a relaxatis tendinibus. Cap. 2. de luxationibus, in ſpecie autem de luxatione maxillæ inferioris. Cap. 3. de inſtrumentis ad repoſitionem oſſium luxatorum neceſſariis. V. *pag.* 305.

Guilielmus Cowper. V. *pag* 67.

De la Vauguyon in *traité complet* &c. luxationes recenſet, ſpiſſato liquore articulari ortas. Luxationes in calvariæ ſuturis admittit, iis faſcias obponit, quibus contineantur. Radium a cubito facile diſcedere. Haller. V. *pag.* 305.

Nic. Eglinger. V. *pag.* 716.

Frider. Hofman in *Medicinæ conſultatoriæ* T. IV. Luxatio hinc humeri, inde radii & ulnæ cum non potuiſſent ſanari, & arteria a fragmento oſſeo convulnerata fuiſſet, chirurgus correptus. In T. XII. Ex lapſu femur luxatum. Haller. V. *pag.* 279.

Elias Camerarius. V. *pag.* 70.

Carolus Musitanus. V. *pag.* 72.

John Moyle in *chirurgo marino* &c. etiam luxationes tractat. Haller. V. *pag.* 75.

J. Georg. Gruhlmann. Ejus *de luxationum ſyntheſi in genere.* Halæ 1703. 4. & *in ſpecie.* ibid. 1704. Germanice *von bequemer Zuſammenfügung der Verrenkungen.* Lips. 1706. 8. Medicamenta aliqua commendat. Haller.

J. Albergius. V. *pag.* 75.

J. Ludov. Petit in *traité des maladies des os* &c. L. I. fuſe agit de luxationibus. V. *off. morb.*

Idem in *Memoire de l'Acad. des ſciences* a. 1716. deſcribit ſcamnum Hippocraticum perfectius, ut putat, ad extendendos artus luxatos.

Idem in *Mem.* a. 1722. retulit de luxatione femoris ſurſum facta, & extrorſum ex lapſu.

Idem in *traité des maladies* &c. T. III. luxationum pedis pericula exponit. Haller. V. *pag.* 76.

J. B. Morgagni. V. *pag.* 77.

Tob. Deggeler. Ejus diſp. *de luxatione vertebrarum.* Altdorf. 1707. 4. Haller.

Hermannus Boerhaave. V. *pag.* 79.

Thom.

Thom. Becket in *chirurgical obſervations* &c. Patella ſubluxata reſtituta. Humerus ambe reſtitutus, paulum mutata. Haller. V. *pag.* 81.

Laurentius Heister. Ejus diſp. *de luxatione & fractura femoris.* Altdorf. 1718. 4. Oſtendit frequentem eſſe fracturam.

Idem *de genuum ſtructura* &c. exemplum luxationis patellæ ſurſum factæ. Luxatio tibiæ perfecta retrorſum facta. Patellam utique poſſe luxari, & longe ſupra genu ſurſum dari, contra Petitum. Haller. V. *pag.* 717.

Idem in *Chirurgiæ* &c. L. III. de luxationibus. V. *pag.* 82.

Michael Alberti. Ejus diſp. *de tortura domeſtica, & abuſu ſubluxationis vertebrarum plebeiæ.* Halæ 1735. 4. Haller. V. *pag.* 608.

J. David Mauchart. V. *pag.* 85.

Guilielm. Cheselden in *anatomy* &c. edition. a. 1741. ruptis ligamentis patellam luxari: ſemel id vidit & fruſtra reſtitutam, vidit ligamentoſis vinculis conjuncta fragmenta. Haller. V. *pag.* 86.

Joh. Salzmannus. Ejus diſp. *de luxatione oſſis femoris rariore, frequentiori colli fractura.* Argent. 1723. 4. recuſa in Halleri *ſelectis.* Ægerrime femur luxari poſſe, frangi facile. Haller. V. *pag.* 87.

J. Caspar Mustinger. Ejus diſp. *de luxationibus.* Argent. 1713. 4. Haller.

Louis Leger in *veritable Chirurgie* &c. de luxatione carpi cum vulnere conjuncta. Haller. V. *pag.* 89.

J. P. Wagert (an Wagner?) in *obſervations* &c. Ex lapſu femur luxatum & in nates detortum, reſtitutum. Haller. V. *pag.* 89.

J. Daniel Gohl in *Act. Erud. Berolin.* luxatio, ut videtur, vera femoris, os certe cum fragore reſtitutum, eo redditus ſubito artus uſus. Haller. V. *pag.* 89.

J. Burkhart Moegling. V. *pag.* 90.

Guilielm. Mauquest in *traité complet* &c. Luxatio ſcapulæ cum fractura claviculæ feliciter ſanata. Luxatio genu, cum patella neque fracta eſſet, neque loco mota. Luxationum femoris tria exempla. Haller. V. *pag.* 90.

Rudolph. Philipp. Beurlin. Ejus diſp. *de luxatione & fractura femoris.* Altdorf. 1718. 4. Emoti ab interna cauſa femoris exemplum. Haller.

Franciscus Wiedeman in *kurze und allgemeine Lehre* &c. negat ſe unquam luxatas vidiſſe vertebras. Haller. V. *pag.* 92.

J. Za-

J. Zachar. Platner in *inſtitutionibus chirurgicis* &c. Luxatio femoris rupto ligamento tereti; absque ea violentia in adulto non poſſe luxari. Haller. V. *pag.* 94.

Burchard David Mauchart. Ejus diſp. *de luxatione nuchæ*. Tubing. 1747. 4. recuſa in Halleri *ſelectis*. Contrà Petitum, caput in ſuſpenſis non luxari. Exempla luxatæ cervicis ſero funeſtæ. Suſpenſorum ſymptomata; diſcrimina ſubluxationum Haller. V. *pag.* 824.

J. Baptista Bottentuit, chirurgus. Ejus *diſſertation ſur une machine pour reduire les luxations*. Paris 1724. 12. Contra J. Ludovici Petiti gloſſocomium, quod mammas contundat, funeſtos produxerit effectus. Inſtrumentis mallet abſtineri, quibus omnibus perita manus longe præſtet.

Ejus *lettre écrite au ſujet de la reponſe faite par M. Petit dans l'amphitheatre de S. Côme à la diſſertation qui a paru contre ſa machine*. Ibid. 1724. 12. Urget ſuas objectiones. Haller.

Lettre à l'auteur de l'article du Journal des Savans. Ibid. 1724. Nimis favere Petito.

Nicolaus Andry. Ejus & Linguet *E. in humeri luxatione ambe potius quam ſcala, janua polyſpaſtonque iterato renovata*. Paris 1732. recuſ. in Halleri *ſelectis*. Amben contra Petitum defendit, polyſpaſti violentiam accuſat in vaſis ſtrangulandis, muſculis diſtrahendis. Amben in luxatione antrorſum & retrorſum facta convenire, nocituram ſi humerus ſub alam vel dorſum luxatus fuerit. De debilitate polyſpaſti. Haller. V. *pag.* 99.

In *Breslauer Sammlung*. V. *pag.* 100.

J. Henr. Schulze. Ejus & Muller diſp. *de oſſis femoris luxatione*. Halæ 1738. 4. Veræ luxationis exemplum, etiam in ipſo reſpondente.

Idem Schulze in *Chirurgia in uſum auditorum* &c. agit etiam de luxationibus. Haller. V. *pag.* 102.

Jacob. (Benignus) Winslow in diſp., cui titulus eſt: *non ergo poteſt anatomes gnarus funeſtos errores evitare*, Paris 1732. 4. cum chirurgi in æſtimanda femorum æquali longitudine errarent, juſſit noſter coxendices comparare, ne, dum alter ſuperius retineretur, alter manum ſequeretur chirurgi. Haller. V. *pag.* 719.

Petr. Paul. Molinellus. V. *pag.* 105.

Abraham Titsingh. V. *pag.* 106.

Henricus Vylhoorn in Heisteri *inſtitutionibus* &c. luxationem patellæ lateralem vidit. Haller. V. *pag.* 106.

GEORG. EBERHARD HAMBERGER. Ejus diſp. *de luxatione & ſubluxatione.* JEN. 1736. 4. HALLER. V. *pag.* 343.

J. GEORG. HENR. KRAMER. V. *pag.* 106.

J. DANIEL SCHLICHTING in *Comm. Litt. Nor. a.* 1741. *h.* 1. exempla retulit luxati femoris, tum ruptis ligamentis, tum absque ea violentia.

Idem in VERBRUGGI *nieuw hervormde examen* &c. luxationum femoris ſibi viſarum teſtimonia. Claviculæ ad ſternum luxatio. Ut longitudo duorum femorum rite menſuretur. Os femoris vidit a cauſa interna luxatum, deorſum & in foramen oſſis pubis; caput ſurſum luxatum & fractum, & novum acetabulum in oſſibus innominatis ſubnatum: vidit idem luxari, etiam non fractis ligamentis, & frequenter in infantibus. Ulna perfecte luxata. HALLER. V. *pag.* 582.

ALEXANDER MONRO. V. *pag.* 110.

DIDACUS ROBLES. V. *pag.* 110.

DOMINICUS MILITIA. Ejus *de morbis exitialibus, virginem Patavinam excruciantibus.* PATAV. 1734. 4. Narrat de luxatione femoris in hydropica, ſponte nata, & ſponte reſtituta. HALLER.

JOHN ATKINS. V. *pag.* 111.

CAR. WILH. SACHS in *ſelect. Francof.* 1737. luxatio brachii cum mala curatione funeſta. HALLER. V. *pag.* 829.

ZACHARIAS VOGEL. V. *pag.* 115.

SAMUEL SCHAARSCHMIDT. V. *off. morb.*

JOH. FREKE. V. *pag.* 117.

J. FRIDER. KNOLLE. Ejus diſp. *de extremitatum ſuperiorum luxationibus.* ARGENTOR. 1738. 4. Acromii & claviculæ luxationem reſtitui vidit. Humerum centies absque machinis repoſuit, cum vis non major ducentis libris ad eam operam requiratur: hinc inutilem eſſe PETITI machinam. Radii luxationes. In claudo inciſo vidit partem capitis femoris, & acetabuli, & oſſis ſacri conſumtam. HALLER.

FRANC. MICH. DISDIER. Ejus & P. L. COLON diſp. *de diaſtaſi.* PARIS 1770. 4. HALLER. V. *pag.* 686.

GUILIELMUS BROMFIELD. V. *pag.* 121.

PERCIVAL POTT. Ejus *ſome few ſelect remarks on fractures and dislocations*, quæ prodierunt una cum *obſervations on the nature and conſequences of thoſes injuries to which the heat* &c. LONDON 1768. 8. Non poſſe absque anatomica peritia artus feliciter reponi. Emplaſtra glutinantia noſter rejicit, & ſpirales faſcias: atque commendat eam, quæ octodecim habet capita, in ſimplici etiam fractura. Ferulas requirit peramplas, totum continentes artum. In fractura cum vulnere complicato nihil fere niſi in amputa-

putatione ſpei eſſe, neque debere effectum fotus exſpectari. In luxatione vim extendentem ipſi ſemper oſſi applicat, quod de ſede ſua deceſſit. Hunc librum Gallice vertit & edidit D. LASSUS, PARIS 1771. 12. & aliqua addidit de D. FABRE, & DUPOUY conſiliis. Belgice vertit J. JACOBS, GENDT 1772 HALLER. V. *pag.* 832.

GERARDUS V. SWIETEN. V. *pag.* 123.

J. GEORG. SIEGWART *de luxationis brachii ætiologia.* TUBING 1771. 4.

Ejus *de luxatione brachii noſologia.* Ibid. 1771. 4. HALLER. V. *oculor. morb.*

PETRUS TABARRANI. V. *pag.* 720.

THOMAS SCHWENKE. V. *pag.* 126.

JOACHIM. FRID. HENKEL. V. *pag.* 128. & 720.

CHRISTIAN GOTTL. FREGE. V. *pag.* 131.

FABRE, chirurgus, in *Lettre à MM. Journal des ſavans* 1768. *Mai.* agit de chirurgi DUPOUY conſilio qui in luxationibus non partem luxationi proximam ſed remotam velit extendere. Quod machinis non utatur laudat, & ſibi tribuit: in illa extenſione vero debere contrariam extenſionem addi. HALLER. V. *med. chir.*

MATTHIAS GEORG PFANN, Profeſſor Erlangenſis. Ejus & J. GEORG. DEGGELER diſp. *de luxationibus generatim.* ERLANG. 1745. 4. HALLER.

BERNARD. MARIANUS LUTHER. Ejus diſp. *de luxationibus.* ERFORD. 1745. 4. HALLER.

PHIL. CONRAD. FABRICIUS in *ſciagraphia* &c. in hominibus ſuſpenſis vertebras non luxari. HALLER. V. *vulnera.*

ABRAHAM BAEK in *tal om nyttam* &c. bis ſe vidiſſe femoris luxationem. HALLER. V. *pag.* 136.

JACOB van der HAAR. V. *pag.* 137.

HENR. FRID. DELIUS. V. *pag.* 137.

AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT. Ejus *Verzeichniſs der Merkwürdigkeiten bey dem anatomiſchen Theater.* BERLIN 1750. 8. Luxatio femoris ſurſum retrorſum elapſi. HALLER. V. *off. morb.*

ANTONIUS de HAEN. V. *pag.* 140.

Idem porro in *prælectionum* &c. pag. 229. &c. fuſe agit de luxatis. V. *pag.* 656.

HUGO RAVATON. V. *vulnera.*

GEORG. HEUERMANN in *vermiſchte Bemerkungen* &c. exempla habet luxationum femoris. HALLER. V. *pag.* 310.

J. TARGIONI TOZZETTI. V. *pag.* 144.

PETR.

Petr. Anton. Lapy & Jac. Fr. Latier auctoris *E. luxationes non pluribus auxiliis quam laqueis & manu reponendæ.* Paris 1752. 4. Haller.

Moreau in *Mem. de Chir.* T. II. de luxationibus agit oſſis femoris non reductis, & novis ea occaſione naſcentibus acetabulis. Haller.

Toussaint Bordenave. Ejus & Guyenot diſp. *de luxationibus.* Paris 1764. 4. Haller. V. *oculor. morb.*

Petrus Camper in *diſſ. anatom.* L. I. etiam de luxatione claviculæ. Haller. V. *pag.* 541.

Thomas Kirkland. V. *pag.* 721.

Daniel Gottlob Thebesius. V. *pag.* 148.

Josephus Lieutaud. V. *pag.* 151.

Du Verget in *Anfangsgründe* &c. luxatum caput & vertebras tamen corrigere ſuſcipit. Ut femur ex lapſu in trochanterem poſſit in acetabulum impelli, partes eæ contundi, & a collecta demum materie femur de acetabulo ejici. Haller. V. *pag.* 151.

Christ. Gottlieb Ludwig. V. *pag.* 617. & 722.

Jacob. Mackenzie. V. *pag.* 155.

Martin. V. *pag.* 157.

Claud. Pouteau. V. *pag.* 170.

Carolus White in *Phil. Tranſ. Vol.* L. I. P. II. ſeu anni 1760. de perfecta luxatione femoris a cauſa interna perfecte repoſita. Haller. V. *pag.* 171.

Carolus Young in *Phil. Tranſ. Vol.* LI. P. I. de luxatione femoris extorſum facta, perfecte repoſita. Haller.

E. Berdot. V. *pag.* 174.

J. Ulric. Bilguer. V, *pag.* 174.

In *avis d'un ſerviteur d'Eſculape* &c. vidiſſe ſe femur ad foramen ovale pubis luxatum; vidiſſe ad veterum morem reſtitui. Luxationem muſculorum a Platero dudum dictam eſſe. Haller. V. *pag.* 545.

Frider. Christ. Juncker & F. A. Weiz diſp. *de curis luxationum internis.* Halæ 1761. 4.

Frider. August. Weiz. Ejus diſp. *de cauſis luxationum internis.* Halæ 1761. 4. Haller. (An eadem cum priori diſp.?) V. *pag.* 175.

Franc. August. Ferdinand Cuenotte. Ejus diſp. *de caſu ſubluxationis vertebrarum dorſi cum fractura complicata poſt factam repoſitionem & varia dira ſymptomata decima demum ſeptimana funeſtæ.* Argentor. 1761. 4. Luxatio imperfecta primæ vertebræ lumborum a duodecima dorſi diſcedentis: aderat cartilaginea induratio ultimæ vertebræ dorſi,

& gangræna veſicæ, cum interim medulla ſpinalis integra eſſet, nihilque paſſa. HALLER.

LEBERECHT EHREGOTT SCHNEIDER. V. *pag.* 178.

JOHANNES TRAVES. V. *pag.* 180.

HENR. THOMSON. V. *pag.* 181.

SIMON PALLAS. V. *oſſ. morb.*

In *Ontleed en heelkondige verhandling* &c. V. *pag.* 184.

ANTONIUS PORTAL, Profeſſor Pariſinus, & A. Sc. ſodalis. Ejus eſt *diſſ. medico-chirurgica, generales luxationum comprehendens notiones, ſed præcipue novæ machinæ deſcriptionem tradens.* MONTPELL. 1764. 4. Polyſpaſtum aptius quam PETITUS ad reponenda oſſa adhibet.

Idem in *Journ. de Med.* T. XXVI. pro machinarum ad luxationes reponendas neceſſitate.

Idem ibid. T. XXVIII. contra machinas ad humeri extenſionem & repoſitionem receptas. Omnes nocere. HALLER.

HUNT. V. *pag.* 189.

GAUTHIER. V. *pag.* 194.

E. C. SCHWAGERMAN in *ontleed* &c. luxari femur contendit, litemque narrat ex van den BORSTII & RUYSCHII ſententia natam, qui ejusmodi luxationes recuſabant admittere. HALLER. V. *ſpin. bifid.*

Vollſtändige Abh. von Beinbrüchen, Verrenkungen und übrigen Krankheiten der Knochen. HAMBURG 1767. 8.

DUPOUY. V. *pag.* 199.

AUBRAI, junior. V. *pag.* 201.

BUTTET. V. *pag.* 203.

COULON. V. *pag.* 204.

VALENTIN in *recherches critiques* &c. in patellæ luxatione femur unice debere ad truncum corporis flecti. HALLER. V. *paracent. thor.*

LEYMAR de la COMBE. V. *pag.* 206.

J. COSME ANGERVILLE (vel ANGEVILLE). Ejus diſp. *de coccygis luxatione.* PARIS 1770. 4. HALLER.

PIETSCH. V. *pag.* 210.

J. CHRIST. ANT. THEDEN. V. *pag.* 211.

J. PHIL. HAGEN. V. *pag.* 218.

MATH. FRANC. ALIX. V. *pag.* 218.

PLAZANET. V. *pag.* 225.

DIONYS. PAUTIER de la BREUILLE & JOS. COTTON, auctoris *E. diſtortionibus emollientia, relaxantia anodyna.* PARIS 1772. 4. HALLER.

D. A. S. M. D. V. *pag.* 227.

THO-

THOMASSIN. V. *pag.* 228.

MELLE. V. *pag.* 229.

SELLIE. V. *pag.* 234.

RIEDIGER. V. *pag.* 234.

BERNARDUS FELDMANN in *Berliniſche Sammlungen* &c. retulit de luxatione femoris ſenſim facta ex metaſtaſi, ut videtur, tuſſis vehementis. HALLER. V. *pag.* 701.

ANDERSON. V. *pag.* 243.

MEDICAMENTA CHIRURGICA.

HIPPOCRATES in L. περι ιητρειον agit de cataplaſmatibus, & multa alia medicamenta habet, quæ æs ingreditur. HALLER (a). Vide *pag.* 1.

ALEXANDRO M. Regi medicamentum oculare adſcribebatur, paſſim citatum (b), etiam ab AETIO. Satis vero ſolebant Græculi ſuis medicamentis illuſtrium virorum nomina præfigere.

DIOCLES. Ejus panchreſtos ad oculi inflammationem (c). An ejus fuerit medicamentum ad dentium dolorem (d)? V. *pag.* 682.

ANDRONIS perantiqui paſtilli centies ab auctoribus citantur, ſiccatorii, ad ulcera maxime frequentati, & ad nervorum vulnera (e). Electuarium adſtringens ad cancrum & carbunculum (f.)

POLYIDES, qui inter inventores Medicinæ etiam numeratur. Ejus paſtillus ſiccatorius (g).

PASION. Ejus paſtillus ad narium polypum (h), & nervorum vulnera (i), acrior, quam POLYIDÆ.

CHRYSIPPUS. Ejus cataplaſma ad renum morbos (k).

HERODOTUS perantiquus ſit oportet, cujus medicamentum HICESIUS exſcripſerit, aliud HERAS (l). An idem, cujus ex ſermone de remediis evacuantibus aliqua GALENUS excerpſit, de cucurbitulis, & cujus eumdem L. de medicamentis evacuantibus, atque alia inde loca habet ORIBASIUS (m); alibi vero de exterioribus (n). Ejus porro varia conſilia exſtant de

(a) Ne identidem HALLERUS citandus mihi eſſet, ſciat lector reliqua etiam, quæ ſequuntur, ad eum pertinere; paucis exceptis, quæ facile poſſunt vel ex ætate annum 1774. excedente, vel ex adjectis citationibus, vel demum ex ſignis, quibus ſunt in eluſa, dignoſci. (b) AETIUS VII. 39. 87. (c) ORIBAS. *ad* EUSTATH. L. III. (d) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. I. certe *medicum* vocat. (e) CELS. L. V. c. 20. GALENUS *compoſ ſec. loc.* L. III. V. ORIBASIUS *ſynopſ.* ad EUSTATH. L. III. ACTUARIUS *meth. med.* L. VI. c. 6. Formula exſtat in CELSO L. c. (f) SCRIBONIUS LARGUS c. 13. (g) GALEN. *compoſ ſec. loc.* L. III. CELS. L. c. (h) ACTUAR. *meth. med.* VI. GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. II. V. ORIBAS. *ſynopſ.* III. (i) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. III. (k) RUFUS p. 4. (l) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. *ſec. loc.* L. V. (m) De *cucurbitulis* VII. c. 17. (n) L. VIII. c. 37.

de ſiccatione per arenam in hydrope utili (o), de cauteriis & cauſticis medicamentis. Ejus erat *lite ex ſalice* (p). An idem HERODOTUS Lycius cujus *dictionarium vocum* HIPPOCRATIS Græce Latine VENET. 1588. fol. cum MERCURIALIS HIPPOCRATE prodiit?

ERASISTRATUS. Ejus exſtant medicamenta ocularia liquida (q), ut *panchreſtos* (r), & ad purulenta aurium (s). V. *pag.* 762.

HEROPHILUS. Ejus medicamenta ad poſteros deſcenderunt, ut emplaſtrum viride (t). V. *pag.* 762.

MANTIAS inter præſtantes medicos a GALENO numeratus (u), ut tamen ajat, HERAM MANTIÆ medicamenta omiſiſſe, quod minus eſſent probata (x). Scripſit librum *de officina medici* (y), & cujus paſſim chirurgica medicamenta citantur ex L. de re medica (z).

ANDREAS CARYSTIUS. Ejus medicamenta paſſim citantur, ut ad oculos compoſitio (a), malagma (b), emplaſtrum ad ulcera calloſa (c), ejus fuſca Ægyptia (d).

HICESIUS de vi vulneraria anonymi herbæ (e). Ejus medicamentum (f), ſæpe citatur, ſi tamen ab ipſo nomen habet. Nuperior enim, & diverſus ab Herophileo, HICESIUS fuiſſe videtur.

DEMETRIUS Bithynus, qui ab HERACLIDE (g) citatur, & cujus medicamenta chirurgica paſſim reperiuntur. Chryſocollam calente cera recipiebat, ea ad ulcera utebatur (h). Emendavit medicamentum ad ulcera Chironia (i). An ejusdem *paſtillus* Bithinus, ſæpe citatus? (k).

DEMETRIUS Attaleus vel Apameus, HEROPHILI ſectator, frequenter a CÆLIO citatur, etiam ad hydrophobiam, quem morbum tardum eſſe docuerit & melancholicum (l).

APOLLONIUS Mephiticus ſcripſit περι αρθρων (m). Ejus eſt medicamentum ad ſugillata (n).

CLEOPHANTUS, vir celebris, qui diſcipulos reliquit, & ex quo pleraque ſua ASCLEPIADES habuit (o). Ejus malagma ad podagram GALENUS citat (p).

APOL-

(o) ORIBAS. coll. X. c. 8. 11. (p) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. V. (q) Apud AETIUM L. VII. c. 20. (r) ORIBAS. *ſynopſ.* III. (s) CELS. VI. c. 7. (t) Apud ACTUARIUM *meth. med.* L. VI. c. 6. (u) *Compoſ. ſec. loc.* L. II. (x) *Compoſ. ſec. gen.* L. II. (y) GALEN. duobus locis in *comm.* ad HIPP. L. *κατα ιητρειον.* (z) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. IV. (a) CELS. VI. 6. n. 16. (b) CELS. V. c. 17. GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (c) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. IV. (d) Id. ibid. L. VI. (e) PLIN. L. VII. 14. (f) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (g) Apud GALENUM *compoſ. ſec. gen.* L. IV. (h) SORAN. *comp. gener.* L. IV. (i) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (k) ACTUAR. *meth. med.* L. VI. bis. (l) *Acut.* L. III. cap. 11. (m) Apud EROTIANUM. (n) Apud AETIUM. (o) In *febrium curatione* CELS. L. III. c. 14. (p) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.

Apollophanes, an illuſtris ille Antiochi M. medicus? Ejus eſt paſtillus ſtypticus (q), malagma (r), epithema (s). Antiquior certe Heraclide fuit, qui ejus malagmate uſus ſit (t).

Serapion Empiricus melinum pugilibus utile ad vulnera excogitavit (u). Ad impetiginem (x). Ægyptium (y).

Heraclides Tarentinus, Mantiæ diſcipulus, vir in re medicamentaria inſignis, Galeni etiam laudes (z) meritus, multa medicamenta reliquit, ut ad menti mala (a). Emplaſtrum ad fracturas (b), ad ulcera Chironia (c), ad carnes ex aurium ulceribus ſupercreſcentes (d). Ad pilos palpebrarum agglutinatoria (e). Cataplaſma pro lippientibus, cum opio (f). Ad emotos dentes (g). Diſſolvens tophos (h). Iceſium (i). Paſtillus (k). Medicamentum cum arſenico & ſandaracha (l). Ad hæmorrhoides (m).

Scripſit *de curatione eorum, quæ extrinſecus ſunt*, cujus operis L. IV. Galenus citat (n). Scripſit etiam ad Stratioten (o), & ad Antiochidem (p), & ad Astydamantem (q) opus, cujus libros quatuor Galenus citat. In omnibus medicamenta externa tradit.

Claudius Philoxenus, ſæpe a Galeno citatus, cujus pluſcula medicamenta externa citantur (r).

Duo Herones. Alterutrius eſt collyrium, cui nomen pſittacus (s); ophthalmica (t).

Ammonius. Ejus medicamentum ad cruſtam inurendam Aetius habet (u). V. *pag.* 504.

Nileus. Ejus nempe Nili vel Nilei malagma citatur a Celso (x). Ejus collyrium Celsus valde laudat (y). Collyrium de roſis (z). Ejus pharmacon (a), diarrhodon (b), Nili ſplenicum (c); epithema (d). V. *pag.* 965.

Nympho-

(q) Apud Galenum *compoſ. ſec. gen.* L. V. (r) Galenus *compoſ. ſec. gen.* L. VII. Oribasius *ſynopſ.* ad Eust. L. III. Trallianus L. VIII. c. 2. ad jecorarios, tum Paulus L. VII. c. 18. (s) Trallianus L. I. c. 16 (t) Cælius *tard.* L. II. c. 24. (u) Galen. *med. ſec. gen.* L. II. (x) Cels. L. V. c. 28. (y) Apud Galenum *compoſ. ſec. gen.* L. VI. (z) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. IV. &c. (a) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. V. (b) Paulus L. VII. c. 17. (c) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. IV. ex lithargyrio &c. (d) Actuarius *meth. med.* L. VI. (recipiebat viride æris). Galenus *compoſ. ſec. loc.* L. III. Aetius L. VI. c. 85. (e) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (f) Ibid. (g) Ibid. (h) L. X. (i) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L V. (k) Ibid. (l) Ibid. (m) Ibid. (n) *Comment.* in IV. *de articulis.* (o) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. IV. (p) Ibid. (q) Ibid. (r) Galen. *comment.* in IV. *de articulis.* (s) Galen. *meth. med.* L. V. c. 5. *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (t) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (u) L. XIV. c. 52. (x) L. V. c. 18. (y) L. VI. c. 6. Habet etiam Galenus cum nomine Nili *compoſ. ſec. loc.* L. IV. Aetius L. VII. c. 25. (z) Galenus *compoſ. ſec. loc.* L. V. Collyrium Nileum Demoſthenis *de roſis* vocat Oribasius ad Eustath. L. III. (a) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. II. (b) Aetius L. VII. c. 22. Ad oculi vulnera fiſtulasque c. 27. 107. L. VIII. c. 2. (c) Paulus L. VII. c. 18. (d) Trallian. L. VIII. c. 12.

NYMPHODORUS. Ejus medicamentum ad ſtrumas. V. *pag.* 965.

PROTARCHUS. Ejus malagma CELSUS citat (e), & ad ſcabiem (f).

ATTALUS ultimus Attalidum, regum Pergami, in univerſum Medicinæ ſtudioſus fuit. Ejus Attalium apud poſteros celebre fuit (g) ad aurium dolores utile, tum emplaſtrum ad vulnera (h), quod æris ſpumam recipiebat. Album ex ceruſſa GALENUS habet (i).

NICOMEDES Rex, PRUSIÆ filius, cujus medicamenta paſſim reperias, & digeſtivum emplaſtrum (k), ad pus diſcutiendum (l).

PARTHENIUS, MITHRIDATI coævus, malagma deſcripſit, ſi idem PANTHEMUS eſt, non aliunde notus, quem CELSUS citat (m).

MITHRIDATES. Ejus antidotus adverſus venena, ab ea alia, quam vulgo citant, reperitur apud SCRIBONIUM (n). Ejus aliqua externi uſus medicamenta citat GALENUS (o).

ZOPYRUS. Ejus antidotus ad vulnera ſerpentum reperitur (p); ſepticum (q), adſtringens (r), ſiccans (s).

ASCLEPIADIS medicamenta externa multa occurrunt, ſed ea videntur poſterioris ASCLEPIADIS, forte pharmacionis. Putes tamen huc facere, quod CELSUS ad omnia aurium vitia dicit receptum eſſe (t), antiquius eo ASCLEPIADE. HALLER. V. 406.

PHILONIDES, Siculus. Ejus multa ſunt medicamenta externa. Malagma (u).

METRODORUS Aſclepiadeus negabat bitumen & reſinam calefacere (x).

THEMISON. Ejus exſtat compoſitio ex caſtoreo & opio (y). V. *pag.* 850.

CASSIUS FELIX, & ipſe de ſecta ASCLEPIADIS (z); vixit TIBERII ævo, aut aliquanto prius, *naturales & medicinales quæſtiones* Græce ſcriptas reliquit, quarum bona pars chirurgici eſt argumenti, prodiit Græce Latine cura CONRADI GESNERI, TIGURI 1562. 8. Ejus *colicam* ſervus ATIMETUS TIBERII Cæſaris legato SCRIBONIO (a) dedit, etiam CÆLIO dictam, quæ Zingiber recipiebat (b), & lacrumam papaueris, atque caſto-

reum

(e) L. V. c. 18. (f) C. 28. (g) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. II. (h) CELS. L. V. c. 19. (i) *Compoſ. ſec. gen.* L. I. (k) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. II. & *ſec. gen.* L. VI. (l) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. VI. (m) L. V. c. 18. (n) Cap. 169. (o) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII. (p) SCRIBONIUS ibid. (q) ORIBASIUS L. XIV c. 58. (r) Idem ibid. c. 61. (s) Idem ibid. c. 52. (t) L. VI. c. 7. (u) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (x) GALEN. *ſimpl. med. fac.* L. I. c. 33. (y) CELSUS L. VI. c. 7. (z) *Paſſim* adparet ex *problematibus.* (a) SCRIBONIUS habet *compoſ.* 29. (b) CÆLIUS *tard.* L. IV. c. 7.

reum (c), Celso laudatám. Ejus antidotus adverſus toxica (d), ex quo de ætate judices; & ad ſuffuſionem (e).

Cleopatra. V. *obſtet. art.*

Moschus. Ejus malagma (f).

Medus. Ejus malagma digerens (g).

Micon, quem doctiſſimus Cocchius mallet dici Niconem. Ejus malagma ad ſtrumas (h), aliud ad reſolvendum, aperiendum, purgandum (i), aliud ad alphos (k), ad papulas (l).

Aristogenes. Ejus malagma ad oſſa & nervos (m).

Euthycleus. Ejus malagma ad articulos omnemque dolorem (n).

Sesagora. Ejus malagma ad dolores articulorum (o).

Ctesiphon. Ejus malagma ad dolores articulorum (p); ad parotides, phymata, ſtrumam, ad extrahendum, emplaſtrum (q); diſcutiens emplaſtrum (r). Ejus Cerine dictum.

Irenæus ad vitiliginem (s).

Ariston (an forte Aristion Vide *pag.* 695.). Ejus malagma ad podagras, phymata, dolores (t). An idem forte Aristus, cujus emplaſtrum nigrum Scribonius habet (u), & aliud ejusdem nominis (x)?

Theoxenus. Ejus malagma ad pedum dolores (y).

Numenius. Ejus malagma ad podagram, & alios articulorum dolores (z), peſſus ad inflammationem vulvæ (a).

Dexius. Ejus malagma ad callum, qui in articulo increvit (b).

Philotas, M. Antonii medicus (c). Ejus emplaſtrum ad caput (d). Aphroditarium ad oculos (e); ad lichenes (f). Medicamentum ad ulcera maligna (g).

Judæus. Ejus emplaſtrum ad fractum caput (h). Emplaſtrum ex calce, nitro, urina (i).

Philocrates. Ejus emplaſtrum ad extrahendum & pus movendum (k).

Hecatæus. Ejus emplaſtrum ad extrahendum (l).

Diony-

(c) Celsus L. IV. c. 14. L. V. c. 25. Habet & Galenus *compoſ. ſec. loc.* L. IX. (d) Scribonius *compoſ.* 45. (e) Galenus *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (f) Celsus L. V. c. 18. Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (g) Celsus L. V. c. 18. (h) Ibid. (i) Ibid. (k) Ibid. L. V. c. 28. (l) Ibid. (m) Ibid. (n) Ibid. (o) Ibid. (p) Ibid. (q) Galenus *compoſ. ſec. gen.* L. VI. (r) Ibid. (s) Celsus L. V. c. 28. (t) Celsus ibid. (u) C. 77. (x) C. 79. (y) Celsus L. V. c. 18. (z) Ibid. (a) Idem L. V. c. 21. (b) Idem L. V. c. 18. (c) Apud Plutarchum. (d) Celsus L. V. c. 19. Galenus *compoſ. ſec. gen.* L. IV. & L. II. (e) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (f) Idem ibid. L. V. (g) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. IV. (h) Celsus L. V. c. 19. (i) Idem ibid. c. 22. (k) Idem L. V. c. 19. Laudat L. V. c. 26. (l) Idem ibid. laudat.

Dionysius (m), incertum eſt quis fuerit. Antiquus fuit Dionysius, Heraclidis condiſcipulus (n). Fuit & Samius (o) & Mileſius Dionysius, cujus medicamentum advulnera exſtat (p). Fuit demum chirurgus, cujus duas compoſitiones Scribonius habet (q). Hujus forte fuerint & alia chirurgica medicamenta paſſim citata, collyrium (r), medicamentum diſcutiens (s), emplaſtrum e buccinis (t). Idem fuerit qui ſandaracham jubebat hæmorrhoidi adſpergi (u); Ærianum ei inſcriptum (x).

Diogenes. Ejus eſt emplaſtrum nigrum (y); Pharmacum ad ozænam & polypos (z).

Boethus. Ejus peſſus (a); malagma ad podagram (b).

Jollas, Bithynus, qui de medicamentis ſcripſit, Dioscoridi dictus (c). Ejus medicamentum exedens ex ſandaracha & auripigmento (d).

Tryphon pater, chirurgus Gortyniates (e), qui fuerit Tryphon ἀρχαῖος, qui non debuiſſet Latine Tryphon Archæus dici (f), nuper ante Celsum Romæ eminuit (g). Ejus compoſitio ad ephelides (h). Medicamentum ad ulcera maligna viride (i); paſtillus (k); medicamentum ad ophthalmiam (l); adverſus morſus phalangii (m); ad ſplenem induratum (n). Euchrous (o). Plura Scribonius habet, emplaſtrum (p); aliud ad cicatricem (q), baſilicon (r), ſubviride (s). Filium non datur ſeparare.

Philo celebris auctor *philonii*. Ejus eſt collyrium (t), Sotira (u.)

Cleon. Ejus collyrium (x) ad ulcera oculorum ab igne (y); auriculare (z); gluten (a), cohibens fluxionem ex myrrha, terra Samia aliisque compoſitum.

Theodotus. Ejus ἀχάριστον collyrium apud veteres celebre (b). Ejus compoſitio, qua plurimum uſi medici Ægyptii (c).

Hermon. Ejus collyrium (d).

An

(m) Celsus L. VI. c. 6. (n) Galenus *compoſ. ſec. loc.* L. V. (o) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. IV. (p) Apud Galenum *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (q) Ex lithargyrio unam, alteram ad morſum rabidi canis. (r) Celsus L. VI. c. 6. (s) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. VI. (t) Aetius L. VI, c. 90. (u) Celsus L. VI. c. 19. (x) Galenus *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (y) Celsus L. V. c. 19. (z) Galenus *compoſ. ſec. loc.* L. III. (a) Celsus L. V. c. 21. (b) Galenus *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (c) In princip. (d) Celsus L. V. c. 22. (e) Galenus *compoſ. ſec. loc.* L. IX. (f) Galenus *compoſ. ſec. gen.* L. IV. (g) Celsus L. VI. c. 6. (h) Idem L. VII. c. 1. (i) Galenus *compoſ. ſec. gen.* L. IV. (k) Idem ibid. L. V. (l) Idem *compoſ. ſec. loc.* (m) Idem *antidot.* L. II. c. 3. (n) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. IX. (o) Idem ibid. L. V. (p) Scribon. c. 94. (q) C. 93. (r) C. 78. (s) C. 69. (t) Celsus L. VI. c. 6. (u) Idem ibid. (x) Aetius L. VIII. c. 28. (y) Celsus L. VI. c. 6. laudat ibid. Aetius L. VII. c. 28. (z) Aetius L. VII. c. 18. (a) Galenus *compoſ. ſec. loc.* L. III. (b) Oribasius *ſynopſ.* L. III. ad Eustath. (c) Celsus L. VI. c. 6. (d) Celsus L. VI. c. 6.

An differt HERMIAS, cujus paſſim medicamenta ocularia exſtant (e). Idem ſpumam aquæ poſt dropacem illitam conducere ſcripſit (f).

HIERAX, Thebanus. Ejus collyrium (g); paſtillus ſtypticus ad ulcera ſerpentia (h).

PTOLEMÆUS, chirurgus. Ejus medicamentum ex gallis (i). Ejus viride (k); aridum (l). Medicamentum ad ſcabras palpebras (m); ſternutatorium (n).

MENOPHILUS. Ejus validum medicamentum ad aurium ulcera (o).

CRATO. Ejus medicamentum (p). Aliud ad purulenta naturalia (q).

MENEMACHUS. Ejus ad dentium mala (r). Auriculare medicamentum (s). Locum ex MENEMACHO de pſilothris ORIBASIUS habet (t). Non poteſt idem eſſe, quem Aphrodiſeum vocat, & methodicis adnumerat *Introductionis* auctor. Is enim CELSO nuperior fuerit.

POLYARCHUS. Ejus malagma ad fractas coſtas laudat CELSUS (u): & ex ejus *epiſtolis* medicamentum citat GALENUS (x). Ejus medicamentum, quo uſus eſt JULIUS AGRIPPA (y), in quo caſtoreum & piper.

PHILETES. Ejus collyrium ad oculorum puſtulas (z).

HALIEUS apud HERAM citari videtur (a). Ejus malagma, quo diſtortum corpus ſanatum eſt, datum VALERIO PAULINO (b); emplaſtrum gilvum (c), acopum (d).

EUELPISTUS, PHLEGETIS filius, nuper ROMÆ Chirurgiam profeſſus (e) erat, quando CELSUS ſcripſit. Ejus luteum emplaſtrum etiam SCRIBONIUS habet (f).

MEGES. Ejus eſt pſilothrum ex ranis in aceto enecatis (g). Medicamentum quo uſus eſt MEGES ad ozænam (h). Emplaſtrum (i); & ſubviride habet SCRIBONIUS (k). V. *pag.* 504.

HERAS CAPPADOX, diſcipulus HERACLIDIS TARENTINI (l), ROMÆ vixiſſe videtur (m), medicamentorum compoſitorum partem compilavit ex ATTALO (n), HERACLIDE (o) aliisque, partem invenit (p), bonus ſcriptor & cui fidas (q); ita parcus laudator GALENUS (r). Scripſit

(e) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (f) Idem ibid. (g) CELSUS L. VI. c. 6. (h) GALENUS *compoſ. ſec. gen.* L. V. (i) CELSUS L. VI. c. 7. (k) GALENUS *compoſ. ſec. gen.* L. V. (l) Ibid. (m) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (n) Ibid. L. II. (o) CELSUS L. VI. c. 7. (p) Idem ibid. (q) Idem ibid. c. 18. (r) CELSUS L. VI. c. 10. (s) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. III. (t) *Collect.* L. X. c. 13. (u) L. VII. c. 9. (x) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII. (y) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. VIII. (z) CELSUS L. VI. c. 6. (a) GALENUS *compoſ. ſec. gen.* L. V. (b) Ibid. L. VII. ANDROMACHUM. (c) Ibid. (d) Ibid. L. III. & V. (e) CELSUS L. I. c. (f) C. 83. (g) PLINIUS L. XXXII. c. 24. (h) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. III. (i) Idem ibid. L. V. (k) C. 70. (l) Ita FABRICIUS. (m) Conf. HALLERI *Bibl. botan.* p. 69. (n) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. I. (o) Idem *compoſ. ſec. gen.* (p) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. VI. (q) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. VI. *ſec. gen.* L. V. (r) *Compoſ. ſec. gen.* L. II. & III.

Ναρθηκα ſ. *medicamentarium*, & librum *de facultate medicamentórum*. Ad aurium mala ex charta uſta, auripigmenti ſcobe. Ad putrem carnem conti- nendam (s). Ad alopeciam (t); paſtillus ad iſchiadem (u); iceſium nigrum (x); ad capitis dolorem (y); auriculare (z): de Beſaſa (a). Ad morſum rabidorum canum ex ceruſſa (b). Catagmatica (c); διαβοτανον (d); album (e); gleucinum (f); acopa (g); πανυγρον (h); Helleſpontium (i); barbarum (k); iſis (l); emplaſtrum quo uſus eſt MARCUS CATHEGETES ad ſerpentum morſus (m), cruentis idoneum (n); panacea (o); malagma emolliens (p); paſtillus ad ſugillata, carnem excreſcentem, fiſtulam, ex ærugine &c. (q); ad nares ex alumine (r).

ANTONIUS MUSA, poſt ARTORIUM AUGUSTI Imperatoris medicus. Multos libros ſcripſerat (s). JAPYS VIRGILII ſecundum MEADIUM in honorem ANTONII MUSÆ a VIRGILIO dictus eſt. Multorum medicamentorum auctor fuit. Ejus paſtillus exſtat (t), ad pilos palpebrarum (u), medicamentum cum atramento ſutorio (x), auriculare ad ulcera (y), ad ſuffuſionem (z), ad ozænam (a), ad oris ulcera (b), iſchiadicum ANTONII Archiatri (c). Iterum alia (d). Collyrium (e).

HYGINI, an AUGUSTI liberti? aliqua medicamenta ſuperſunt: Melinum (f), collyrium (g).

FLORUS. Ejus collyrium ANTONIÆ, DRUSI matri, profecit (h); etiam ab AVICENNA repetitum (i).

L. APULEIUS CELSUS, Centuripinus, ruſticorum auctor, SCRIBONII præceptor. Ejus antidotum ad canis rabidi morſum SCRIBONIUS habet, ingenue tamen faſſus, neminem ab eo morbo convaluiſſe (k).

CALLINICUS. Ejus malagma ex collectaneis PACCII citat ANDROMACHUS (l).

PACCIUS etiam ANTIOCHUS hujus fuerit ævi, cum PHILONIDEM audiverit, & ab ejus morte medicamentum ad TIBERIUM C. pervenerit, hiera

(s) CELSUS L. V. c. 22. (t) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. I. (u) ORIBASIUS *ſynopſ.* L. III. AETIUS L. III. IV. c. 5. (x) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. III. (y) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. II. (z) Idem ibid. L. III. (a) Idem ibid. L. V. (b) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. I. (c) Idem ibid. L. II. (d) Idem ibid. L. VI. (e) Idem ibid. L. I. (f) Idem ibid. L. VII. (g) Ibid. (h) Ibid. (i) Ibid. (k) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. II. (l) Ibid. & L. V. Tribuit HERMONI: ſcarificatori. (m) *De antidot.* Habet etiam HERÆ emplaſtrum ACTUARIUS *meth. med.* L. VI. c. 8. (n) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (o) Ibid. (p) Ibid. L. VII. (q) ORIBASIUS ad EUSTATH. L. III. (r) Ibid. (s) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. VI. (t) Apud GALENUM *compoſ. ſec. gen.* L. III. Apud ORIBASIUM *ſynopſ.* L. II. & III. Ex alumine & vitriolo L. IV. (u) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (x) Ibid. L. III. (y) Ibid. (z) Ibid. L. IV. (a) Ibid. L. III. (b) *meth. med.* L. V. c. 10. (c) ORIBAS. *ſynopſ.* L. III. (d) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. X. &c. (e) MARCELL. (f) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. I. (g) Ibid. L. IV. (h) Ibid. & AETIUS L. VII. c. 107. (i) P. m. 552. (k) C. 13. (l) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII.

hiera nempe Scribonio dicta (m). Ejus eſt emplaſtrum album (n), medicamentum ocularium (o), ocularia varia (p).

Aurelius Cornelius Celsus in L. V. habet *materiem*, ut ajunt, *chirurgicam*, & medicamenta ad externa mala pertinentia, tum ſimplicia, tum compoſita. V. *pag.* 287.

Tulius Bassus, non Tylius, Dioscoridi (q) dictus, & Scribonio (r), Augusti ævo vixit. Ejus remedia adverſus hydrophobiam citat Aurelianus (s), clyſteres, alia; ad nervorum reſolutoinem malagma (t). An idem Bassus, cujus aram Galenus citat (u). Alius etiam videtur Bassus, cujus oculare medicamentum citat Niger Tullii Bassi amicus (x).

Niceratus, pariter dictus Dioscoridi. Ejus medicamentum auriculare (y); acopum, quo Augusta & Antonia uſæ (z). Octaviæ, Augusti ſororis dentifricium (a).

Marcianus, medicus. Ejus antidotus, quæ Augusto Cæsari componebatur (b); collyrium (c), & fomentum ad inflationem circa ſeptum transverſum (d).

Menecrates, Zeophletenſis, Tiberii etiam & Claudii medicus (e). Ejus multa medicamenta chirurgica Galenus habet. Celebris emplaſtri diachylon (f) auctor eſt; eſt etiam ejus emplaſtrum diſcutiens (g), & Proteus (h). Ejus denique eſt accipiter (i).

Damocrates, qui ſibi nomen fecit Servilii, non longe ab hac ætate abeſt, cum filiam curaverit M. Servilii, qui Augusto imperante conſulatu functus eſt. Carmine compoſitiones deſcripſit, quarum pluſculæ ad chirurgicos morbos pertinent. Titulum fecerat *Philiatri* (k). Ad dentes motos (l); collyrium (m); acopon (n); malagmata (o); diachylon (p); emplaſtrum ex dictamno (q); dentifricium (r); emplaſtra varia (s); gilvum (t); collyrium diaſmyrnium (u).

Charicles, inſignis Tiberii temporibus medicus (x). Ejus auriculare (y) Galenus habet.

 Anthe-

(m) C. 23. (n) Scribon. c. 85. (o) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (p) Ibid. (q) In princip. (r) C. 29. (s) Acut. L. III. c. 13. Tullium dicit. (t) Galen *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (u) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII. (x) Ad hydrophobiam Cælius. (y) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. II. (z) Scribonius c. 271. Livia, putat Hallerus, & Antonia Drusi. (a) Idem c. 11. (b) Idem c. 46, (c) Aetius L. VII. c. 111. 112. &c. (d) Idem L. III. p. I. c. 27. (e) Ex fide lapidis, Mercurial. *var. lect.* L. III. c. 22. (f) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (g) Idem ibid. L. VI. (h) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. V. (i) Idem *faſc.* c. 53. apud Nicetam. (k) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. VII. (l) Idem ibid. L. I. (m) Idem ibid. L. III. (n) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (o) Idem ibid. L. II. (p) Id. ibid. a Menecrate habuit. (q) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. V. (r) Pariter carmine expreſſum idem *compoſ. ſec. loc.* L. V. (s) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. VI. (t) Ibid. (u) Aetius c. 82. & alias. (x) Tacito dictus. (y) *Compoſ. ſec. loc.* L. II.

ANTHERO TIBERII lib. admota torpedine podagram ſanavit, & magnas ea curatione divitias ſibi comparavit (z).

AMBROSIUS, Puteolanus medicus. Ejus medicamentum ſuperſtitioſum SCRIBONIUS citat.

TRASEAS, chirurgus. Ejus eſt emplaſtrum viride (a), & nigrum (b), idem, quod indum TARSEI (c) GALENO dictum.

GLICON, chirurgus. Ejus emplaſtrum viride (d), & nigrum (e). An idem qui GLYCON? V. *vulnera.*

ZOPYRUS, Gordinenſis medicus, cujus medicamentum adverſus hydrophobiam exſtat, apprime ridiculum (f). Apud ORIBASIUM (g) etiam locus eſt de his, quæ ulcus inducunt, quæ adſtringunt (h). An is fuerit ZOPYRUS ALEXANDRI filius ALEXANDER medicus RHODIO dictus (i)? An idem cum Zopyro ſuperius dicto? (*pag.* 984.)

SCRIBONIUS LARGUS, APULEII CELSI diſcipulus (k). Cum librum ſuum C. JULIO CALISTO, celebri CLAUDII liberto dicaverit, cum CLAUDIUM in BRITANNIAM exercitum ducentem (l) comitatus ſit; cum MESSALINÆ (m) dominæ meminerit, nihil in ætate ſua incertum habet. ASCLEPIADEM ſuum citat (n); cæterum ita ſcripſit, ut propior ſit empirico, paſſim etiam improbabiles medicamentorum ſucceſſus laudaverit, ut in epilepſia eboris (o) cum melle, teſtudinis ſanguine &c. maſculæ, ſi puer fuerit, fœminæ ſi puella. Multum tamen laboravit, ut veras compoſitiones colligeret (p). Negat quemquam ex hydrophobia ſanatum (q), dum interim abſurdum a muliercula acceptum medicamentum proponit (r). Adverſus calculum millepedes laudat (s). Multa habet medicamenta chirurgica: collyriorum formulas & emplaſtrorum; remedia ad cancrum, ad anum prolapſum, ad hæmorrhoides malagmata, acopa. Pluſcula ejus medicamenta GALENUS repetit: emplaſtrum digerens (t), & aliud (u), ad hæmorrhoides (x), ad palpebras ſcabras (y), ad ozænam (z), paſtillum ſtypticum (a); adde alios locos (b). Citat eum ASCLEPIADES junior (c). Cum nunc rariſſime, ſi unquam, GALENUS latinum ſcriptorem citaverit, factum eſt, ut JANUS CORNARIUS ſuſpicatus ſit, SCRIBONIUM Græce ſcripſiſſe, cum præterea adeo barbara ſit SCRIBONII dictio, ut non putes, quemquam CLAUDII ævo potuiſſe usque adeo ruditer ſcripſiſſe. Vide phraſes *remediare multas* (d) *hereditates*, *remediari* (e). Multa contra RHODIUS; & certe auctor *in præfatione* dicit Latine ſe ſcripſiſſe. Verum ea *præfatio* potuit

a

(z) SCRIBONIUS c. 41. (a) Idem c. 72. (b) Idem c. 76. (c) *Compoſ. ſec. gen.* L. IV. (d) SCRIBONIUS c. 74. (e) Idem c. 75. (f) Apud SCRIBONIUM c. 43. (g) L. XIV. c. 58. (h) C. 61. (i) In LARG. p, 252. (k) C. 43. (l) C. 42. (m) C. 11. (n) C. 75. (o) C. 2. (p) C. 4. (q) C. 43. (r) Ibid. (s) C. 39. (t) *Compoſ. ſec. gen.* L. VI. (u) Ibid. (x) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX. (y) Ibid. L. IV. (z) ibid. L. III. (a) *Compoſ. ſec. gen.* L. V. (b) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX. (c) Ibid. L. VII. (d) C. 29. (e) C. 41.

a barbaro traductore vitiata eſſe. Ita HALLER. Ejus liber de *compoſ. medicam.* prodiit PARIS. 1567. fol. Ita WALTHERUS.

PAMPHILUS μιγματοπωλεα (f), quem putes CLAUDII tempore vixiſſe, cum ex lichenum curatione magnas divitias (g) adquiſiverit, novo eo ſeculo morbo. Emplaſtrum ad lichenes viride GALENUS habet (h); emplaſtra Pamphilia (i).

Qui ſequuntur ſcriptores apud GALENUM ab ANDROMACHO citantur, qui NERONIS Archiater fuerit. Cæterum difficillime, ſua in tempora diſponuntur obſcuri hi homines, quorum vix ulla eſt memoria, præter aliqua medicamenta, quæ a GALENO nominantur.

De THESSALO ſatis certum eſt, NERONE imperante floruiſſe, qui methodicæ ſectæ ſit auctor. Etiam de *Chirurgia* ſcripſit, de curatione ulcerum diuturnorum, ſed nimis extendiſſe (k) dicitur unius medicamenti ad diverſa mala uſum; exemplo medicamenti ex ſinapi: ſuaſiſſe præterea inertia medicamenta, ut geſtationes.

ANTONIUM, qui centeſimum annum PLINII tempore adtigerit, non ponas poſt NERONEM, & priori forte ævo recte poſuiſſes. Viperarum eſu ulcera inſanabilia curaſſe (l) dicitur. Citat ANTONIUM ASCLEPIADES (m), & ad capitis dolores GALENUS (n). An idem eſt ANTONIUS Archiater, cujus iſchiadicum medicamentum citatur (o). An is eſt MUSA? (*pag.* 988.)

QUADRATUS, cujus acopon habet ANDROMACHUS (p), & paſtillum (q).

ANTIMACHUS. Ejus acopon ad podagram (r).

PHILOCLES. Ejus acopon ad podagram (s).

ASPHALARTHESIUS. Ejus acopon (t).

GLYTUS. Ejus acopon (u).

ABASCANTIUS medicus Lugdunenſis. Ejus medicamentum in quo euphorbium (x); antidotus (y).

ANTIPATER (z). Ejus malagma ASCLEPIADES habet (a); aridum (b); colicam (c); auriculare (d); ad narium morbos, quo uſus ANTIPATER (e); ad ſtrumas (f). Non poteſt eſſe ANTIPATER, qui GALENI ævo vixit. Ejus fuerint epiſtolæ, in quarum L. III. vincula negat adverſus ſanguinis fluxum recte artubus injici (g). De ANTIPATRO methodico auctor agit

(f) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. VII. c. 3. (g) Ibid. L. V. (h) Ibid. (i) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. I. c. 17. (k) Idem *meth. med.* L. VI. c. 17. (l) PLINIUS L. XXX. n. 39. (m) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. VII. (n) Ibid. L. II. (o) ORIBASIUS *ſynopſ.* L. II. (p) Apud GALENUM *compoſ. ſec. gen.* L. III. (q) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. II. (r) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (s) Ibid. (t) Ibid. (u) Ibid. (x) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. VII. (y) Idem L. II. *antid.* c. 12. (z) GALEN. *compoſ. ſec. gen,* L. V. & VII. (a) Apud GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. X. (b) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (c) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. V. (d) Ibid. L. III. (e) Ibid. (f) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. VI. (g) CÆLIUS L. II. *tard.* c. 13. de hæmorrhagia.

agit introductionis, quæ eſt inter GALENI ſcripta. Huic medicamenta RHODIUS tribuit. Ægre tunc idem eſſet, quem SCRIBONIUS citat.

ÆLIUS GALLUS. Ejus viride (h); aridum (i) ad pterygia (k); ad ſummos aurium dolores (l). Mireris alibi legi, eundem ÆLIUM ANDROMACHI medicamentum correxiſſe (m), & ſchiſtum ejus catagmatico adjeciſſe.

CRISPUS. Ejus malagma (n); medicamentum ad nomas (o), ad menti mala (p). Generoſum CRISPI (q).

APHRODAS, cujus frequens fit mentio (r). Ejus eſt Iſchæmum (s), viride (t); ad dentium dolores (u); ad ulcera cancroſa (x).

CASTUS. Ejus acopon calefaciens (y), dolorem ſedans (z). Aliud (a).

ORION pectendorum capillorum artifex. Ejus acopon (b).

MELITO. Ejus aridum (c).

ALEXANDER, qui uſus eſt medicamento ab ASCLEPIADE citato (d), cujus eſt emplaſtrum aridum (e).

ARISTOCRATES. Ejus ad dentium dolores eſt medicamen (f).

ANTIPHANES. Ejus medicamentum ad dentium dolores (g).

PHILINUS. Ejus aridum (h).

CYRTUS. Ejus eſt emplaſtrum adhærens (i).

HARPALUS vel HARPALA. Ejus duo emplaſtra (k).

PHILOXENUS, difficillimus homo. Præter priorem illum ſuperius dictum PHILOXENUM, reperitur apud ANDROMACHUM PHILOXENUS Grammaticus (l): alibi chirurgus (m), cujus eſt medicamentum ad ozænas & narium polypos.

CLAUDII vero PHILOXENI emplaſtrum ad fracturas (n), ægyptium (o), citat & ASCLEPIADES (p).

PHILOXENI ſimpliciter dicti medicamentum ad ſuffuſionem (q), illinitio ad oculum (r), emplaſtrum ad ſcabras palpebras valde compoſitum (s). Citantur ejus collectanea (t). Conf. *pag.* 983.

EPIGONUS (vel EPIGENES). Ejus viride (u); iſis (x) ad ulcera recentia, quam ajunt ex adyto templi VULCANI ſumtam (y) eſſe.

ZENO.

(h) ANDROMACHUS apud GALENUM *compoſ. ſec. gen.* L. V. (i) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. II. (k) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. V. (l) Ibid. L. III. (m) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. II. (n) Idem ibid. L. VII. (o) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. V. (p) Ibid. (q) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. X. (r) Ibid. L. VII. (s) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. III. V. (t) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. II. (u) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. V. ex libris APHRODÆ & L. VII. (x) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. IV. (y) Ibid. L. VII. (z) Ibid. L. VI. (a) Ibid. L. IV. (b) Ibid. L. VII. (c) Ibid. L. V. (d) Ibid. L. IV. (e) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. II. (f) Ibid. L. V. (g) Ibid. (h) GALENUS *compoſ. ſec. gen.* L. V. (i) Ibid. L. VI. (k) Ibid. (l) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (m) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. III. (n) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. II. (o) Ibid. L. III. (p) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. IX. (q) Ibid. L. IV. (r) Ibid. (s) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (t) Ibid. L. IV. (u) Ibid. L. II. AETIUS L. IV. I. c. 124. (x) Apud CRITONEM in GALENI *compoſ. ſec. gen.* L. V. (y) Ibid.

ZENO. Ejus emplaſtrum ad maligna ulcera, quo uſus ſit in deſperato caſu VALERIÆ (z) SECUNDÆ. Ejus locus etiam citatur (a). Quod doſes addiderit, laudat GALENUS (b). Non putat HALLERUS eſſe ZENONEM HEROPHILEUM Cordubenſem, quem alias GALENUS citavit.

EUBULUS ad vulnera nervorum (c).

TELEPHANES ad cicatricem inducendam (d).

PUBLIUS. Ejus ex vino viride (e), aridum (f).

MACEDO. Ejus medicamentum ad vitia veſicæ (g).

EVANGELUS. Ejus viride epuloticum (h).

EPICURUS. Ejus emplaſtrum epuloticum (i).

ALCIMION vel NICOMACHUS (k). Ejus viride (l); epuloticum (m); malagma emolliens (n), aridum (o).

THEUDAS ſarcophagus. Ejus emplaſtrum diſcutiens & extrahens (p).

CANDIDUS. Ejus emplaſtrum, quo utitur ANDROMACHUS (q).

SAUCERTICA. Ejus emplaſtrum adhærens (r).

HARPOCRATES, aut HERPOCRAS (s). Ejus aridum epuloticum (t), auriculare (u). HARPOCRATIONIS etiam auriculare (x), conjungit CLERICUS.

DARIUS. Ejus eſt paſtillus (y).

AGATHOCLES librum *de diæta* ſcripſit (z). Ejus paſtillus (a).

ARISTOCLES. Ejus ad cynanchen ex gallis & aceto (b); paſtillus (c); malagma (d).

ISIDORUS. Ejus ad nomas (e).

IRION. Ejus fuſcum (f).

ACHILLS, conpunctor dictus (g). Ejus paſtillus (h).

MAGNUS ſimpliciter dicitur (i), an Tarſenſis, ut putat HALLER, cujus remedium ad hæmorrhoides acerrimum exſtat ex cyclamine & felle (K), & floridum (l), & aſter (m), emplaſtrum exſiccans ex ſalicibus (n).

MAGNUS,

(z) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. III. (a) Ibid. (b) *Compoſ. ſec. loc.* L. VI. (c) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. IV. (d) Ibid. L. II. (e) Ibid. L. V. (f) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. V. (g) Ibid. L. X. (h) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (i) Ibid. (k) Ibid. (l) Ibid. L. II. (m) Ibid. (n) Ibid. L. VII. (o) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. V. (p) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. VI. (q) Ibid. (r) Ibid. (s) ANDROMACHUS apud GALENUM *compoſ. ſec. gen.* L. III. V. VII. (t) Ibid. L. II. (u) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. III. (x) Ibid. (y) Ibid. L. V. (z) Scholiaſt. NICANDR. (a) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (b) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. VI. (c) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. V. (d) Ibid. L. VII. (e) Ibid. L. V. VI. (f) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. VI. (g) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (h) Ibid. L. V. (i) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (k) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. IX. (l) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. V. (m) PAULUS L. VII. (n) ORIBASIUS ad EUSTATH. L. III.

MAGNUS, Philadelphus ſeorſim dicitur (o). Ejus ad carbunculos paſtillus.

MAGNUS, Epheſius, in cujus L. II. epiſtolar. agitur de hydrophobia, cujus ſedem cor fecit & ſtomachum & diaphragma (p).

CRITO, & ipſe antiquior eſt ANDROMACHO, cum GALENUS diſerte dicat, priorem HERAM *iceſium* dixiſſe, inde CRITONEM, tunc ANDROMACHUM (q), & voluiſſe a CRITONE diſcrepare (r). De *ornatu* aliquot libros reliquit (s). Ejus numeroſiſſima medicamenta externa a GALENO citantur: ipſum nempe, quod mox dictum eſt *iceſium* (t); ad ſugillata (u); ſtomaticum ex muſto (w); epuloticum ex ladano (x); emplaſtrum diabotanon (y); emplaſtrum de ſcillis GALENO laudatum (z); dia Aconis (a); ad ſtigmata (b); naribus immittenda (c); & ad varia aurium mala (d); ad oris cruſtas (e); ad columellæ mala (f); aniceton (g); Gleucinum (h); ad menti vitia (i); iſis viridis (k); ad ulcera maligna (l); ad capillorum defluvia (m); ad pruritum (n); emplaſtrum de falicibus (o); aliud medicamentum (p); pſilothrum cum auripigmento & calce viva (q); illitio ad tumores (r).

APOLLONIUS, pharmacopola (s), qui in Egypto vixit, aliquanto ANDROMACHO antiquior eſt, a quo non infrequenter citetur (t). Ejus conſilia & remedia ad dolores aurium (u), & de iis extrahendis, quæ in aures illabuntur (x); ad ozænam (y); ad polypos; ad aurium carneas excreſcentias (z); ad ſugillata (a); ad ſonitus & ſuſurros (b); ad aurium gravitatem (c); aridum (d); malagma emolliens (e); ocularia (f); & aromaticum (g); aridum ad hebetudines (h); ad ſuffuſionem (i); pepiaſmenon collyrium (k); ad dentes (l). Laudat hactenus GALENUS, quod aliquanto plenius, quam ANDROMACHUS, medicamenta deſcribat; tamen & carpit (m), quod non accurate ſatis diſcrimina cauſarum definiat, quod contraria multa miſcuerit. Cum ex ejus conſilio medicus in aurium

(o) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (p) CÆLIUS *acut.* L. III. c. 4. (q) *Compoſ. ſec. gen.* L. III. (r) Ibid. L. V. (s) Quos citat GALENUS *de compoſ. ſec. gen.* L. V. (t) Ibid. (u) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. V. (w) Ibid. L. VI. (x) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. IV. (y) Ibid L. VI. (z) Ibid. (a) Ibid. Pro medicamento veſicas trahente habet TERILLUS. (b) ACTUARIUS *meth.* L. VI. c. 6. (c) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. I. (d) Ibid. L. III. (e) Ibid. L. VI. (f) Ibid. (g) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VI. (h) Ibid. L VII. (i) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. V. (k) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. V. (l) Ibid. L. IV. (m) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. I. (n) AETIUS L. IV. I. c. 126. (o) ORIBASIUS ad EUSTATH. L. III. (p) PAULUS L. VII. c. 13. (q) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. I. (r) AETIUS L. IV. c. I. (s) GALENUS *compoſ ſec. loc.* L. II. (t) Apud GALENUM *compoſ. ſec. gen.* L. V. VIII. & III. (u) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. I. III. (x) Ibid. (y) AETIUS L. VI, c. 93. (z) Idem ibid. c. 85. (a) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. V. (b) Ibid. L. III. (c) Ibid. (d) Ibid. L. V. (e) GALENUS *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (f) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. V. (g) AETIUS L. VII. c. 79. (h) Ibid. c. 97. (i) Ibid. c. 98. (k) Ibid. c. 111. (l) Idem L. VIII. c. 33. (m) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. II.

rium dolore piper adhibuit, malum immaniter auctum fuiſſe notat (n). Scripſit *parabilium* libros aliquos (o).

An idem Apollonius *Archiſtrator*, cujus melinum citat Andromachus (p)?

An is fuerit Apollonius *organicus*, cujus ad carbunculos medicamentum Asclepiades citat (q); & junior chirurgus, cujus ἡμικράνιος (r), & de ſcarificatione locus (s).

Apollonius, Tarſenſis, cujus remedium citat Galenus (t).

Apollonius Θὴρ Erotiano dicitur. In L. *de ambe* ejus ædicula (u).

Apollonius, Pitanus, cujus medicamentum ad ſuffuſiones Plinius habet (x).

Apollonius, Pergamenus, multos, quibus aquæ metus aliunde ſuperveniſſet, ſanatos fuiſſe, neminem, cui canis rabidi morſus mali cauſa fuerit (y).

Difficillimum vero fuerit omnes illos numeroſos diſtinguere Apollonios. Antiquus ille Mus, Herophili diſcipulus, non potuit noſter eſſe, cum iſte res Romanas citet (z); neque Archigenis & Critonis ſimillima fuiſſent medicamenta (a); neque Galenus eum cum Archigene comparaſſet.

Xenocrates ab Andromacho juniori citatus, & Plinio dictus (b), quem avorum ſuorum tempore Galenus vixiſſe ait (c). Aphrodiſienſis erat. Ejus eſt emplaſtrum dolorem ſedans (d); medicamentum auriculare, quo uſus eſt Andromachus (e); album (f); paſtillus (g).

Minutianus. Ejus ad ſtrumas emplaſtrum (h).

Polystomus. Ejus emplaſtrum ad podagram (i).

Prytanides. Ejus ad omnes dolores (k).

Solon, dentarius. Ejus auriculare (l).

Sphendusa (forte fœmina). Ejus compoſitio ad aurium dolores (m).

Chrysanthus Gratianus (n).

Lecanius Areus, Tarſenſis (o), ad quem Dioscorides ſcripſit (p). Ejus aridum erodens medicamentum ad nomas ex plumbo (q); ad

Kkkkkk 2 durum

(n) Ib. L. III. (o) Ib. L. II. III. (p) Apud Galenum *compoſ. ſec. gen.* L. V. (q) Apud Galen *compoſ. ſec. gen.* L. V. (r) *Faſc.* (s) *De cucurbitis* Oribasius L. VII. c. 19. (t) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX. (u) Apud Oribasium Nicet. Gall. *faſc.* 98. (x) L. XXIX. c. 6. (y) Oribasius ad Eustath. L. VIII. c. 13. (z) Apud Galenum *compoſ. ſec. loc.* L. II. *de aure.* (a) Vide Halleri *Bibl. botan.* L. II. pag. 101. (b) L. XXXVII. c. 11. (c) *Compoſ. ſec. loc.* L. III. *ſimpl med.* L. VI. (d) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. VI. (e) Apud Galenum *compoſ. ſec. loc.* L. III. (f) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. I. (g) Ibid. L. IV. (h) Ibid L. VI. (i) Ibid. (k) Galen. *ſec. loc.* L. III. (l) Ibid. (m) Ibid. (n) Ibid. (o) Galenus *compoſ. ſec. loc.* L. III. (p) Ibid. L. VI. (q) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. V.

durum ſplenem (r); paſtillus (s); auriculare (t); ad ſordida (u); peſſus acris (x).

Dioscorides, Tarſenſis vel Anazarbæus, botanica laude celebris, multorum medicamentorum chirurgicorum auctor fuit. Areo Asclepiadæ amico medicamentum ſanguinem comprimens tradidit (y). Ejus libri de *materia medica* notiſſimi ſunt. In iis cæterum paſſim laudatis carpit Galenus, quod medicamentis nimia tribuat (z). Glaucium ex ejus *mater. med.* L. I. ipſe Galenus citat (a). Sed plurima alia olea noſter eo loco deſcribit. Medicamentum ad ulcera maligna (b), cataplaſma (c); medicamentum ad pedum tophos (d).

In *Euporiſtis*, quæ Dioscoridi tribuuntur, Argentorati 1565. 8. Conradi Gesneri cura excuſis, medicamenta ad omnia corporis mala, etiam chirurgica, tumores, ulcera, morſus animalium venenatorum numeroſa recenſentur.

In *hippiatricis* medicamentum eſt, quod refertur ad Dioscoridem.

Spurius liber fere eſt Asclepii & Dioscoridis Chirurgia, cujus codex ſervatur in *Bibl. S. Victoris* (e).

Andromachus, Andromachi filius, quorum uterque Neronis fuit Archiater. Ejus plurima & probata fuiſſe medicamenta Galenus fatetur, tamen ut virtutes confectionum fere omitteret & diſcrimina (f). Liber *de exterioribus* citatur (g), & *de oculorum remediis* (h). Medicamenta ejus numeroſa Galenus citat ad ulcera maligna (i); iceſium ab Hera ſumtum (k); viride (l); ægyptia ad nervos (m), fuſca (n); aridum epuloticum (o). Alia epulotica (p); ad ſanguinem de naribus fluentem (q); de beſaſa medicamentum fere ut Heras (r), catagmaticum (s), barbarum nempe ex bitumine paratum (t). Medicamenta ad veſicæ adfectus. Quo curata eſt uxor Marii, & in Frontino (u). Myſterium a ruſtico acceptum (x). Pro Clemente Sertorio ad bronchocelen (y); & viride (z); panacea ex argenti ſpuma &c. (a); melinum (b). Quo ſanatus eſt Aruntius Aquila (c); emplaſtrum emolliens (d); paſtillus (e) crocoſus (f) ad ſplenem (g); emplaſtrum ex ærugine ad gangrænam (h); auricularia (i); ſtoma-

(r) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. IX. (s) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. V. (t) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. III. (u) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. V. (x) Paulus L. VII. (y) Galenus *compoſ. ſec. gen.* L. V. (z) *De ſimpl. facult.* 5. (a) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII. ex c. 56. (b) Idem ibid. L. IV. (c) Aetius L. VII. c. 95. (d) Idem L. XII. c. 45. (e) Apud Montfaucon L. II. p. 1369. (f) *Compoſ. ſec. gen.* L. III. IV. & *ſec. loc.* L. V. IX. (g) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (h) Ibid. L. I. (i) *Compoſ. ſec. gen.* L. III. (k) L. V. & VI. (l) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. II. (m) Ibid. L. III. (n) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. VI. (o) Ibid. L. IV. (p) Ibid. L. II. (q) Ibid. L. III. (r) Ibid. L. VI. (s) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. II. (t) Ibid. (u) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. X. (x) Ibid. (y) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. VI. (z) Ibid. L. VII. (a) Ibid. L. II. (b) Ibid. (c) Ibid. L. VII. (d) Ibid. (e) Ibid. L. V. (f) Ibid. (g) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. IX. (h) Ibid. L. VI. (i) Ibid. L. III.

ſtomaticum ex punicis (k); malagma emolliens (l); ad ulcera maligna (m); ad capillorum defluvia (n); Gleucinum unguentum ex muſto (o); ad aphtas acerrimum medicamentum (p).

APELLES ſcincum ad ſagittarum vulnera valere ſcripſit (q). Meminit ejus GALENUS (r). Ejus diachartu (s).

STRATON, Eraſiſtrateus. Ejus antidotus (t).

BACCHIUS. Ejus eſt emolliens, quo CÆSAR uſus eſt (u).

ARÆTEUS CAPPADOX malagma ſuum ad ventriculi mala citat, quod ſit μυςηριον (x). V. *pag.* 291.

LYCUS a PLINIO citatur (y), ſi idem eſt cum LYCO Neapolitano. Ejus aliqua medicamenta externa ſuperſunt: cataplaſma ex frumento (z). Etiam de clyſteribus dyſentericorum, fere adſtringentibus, etiam cum auripigmento locum habet ORIBASIUS. Cataplaſma ex panis fermento (a).

C. PLINIUS SECUNDUS in L. XXVI. medicamenta ad externos perinde, ut ad internos morbos; ad cutis mala, ſtrumas, ad luxata, vulnera, ulcera. In L. XXVII. de iisdem. In L. XXIX. medicamenta ex animalibus depromta, etiam ad canis rabidi morſum, calculum, ulcera, cancros. In L. XXXI. & XXXII. remedia ex aquatilibus recenſet. In L. XXXIV. & XXXV. ex mineris, ubi emplaſtrorum cum plumbo conponendorum rationem deſcribit. Compilata eſſe, & plurima vana notum eſt, & ipſe levitatem conſiliorum adgnoſcit, ſeque VARRONIS exemplo tuetur.

SORANUS, Epheſius. Ejus aliqua externa medicamenta citantur, ut illitio de uva acerba (b). Medicamentum, quo etiam uſus eſt ARCHIGENES (c).

In libro περι μητρας multa SORANUS addit medicamenta (d). V. *pag.* 706.

MOSCHION incertæ ætatis eſt, non tamen poteſt poſteriori loco poni, cum eum junior ASCLEPIADES citet (e). Catagmaticum MOSCHIONIS citat, medicamentum ad nomas (f) & epuloticum (g), illinitionem ad oculos (h), & emplaſtrum ad fracturas (i).

(k) Ibid. L. VI. (l) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (m) Ibid. L. IV. (n) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. I. (o) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (p) Ibid. L. VI. (q) PLINIUS L. XXVIII. c. 8. (r) *Antidotor.* L. II. (s) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. c. 14. (t) AETIUS L. IV. I. c. 346. (u) GALENUS *compoſ. ſec. gen.* L. VII. ex ASCLEPIADE: (x) C. 7. (y) L. XX. (z) ORIBASIUS L. IX. c. 25. AETIUS de Cæſ. ſ. (a) Apud ORIBASIUM coll. L. IX. c. 25. (b) AETIUS L. VIII. c. 43. (c) Idem L. VI. c. 55. (d) C. 86. (e) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L III. citatum in ASCLEPIADIS *med. ext.* L. III. *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (f) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (g) Ibid. L. II. (h) Ibid. L. IV. (i) Ibid. L. II.

AGATHINUS, ARCHIGENIS Præceptor, citatur ab ASCLEPIADE ob paſtillum ſtypticum (k).

ARCHIGENES. Ejus externa medicamenta GALENUS plurima repetit (l). Omnino certe empirici ſunt ingenii plurima ſimplicia, ſed absque diſcrimine (m) & ordine temere congeſta, ad unum malum centena, ut etiam alieniſſima commiſceat, & repulſoria ubi mollire opus eſt, vana etiam admittat. V. *pag.* 319.

ARCHIBIUS aridum epuloticum ASCLEPIADIS correxit (n).

DEILEON, cujus ad maligna ulcera medicamentum eſt cephalicum (o).

ARISTARCHUS Samius. Ejus eſt paſtillus (p).

SERAPIAS. Aridum ex SERAPIADE (q).

MARCIUS. Ejus nectarium (r).

MENIUS RUFUS. Ejus acopon (s).

APHRODISIUS, alii legunt APHRODAM. Ejus collectio citatur (t).

PATROCLUS, CÆSARIS libertus. Ejus illinitio (u).

POMPEJUS SABINUS. Ejus medicamentum pro FLAVIO CLEMENTE DOMITIANI adfini (x). Ejus polyteles ad podagram ABURNIO VALENTI datum (y).

CHARIXENUS ad ulcus arteriæ (z); ad polypos (a); ad ozænas (b); auriculare (c); ad inflammationes aurium cum ulcere (d).

LYSIAS ad ulcus arteriæ (e).

ORIGENIAS ad profunda ulcera aſperæ (f).

ASTER ad ulcera cancroſa (g).

TURPILLIANUS, perinde (h).

AMPHION, perinde (i).

CLAUDIUS DAMONICUS perinde (k). Ejus porro auriculare (l).

PHILOCALUS (m).

DOMITIUS NIGRINUS. Ejus illinitio (n).

ANTIGONUS, medicus in caſtris exercitatus. Ejus ſphragis (o).

THREPTUS. Ejus paſtillus ad ulcera ſerpentia (p).

NICOLAUS (q), cujus paſtillus, emplaſtrum ad vulnera recentia (r).

AMY-

(k) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (l) *Compoſ. ſec. gen.* L. II. (m) *Compoſ. ſec. loc.* L. III. 1. L. II. & VI. (n) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (o) Idem ibid. L. IV. (p) Ibid. L. V. (q) Ibid. (r) Ibid. (s) Ibid. L. VII. (t) Ibid. (u) Ibid. (x) Ibid. (y) Ibid. (z) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. VII. (a) Ibid. L. III. (b) Ibid. (c) Ibid. (d) Ibid. (e) Ibid. L. VII. (f) Ibid. (g) GALEN. *compoſ. ſec. gen* L. IV. (h) Ibid. (i) Ibid. (k) Ibid. L. IV. (l) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. III. (m) Ibid. L. X. (n) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (o) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. II. (p) Ibid. L. V. (q) Ibid. (r) PAULUS L. VII. c. 17.

AMYTHAON. Ejus pargyron ad ancyloſes (s); malagma (t); emplaſtrum (u); malagma ad hypochondriacos (x).

ONESIDEMUS (y).

PRIMION ad ulcera chironia (z).

DIOPHANTUS, chirurgus. Ejus emplaſtrum (a); emplaſtrum ad ſerpentum morſus (b); ad ambuſta (c).

GENNADIUS. Ejus collyrium (d).

POLYXENUS. Ejus medicamentum ad palpebras ſcabras (e).

CLEOBULUS. Ejus medicamentum ad nomas (f).

DIODORUS. Ejus medicamentum ad carbunculos (g) & ex calce, alumine, lapide Aſio, quod GALENUS habet (h). Ejus naſturcinum (i) &c.

LUCIUS, præceptor ASCLEPIADIS. Ejus medicamentum ad renes (k); ſanguinem ſiſtens (l); emplaſtrum adhærens (m), de chalcitide (n); diarrhodon (o); paſtillus ſtypticus (p); ad fracturas (q); diarrhodon emolliens (r); viride (s); epuloticum (t); catagmaticum (u); melinum (x); malagma ad articulorum diſtortiones (y).

SEVERUS. *Severianum* ad palpebrarum ſcabritiem (z); ejus *Theodotio* (a); linimentum ad totum caput (b). Pulvis Severinus (c). Ejus cataplaſma, illitiones muſculorum temporum (d), & totius capitis (e).

TELAMON (f).

PETRONIUS. Ejus Virtus (g).

TERENTIUS. Ejus paſtillus ſtypticus (h); diarrhodon ex roſis (i). Hunc virum putes eſſe, qui pleno nomine dicitur MARCUS TERENTIUS ASCLEPIADES (k).

PITHION. Ejus catagmaticum (l).

TONSOR, Bithynicus, ut videtur. Ejus ad hydropem (m); malagma (n).

PETINUS. Ejus ad profunda ulcera aſperæ (o).

ASCLE-

(s) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (t) Ibid. L. VIII. c. 13. (u) PAULUS L. c. (x) ORIBASIUS ad EUSTATH. L. III. (y) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. X. (z) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. IV. & ACTUARIUS *meth. med.* L. VI. c. 6. (a) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (b) Idem *antidot.* (c) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. V. (d) Ibid. L. IV. (e) Ibid. (f) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (g) Ibid. (h) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. X. (i) Ibid. L. IX. (k) GALEN *compoſ. ſec. gen.* L. V. (l) Ibid. (m) Ibid L. VI. (n) Ibid. L. II. (o) Ibid. (p) Ibid. L. V. (q) Ibid. L. II. (r) Ibid. L. VII. (s) Ibid. L. V. (t) Ibid. L. II. (u) Ibid. (x) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (y) AETIUS L. III. 4. c. 42. (z) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (a) AETIUS L. VII. c. 27. 32. 33. 114. &c. Alia etiam paſſim medicamenta habet, quibus nomen ſit Theodotion. Ibid. c. 114. (b) Idem L. VII, c. 99. (c) TRALLIANUS L. II. c. 6. (d) AETIUS L. II. 3. c. 4. (e) Idem ibid. c. 95. (f) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. II. (g) Ibid. L. V. (h) Ibid. (i) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (k) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. c. 6. (l) Ib. L. III. (m) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. IX. (n) PAULUS L. VII. c. 18. (o) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII.

Asclepiades, junior. Numeroſi fuerunt cum hoc nomine medici, ut quem hic Galenus velit, non ſatis intelligas. Marcum Terentium Asclepiadem eundem eſſe putabat celeberrimus Hallerus pleno nomine (p) dictum, cognomento Pharmacionem (q), cujus *externorum* libros quinque citat Galenus (r). Verum ab ea ſententia receſſit Hallerus, quod Terentius ſeorſim, & eodem quidem cum Asclepiade capite citetur (s). In medicamentis potiſſimum ſe exercuit. Galenus ſæpe laudat, quod melius Andromacho medicamentorum vires definiat (t), quod doceat medicamenti conficiendi modum (u). Eſt tamen ubi carpat, quod tempora morborum non addat (x). Multa priorum ſcriptorum medicamenta collegit. Ejus ad ozænam medicamentum Galenus habet (y); ad oculorum mala ex lapide Phrygio (z), quod Galenus laudat; agglutinatorium ad oculos (a); panacea collyrium (b), ex hirudinibus absque beſaſa. Ejus ſtomaticæ illitiones (c); Libianum (d); ſtella (e); acopon (f); malabathrinum (g); ad hæmorrhoides (h); ad ſplenem (i); ad prolapſum uterum (k); malagma ad mala iſchiadica (l); catagmaticum (m); epuloticum ex cydoniis (n); malagma acre (o); ad ulcera cancroſa (p); viride (q); gilvum (r); ad maligna ex ſalicum foliis emplaſtrum (s); ad alia maligna ulcera (t); chironia (u); malagmata emollientia (x); acopa (y); metaſyncriticum (z); epitemata ad capitis dolorem (a); ad alopecias (b); ad polypos (c); ad ſanguinem de naribus (d); cicatricem in ulceribus ducentia (e); paſtillus ad dolores femorum (f). Extus in podagricis opio uſus eſt (g). Variorum apud Asclepiadem medicamenta (h). Quæ vero fuerint antiquorum medicamenta externa, docte expedivit D. Clericus, qui recte adnotavit: μαλάγματος nomen a medicamenti mollitie ſumtum eſſe, vires ſæpe acres, & adſtringentes fuiſſe. Lipara & parygra emplaſtra molliora erant. Collyria aliquid ſimile erant magdaleonibus; poſteriori vero ævo id nomen ad oculorum mala reſtrictum fuit.

Rufus in L. *ad vulgus* oleum cum vino laudat in auris doloribus. Ejus unguentum acre ad penem erigendum, & ad ciendam venerem, in quo grana

(p) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. c. 6. Item le Clerc pag. 841. (q) Galen. Ibid. L. IV. (r) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX. & III. (s) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (t) Ibid. L. VI. (u) Ibid. L. II. & III. (x) *Compoſ. ſec. loc.* L. II. (y) Ibid. L. III. (z) Ibid. L. IV. (a) Ibid. (b) Aetius L. VII. c. 109. (c) Ibid. L. VI. (d) Ibid. L. VII. c. 104. (e) Ibid. (f) Ibid. L. III. 4. c. 44. (g) Ibid. L. VIII. IV. (h) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. IX. (i) Ibid. (k) Ibid. (l) Ibid. Et Aetius L. III. 4. c. 5. (m) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. II. (n) Ibid. (o) Aetius L. III. 2. c. 11. (p) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. IV. (q) Ibid. L. V. (r) Ibid. L. II. (s) Ibid. (t) Ibid. L. VI. (u) Ibid. L. IV. (x) Ibid L. VII. (y) Ibid. (z) Ibid. (a) Aetius L. VI. (b) Ibid. (c) Ibid. c. 93. (d) Ibid. c. 95. Vincebat etiam pollicem pedis. (e) Ibid. L. XVI. c. 95. (f) Oribasius ad Eustath. L. III. (g) Aetius L. III. 3. c. 38. (h) Galenus *compoſ. ſec. loc.* L. IV.

grana cnidia, reperitur apud ORIBASIUM (i), & apud AETIUM (k) ſmegma odoratum coſmeticum. V. *pag.* 415.

LEONIDES. Ejus emplaſtra ad mammarum fiſtulas (l), ad ſcirrhum & cancrum mammarum (m); paſtillus ex œſypo ad nomas (n). V. *pag.* 320.

ANTYLLUS de dropace (o); de ſinapiſmo, de ſuffitibus ad muliebria admotis (p); ejus olfactoria (q); collyria (r); paſtilli (s); ad clyſteres, alii illiniendi, peſſi (t); de iis quæ infunduntur (u); de unguentis (x); de malagmatibus (y); de acopis (z); de empaſmatibus (a); cataplaſmatibus (b), inunctionibus; de cataplaſmatis compoſitione (c).

Ex L. VII. *de remediis extrinſecis* reperitur de dropace (d), de ſinapiſmo (e), de collyriis (f) quæ ANTYLLUS dicit etiam utero, fiſtulis, ſinubus imponi; de paſtillis (g); de peſſis (h); de unguentis (i); de malagmatibus (k); de acopis (l); de cataplaſmatibus &c. (m); de auricularibus medicamentis (n); de dentium remediis (o). V. *pag.* 406.

JULIANUS. Ejus barbarum (p).

MNASEUS, vel ſi idem eſt, MNASEUS methodicus fuit (q). Ejus eſt diachylon (r); medicamentum emolliens ad parotides diſcutiendas emplaſtrum (s); cataplaſma (t). Nomen etiam PHIMENI MNASÆI reperitur, cujus eſt cataplaſma (u) & cilidion (x). Deinde PHILUMENI nomen ſolum (y), cujus anthera ad oris ulcera (z); remedia varia externa, etiam frigida (a).

NAUCRATITES. Ejus collyrium (b).

OLYMPIONICUS. Ejus oculare (c).

ZOSIMUS. Ejus oculare (d), ad tumores (e).

HERMOPHILUS. Ejus collyrium thalaſſinum (f); collyrium (g).

POMPONIUS BASSUS. Ejus ad incipientem ſuffuſionem (h).

APIUS PHASCUS. Ejus excoriatorium (i).

AXIO-

(i) *Synopſ.* ad EUSTATH. L. III. (k) L. VIII. c. 6. (l) Apud AETIUM L. XVI. c. 41. (m) Ibid. L. II. c. 44. (n) Ibid. L. XIV. c. 51. (o) Apud ORIBASIUM *collect.* L. X. c. 12. (p) Ib. c. 19. (q) Ib. c. 20. (r) Ib. c. 23. (s) Ibid. c. 24. (t) Ib. c. 25. (u) Ib. c. 26. (x) Ib. c. 27. (y) Ibid. c. 28. (z) Ibid. c. 29. (a) Ibid. c. 31. (b) Ibid. c. 32. (c) Ibid. L. IX. c. 4. (d) Ibid. L. X. c. 12. (e) Ibid. c. 13. (f) Ibid. (g) Ibid. c. 24. (h) Ibid. c. 25. (i) Ibid. c. 27. (k) Ibid. c. 28. (l) Ibid. c. 29. (m) Ibid. c. 32. 33. 34. (n) Ibid. c. 35. (o) Ibid. c. 36. (p) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. II. (q) L. *de introduct.* (r) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. & *ſec. loc.* L. III. (s) ACTUAR. *meth. med.* L. VI. AETIUS L. XV. c. 14. (t) TRALLIANUS L. III. c. 7. (u) ORIBASIUS *ſynopſ.* L. III. (x) Idem ad EUSTATH. L. VI. (y) Apud ORIBASIUM *ſynopſ.* L. III. (z) ORIBAS. *inſtit.* L. III. (a) AETIUS L. II. I. (b) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (c) Ibid. (d) Ibid. (e) PAULUS L. VII. c. 19. (f) Ibid. (g) AETIUS L. VII. c. 112. (h) Ibid. (i) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V.

Axiorius. Ejus medicamentum cutaneum (k).

Æschrion, empiricus Pergamenus, quem Galenus inter magiſtros ſuos recenſet, ex cinere cancrorum exuſtorum medicamentum ad canis rabidi morſum fecit (l).

Menætus. Ejus melinum ex lithargyrio (m), aliud ejus aureum (n).

Machærion. Ejus medicamentum ad auferendas cruſtas in gangræna (o).

Baphullus. Ejus emplaſtrum ad ſerpentum ictus (p).

Diodorus (an idem qui *pag.* 999.?) Ejus medicamentum ad lichenes (q).

Nicostratus. Ejus malagma ad podagram (r).

Zeuxides. Ejus medicamentum ad menti lichenes (s).

Diomedes. Ejus lyſiponion (t).

Sosander. Ejus ad palpebras (u).

Timocrates. Ejus dentifricium (x).

Leucus. Ejus melinum (y); malagma ad articulos diſtortos (z).

Philippus in cæſaria (a).

Cimon. Ejus auriculare ex Ario Tarsensi (b).

Lampo. Ejus medicamentum ad ozænas ex miſy & ære (c).

Clonianus. Ejus ad podagram (d).

Proclianus. Ejus emplaſtrum (e).

Pytius. Ejus ad dentes motos, niſi eſt Pythicus Damocratis (f).

Magnus, circulator. Ejus ad lichenes (g).

Chariton, circulator. Ejus ad phalangia (h).

Simmias vel Simonias, circulator. Ejus adverſus phalangia (i).

Chrysus, cujus *teſtamentum* nomen eſt collyrii, quod dicitur a morte auctoris ab Hadriano eſſe inventum (k).

Claudius Galenus magnam partem ſui laboris utique poſuit in re medicamentaria, quam accurate didicit, etiam pretio conducto magiſtro, & manu ſua exercuit, ut omnino ruri, ſi quando medicamentis vulgaribus deſtitueretur, in caſu præſenti alia & alia medicamenta componeret, & propolide, fermento & oxelæo vulnera nervorum curaret. Teſtas uſtas pauperibus utendas dedit. Adverſus achores ipſe chartam exuſſit, pauperibus medicis euporiſta tradidit. Ejus libri *VII. de compoſitione medicamentorum ſecundum genera* toti ad mala externa ſpectant. Hoc opus ſcripſit, cum alii

(k) Ibid. (l) *Simpl. Facult.* L. II. (m) Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. II. (n) Ibid. (o) Galen. *de art. cur. ad Glauc.* II. c. 9. & *compoſ. ſec. loc.* L. V. (p) Galen. *antidot.* (q) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. V. (r) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (s) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. V. (t) Ibid. L. IV. (u) Ibid. (x) Ibid. L. V. (y) Ib. L. I. (z) Aetius L. XII. c. 41. (a) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (b) Ibid. L. III. (c) Ibid. (d) Galenus *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (e) Ibid. L. VI. (f) Galen. *compoſ. ſec. loc.* L. I. (g) Ibid. L. V. (h) Idem *antidot.* L. II. (i) Aetius L. XIII. c. 18. (k) Idem L. VII. c. 114.

alii duo libri conflagraſſent, quos de eadem re conſignaverat (l). Solet autem præmittere rationes, quare his vel illis medicamentis utatur, quare hoc illove modo ea componat, ut nempe ex ſimplicibus medicamentis, hoc vel illo certo gradu caloris vel frigoris notis, aliud componatur ejusmodi gradus, quo gradu natura nullum medicamentum ſuppeditaſſet. Nimiam etiam violentiam componendo frangi, gratiamque aliquam addi. Exemplum dat, ut ſua manu ex chalcitide medicamentum præparaverit & coxerit. Ipſe varia excogitavit auxilia, & Phœnicium ſuum citat (m). Lithargyrium ut lavetur. De medicamentis ex lithargyrio, ceruſſa, molybdæna: de ulceribus; ad ulcera cacoethea, & de emplaſtris albis. Ipſe cum ulcus femoris, etiam fiſtulam, paſſus eſſet, ſanatus eſt meris illitionibus; & alias medicamento ex oxelæo & lithargyrio fiſtulas ſanavit. In L. II. porro agit de emplaſtris, variorum colorum. Fortia medicamenta cum aceto digeſta mitescere: ut cum ærugine præparentur: diu cota gilva reddi. Catagmatica. Barbarum ſuum. Glutinantia, barbara, quæ ex bitumine. In L. III. potiſſimum ad vulneratos nervos. Tendines in gladiatoribus male curatos ſe vidiſſe, ut quaſi cocti viderentur. De rhizopolis querela, qui medicamenta contaminent. Putrido tendini lixivium adfudit: inflammato oleum. Ad ea mala, tendinum & nervorum vulnera, euphorbium cum oleo. Ut quis nervo conpuncto die ſeptimo interierit. In puncturis cutem jubet duobus locis incidere. Metallica ad nervorum vulnera, ærugo, miſy. Compoſitio ex euphorbio. Medicamentum ad puncturas nervorum, adque rabidi canis vulnus, non ſinit vulnus claudi, factum ex pice, aceto, & opopanace. Punctis acriora, denudatis nervis imponit, quæ mediocriter adſtringant & una digerant. Medicamenta ex euphorbio, ex columbarum ſtercore, diabotaro, alia ad nervorum vulnera ibi reperias. In L. IV. ad ulcera maligna ſiccantia, metallica, terrea laudat. Corpora mollia ab acrioribus pati phlegmonen. Ad ANDROMACHI medicamenta varia monet; ita & alibi ſuum judicium interponit. Ad CRITONEM, aliaque de cavis ulceribus, tum ad ASCLEPIADEM & ARCHIGENEM. In L. V. emplaſtra multiplicis uſus. Ad ea, quæ HERAS adverſus ulcera maligna laudat. Ut alii ſcriptores alios exſcripſerint: HERACLIDEM HERAS, HERAM CRITO, CRITONEM ANDROMACHUS. Paſtilli. Solet autem ex variis ſcriptoribus numeroſa ejusdem tituli medicamenta colligere. Arida ad nomas, carbunculos. In L. VI. emplaſtra iterum ad nomas. Virtutes medicamentorum ab ANDROMACHO neglectas ſupplet. Medicamenta plumbea ut coquantur. Fuſe de Ægyptio. Emplaſtra digerentia & extrahentia. In L. VII. emollientia. Scirrhi pathologia. Ut HERAS & ASCLEPIADES in doſibus diſſentiant. Relaxantia. Acopa (quæ laſſitudinem aut dolorem tollunt). In hoc opere GA-

(l) Citat in L. I. *methodum ſuam med.* etiam L. IV. & VI. *ſimpl. medic.* (m) Ibid. L. II.

GALENUS potiſſimum HERAM, CRITONEM, ANDROMACHUM & ASCLEPIADEM excerpit. Vertit J. GUINTHERUS, ad vetera exemplaria emendavit AUGUSTINUS GADALDINUS (Editiones vide in HALLERI *Bibl. botan.* T. I. *pag.* 116.). Arabice L. IV & VI. cum adnotationibus HONAIN in Bibl. Scurialenſi n. 791.

Medicamenta varia GALENI ad poſteros deſcenderunt, ut collyrium, quo uſus eſt LEUCUS paſtor (n). Malagma GALENICUM apud PAULUM (o).

Non perinde unice chirurgici ſcopi eſt alterum GALENI opus *de compoſitione medicamentorum ſecundum locos* (morbos), cujus Libros X. GUINTHERUS vertit, NICOLAUS MACHELLUS ad Græcorum exemplarium fidem recognovit, demum CHARTERIUS emendavit. (Editiones vide in HALLERI *Bibl. botan.* T. I. pag. 114. 118. 119.) Morbos perſequitur a capite ad calcem. In L. I. mala cutanea. In L. II. ad vulnera capitis aliqua. In L. III. ad auris dolores, inflammationem. Recte monet, priſcos non ſatis cauſas & diſcrimina morborum in præſcribendis medicamentis conſideraſſe. Ut parotides ad ſuppurationem ducantur. Paſtillus ex charta uſta GALENI. Adverſus aurium vermes; inmittit veratrum. De polypo narium, breviſſime: ſe uſu diphrygis diu continuato eum conſumſiſſe. Narium ulcera, & proprius ad ea GALENI paſtillus. In L. IV. ocularia medicamenta varia. Morbi oculi & palpebrarum per ſingulos. Ad ſuffuſionem, fel hyænæ. Ad pſorica etiam arſenicum admiſcet. Arterias in temporibus ſe excidere. In L. V. porro de oculorum morbis & dentium. Inflammatis acria & aſtringentia non conveniunt. ARCHIGENEM ſolanum diſcutientibus non bene admiſcuiſſe. Suum dat dentifricium. In L. VI. oris mala. Adverſus putredinem laudat atramentum ſutorium. Nihil effici medicamentis externis, niſi interna conjungas. In L. IX. aliqua externa ad hydropem. Pompholygis vim beneficam laudat. V. *pag.* 264.

ADAMANTINUS. Ejus medicamenta ad ramicem adſtringentia cum ſandaracha, & aliud ad phagedænas (p).

PHILAGRIUS. Ejus ceratum (q); collyria varia; (r); medicamentum GALENI ad nervos ſauciatos metallicum ſe efficax eſſe expertum (s). PHILAGRII medicamentum ex nitro & oleo (t); hippace (u); medicamentum ad tophos (w); ad ſanguinem reprimendum (x); diſcuſſorium (y); ad evocandum (z); malagma (a); ipſe cum metallicis deſtitueretur, de ſalicibus addidit (b), cum auripigmento & alumine (c); unctiones

(n) ACTUAR. *meth. med.* L. VII. cap. 5. (o) L. VII. cap. 18. (p) ORIBASIUS ad EUSTATH. L. III. (q) AETIUS L. III. S. 4. c. 23. (r) Idem L. VII. c. III. & alibi. (s) Apud AETIUM L. XII. c. 33. (t) Ibid. c. 41. (u) Ibid. c. 42. (w) Ibid. c. 45. (x) Ibid. L. XIV. c. 52. (y) Ibid. L. XV. c. 14. (z) Ibid. c. 18. (a) PAULUS L. VII. c. 18. (b) AETIUS L. XI. c. 8. (c) Idem L. X. c. 11.

nes ad uteri ſuffocationem (d), & ſtrangulationem (e), ad oris cruſtas (f). V. *pag.* 416.

ORIBASIUS in L. XIV. aliqua medicamenta chirurgici ſcopi ex plantis. Cap. 58. de exulcerantibus, inter quæ cantharides & nitrum toſtum. Cap. 61. de adſtringentibus. In L. XV. medicamenta ex animalibus fere, ut pleraque hujus ſcriptoris ex GALENO ſumta: num aliqua propria ſint auctoris difficile eſt dictu.

In majoris compendii magnæ collectionis L. I. agit etiam de dropacibus & ſinapiſmis. In L. II. medicamenta aliqua externa, interna alia. In L. III. unguenta, emplaſtra, malagmata, cataplaſmata, paſtilli, collyria, ſmegmata, dropaces, alia ex antiquis, potiſſimum etiam ex GALENO. Collyrium ex ære uſto ſuum ad vetuſtas adfectiones citat. In L. VII. externa iterum medicamenta ad ulcera, tumores &c. Malignis plumbum, nervis nudatis calcem & pompholygem adhibet, breviſſime. In L. VIII. ad oculorum mala: tum aurium & dentium, ad canis rabidi morſum.

In alterius brevioris *ſynopſis* L. II. aliqua medicamenta ſimplicia, adtrahentia, digerentia. In L. IV. formulæ aliquæ veterum, ut ANDRONIS paſtillus.

Aliqua porro ORIBASII medicamenta ad poſteros pervenerunt. Emplaſtrum e buccinis ad parotides ex ORIBASIO (g); ad polypos (h); collyrium ſiſtens (i); aliud (k); diarrhodon album (l); chiacum (m); ad aſperitates (n); abſterſorium (o); diaceraton (p); ad maculas (q); ad ficos (r); lichenicum (s); ſmegma (t). Ipſe MESUES emplaſtrum habet ORIBASII (u). Ex urina medicamentum (x); decumanum ad podagram (y); ſmegma ad elephantiaſin (z); ad ſedis inflammationes (a); paſtillus (b); ad verrucas (c); ad ramicem (d); Ægyptium (e); ad nomas pudendorum (f); emplaſtrum ad ſinus & fiſtulas (g); ad putrefacta (h); ad pterygia (i); ad lepram (k); ad fracturas e ſucco ſalicis (l), e cadmia (m); ejus diachylon (n), ad ſtrumas (o), ruptorium (p), candidum (q), evocatorium (r), e capparibus (s), apochyma ex ovis (t), parygron (u). Varia ad lapides, etiam cicadæ aridæ (x), ad alopeciam (y), ad fracturas (z). Malagma ex ſtercore caprillo (a). Ad dealbandas cicatrices nigras (b). Epithema ad

(d) Idem L. XVI. c. 70. (e) Idem ibid. c. 71. (f) ORIBASIUS ad EUSTATH. L. III. (g) Apud AETIUM L. VIII. cap. 9. (h) Ibid. cap. 94. (i) Cap. 101. (k) Cap. 104. (l) Cap. 107. (m) Cap. 109. (n) Cap. 111. (o) Ibid. (p) Cap. 113. (q) L. VIII. cap. 11. (r) Ex L. ad EUSTATH. (s) Cap. 16. (t) Cap. 35. (u) *Antidot.* L. III. (x) AETIUS L. XII. cap. 42. (y) Cap. 43. (z) L. XIII. cap. 123. (a) L. XIV. cap. 1. (b) Cap. 3. (c) Cap. 4. (d) Cap. 23. (e) Cap. 31. (f) Cap. 49-52. (g) Cap. 56. (h) Cap. 52. (i) Cap. 57. (k) Cap. 80. (l) Cap. 13. (m) Ibid. (n) L. XV. cap. 54. (o) Cap. 17. (p) Cap. 18. (q) Ibid. (r) Cap. 19. (s) Cap. 20. (t) Cap. 30. (u) Cap. 31. (x) L. XI. cap. 10. (y) L. VI. cap. 56. (z) PAULUS L. VII. cap. 17. (a) Idem ibid. cap. 18. (b) AETIUS L. IV. 1. cap. 129.

uteri ſcirrhum ex lauri baccis (c). Ad cancrum uteri (d). Parygron (e). Dropax Gallus (f).

Excerpta ex ORIBASIO etiam de emplaſtris ſunt in Bibl. R. P. n. 2240. V. *pag.* 264.

THEODORUS PRISCIANUS in L. I. farraginem tradit formularum ad morbos externos a capite ad calcem, etiam ad ambuſta. Porro multa THEODORI habet AETIUS. Admirandum ad herniam, quod experti ſumus, & cum admiratione ſanavimus (g); charta nempe in pilam trita. Malagma, quo ſuum patrem ſanavit (h); ad cancrum exulceratum (i). V. *pag.* 361.

PLINIUS VALERIANUS, magno, quod uſurpat nomine indignus, MARCELLO undique ſimilis, indoctus, empiricus & exſcriptor TRALLIANI, a quo totum librum V. ſumſit. Ejus *de re medica* L. V. ROM. 1509. fol. & BONON. 1516. fol. multo quam ROMÆ accuratius cum titulo *aureum opus & ſublime ad medelam non parum utile* PLINII *philoſophi & medici*: deinde cum SORANO & aliis a TORINO, a quo emendatus fuit ARGENTOR. 1533. fol. BASIL. 1538. fol. 1549. fol. VENET. 1547. fol. cum aliis. Medicamenta ſunt omnis generis, & ſimplicia & compoſita; pleraque medici ſcopi, tamen etiam ad mala externa pertinentia, ut ad capitis vulnera (k); peſſus LIVIANUS (l); ad auriculæ mala (m); ad parotides (n); oculorum mala (o); narium mala (p); oris (q); dentium (r); ad fauces & uvulam (s); ad mammæ cancrum (t); inteſtina vulnerata (u), & rupta (x); calculum (y); ramices (z); pedum mala (a); ad ulcera & cancros (b); ad abſceſſus (c); ſtrumas (d) carbunculum (e); ambuſta (f); mala cutanea (g); livores (h); oſſa fracta (i); morſum canis rabidi (k); & alios morſus (l).

MARCELLUS vulgo EMPIRICUS, neque male, qui undique etiam a ruſticis, medicamenta perinde ut mox dictus PLINIUS compilaverit, THEODOSII M. Archiater, Burdigalenſis, ab ARCADIO officio exſutus. Infidus, etiam quando ſe ipſum medicamenti vim dicitur expertum eſſe; abſque ullo judicio aut ſelectu vaniſſima quæque & abſurdiſſima corraſit, ut nauſeæ ſit legenti SCRIBONII magnam, partem compilavit, ſuamque fecit, quem eundem JANUS CORNARIUS eſſe putat, qui dicitur a MARCELLO SIBURIUS. Dictio barbara, etiam infra ſeculum. Ejus L. *de medicamentis* prodiit BASIL 1536. fol. a JANO CORNARIO editus, tum inter principes H. STEPHANI & apud ALDUM 1547. fol. Male a J. CORNARIO editum

(c) L. XVI. cap. 84. (d) Cap. 99. (e) PAULUS L. VII. cap. 17. (f) Idem ibid. (g) L. XIV. c. 27. (h) Idem AETIUS L. III. ſ. 4. c. 5. (i) Idem L. XVI. c. 50. (k) L. I. c. 5. (l) Ibid. alieno loco. (m) Ibid. c. 9. 10. 11. (n) C. 13. (o) Cap. 15. ſeqq. (p) C. 24. ſeqq. (q) C. 29. ſeqq. (r) C. 36. ſeqq. (s) C. 43. ſeqq. c. 68. (t) L. II. c. 3. (u) C. 31. L. III. c. 17. (x) C. 32 (y) C. 39. (z) C. 40. (a) C. 48. ſeqq. (b) C. 22. ſeqq. (c) C. 23. ſeqq. (d) C. 28. ſeqq. (e) C. 30. (f) C 36. (g) C. 38. ſeqq. (h) C. 47. (i) C. 48. (k) C. 50. (l) C. 51.

tum eſſe J. Rhodius queritur, qui novam editionem parabat. Gallice verſus eſt ab Antonio de Moulin, Lion 1653. 8. Ad chirurgica referas, quæ ſuadet ad tubera & cutanea mala capitis, ad oculorum dolores, ad aurium dolores, & ulcera, ad narium, oris, dentium vitia, quorum vermiculos ſuffitu necat bituminis accenſi; ad uvam & fauces; uvulam cauſtico medicamento jubet conſumere; ad paronychiam; ad mala cutanea, ad calculum, ani fiſtulas, partium genitalium vitia. artuum dolores & vitia.

Sextus Apuleius, cui *de medicina ex animalibus* liber tribuitur, ad varia mala chirurgica remedia proponit.

Cyriacus, Archiater Edeſſenus. Ejus paſtillus adverſus ozænam (m).

Constantinus. Ejus ſapo (n).

Danaus. Ejus aridum ad oculos (o).

Petrus, Archiater. Ejus collyrium (p).

Stratiotice (q).

Marianus, medicus Afrus. Ejus medicamentum ad calculum (r).

Jacobus, Pſychreſtus. Ejus ceratum (s):

Castinus. Ejus unguentum ad podagram (t).

Andreæ comitis, & Maioriani ſiccum (u).

Faustinus. Ejus paſtillus (x).

Aetius in L. VI. medicamentarias compoſitiones numeroſiſſimas habet. In L. VII. plurima medicamenta ad oculorum mala, fere ex Galeno. Cap. 32. etiam Hori collyrium. Cap. 43. multa Severi ocularia. Cap. 86. ad ægilopem, abſceſſum. Cap. 87. ad aſpritudinem. In L. VIII. cap. 33. Espræ antidotum ad dentes laudat. In L. XII. potiſſimum ad articularem morbum numeroſa remedia externa. Interna ad fervidas inflammationes. In L. XIII. denuo medicamenta externa & interna. Antidotus Espræ hic deſcribitur, quam & intus propinabant, & extus illiniebant. V. *pag.* 265.

Maximianus. Ejus collyrium habet Alexander (y).

Polydeucus. Ejus collyrium (z) quod ſit expertus.

Bufatus. Ejus ceratum (a)

Alexander in medicamentis potiſſimum verſatur, quibus & compoſitionibus multum tribuit, nimiumque. In arthritide euphorbio & ſinapi feliciter uſus eſt (b). In L. I. plurima habet collyria. In L. XI. fomenta podagrica. V. *pag.* 369.

Nilam-

(m) Citatur ab Aetio L. VI. c. 91. (n) Ibid. c. 54. (o) Ibid. c. 96. (p) Ibid. L VII. c. 110. (q) Ibid. (r) Ibid. L. XI. c. 10. (s) Ibid. L. XII. c. 43. (t) Ib. c. 44. (u) Ibid. ad finam. (x) Ibid. L. XIII. c. 49. (y) L. II. c. 6. (z) Idem in L. II. (a) Idem ibid. (b) L. XI.

Nilammon. Ejus collyrium habet Paulus (c).

Basilius. Ejus acopon (d).

Paulus Ægineta in L. VII. habet medicamenta ſimplicia deinde compoſita fere ex Galeno. Antidoti. Hic varia ex Alexandro. V. *pag.* 293.

Filogorius aut Philogorasius poſſet pro Philagrio haberi: ejus tamen liber I. ad Georgium, quem Rhazeus citat (e), non videtur ea tempora admittere; quæ Oribasio ſint antiquiora. Alium librum ad *commune*, & *librum parvum* Rhazeus legit. Reperias cæterum in magna collectione Rhazei Filogorii medicamenta ad omnia fere corporis mala, a capite ad calcem, ex more ſeculi; ad aurium, narium & dentium morbos; ad hæmorrhoides; lithontriptica. Plumbea medicamenta ad ulcera cancroſa dicta commendat (f).

Theodorus, ſi diverſus ab illo antiquiori Prisciano, ſuperius dicto (*pag.* 1006.). Ejus medicamentum, ex melonum ſeminibus, ciceribus factum &c.; quo calculus veſicæ in pueris frangitur; ad hæmorrhoides Rhazeus habet.

Philaretus. Ejus externa aliqua medicamenta citantur. Ad morbos oculorum (g).

Symon (vel Symeon) frequenter citatur, quem ſuſpiceris Psellum eſſe. Ejus medicamenta plerumque Rhazeus repetit; emplaſtra ad fracturas, & alia.

Athuriscus, Atursius, Accursius, cujus medicamenta chirurgica Rhazeus paſſim citat. Superſtitioſa ſæpe habent; ſanguinem hircinum calculum frangere, ad idem valere lumbricos terreſtres. (h).

Costa, alicujus Constantini corruptum nomen. Ejus medicamenta aliqua externa Rhazeus habet (i).

Endites. Ejus collyrium (k).

Honoratus. Ejus confectio (l).

Bitano ad aurium mala (m).

Bachiniso ad narium morbos (n).

Draducus ad dentium mala (o).

Anyasius ad eadem (p).

Nicolaus Myrepsus, ut alii antidotariorum ſcriptores, etiam medicamenta externa deſcripta dedit (q).

Nonus, incertæ ætatis ſcriptor. Ejus *de omnium particularium morborum curatione &c. liber, nunc primum in lucem editus converſus per* Hieronymum Martium *medicum phyſicum Auguſtanum* Argentor. 1568. 8.

(c) Paulus L. VII. c. 16. (d) Idem ibid. c. 19. (e) *Cont.* L. XI. c. 7. (f) L. XIII. c. 9. (g) Apud Rhazeum L. II. (h) L. X. c. 2. (i) L. XV. (k) Idem nempe Rhazeus L. II. c. 4. (l) Idem ibid. (m) Idem L. III. c. 1. (n) Idem ib. c. 3. (o) Idem ibid. c. 4. (p) Ibem ibid. (q) Vide Halleri *Bibl. Botan.* T. I. p. 166.

8. Græce Latine. Græcos exſcripſit, AETIUM, ALEXANDRUM, PAULUM. Ita FREINDIUS. Mera medicamenta collegit ad omnes, etiam ad externos adeo morbos: palpebrarum, oculorum, aurium, narium faucium, dentium; ad ſtrumas, ad mammarum cancros, ad ulcera, aliaque mala partium utriusque ſexus genitalium, ani; ad inflammationem, carbunculum, gangrænam, mala cutanea, cancrum, cyſticos tumores, nervorum vulnera, venenatorum animalium morſus. Codex Græcus eſt in Bibl. Auguſtana.

JOHANNES ACTUARIUS in L. VI. habet medicamenta etiam externa, unguenta, emplaſtra. V. *pag.* 358.

Incertæ ætatis.

CALLISTUS, Chriſtianus fuit, cætera ignotus auctor Græcus. Ejus liber *de emplaſtris & compoſitione oleorum* eſt in Bibl. Vindobon. (r).

Anonymus *de oleis, emplaſtris, cataplaſmatibus* BANDIN. III. p. 142.

Anonymus *de emplaſtris* in B. R. P. n. 2229.

Remedium adverſus calculum. Ibidem n. 2276.

AARON, Arabs, ex Alexandrina ſchola fuit, quæ ſeculo VII. exeunte, & aliquanto etiam ſeriori florebat, Chriſtianus, presbyter, MAHOMETO coævus. Syriace ſcripſit *pandectarum* libros (s) XXX. ex Græcis ſcriptoribus collectos, quorum plurima fragmenta poſſis ex RHAZIS *continente* decerpere. In iis univerſam Medicinam, & medicamentariam partem Chirurgiæ tractavit, & Chirurgiam. Ejus medicamenta leguntur ad ophthalmiam (t), ad aurium ulcera aliaque mala (u), & dentium.

MASERJAWAIH (x) integro nomine, & MASARGUIH RHAZEI, tempore Chalifæ ABDELMALEC Ommiadæ vixit, ſeculo VII, exeunte, Judæus, & Balſoranus, qui AARONIS *pandectas* Arabice vertit; RHAZEO ſæpe citatus. Cicera (y) fieri lithontriptica, ſi ſicco loco nata fuerint; longe vero frequentius

JUDÆUS citatur, quem celeberrimus HALLER ſuſpicatur eundem eſſe. Medicamenta quidem ejus dicuntur ad ophthalmiam, & alia. Sed frequenter omnino vere chirurgica ei tribuuntur; ut de fractura cranii &c.

EBN ABU ZAHER, vel ZAHAR, SAHER, SCHEAR, SCHER, eum putes eſſe ſcriptorem, quem RHAZEUS ſæpiuſcule citat, ejusque medicamenta habet ad ambuſta (z), ad contuſiones, ad oculorum morbos (a); ad ſugillationem (b). Dicitur a. 125. poſt *hegiram* vixiſſe.

ISAAC

(r) LAMBEC. L. VI. p. 11. (s) HERBELOT p. 129. (t) *Voyage for the diſcov. of a N. W. paſſage* p. 234. (u) LAFITEAU l. c. (x) ABULFARAI p. 126. (y) RHAZEUS L. X. c. 1. (z) RHAZEUS L. XV. (a) Idem L. II. (b) Idem L. XXV.

ISAAC frequenter a RHAZEO citatur, qui videtur eſſe ſenior ille ISAAC BEN AMRAM. Medicamenta paſſim ex eo habet RHAZEUS, ad ambuſta, ad vulnera, ad ulcera, ad oculorum morbos, eorum aliqua ſuperſtitioſa (c).

CHUTZ (vel CHUTZI) putes Æthiopicos eſſe medicos, nam plurali fere numero a RHAZEO citantur; antiquos utique, qui a JOHANNE MESUES filio tempore AARONIS ALRASCHIDI (d) citentur. Inter primos de ſublimato mercurio dixerunt, quem inter medicamenta erodentia recenſent; etſi enim ignarus interpres (e) terram vertit hydrargyri, venenum tamen vult, quod mures occidat.

JOHANNES filius MESUE. Difficilis eſt hujus viri hiſtoria. Satis equidem certum, inter medicos AARONIS ALRASCHID, ejusque filii & nepotis, JOHANNEM BEN MESSUIAH ABU ZACHARIAH (f), doctum virum vixiſſe, qui multa ſcripta Græcorum converterit, facetum hominem, ſed vanum, coævum & emulum GEORGII filii BACTISCHUAH. Pater ei Chuzenſis fuit Æthiops (g). Hunc virum RHAZE ſæpiſſime citat, alias cum pleno nomine, J. F. MESUE, alias filium MUSEY vocat & MUSEYA. Medicamenta fere habet ad chirurgica mala, etiam ad fracturas; ad aurium & oculorum morbos. De avicula *ſafrahum* in Francia dicta, cujus inteſtina calculum frangant (h).

Cum JANI DAMASCENI nomine exſtant ab ALBANO TORINO editi *Medicinæ therapeuticæ* libri VII. BASIL. 1543. fol. Hoc opus vir eruditus J. GODOFREDUS HAHN pro vero antiqui JOHANNIS, MESUI filii opere habet. Non videtur probabile, nam nomen fert DAMASCENI, quod frequenter apud RHAZEUM occurrit, neque ullo modo cum MESUE conjungit. Porro JANUS DAMASCENUS non reſpondet iis, quæ de MESUEO apud HALY ABBAS leguntur. Denique JANUM cum JOHANNIS SERAPIONIS filio comparavit celeberrimus HALLERUS (i), & tantam reperit ſimilitudinem, ut omnino eundem præter pauca mutata librum putet: erat autem ALBANUS TORINUS homo non certiſſimæ fidei.

SABUR EBN SCHALED, medicus Noſodochii Jondiſſapurienſis (k), ſcripſit librum ſeculo nono exeunte *de medicinis compoſitis*. Sæpiuſcule a RHAZEO citatur. Ejus medicamentum ad hernias (l); collyrium (m).

JOHANNES SERAPIONIS filius in L. VII. ſ. *antidotariis* habet cenſum formulasque medicamentorum compoſitorum. V. *pag.* 265.

SARAC, SCHARAK, quem etiam quod Indus ſit, a patria RHAZEUS vocat SINDIHIAR, *Sindheſar*, ex quo medicamenta varia decerpit, ut

(c) L. XV. c. 5. (d) ABULFARAI p. 154. (e) Apud RHAZEUM L. XV. c. 1. (f) MASAWAIHI ABULFARAI p. 154. (g) ABULFARAI p. 168. (h) L. X. c. 1. paſſere troglodytico. (i) Vide reliqua in *Bibl. chir.* T. I. p. 121. (k) ABULFARAI p. 176. (l) Apud RHAZEUM L. XI. c. 3. (m) Ibid. L. II.

ut ad veſtigia tollenda (n) ulcerum; ad oculorum mala; ad calculum pellendum (o); ad hæmorrhoides &c. (p).

TABRI frequentiſſimum apud RHAZEUM nomen eſt, quod gentilitium videtur. Et ipſe fere in medicamentis verſatur: ad nudatam meningen; mumiam ad fracta & ſugillata; ad ulcera vis unguentorum.

MISIH, quem alias ABU HILAL HIMISI RHAZEUS vocat. Medicamenta ejus pluſcula ſunt: ad lapſus (q); ad aurium mala, ad vermes inde exeuntes (r). Lac aſininum ad calculum veſicæ (s). Carpobalſamum calculum confringere.

PERSUS, PERSA. Ejus lithontriptica (t); ad dentium mala.

MAHUMET EBN ABUCAID, & alias MAHUMET filius CALET, cujus medicamenta ad iſchuriam (u), & antidotum ad morſus venenatos (x) & alia citat RHAZEUS.

RHAZEUS in L. XXV. aliqua coſmetica de veſtigiis ulcerum & puſtularum removendis. V. *pag.* 265.

AVENZOAR in *antidotario* etiam medicamenta chirurgica tradit. V. *pag.* 295.

Tractatus filii Amerumnæ Afri ad Romanum Porphyrogenetam de ſpecie quadam pici ſimili ad fracturas & alios morbos utili. Græce eſt in B. BODLEYANA n. 150. Procul dubio de mumia Perſica agit. Romanorum nullus nomen geſſit PORPHYROGENETÆ. Sermo videtur eſſe de Romano filio CONSTANTINI PORPHYROGENETÆ, ſeculi decimi imperante.

GALAF, quem etiam AZARAM vocat GUIDO, antidotarium ſcripſit, in quo medicamenta reperias chirurgica.

Anonymi *tract. de variis unctionibus & emplaſtris* Hebraice ſcript. eſt in B. R. P. I. n. 429.

CHANG PA SCHANG TU, eſt index medicamentorum ad vulnera curanda in B. R. P. I. n. 59.

ROGERIUS. V. *pag.* 2.

JACOBUS DONDUS. V. *pag.* 3.

GUILIELMUS de VARIGNANA in L. *ſecretorum* &c. medicamenta etiam chirurgica habet. V. *pag.* 371.

BARTHOLOM. de MONTAGNANA in *conſiliis* &c. enormem farraginem remediorum tradit. V. *pag.* 372.

MARCELLUS CUMANUS in *obſervationibus* &c. multus eſt in medicamentis: ad ſtrumas dipſacum laudat; ad enterocelen emplaſtrum, quod citri ſuccus ingreditur. V. *pag.* 410.

Mmmmmm 2 PAU-

(n) Ibid. L. XV. (o) Ibid. L. X. c. 1. (p) Ibid. c. 11. (q) RHAZEUS L. XV. (r) Idem L. III. c. 1. (s) Idem L. X. c. 1. (t) Idem L. IX. (u) Idem L. X. c. 3. (x) Idem L. XX.

PAULUS BAGELARDUS. V. *pag.* 799.

MARCUS GATTINARIA in L. *de curis ægritudinum* &c. fere ſola medicamenta habet. V. *pag.* 420.

JOHANNES de KETAM. V. *vulnera.*

ANGELUS BOLOGNINI V. *ulcera.*

Anonymi incertæ ætatis.

Secrets of Surgery cum antidotario ſunt in Bibl. ASHMOLE. n. 7799.

A medicine for the apoſtume in the head. Ibid. n. 2535.

A compoſition of ſeveral medicines belonging to Surgery. Et *Introductions concerning the making of worthy medicines for Chirurgery* in Bibl. BODLEY. n. 2073.

A medicine for tootach for ſcalds. A plaiſter for bruiſed arm or leg in B. ASHMOLE. n. 7668.

Receipts of Surgery. Ibid. n. 7694. 7797. TYSON. 4160.

HIERONYMUS CARDANUS. Ejus L. XXI. *de ſubtilitate.* BASIL. 1550. fol. 1552. fol. 1560. 8. In L. VII. lapidem cauſticum ex ſapone & calce viva deſcribit. In L. XII. aliqua coſmetica & ad morbos externos. V. *pag.* 374.

JOH. GUINTHERUS in *comment.* T. II. dial. 6. formulas varias habet. In dial. 8. collyria, unguenta, emplaſtra, epithemata & alia medicamenta externa. V. *pag.* 421.

J. FERNELIUS in *therapeutices* L. VI. auxilia morborum externorum tradit. V. *pag.* 273.

ANTONIUS FUMANELLUS. V. *pag.* 375.

In OTTONIS BRUNFELSII *jatreio* . . . etiam medicamenta chirurgica reperiuntur.

JACOBUS SYLVIUS. Ejus *de medicamentorum ſimplicium præparatione, delectu, miſtionis modo L. III.* PARIS 1542. fol. LION 1548. 16. &c. Gallice LION 1574. 8.

Ejus *methodus medicamenta componendi ex ſimplicibus, quatuor libris diſtributa.* PARIS 1744. fol. &c. V. *pag.* 350.

JACOBUS HOLLERIUS. Ejus *materies chirurgica, ſ. liber ſextus* cum TAGAULTII *chirurgicis inſtitutionibus* editus PARIS. 1543. fol. 1552. 8. 1565. 8. 1571. 8. 1611. 4. LION 1560. 8. 1588. 8. FRANCOF. 1589. 12. 1603. 12. & in *collectione* GESNERI atque UFFENBACHII. Germanice FRANCOF. 1574. fol. 1584. 8. Gallice 1544. 4. Claſſes ſunt medicamentorum ad Chirurgiam ſpectantium, ſimplicium & compoſitorum, ex Græcis collectorum. V. *pag.* 335.

TARQUINUS SCHNELLENBERG. Ejus *Bericht von etlichen edelen u. bewährten Balſamenölen, Wundtränken, Pflaſtern und Unguenten zu machen.* FRANCOF. 1549. 4.

AMBROSIUS PARÆUS in *operum collectione* L. XXV, medicamenta ſimplicia & compoſita. V. *pag.* 301.

De ſecretis remediis theſaurus, Anonymo PHILIATRO (GESNERO) auctore prodiit TIGURI 1554. 8. Pars II. a WOLFIO addita 1565. 8. Continet etiam medicamenta chirurgica, aquas eo facientes, mercurium ſublimatum, alia. V. *pag.* 350.

ALEXIUS PEDEMONTANUS, Pſeudonymus, cujus verum nomen fuit HIERONYMO ROSSELLO. Ejus *de ſecretis* L. VI. VENET. 1557. 4. 1562. 8. 1563. 8. *Aggiunta* PEARO 1558. 8. Italice, & Latine BASIL. 1559. 8. Libri VII. & octavus de artificioſis vinis BASIL. 1563. 8. 1568. 8. LION 1561. 12. Gallice ROUEN 1660. 12. Germanice BASIL. 1570. 8. 1571. 4. 1573. 8. 1580. 8. 1581. 8. 1593. 8. 1611. 8. 1615. 8. 1616. 8. Anglice LONDON 1562. 4. 1615. 8. Belgice AMSTERDAM 1614. 8. In præfatione gloriatur, ſe linguas pene omnes callere, peregrinatum eſſe annis 57. orientem adiiſſe, annorum 82. ſenem ſe ſcribere. Ab anno 70. ad ſtatum annorum 36. ſe ipſum ſe reduxiſſe, liquore quodam compoſito ex variis & diverſiſſimis medicamentis ſimplicibus. Multum habet etiam medicamentorum chirurgicorum. HALLER (y).

ANTONIUS CHALMETHÆUS. V. *pag.* 274.

GEORGIUS PICTORIUS, Villinganus, medicinam ENSISHEMII fecit. Ejus *Medicinæ tam ſimplices quam compoſitæ ad pene omnes corporis humani adfectus, ex Hippocrate, Galeno, Avicenna, Ægineta, ordine alphabetico conſcriptæ.* BASIL. 1560. 8. Secundum ordinem morborum medicamenta ex veteribus.

FELIX WURTZ. Ejus *practica der Wundarzney* &c. L. IV. continet medicamenta. V. *pag.* 8.

GUILIELMUS RONDELET. Ejus liber *de medicamentis externis* prodiit cum *methodo curandorum* &c. V. *pag.* 377.

LEONARDO FIORAVANTI in *teſoro della vita umana* Libro IV. medicamenta deſcribit, etiam vana, aliqua anagrammate velata.

Idem in *Chirurgia diſtincta* &c. medicamenta dat ſua chirurgica, quibus immenſos effectus tribuit. In L. III. remedia aliorum ſcriptorum.

Idem in *caprici medicinali* &c. medicamenta etiam chirurgica habet. V. *pag.* 9.

(y) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 119.

JEAN DONGOYS. Ejus *recette medicinale de l'huile Eſpagnole, ou huile magiſtrale, & la maniere de l'appliquer particulierement & ſelon les playes.* PARIS 1572. 8.

J. ANDR. della CROCE in *Chirurgia univerſale* &c. L. VI. agit de medicamentis. V. *pag.* 10.

FRANCISCUS ARCÆUS. V. *vulnera.*

JOH. BANISTER. Ejus *antidotary chirurgical containing variety of all ſorts of medicines.* LONDON 1589. 8. V. *pag.* 10.

J. JACOB. WECKER in ſuo *antidotario* BASIL. 1585. 1588. & in L. V. *ſecretorum* BASIL. 1592. 8. chirurgica etiam tractat, arcana principum nonnullorum medicamenta.

Ejus *liber de unguento armario* exſtat in collectione *de pulvere ſympathetico* NÜRNBERG 1662. 4. V. *pag.* 10.

GERMANUS COURTIN in *leçons anatomiques* &c. L. XIV. de medicamentis. V. *pag.* 11.

J. BAPTISTA ZAPATA. V. *pag.* 429.

ANTONIUS ANGUISOLA. Ejus *compendium ſimplicium & compoſitorum medicamentorum.* PLACENT. 1586. 8.

GUILIELMUS FABRICIUS. V. *pag.* 13.

CAROLUS BATTUS. V. *pag.* 15.

GABRIEL FERRARA in *ſylvæ chirurgicæ* L. III. agit de medicamentis chemica arte præparatis. V. *pag.* 15.

JOHANNES WITTICH, Arſtadienſis. Ejus *medicamentorum tum ſimplicium tum compoſitorum enarratio* &c. LIPS. 1596. 8. Prælectiones dicit ſe PATAVII 1568. excepiſſe: habet & externa.

JULIUS CÆSAR, CLAUDINUS. V. *venæ ſect.*

JOHANNES VARANDÆUS, qui a coævis VARANDAL vocatur, Decanus ſcholæ medicæ Monſpelienſis. Ejus *formulæ remediorum internorum & externorum ante aliquot annos Medicinæ ſtudioſis traditæ*, quas PETRUS JANICH edidit HANAU 1607. 8. & cum *operibus omnibus* MONSPEL. 1620. 8. In P. I. medicamenta ſecundum loca, in altero ſecundum genera dicuntur. Formulæ nempe meræ Galenicæ, quales eo ævo MONSPELII receptæ erant (z).

HIPPOLITUS PARMA in *introductionis ad Chirurgiam* L. II. de revulſione, derivatione, claſſibus medicamentorum digeſtivorum, adſtringentium &c. V. *pag.* 17.

GONSALEZ RODRIQUEZ de CABREIRA, ALLEGUTÆ in LUSITANIA natus. Ejus *compendio de multos remedios de Cirurgia e outras* cou-

(z) Ibid. pag. 386.

couſas curioſas recapiladas de teſauro de pobres e outres auctores. LISBOA 1611. 8. 1614. 8. 1617. 8. 1635. 8.

De lampade vitæ. FRANEKER 1611. 4. Curationes ſympatheticæ narrantur.

(De curationibus vulnerum ſympatheticis, de pulvere ſympathetico & de unguento armario) V. *vulnera.*

DANIEL SENNERTUS. V. *pag.* 17.

J. LUDOVICUS BERTALDUS. Ejus *externorum medicamentorum apparatus.* TAURIN 1614. 4. Sinapiſmi, cauteria, ruptoria, fontanellæ & dropaces, &c.

JOHANNES VIGIER. V. *ulcera.*

GUILIELMUS BALLONIUS. V. *pag.* 438.

LUDOV. REMELIN. V. *pag.* 400.

JEAN BARBIER *les miraculeux effets de la main de Rois de France.* LION 1618.

STEPHANUS CALANDRUS. V. *pag.* 19.

J. CAROLUS ROSENBERG. Ejus *roſa nobilis jatrica, ſ. animadverſiones & exercitationes medicæ Hippocraticæ & hermeticæ.* ARGENT. 1624. 12. Medicamenta aliqua ſimplicia. Contra inunctiones mercuriales.

J. ANTOINE LAMBERT in *commentaires* &c. L. I. armamentarium habet medicamentorum externorum & vulnerariorum. V. *pag.* 20.

JEAN BONNART, tonſor & chirurgus Pariſinus. Ejus *la ſemaine de medicamens obſervée es chefs d'œuvres des maitres barbiers chirurgiens de Paris.* PARIS 1629. 8. Materia medica, potiſſimum chirurgica; ſimplicia aliqua etiam compoſita.

J. PRÆVOT, Delemontanus Rauracus, diſcipulus HERCULIS SAXONIÆ & HIERONYMI FABRICII, ab a. 1613. profeſſor Patavinus, peſte obiit a. 1631. Nihil ipſe edidit, ſed a morte viri J. STEPHANUS *elenchum* dedit *medicamentorum, quæ communiter uſurpantur,* multum, ut THOMASINUS queritur, ab eo diverſum, qui M. S. apud heredes eſt. Editionem LINDENIUS dicit Venetam anni 1611. 12. forte pro 1641.

Ejus *medicina pauperum, ſ. de remediis facile parabilibus* cum libro *de venenis.* FRANCOF. 1642. 12. LION 1644. 12. cum libro *de medicamentorum curatione.* FRANCOF. 1657. 12. 1686. HANAU 1666. 12. PARIS. 1654. 12. PATAV. 1719. 12. Medicamenta facile parabilia ſecundum claſſes virium medicarum & indicationes varias, ex plantis fere deſumta: adjectæ ſed ſimpliciores compoſitiones.

Ejus *collectio operum medicorum poſthumorum.* FRANCOF. 1651. 12. 1656. 12. HANAU 1666. 12. Ineſt *libellus de remediorum cum ſimplicium tum compoſitorum materia,* recuſus PATAV. 1676. 12. Catalogus

medi-

medicamentorum ſimplicium cum gradibus & doſibus ſecundum claſſes indicationum, cum paucis animadverſionibus (a).

Mar. Aur. Severinus. Ejus *trimembris Chirurgia, in qua diætetico-chirurgica, pharmaco-chirurgica & chimico-chirurgica tradita eſt.* Francof. 1653. 4. Leid. 1725. 4. Medicamenta tam ſimplicia quam compoſita, vel aliorum vel ipſius inventoris Severini, & alimenta tradit, ad uſus chirurgicos ſelecta. Multa paſſim teſtimonia curationum propriarum. Veſicatoriis & ſinapiſmis, ut facile ſperes, valde indulget. V. *pag.* 276.

J. Pharamond Rhumel in *Kriegsarzney* &c. formulas habet pro militibus, quibus & chirurgica medicamenta, & proprie clinica continentur. Multa ſuperſtitioſa. V. *pag.* 315.

Johannes Agricola in *Chirurgia parva* &c. homo alchemiſta pene totus in formulis eſt & remediis; habet etiam unguentum armarium & ſuperſtitioſam *Sodæ* curationem. V. *pag.* 21.

Theodorus Turquet de Mayerne, in pago prope Genevam natus, in chemica medicamenta pronior, non ideo non dogmaticus, Pariſiis artem exercuit, in Gallia a ſchola Galenica agitatus, in Anglia Jacobi I., & Annæ, Caroli I., & Mariæ Reginæ valetudinem rexit. Obiit ſenex a. 1654. *Albonæ* ab a. 1621. dominus. Ejus *medicamentorum formulæ.* Lond. 1640. fol. & cum ſequentibus.

Ejus *opera medica, in quibus continentur conſilia, epiſtolæ, obſervationes, pharmacopœa variæque medicamentorum formulæ, quæ Annæ & Mariæ Reginæ præſcriptæ fuerunt,* Joſephus Browne M. D. edidit Lond. 1703. fol. Nitida ſed vitioſa & negligentiſſima editio. Codices dicuntur ad prelum ab auctore præparati, & eo fine ad Bonnetum miſſi fuiſſe, chirurgica vero a Brownio de induſtria omiſſa.

Elogium viri in L. *de devoirs d'un medecin* Lond. 1700. 4.

Multos codices M. S. chirurgicos editor Browne edere noluit, ob numerum tabularum, & pauca ſubſcribentium nomina. Haller (b).

Phil. Guibert. Ejus *tr. des baumes, onguens, & emplâtres.* Paris 1641. 12.

Guerner Rolfink. Ejus diſp. *de lapide bezoar.* Jenæ 1665. 4. V. *pag.* 860.

Hermanus van der Heyde, medicus. Ejus *diſcours & avis ſur les flux de ventre douloureux.* Gand. 1643. 4. Aquæ frigidæ laudes.

Ejus *ſynopſis diſcurſuum* M. H. van der Heyde Gallice editorum Gandavi 1649. 8. Idem *phyſical diſcourſe of the wonderfull virtues of cold water* London 1720. 8. Italice *dell'incredibile virtù dell'aqua fredda ſi data per bocca come applicata dal fuori &c. alle ferite,* cura Sancassani recu-

(a) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 590. (b) Ibid. pag. 359.

recuſum .... (puto ROMÆ vel VENET. 1715. in magna SANCASSANI collectione). Vulnera recentia frigido fomento & immerſione ſanat, ita ſuppurationem averti turpemque cicatricem. Exempla addit, etiam cum nervi læſi eſſent.

CONRAD VICTOR SCHNEIDER in libro *de catarrhis* IV. WITTEBERG. 1661. 4. varia remedia chirurgica recenſet ex omni antiquitate, frictiones, phœnigmos, veſicantia, cauteria, fonticulos. V. *pag.* 450.

PETRUS PIAZZA. V. *pag.* 25.

RALF WILLIAMS *choice receipts medical and chirurgical.* LONDON 1657. 8.

SIMON IRNSINGER, *Bericht von ſeinem Pflaſter* ... 1660. 4.

ROBERTUS BOYLE. Ejus L. *de medicamentorum ſpecificorum concordia cum philoſophia corpuſculari.* LONDON 1686. 12. Contendit, lapide quodam e capite ſerpentis Indici exemto, felem a rabida vipera demorſam ſervatam eſſe, & eam curationem cum phyſicis principiis conſentire.

Ejus *medicinal experiments.* LOND. 1696. 12. Continet etiam chirurgica medicamenta. Solebat autem noſter ſe paulo faciliorem bonis eventibus admittendis præbere. V. *pag.* 28.

ANTONIUS de SGOBBIS. Ejus *novo ed univerſal teatro farmaceutico.* VENEZIA 1667. fol. Continentur medicamenta etiam chirurgica.

GEORG. HIERONYM. WELSCH in appendice *anni IV. & V. Eph. Nat. Cur. Dec.* I. ejus ſunt *mictomimematum centuriæ* III. Medicamenta fere etiam chirurgica. V. *pag.* 30.

JOHANNES MURALTUS. V. *pag.* 30.

Idem porro in *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VII. *obſ.* 95. ex impoſito ranunculo cauſtico ſyncope.

JOHN JOSSELYN *new Englandes rarities diſcovered with the remedies uſed by the natives to cure their diſeaſes, wounds and ſores.* LONDON 1672. 8. 1675. 8.

FRANCISCUS SYLVIUS. V. *pag.* 35.

DANIEL LUDOVICUS. V. *pag.* 36.

J. GIRARD *la remede à toutes les maladies par le ſeul ſecours de la main charitable.* ....

JACOB. CONSTANT in *chirurgien charitable* &c. claſſes medicamentorum ad Chirurgiam ſpectantium. Formulæ etiam infuſi vulnerarii *Faltrank.* Oſteocollam ad fracta oſſa laudat, interno uſu. V. *pag.* 37.

ELIAS BEYNON. V. *pag.* 37.

Cours

Cours de chymie de P. Thibault dit le Lorrain, revu & enrichi de la compoſition du baume vulneraire avec un emplâtre ſtyptique &c. PARIS 1674. 8.

THEOPHILUS BONNET. V. *pag.* 39.

HENRICUS MARTIN. Ejus *medicina ſanguinis ſtyptica.* BRIEG. 1674.

J. GIPPING. Ejus *antidotarium chirurgicum.* ULM. 1676. 4. edente G. H. WELSCH.

GEORG. THANMULLER. Ejus *experimenta medico-chirurgica & antidotarium chirurgicum*, cum priori prodiit.

THOMÆ STROMAIER *experimenta medico-chirurgica & collectanea medico-chirurgica*, prodierunt etiam cum priori.

BERN. WILH. GEILFUS. Ejus diſp. *de moxa.* MARBURG 1676. 4. An idem fuerit J. C. GEILFUS, cujus exſtat Germanice *truz podagra* AUGSBURG 1697. 12.

JACOBUS YOUNG. V. *pag.* 323.

J. v. B. in *chirurgyns ſchepskiſt* &c. catalogum exhibet medicamentorum ſimplicium & compoſitorum, quæ in chirurgi nautici penum reponi debent.

Idem in *het examen* &c. fuſus eſt in medicamentis, quæ calida & alcalina ad nutum ſectæ Sylvianæ laudat. Rudes in pharmaceuticis errores non tacere licet, ut colocynthidis drachmam pro unica doſi præſcriptam. V. *pag.* 41.

RAYMUNDUS FORTIS. V. *pag.* 42.

MATTHIAS GODOFRID PURMAN. V. *pag.* 45.

WILLIAM SALMON. V. *pag.* 47.

PETRUS van de STYLLE in *chirurgiſches Handbuch* &c. multum laborat in re medicamentaria, quam inter multa habet Paracelſica. V. *pag.* 48.

ANDREAS CLEYER. V. *pag.* 51.

MICH. BERN. VALENTINI. V. *pag.* 594.

ROSINUS LENTILIUS. V. *pag.* 54.

JUSTUS VESTI. Ejus diſp. *de lapide bezoardico orientali.* ERFORD. 1707. 4. V. *pag.* 467.

CHRIST. FRANC. PAULINUS. Ejus *neuvermehrte heilſame Dreck-apotheke, wie nämlich mit Koth und Urin die ſchwereſten giftigſten Krankheiten curiret werden.* 2. *Theil.* FRANKFURT 1748. 8. (Puto ejusdem eſſe, qui *pag.* 57.)

CANDIDE ROMAIN *diſcours ſur les effets merveilleux de la pierre divine.* PARIS 1689. 12.

GERARD.

GERARD SERMES. Ejus *kortbondige verklaaring van de gezonde en ongezonde toeſtand des menſches, derſelfs oorzaaken en geneeſing.* AMSTERDAM 1690. 12. Agit etiam de medicamentis chirurgicis.

BARTHOL. SAVIARD in *nouveau recueil* &c. adjecit ad finem medicamenta aliqua chirurgica, quibus plurimum tribuebat. V. *pag.* 64.

GUILIELMUS TEMPLE. V. *pag.* 65.

CHRISTIANUS JOH. LANG. V. *vulnera.*

J. JACOBUS MANGET in *bibliotheca pharmaceutica* &c. etiam medicamenta chirurgica. V. *pag.* 67.

JOHANNES COLEBATCH. V. *pag.* 68.

AUGUSTINUS BELLOSTE in *chirurgien de l'hopital* &c. medicamenta plurima, multa etiam ſua. V. *pag.* 68.

GEORG. LANGERMANN. Ejus diſp. *de fraudibus & erroribus circa lapidem bezoar.* LEID. 1696. 4.

SAINT CHRISTAU. V. *pag.* 70.

PAULUS BOCCONE. V. *pag.* 70.

HENRICUS V. SANDEN. Ejus diſp. *de medicamentis cauſticis.* REGIOMONT. 1697. 4.

ROSE. Ejus *account of a celebrated ſtyptic.* LONDON 1701. 8. 1726. 8.

J. ADOLPH. WEDEL *de liquore non corroſivo lapides duriores abſumente.* JENÆ 1720. 4. nempe glandibus quernis in aqua infuſis. V. *pag.* 880.

JOH. MOYLE in *Chirurgo marino* &c. habet & antidotarium chirurgicum. V. *pag.* 75.

J. BROENIUS in *operibus medicis* cap. I. *de operationibus medicamentorum.* ROTERD. 1703. 4. Tractat etiam chirurgica medicamenta.

J. PHIL. ROHTEN. V. *pag.* 79.

Chirurgiſches Kleeblatt, worinn die materia medica, ſo in der Chirurgie brauchbar, abgehandelt wird. LEIPZ. 1709. 8. Sunt aliquot libri, ejusdem fere tituli.

FRANC. PETIT in *Mem. de l'Acad. des ſciences* a. 1732. experimenta fecit ad rimandas vires medicamentorum, quæ carnes integras conſervant, & quæ eadem ſperat ad hæmorrhagias ſiſtendas valere. V. *vulnera capit.*

ANTONIUS VALISNIERI in *lettere ſcientifiche* .. .. agit de medicamentis nonnullis chirurgicis. V. *veterinar. art.*

LAURENTIUS HEISTER. V. *pag* 82.

MICHAEL ALBERTI. Ejus diſp. *de belladonna.* HALÆ 1739. 4. cujus utilitatem ad cancrum laudat.

Ejus *de abuſu emollientium in morbis chirurgicis.* Ibid. 1743. 4. V. *pag.* 608.

Brevis elucidatio ſecreti D. REVEL *ſympathicos ſudores excitantis.* GEDAN. 1711. 12.

HENR. de FONSECA. Ejus *apiarium medico chymicum chirurgicum & pharmaceuticum.* LISBON. 1711. 8.

J. RUSHWORTH *propoſal for the improvement of Surgery offerd to the Maſters of the myſtery of barbers and ſurgeons at London.* LONDON 1732. 8. Germanice recuſ. in collectione NÜRENBERG 1760. 8. Ab anno retro 1715. corticem Peruvianum in gangræna a cauſa interna nata bono ſucceſſu propinavit. CLAUDIUS AMYAND in epiſtola addit alia exempla utiliter dati divini remedii. Aliud J. DOUGLAS. V. *pag.* 565.

ENGELBERT. KÆMPFER. V. *pag.* 84.

HIERONYMUS LUDOLF. Ejus diſp. *de medicamentorum ſuppurantium modo agendi, & uſu.* ERFORD. 1763. 4. V. *vulnera.*

RICARD. BOULTON. Ejus *eſſai on external remedies.* LOND. 1715. 8. V. *pag.* 87.

Nouveau recueil des plus beaux ſecrets de medecin pour la gueriſon de bleſures & autres accidens. PARIS 1713. 12.

DACQUEVILLE & CANY *diſcours touchant les merveilleux effets de la pierre nephritique, qui ſert à la gueriſon de la colique nephritique, pierre, gravelle, retentions d'urine, expulſant les glaires qui compoſent la dite pierre.* ORLEANS 1713. 12.

Ein auserleſenes Handbüchlein, oder rare und ſonderbare Arzneyen zuſammen getragen von der Gräfin von Kent, überſetzt durch J. CASP. GRIMM. LEIPZ. 1713. 12.

SANCTIUS de TORREZ, Luſitanus. Ejus *promptuario pharmaco, e chirurgico en que ſe acharao limitados os peſos &c. de remedios contro a multas e graves enfermidades, que afligen lo corpo humano.* LISBON. 1714. 4.

ALEX. SCHAMSKY. Ejus *promtuarium medico practicum...* 1714. 4. Continet etiam chirurgica.

J. CASPAR REISS. V. *pag.* 89.

Le BRETON. Ejus *remedes choiſis de chirurgie.* PARIS 1716. 8.

J. DANIEL GOHL in *compendio* &c. etiam medicamenta. V. *pag.* 89.

ANDREAS HUTTER. V. *pag.* 91.

J. W. A. (ALRUZ). V. *pag.* 91.

J. FRIDER. du PRE'. Ejus diſp. *de balſamo evangelico ſamaritano.* ERFORD. 1723. 4. V. *pag.* 395.

JOH.

Joh. Junckeр. Ejus diſp. *de ſepticis eorumque uſu, & abuſu.* Halæ 1742. 4. V. pag. 93.

Janus Plancus, ſ. Johannes Sim. Bianchi, *lettera ad un amico intorno alla magneſia arſenicale.* Pesaro 1722. 4. ibi nomen ſibi finxit Mar. Chillenio. V. *ocul. morb.*

Ludov. Lamorier. Ejus *de utilitate aquæ communis in Chirurgia* diſſertatio in *Mem. de l'Acad. de ſc. de* Montpel. 1732. 4. Ulcera, & vulnera balneo, carunculas injecta aqua curavit. V. *pag.* 342.

Georg. Cheyne *on chirurgical pharmaci* ... 8.

Proprietés & uſages de la terre vulneraire dite de Judée. Paris 1722. 4. Ebuccinatio agyrtæ.

Phil. Henr. Muller dictus Wolheimer. Ejus diſp. *de aqua traumatica Gallorum eau d'arquebuſade.* Heidelberg 1722. 4. Formula & ingredientium, ut vocant, analyſis.

J. Carolus Spies. Ejus *tres diſputationes de medicamentis antinephriticis.* Helmstadt 1722. 4.

An account of D. Eaton's *balſamik ſtyptik.* London 1723. 8. Bur. 1726. 8.

Georg. Frid. Gutermann. Ejus *Unterricht von äuſſerlichen und chirurgiſchen Arzneyen* I. *und* II. *Theil.* Augspurg 1761. 8. Simpliciter ſcriptum compendium plantarum ſecundum vires medicatas & claſſes. V. *obſtet. art.*

Guilielmus Rutty in *Med obſſ. and caſes* T. III. de efficacia cicutæ agit. Sordidum ulcus ſanie plenum, ſanatum tribus quatuorve extracti granis in diem ſumtis. Ulcus cancroſum genæ pene integre ſanatum. Videri vi narcotica operari. Hic auctor dicitur John; an alius? V. *pag.* 479.

Andreas Elias Büchner. Ejus diſp. *de medicamentis traumaticis eorumque uſu legitimo.* Halæ 1746. 4.

Ejus *de pellentium remediorum uſu abuſu ac damno in parturientibus,* Ibid. 1746. 4.

Ejus *de topicorum medicamentorum abdomini illinitorum modo agendi.* Ibid. 1757. 4.

Ejus *de mercurii ſublimati corroſivi uſu medico interno.* Ibid. 1758. 4. V. *pag.* 479.

J. Henr. Schulze. Ejus diſp. *de emplaſtrorum uſu, & abuſu.* Halæ 1739. 4. V. *oſſ. morb.*

Felix Eguya, medicus & preſbyter. Ejus *formulario de medicamentos experimentados.* Madrit 1730. 1750. 1769. 8. Cum eodem prodiit a. 1750. 8. 1769. *formulario o recettario chirurgo aprobado por el*

Real Porto medicato i que ſe ha mandado que ſe obſerva en los reales hoſpitales de Madrit.

THOMAS CORTIJO HERRAIZ, preſbyter & Med. Doct. Ejus *ſecretos medicos & chirurgicos del* D. J. CURBO SEMMEDO hiſpanice verſ. MADRIT 1730. 4.

GOTTFRIED SAMUEL BAÜMLERS *mitleidiger Artzt.* STRASBURG 1731 8. Habet etiam medicamenta chirurgica, & inter ea agaricum quernum ad hæmorhagias.

THOMAS GOULARD in *Eſſ. de l'Acad. de Montpelier* 1751. agit de ſuo remedio ſaturnino, ad omnes inflammationes, & ad contuſa utiliſſimo.

Ejus *tr. ſur les effets des preparations de plomb & principalement de l'extrait de ſaturne de Goulard.* MONTPEL. 1760. 12. 2. vol.

Ejus *oeuvres de Chirurgie* LIEGE 1763. 12. 2. vol. PEZENAS 1766. 12. 2. vol. MONTPEL. 1770. 12. 2. vol. Germanice *chirurgiſche Schriften.* LEIPZ. 1767. 8. iterum Germanice LUBECK 1772. cum præfatione ZACH. VOGEL. Primum de viribus medicatis plumbi, nempe lithargyrii in aceto diſſoluti, deinde aquæ miſti, cum pauxillo ſpiritus vini: porro de unguento & cerato plumbi. Vires horum medicamentorum in angina, etiam gangrænoſa, in paronychia, ophthalmia, in contuſis, ambuſtis, vulneribus ſclopetariis, a quibus noſter emollientia medicamenta vult abeſſe. Porro in ulceribus, fiſtulis, cancris, articulis ſubluxatis & debilitatis, rheumatiſmo, herpete, ſcabie, hernia incarcerata. Putrefactionem ſanguinis a diſſoluto plumbo impediri, ancylofin unguento curari. Remedia ſua candide aperit, quæ etiam celeberrimus HALLER fida ſe reperiſſe teſtatur. In P. II. redit libellus de carunculis. V. *obſtet. art.*

J. GEORG. HENR. KRAMER. V. *pag.* 106.

J. ARMSTRONG. V. *pag.* 111.

A. D. *de uſu arenæ externo in curandis quibusdam morbis, præcipue ad illuſtrandum locum Suetonii.* LIPS. 1735. 4.

CAROL. FRID. KALTSCHMIDT. Ejus diſp. *de medicamentorum conſolidantium modo agendi, & uſu.* JENÆ 1761. 4.

Ejus *de noxis medicamentorum aquoſorum in quibusdam morbis chirurgicis.* Ibid. 1769. 4. Exempla in ulceribus, in quibus ſpirituoſa profuerunt. V. *vulnera.*

ELIAS COL de VILLARS in *cours de Chirurgie* &c. plurimum formularum. V. *pag.* 116.

ARTHUR CONRAD ERNSTING in *exercit. de phellandrio* BONON. 1739. 4. vires ejus ſeminis vulnerarias deprædicat.

J. WILH. WERNER. Ejus diſp. *de medicamentis corroſivis.* REGIOMONT. 1740. 4.

CAR.

CAR. FRID. HUNDERTMARK. Ejus diſp. *de ſingulari uſu frictionis, & unctionis in curatione morborum.* LIPS. 1740. 4.

ETTLINGER in *Comm. Litt. Nor.* 1741. *n.* 32. de noxiis emplaſtrorum effectibus.

GUILIELMUS BROMFIELD. Ejus *account of the Engliſch-nigtshades and their effects.* LONDON 1757. Belladonnam in ulceribus nocuiſſe teſtatur. Ita & vulgare ſolanum ad venena pertinere. Scirrhos ab uſu interno argenti vivi deteriores reddi. V. *obſt. art.*

ANDR. CANTWELL ad S. YVESII librum de morbis oculorum addit diſſ. *l'hiſtoire d'un remede pour les maux des yeux & contre la morſure du chien enragé.* AMSTERDAM 1767. 12. V. *pag.* 484.

ALARY præmium Academiæ chirurgicæ a. 1742. de medicamentis repercutientibus, theoria mera meruit. D. A. KULBEL idem præmium cum ALARYO diviſit, qui cum theoria formulas conjunxit.

CAROLI JOSEPHI de BEUKIS & LÖWENFELS *apologia pro arte ſympathetica.* 1743. 4. Proprium venditat medicamentum.

THOMAS RIEGER. Ejus *introductio in notitiam rerum naturalium & arte factarum, quarum in medicina uſus eſt.* LEID. 1743. 4. 2. vol. Continet etiam medicamenta chirurgica.

Præmium in reſolutiva medicamenta a. 1743. ab Academia chirurgica Pariſina propoſitum diviſum eſt. PONTIER, dum medicamenta eo pertinentia recenſet, phytolaccam acerrimam habet pro narcotica; & camphoram opio adgregat.... Ita HUGON junior Lugdunenſis inter diluentia valida cicutam, & lotium inter valida reſolventia recenſet, cirſium, lycoperdum & flores rubi Idæi inter debiliora, arum inter carminativa valida, daucum inter lenia, aſam fœtidam, inter reſolventia ceruſſam & lithargyrium. Tertia diſſ. MOPILLIER filii ad præmium acceſſit.

JOACHIM FRID. HENKEL. Ejus *Abhandlung von der Wirkung der äuſſerlichen Arzneyen.* BERLIN 1761. 8. Paſſim nimias laudes moderatur, in quibus plerique ſcriptores prodigi ſunt. Appendix analyſi materiæ medicæ Ludolfianæ, exque excerptis diſputationum inauguralium conſtat. Cicuta in ſcirrhis atque cancris nullo effectu uſus eſt &c. V. *pag.* 128.

PLANQUE. V. *pag.* 130.

GUISEPPE MARIA SAVERIO BERTINI *dell'uſo eſterno ed interno del mercurio.* FIRENZA 1744. 4.

GRASSOT, chirurgus Lugdunenſis, a. 1744. præmium retulit Acad. Chir. Pariſ. diſſertatione de emollientibus medicamentis; breviter agit, & per præcepta.

* Concurrit cum GRASSATO M. GUYOT. Laudat aquæ calidæ vaporem, quo etiam partum difficilem expedierit, deinde ſambuci folia. Ex eryſi-

eryſipelate ab unguinoſis gangræna. Indurata mamma ſtercore vaccino ſoluta.

Idem a. 1745. egit de anodynis: opium extus impoſitum dolores non lenire. Cicutam nocuiſſe vidit. Sedi acris ſuccus in cancro femoris non inutilis viſus eſt.

A. PHILIP. QUEITSCH in *ſelect. Francof.* 1744. agit de nonnullis topicis medicamentis.

FABRE, chirurgus, de anodynis egit in diſſ. ad præmium Academiæ merendum a. 1745. edita. Dolores putat ab extus admotis ejusmodi medicamentis remiſiſſe, ut anginam ab illito *balſamo tranquillo.*

Idem a. 1747. de deterſivis. In vulneribus cerebri cum F. GIGOT oleá balſamica & terebinthinam oleis æthereis præfert.

Idem in *Mem. de Chir.* T. IV. enixe contendit, ut demonſtret, nullam novam carnem ſubnaſci, aut amiſſam ſuppleri, alioquin potius nocituram; hic nimius.

VIGNON. V. *pag.* 132.

HANS SLOANE, venerabilis ſenex. Ejus *an account of a moſt efficacious medicine for ſoreneſs wealneſs and ſeveral other diſtempers of the eye.* LOND. 1745. 8. ſepe recuſum. Germanice GEDANI 1745. 8. Laudes unguenti ex adipe viperæ, tutia, hæmatite, & aloe parati. Arcanum Dampierianum utique lichenem terreſtrem recepiſſe.

CHRISTIAN FRIDER. ESCHENBACH a. 1746. egit de ſuppurantibus in diſſertatione quam ad Academiam chirurgicam Pariſinam miſit, & quæ in T. II. collectarum ejusmodi diſſertationum prodiit. Fuſa diſputatio. V. *pag.* 133.

ANTON. LOUIS præmia ab Academia chirurgica propoſita alias meruit, alias ad ea acceſſit, quæ meruerunt. Ad problema anni 1744. valde tum juvenis monet, ne cataplaſmatis aceſcentibus utamur, tumores potius induraturis. Egerat de emollientibus.

Præmium a. 1745. ipſe meruit. De anodynis egit.

Idem a. 1747. de detergentibus egit. V. *vulnera.*

ANGELUS NANNONI. V. *pag.* 134.

HENR. FRIDER. DELIUS. Ejus diſp. *de diſcuſſione & medicamentis diſcutientibus in genere.* ERLANG. 1755. 4. V. *pag.* 137.

GEORGIUS KEY. Ejus *diſſertation on the effects of mercury.* LONDON 1747. 4. De corticis chinæ adverſus vulnera ſclopetaria efficacia.

LAURENT. MIZLER. Ejus diſp. *de balſami vulnerarii univerſalis uſu & præſtantia.* ERFORD. 1747. 4. alii 1746. 4. Medicamentum ad ſcirrhum, viperarum morſum, cataractas,

GEORG.

GEORG. ARNAULD. Ejus *remarks on the compoſition uſe and effects of the extract lead of Goulard and of his vegeto-mineral water.* LONDON 1770. 12. Ad oculos minori doſi debere adhiberi, camphoræ doſin augeri.

CHARMETTON, chirurgus, præmium Acad. Chir. meruit a. 1748. diſſertatione, qua egit de ſiccantibus & cauſticis medicamentis.

FLEURANT, chirurgus, præmium ab Acad. chirurgica. a. 1747. propoſitum, anno demum 1749. meruit, diſſertatione brevi, didactica, absque experimentis.

THOM. FÜLLER. Ejus *pharmacopœa extemporanea oder die ſichere vollſtändige und auserleſene Apothecke, worinnen mehr als tauſend Hilfsmittel zu finden.* BASEL 1750. 8.

AUGUST. SCHAARSCHMIDT *Verzeichnis der Arzneymittel zur allgemeinen Curmethode.* BERLIN 1773. 8. V. *off. morb.*

J. CHRISTIAN TILLING in ejus *obſervationibus medicis ſingularibus circa uſum thermarum Carolinarum* LIPS. 1751. 8. legas profuiſſe has hermas in ophthalmia venerea, phimoſi, ani abſceſſu, non perinde in cancro.

J. GEORG DEGGELER. Ejus *Abhandlung aller der in der äuſſerlichen Heilungskunſt üblichen Arzneyen.* HERBORN 1752. 8. Multa de actione medicamentorum externorum theoria.

JOSEPH HIGGS, chirurgus Birminghamenſis. Ejus *a practical eſſay on the cure of venereal, ſcorbutic, Artritic, leprous. ſcrophulous and cancrous diſorders, in a method entirely new* LOND. 1755. 4. Medicamenta ſua laudat, æthiopem mineralem, qui inunctus frigidos tumores tollat; mercurium, myrrhæ fumum ad tumores cyſticos; hydrargyrum currentem ad cereos debere adhiberi. Ex eodem metallo cum creta remedium parari ad tumores cancroſos. Ad vulnera ſtlopetaria valere decoctam cum interno quercus cortice aquam. Morborum ſanatorum exempla.

HENR. J. NEP. (Lib. Bar.) de CRANTZ. Ejus *Materia medica & chirurgica* VIENNÆ 1763. 8. & auctius 1765. 8. Paſſim ſimplicium quorumdam medicamentorum vires commendat. V. *obſtet. art.*

ALEXANDER CATANI, chirurgus Regius Neapolitanus, comitis titulis decoratus. Ejus *rifleſſioni ſiſico mediche ſopra d'un nuovo antiliſſo.* NAPOLI 1756. . . . Regio juſſu publicatus pulvis ex pipere & cantharidibus.

GOTTFRIED. FERD. (vel FRID). JAENISCH. Ejus præſide J. A. BUCHNER diſp. *de efficacia mercurialium, & uſu chirurgico.* HALÆ 1756. 4.

THOMAS GATAKER, chirurgus Aulicus. Ejus *obſervations on the internal uſe of the ſolanum, or nightſhade.* LOND. 1757. 8. quæ quinta dici-

dicitur editio, omnes ut videtur, hujus aut certe ſuperioris anni. Solani hortenſis infuſum in ulceribus etiam ſcorbuticis, malignis, cum ſcirrho conjunctis, aut in meliorem conditionem ea mala reduxit, aut ſanavit. Belladonnæ uſus in difficili ulcere profuit, a gravi leopardi morſu nato. In *ſupplement* una edito priores laudes noſter ipſe minuit. Ulcera, quæ a ſolano ſanata videbantur, iterum aperiri, in cancro nihil inde boni factum, mammæ tamen ſcirrhum ſublatum, etſi non perpetuo.

Ejus. *Eſſays on medical ſubjects originally printed ſeverally, an introduction relating to the uſe of hemlok and corroſive ſublimate.* LOND. 1764. 8. redit hic tractatus de ſolano, deinde *an account of the eye* prius jam editus libellus. Præter anatomica hic de cataracta agitur, & multa contra extractionis methodum monentur. Iterum de ſolano; prodeſſe in vetuſtis ulceribus tenuem ichorem fundentibus: debere tamen uſum intermitti, quamprimum malum corrigi videtur. In ANGLIA cicutam neque boni feciſſe quidquam neque mali. Cancrum corrodentibus medicamentis non bene oppugnari. Mercurium ſublimatum in leviori malo valere, non item in majori. Teſticulum venereum frequenter a balſamicis & adſtringentibus medicamentis ſupervenire. In DARANIUM. Vaporem hydrargyri in malignioribus ulceribus laudat.

Idem le DRANII *operations de Chirurgie vertit* & edidit. LONDON 1749. 8.

ANTON HEINS *Gebrauch auserleſener Genesmittel.* LIPSIÆ 1757. 4. Etiam chirurgica medicamenta continet.

JOSEPH. ANTON. MARKMÜLLER. Ejus diſp. *de ſapone veneto.* VIENNÆ 1757. 4. Multa mala & glandulas potiſſimum induratas, ſapone ſuperatas fuiſſe. Exemplum calculi ab ejus uſu non quidem ſoluti, ſymptomatum tamen ſublatorum.

ANTONIUS (Lib. Bar.) de STÖRCK. Ejus *libellus, quo demonſtratur cicutam non ſolum uſu interno tutiſſime exhiberi, ſed & eſſe ſimul remedium valde utile in multis morbis, qui hucuſque curatu impoſſibiles dicebantur.* VIENNÆ 1760. 8. 1769. 8. Germanice WIEN 1764. 8. (& cum aliis ejusdem Ill. Viri libellis *de flammula jovis* &c. DRESDEN und WARSCHAU 1765. 8. vertente GEORG. LUD. RUMPELT. Gallice vertente H. J. COLLIN, WIEN 1771. 8.). Nempe ad ſcirrhos, ſcrophulas, ulcera, etiam cancroſa, ad mammas cancro adfectas valere, & intus ſumtam & extus impoſitam.

Ejus *libellus ſecundus, quo confirmaurt cicutam* &c. VIENNÆ 1761. 8. Germanice Ibid. 1764. 8. Exempla ſucci ſpiſſati ejus herbæ utiliter propinati: & curatorum in mammis ſcirrhorum, etiam lividorum, etiam dolentium: tum cariei cancroſæ, ſpinæ ventoſæ, ſcrofularum, fungi articulorum.

Ejus

Ejus *ſupplementum neceſſarium de cicuta.* Ibid. 1761. 8. Germanice Ibid. 1764. 8. Iterum de fauſtis effectibus cicutæ legitimæ & rite adhibitæ.

Ejus *libellus, quo continentur experimenta & obſervationes circa nova ſua medicamenta.* Ibid. 1765. 8. Multa exempla curationum in iisdem malis cicuta peractarum: in abſceſſibus mammarum difficilibus, cancro faciei, ſpina ventoſa, carie. Sic aconito exoſtoſes, ulcera, ſpinam ventoſam curari vidit. V. *obſtet. art.*

Jac. van der Haar. Ejus *verhandeling over de natuur en aart van de Klier Knoeſt en Kanker gezwellen waarin teglyk de verhandeling van h. Störck over de cicuta ordeelkondig onderzoekt en ter toets gebragt word.* Amsterdam 1761. 8. Verus ſcriptoris ſcopus fuit, nova Ill. Störckii inventa refutare. Aliqua præmittit de ſcrophularum a ſcirrhis diſcrimine; in illis quidem majorem partem tumoris ſuccum eſſe coactum, in iſtis vaſa dilatata: eandem fere benignæ a maligna exoſtoſi diverſitatem eſſe. In cancri initiis ſemper ſcirrhi aliquid ſubeſſe, etiam quando ab externa aliqua injuria natus eſt. Sibi quidem cancrum inſanabilem videri. Fruſtra ſe uſum extracto ſolani: cicutæ vires etiam nimis prædicari. Störckii viginti obſervationes ſcrutinio ſubjicit. Leviora mala abſque cicuta curari, gravioribus aliis gummata amara potius auxilio fuiſſe, aut mercurium ſublimatum. Alias ſcirrhos a Störckio pro cancroſis habitos eſſe, qui ſcrophuloſi fuerint. Mammarum ulcera, quæ lactantibus fœminis moleſta ſunt facile curari. Sæpe cancrum meliorem faciem induere, neque ideo ſanari. Ab extracto cicutæ ad meliorem ſpem ægros erigi, curationem veram non præſtari. Eſſe ubi natura ſibi ſufficiat, & fiſtulas ſanet. Fruſtra etiam in cancro labiorum, in tonſilla indurata, in fungis œſophagi, in ſcrophulis, in mammæ ſcirrho, & in cancro cicutæ uſum fuiſſe. Nunquam ex Camperi & aliorum teſtimonio in vero cancro profuiſſe, cum extractum tamen Vindobonæ emtum fuiſſet. Se ſolo linteo carpto cum oxicrato feliciter uſum. Eodem cum cortice Peruviano quinquaginta ſe amputatos ſanaſſe. V. *vulnera.*

Contra hoc Haarii opus prodiit *k. agnomaſtix apologia Haariana or eernſtige verdeediging voor den h. Jac. v. d. Haar en over deſſelfs verhandeling over de Klier Knoeſt en Kanker gezwellen.* Amsterdam 17. . . 8. Ultrajecti data præfatio. Aſpera in Haarium ſatyra. Non recte ſcirrhum difinivifſe, non bene cum cancro conjunxiſſe. Non abſque ſpe eſſe, in naſcente ſcirrho aliqua poſſe diſſolvi, neque recte Haarium negare, etiam clauſum ſcirrhum poſſe curari. Dari & ſanabiles ſcirrhos & cancros & inſanabiles.

Joh. Carol. Gehler. Ejus *de plumbo, ejusque in corpus humanum vi medicamentoſa.* Lips. 1776. 4. V. *obſtet. art.*

Mazars de Chazelle in *Journal de Med.* T. XXXIV. retulit de bonis cicutæ effectibus. V. *prolapſ. uteri.*

Rudolph Augustin Vogel. Ejus *dubia quædam contra acrium linimentorum ſulphureorum in ſcabie uſum.* Götting. 1765. 4. V. *pag.* 170.

Louis Florent des Hayes Gendron *lettre ſur pluſieurs maladies cauſées par l'uſage du rouge & du blanc.* Paris 1760. 12.

Georgius Leonhardus Huth, qui in utilibus libris vertendis multam operam præſtitit, edidit *Sammlung verſchiedener die Fieberrinde betreffender Abhandlungen und Nachrichten* Norimbergæ 1760. 8. Huc pertinent ſcripta J. Douglas & J. Shipton. Recuſa eſt hæc collectio ibid. 1769. deinde in T. II. adjectum eſt ſcriptum Thomæ Kirkland ejusdem argumenti.

Joh. Andree, medicus Londinenſis. Ejus *obſervations upon a treatiſe of the virtues of hemlok in the cure of cancres.* London. . . . 8. videtur a. 1761. prodiiſſe, neque enim annus expreſſus eſt. Extractum cicutæ in Anglia autumnali tempore coctum, nimias potius vires narcoticas oſtendiſſe, tremorem etiam & paralyſin feciſſe, menſesque ſuppreſſiſſe. Neque in ſcirrho profuiſſe unquam, neque in cancro. In Störckii hiſtoricas animadverſiones: cicutam ad opii modum agere, doloribus ſuppreſſis, humoribus inſpiſſatis. Ab ejus uſu ſcirrhos potius in cancrum degeneraſſe. A nemine abſque noxa adhibitam eſſe.

Robertus Dossie. V. *pag.* 175.

Josephus Quarin, (celebris medicus Vindobonenſis, Archiater, in noſocomio Fratr. Miſericordiæ phyſicus ordinarius). Ejus *tentamina de cicuta.* Wien 1761. 8. Plurima exempla recenſet egregiarum virium, quas cicuta exſeruerit in ſcirrho, in ſcrophulis tam apertis quam clauſis: in cancro certe ſpem aliquam excitavit. In fiſtulis ani, in ulceribus, etiam profuiſſe viſa eſt.

Paul André Parent. Ejus *de medicamentorum doſibus index cum antidotario chirurgico.* Wien 1761. 4.

Kurze Anweiſung zu der Wiſſenſchaft, die Arzney aus der Apothecken ordentlich und nützlich zu verſchreiben, für die Zuhörer des königlichen Preuſsiſchen Collegii medico - chirurgici in Berlin. Berlin 1761. 8.

Frid. August. Weiz. V. *pag.* 175

Desmilleville. V. *pag.* 176.

Landeutte. V. *pag.* 176.

Muteau de Roquemont. V. *pag.* 177.

Maupoint. V. *pag.* 177.

Aubrelique. V. *pag.* 177.

Pelet. V. *pag.* 177.

Finant. V. *pag.* 177.

Leberecht Ehregott Schneider. V. *pag.* 178.

Josephus Cavalini. V. *pag.* 179.

Ferdinandus de Leber, Javi & Laudii diſcipulus, Chirurgiæ doctor, inſtitutionum chirurgicarum ac anatomicarum Profeſſor Vindobonenſis, & noſocomii civici chirurgus ordinarius. Celebris hic vir opere ſuo anatomico, cui titulum fecit *Vorleſung über die Zergliederungskunſt* Wien 1775. 8., laudem eruditorum virorum (c) non exiguam ſibi meruit. Huc autem pertinet ejus *Abhandlung von der Nuzbarkeit des Schierlings in der Wundarzneykunſt.* Wien 1762. 8.

Christoph. Ludov. Hofman. Ejus *vom Gebrauch des Schierlings.* Münster 1762. 8.

P. Imman. Hartmann. Ejus *obſſ. ad citutæ, mercurii ſublimati & phoſphori uſum internum pertinentes.* Helmstadt 1763. 4. In magnis malis cicutam profuiſſe, etiam in ſpina ventoſa.

Project Joseph Ehrhart. Ejus diſp. *de cicuta.* Argentor. 1763. 4. Huc pertinent adnotata de effectu hujus medicamenti. Profuiſſe longo uſu in carie, tumoribus variis, indurata parotide, cancro aperto mammæ, patulo ulcere uteri, ſcirrhis mammæ, ophthalmia longa, ulcere phagedænico penis, obſtructis meſenterii glandulis.

Lud. Wilh. le Monnier & Carl. Franc. Andry *Ergo cancer ulceratus cicutam eludit.* Paris 1763. 4. Cicutæ ſuccum Vindobona accerſitum nunquam in ſcirrhis aut in cancro Pariſiis quidquam præſtitiſſe. Recuſa eſt Paris 1766. 4. reſpondente L. Al. Cezan.

Anton. de Haen. Ejus *epiſtola de cicuta*. V. *pag.* 569.

Nicolaus Pollaroli. V. *pag.* 184.

Ludovicus Rouppe. V. *pag.* 185.

August. Frid. Pallas. V. *pag.* 185.

Ern. Gottfried Baldinger. Ejus *Arzneyen, eine phyſicaliſch-mediciniſche Wochenſchrift zum Unterricht allen denjenigen, welche den Schaden des Quackſalbens nicht kennen. Erſter Band.* Langens. 1766. 8. V. *pag.* 185.

Leb. Frid. Benjamin Lentin. V. *pag.* 186.

Joh. Jacob. Huber, nunc Profeſſor Anat. & Chirurg. Caſſelanus. Ejus *de cicuta.* Cassel. 1764. 4. Meusel.

Henr. Joseph. Collin, medicus Vindobonenſis, noſocomii Pazmaniani phyſicus, in *anno III. noſocomii Pazmaniani* Wien 1764. 8. ali-

Oooooo 3 qua

(c) In *allgem. Deutſch. Bibl.* 31. *Band.* 1. *St.* pag. 172.

qua experimenta habet, cum cicuta inſtituta. Cancri ulcerati curati, ſcirrhi ſæpe reſoluti.

Joh. Mich. Hubert Wirtz. Ejus diſp. *de unguento fuſco Felicis Würz.* Altdorf. 1764. 4.

J. Gottschall Wallerius. Ejus diſp. *de unguento nardino pretioſo.* Upsal 1764. 4.

Gabriel Zagoni. V. *pag.* 186.

J. Henr. Lange. Ejus *dubia cicutæ vexata.* Helmstadt 1764. 4. Multum extracti cicutæ exhibuit in malis ulceribus, in ſcirrhis glandularum, ulceribus cancroſis, & fruſtra, & cum aliqua noxa.

Ejus *tentamen de remediis Brunſwicenſium domeſticis.* Brunswic. 1765. 8. Varia huc faciunt, ut oleum templinum ad tumores frigidos: phellandrium ad gravia vulnera, potiſſimum etiam equorum.

Ejus *die heilſamen Wirkungen des Waſſerfenchels oder der Peerſaat.* Frankf. und Leipz. 1771. 8. Idem phellandrium, populari primum fama celebratum, nunc accuratius comperit valere ad gravia vulnera, morſus canum, contuſa, abſceſſus, furunculos, ulcera vetuſta, ulcera uteri, & magno ſe cum effectu dediſſe.

Ejus *veritates medicæ.* Luneburg 1774. 8. Aliqua huc faciunt, ut medicamentum Kortholtianum ad cancrum: aliqua alia ad glandulas ſcirrhoſas, ad nephritidem.

Franciscus Rahn in diario *Abhandlungen der naturforſchenden Geſellſchaft in Zürich* T. II. 1764. 8. multa ſua de cicuta experimenta recenſet. In ſcrophulis ſuccus ſpiſſatus utiliter adhibitus eſt, tum in ſtrumis, induratis mammis, teſtibus, ulceribus malignis, diuturnis oculorum inflammationibus. Ad cancrum ulceratum ejus vis non ſufficit.

J. Frid. Faselii & C. Kuhn diſp: *de ſingulari topicorum temporibus applicandorum præſtantia.* Jenæ 1765. 4.

J. Elias Leo Hirschel. Ejus *Betrachtungen über den innerlichen Gebrauch des mercurii ſublimati corroſivi.* Berlin 1765. 8. Huc faciunt, quæ de cicuta habet, cujus tamen ſolum uſum externum probat, cum ad opii ſimilitudinem ſopiat.

Idem in *Beyträgen zu ſeinen Betrachtungen* &c. Berlin 1767. 8. repetit, ſe cicutæ uſum frequentem inutilem vidiſſe.

Aletophilorum elucidatio neceſſaria epiſtolæ de cicuta, quam Cl. Haenius *ſcripſit ad Cl.* Tralles, Wien 1766. 8. De Ill. Haenii & Störckii ob cicutæ vires medicas diſſenſu, quem Swietenius compeſcere ſtuduit, ut etiam Haenio interdiceret, ne porro in cathedra cicutæ vellet meminiſſe. Cicuta tamen cum cortice Peruviano conjunctis viribus cancrum mammæ ſupperatum fuiſſe.

J. Fri-

J. Frider. Closs. Cum ejus *nova variolis medendi methodo* Ultrajecti 1766. 8. prodiit faſciculus obſervationum de cicuta. Emplaſtro, quod eam herbam recipiebat, ſcirrhos & ſcrophulas curavit; ſucco ſpiſſato etiam uteri ulcus.

In *notizia intereſſante ſulla graviſſima malattia, che traſſe di vita la S.*, Venez. 1766. 4. de cicuta agitur, adverſus mammas induratas adhibita, quam alii medici accuſarunt, cum ex maligna febre interiret. Reſponderunt conſulti medici, nunquam a cicuta febrem natam eſſe, etiam quando æger ex ejus uſu profecit. De eadem in Hallери *epiſt.* 239. T. V.

Joh. Aug. de Capell. Ejus diſp. *de cortice Peruviano.* Wien 1766. 8.

J. Caspar Sulzer in *N. E. N. Cur. Vol.* III. *obſ.* 40. multa exempla cicutæ feliciter datæ.

Le Moine. V. *pag.* 193.

Mareschal de Rougeres. V. *pag.* 194.

Josephus Jacob Plenck, Chirurgiæ Doctor, Profeſſor Anatomiæ, Chirurgiæ, & artis obſtetriciæ in Univerſitate Tirnavienſi, quæ nuper tranſlata eſt in civitatem Budenſem. Ejus eſt *Schreiben an Herrn Rumpelt von der Wirkſamkeit des Queckſilbers.* Wien 1766. 8.

Ejus *Methodus nova & facilis argentum vivum venerea labe infectis exhibendi in vias ſalivales.* Vindobonæ 1776. 8. Germanice 1767. 8.

Ejus *Materia chirurgica, oder Lehre von den Wirkungen der in der Wundarzney gebräuchlichen Heilmittel.* Wien 1771. 8. Belgice Utrecht 1772. 8. De medicamentorum externorum efficacia libere judicat. Farinam lini inter optima emollientia numerat. Adipem urſi hernias adhærentes non ſolviſſe. Non probat emplaſtrum de ſpermate ceti, ad lac diſcutiendum impoſitum. Membranulam internam, quæ teſtam ovi conveſtit, poſſe ad corneæ tunicæ ulcera adhiberi. Ad ſcirrhum gummi Ammoniacum. Tumor in genu a balneo carbonum foſſilium luto intrito imprægnato levatus fuit. Agarici utilitatem non eſſe contemnendam, quod preſſionis neceſſitatem minuat. Aqua & alumine noſter tumores cyſticos diſcuſſit. Cortex Peruvianus laudem meretur, quoties ſuppuratio confert. Camphoram ab inflammato oculo non ferri. Sabadillæ ſemen copioſius capiti inſperſum inſaniam feciſſe. Aquam calcis mercurio ſublimato imprægnatam prodeſſe in ulceribus venereis. Externum opii uſum in auris ulcere nocuiſſe. Cicutam tamen profuiſſe. Calculum intra veſicam a phoſphoro ſolutum. Solis internis medicamentis, & ſpiritu frumenti, ſe ſpinam ventoſam ſuperaſſe: bolo cereo infantem, cui umbilicus avulſus fuerat. Fæcem vini ad gangrænam perutilem eſſe. Funeſtus effectus uſtionis calvariæ. Haller.

Ejus

Ejus *Pharmacia chirurgica, ſeu doctrina de medicamentis præparatis ac compoſitis, quæ ad curandos morbos externos adhiberi ſolent.* Ibid. 1775. 8. Perutile æque ac commodum compendium, in quo novorum, nec inefficacium medicamentorum grata ſeſe offert varietas. Uſum tamen chirurgicum, quem iis medicamentis auctor ubique adjecit, malles aut prorſus abeſſe aut magis eſſe explicatum. Experto quidem chirurgo breve quoddam & nutu quaſi factum indicium eorum, quæ lector talis ad ſuam aliorumve experientiam accommodare optime noverit, non poteſt non jucundum eſſe; at vero inexpertis efficere ipſa hæc brevitas videtur. Illi enim, genuina indicatione deſtituti, remediis temere arreptis, quum optime ſe agere putant, ſæpe ægris nocent. Cæterum chirurgis grata ſit oportet *pharmacia* viri, cujus nomen celebrari ob fervorem promovendæ etiam in HUNGARIA artis chirurgicæ meretur. RICHTER.

Idem in *Sammlung* &c. agit de uſu opii & corticis Peruviani chirurgico. V. *pag.* 195.

GEORGIUS TARTREAUX, epiſcopatus Wormatienſis phyſicus. Ejus *epiſtola apologetica adverſus* A. de HAEN *in cauſa de cicutæ uſu*.... 1767. 8. Cicuta trigeſies ſe uſum, decies bonum effectum expertum eſſe. Cancrum verum & apertum in collo ei remedio ceſſiſſe: ſic phthiſin, morbos cutaneos, ulcera maligna, duros paſſim tumores eo ſuperatos.

J. GOTTFR. MORGENBESSER. Ejus *Anleitung zur Kenntniſs der Wirkung äuſſerlicher Arzneyen.* BRESLAU 1771. 8. Breviter exponit, ut quæque claſſis medicamentorum externorum in corpus humanum operetur, deinde ſelectus meliorum in quavis claſſe medicamentorum. Ita HALLER. Inutilem vero eſſe laborem oſtendit RICHTER. V. *obſt. art*

THOMAS PERCIVAL, medicus. Ejus *Eſſay medical and experimental on the empiric and dogmatik phyſik on the operation of bitters* &c. LONDON 1767. 8. Solo ſtimulo amara operari, non reſorptis particulis acribus. De morbis in quibus proſunt. HALLER.

Ejus *obſervations and experiments on the poiſon of lead.* Ibid. 1774. 8. Parvus liber, eleganter ſcriptus; multa quidem jam non nova continet, nec ideo eſt contemnendus. Aquam GOULARDI cæteraque ex plumbo parata medicamenta etiam colicam externe applicata excitaſſe, nocuiſſe ventriculo. Plures id genus obſervationes in hominibus brutisque factas recenſet noſter, ut tamen his forte non ſatis convincaris de noxa applicati externe ſaturni. TODE.

CAR. NIC. JENTY *a narrative of the trial of Thomas Pierce ſtyptic medicines.* LONDON 1767. 8.

ARCANGE le ROI *eſſai ſur l'uſage & les effects de l'écorce de Garou.* PARIS 1767. 12. Novus phœnignus, quo non veſica quidem, ſed aqua ubertim de cute educitur. Id fit cortice thymelææ lini folio, ſuper

cutem

cutem impoſito. Multa exempla felicis effectus, etiam adverſus cariem. In Germanica editione ARGENTOR. 1768. 8. aliqua aucta ſunt. Plus aquæ ab integra radice extrahi, quam ex contuſa. Non ab eo cortice eſſe ſymptomata, quæ ſuperveniunt.

J. A. BRAMBILLA *zwey Abhandlung über den nützlichen und ſchädlichen Gebrauch des Oxikrats und der trockenen Karpey in der Wundarzneykunſt, aus dem Italieniſchen überſezt.* WIEN 1778. 8. V. *pag.* 871.

J. VIVENZI, Archiater Regius. Ejus *de cicuta comm.* NEAPOLI. 1767. 8. Tertia editio & aucta 1773. 4. Experimenta cicuta facta feliciter ceciderunt, ad duros tumores abdominis, ſtranguriam, ſtrumas, etiam ulceratas &c.

In *N. Hamburg. Magaz.* 1767. Belladonna ſuperati duri tumores, & de cancroſa natura ſuſpecti.

ALEXANDER RUSSEL. V. *pag.* 198.

JOH. FOTHERGILL. V. *pag.* 198.

COSTE. V. *pag.* 200.

ROZIERE de la CHASSAGNE. V. *pag.* 200.

WILLIAM ALEXANDER, chirurgus. Ejus *experimental eſſays on the external application of antiſeptiks in putrid diſeaſes.* LONDON 1768. 8. Nitrum in aqua ſolutum per cutem, in usque lotium penetrare. Sic vim antiſepticam corticis Peruviani per cutem ſibi viam aperire, ut etiam febrem ea ratione ſperet curari poſſe.

ANT. CANESTRINI. Ejus diſp. *chymico-medica de mercurio.* VIENNÆ 1768. 8.

L'Albert moderne &c. V. *pag.* 201.

ANT. FRANC. SETTEGAST. V. *pag.* 201.

CHRISTIAN EBERHARD. KAPP. V. *ſcirrh.*

Praxis medica & chirurgica &c. V. *pag.* 205.

Two papers on the uſe of oleum aſphalti in ulcers of the inteſtines, lungs and other viſcers, translated by Th. Healde. LONDON 1769. 8. Recuſus eſt libellus in *Actis Acad. Batavicæ.*

F. THOMLINSON. V. *pag.* 205.

Diſſertation ſur les antiſeptiques. DIJON 1769. 8. Præmium meruit B. BOISSIEU. Multa phyſica, nonnulla chirurgica. CL. CAMUTTIUM in gangræna uſum ferri igniti commendare, eminus admoti. Altera diſſertatio eſt auctoris TOUSSAINT BORDENAVE. Tertia GODARTI, quæ HALLERO imprimis placet.

J. AUG. PHIL. GESNER. V. *pag.* 205.

J. GEORG. SCHENKBECHER, medicus caſtrenſis. Ejus *Bericht von den heilſamen Würkungen der Kinkina nebſt einem Anhange von dem innerli-*

nerlichen Gebrauche des Schierlings &c. RIGA 1769. 8. Feliciter adhibitus Cortex Peruvianus, in gangræna ſcroti, ſpina ventoſa, gangræna penis. Succus cicutæ ad induratas glandulas colli & ſcroti duritatem.

ABRAH. CHRISTOPH. SALCHOW. V. *pag.* 333.

J. AIKIN. Ejus *obſervations on the external uſe of lead with ſome general remarks on topik medicines.* LONDON 1771. 8. Extractum ſaturni GOULARDIANUM noſtro non placet, etiam minime admiſtus ſapo. Plumbum non reſolvere, neque reſolvere, quæ mollientia dicuntur. Nocere ea inflammatis. Pus formatum nullo auxilio diſſipari. Gangrænam cauſam eſſe inflammationis non effectum. Calloſas ulcerum oras egere mollientibus, non corroſivis: illis etiam ulcera maligna tibiæ ſanata. Farinoſa fomenta oleoſis præſtare. Princeps finis in cancro eſt, reſiſtere putrefactioni. Ad ancyloſes plumbum non valere: ligamenta craſſeſcere eo in malo, & tendines rigeſcere, plurimum a veſicatorio medicamento ſperari. Scrophuloſa mala articulationum curationem non admittere. Nocere mollientia in hernia incarcerata; plus præſtare ſimplicem tractationem. Cerei: eorum vis ſalutaris fere a figura pendet. V. *pag.* 786.

NICOLAS. V. *pag.* 207.

GUIL. HENR. SEBAST. BUCHHOLZ. V. *pag.* 209.

J. CHRIST. ANT. THEDEN. V. *pag.* 211.

FRANC. XAVER. HARTMANN *formulæ medicæ in materiam medicam Cl. Crantzii.* LIPS. 1771. 8.

LEOPOLDUS KÜRCHBERGER, Vindobonenſis. Ejus diſp. *inaug. ſiſtens hiſtoriam morbi chronici & ſpecimen hiſtoriæ cicutæ.* WIEN 1771. 8.

JOHN. HILL. V. *pag.* 216.

LEMOINE. V. *pag.* 224.

J. AUG. BÜTEFISCH. V. *pag.* 227.

J. DAVID HOMBERG. V. *pag.* 228.

FRANC. JACOBI. Ejus *deſcriptio methodi mercurium ſublimatum corroſivum tutius copioſiusque exhibendi.* MONAST. 1772. 8.

BERNARD. RUST. (an. BENJ. RUSH?). Ejus diſp. *de limitanda laude virtutis ſtypticæ balſami vulnerarii rubri Dippelii, & olei martis per deliquium.* GÖTTING. 1773. 4. Balſamum DIPPELII ſanguinem non cogere, neque ſupprimere, ita neque ferri oleum, etſi ſanguinem aliquanto potentius cogat. Balſamum rubrum ſanguinem non cogit. Nimias eſſe SCHULZII laudes.

JOH. CRUSO. Ejus *Arzneyſchaz oder Sammlung bewährter und leicht zu bekommender Mittel gegen die meiſten Krankheiten des menſchlichen Körpers.* MIETAU 1773. 8.

ANDR. DUNCAN. Ejus *Abhandlung vom Queckſilber.* LEIPZ. 1773. 8.

SIB-

SIBBERN. V. *pag.* 236.

WHITE. V. *pag.* 242.

PERCIVAL. V. *pag.* 243.

DOUGLAS. V. *pag.* 244.

LEAUTAUD. V. *pag.* 245.

HORNE. V. *pag.* 248.

PATEL. V. *pag.* 249.

JOACHIM SPALOWSKY, Vindobonenſis. Ejus diſp. inaug. *de cicuta, flammula jovis, aconito, pulſatilla, Gratiola, dictamno, ſtramonio, hyoſcyamo & colchico.* VINDOBONÆ 1777. 8. Deſcriptio earum plantarum botanica, uſus medicus & chirurgicus, additis ſingularum plantarum inconibus. Collecta ex Ill. STÖRCKII libellis.

J. GOTTF. ESSLGS (alibi lego ESSICH) *mediciniſch - pharmaceutiſches Handbuch für junge anfänger der Arzneykunſt und Chirurgie 2. Theil.* AUGSB. 1778. 8.

FRANC. WOLFG. GRAFFENHUBER. V. *pag.* 963.

MICTUS CRUENTUS. Vide *hæmorrhag.*

MORSUS ANIMALIUM VENENATORUM.

DIOCLES in L. ad PLISTARCHUM de ſerpentum morſu egit (a). HALLER. Vide *pag.* 682.

ERASISTRATUS. Ejus de ſerpentum morſu locum DIOSCORIDES habet (b). In L. etiam *de virtutibus* ERASISTRATUS remedia ad viperarum ictum indicavit (c): dixit etiam de devorato baſiliſco (d). HALLER. V. *pag.* 762.

ANDREAS CARYSTIUS ſcripſit περι δακέτων *ſ. de ſerpentum & aliarum beſtiarum morſibus* (e). HALLER.

NICANDER de morſu ſerpentum ſcripſit, qui ſunt inter vulnera, deque eorum ſymptomatibus & cura (f). HALLER.

A. C. CELSUS in L. V. pſyllorum nullum eſſe privilegium præter audaciam; & venenum ſerpentis non guſtu nocere, ſed in vulnere. Noſſe ſe medicos, qui adverſus ſcorpii morſum nihil moliti ſint, præter venæ ſectionem. V. *pag.* 287.

(a) DIOSCOR. VI. (b) GALEN. L. VI. (c) Idem *meth. medend.* L. III. (d) CÆL. *chron.* V. c. 10. (e) ATHENÆUS δειπνοσοφ. L. VIII. (f) Vide HALLERI *Bibl. Botan.* T. I. p. 54.

Scribonius Largus *de compoſit. medicam.* cap. 41. ad ſerpentum ictus & morſus. Walther. V. *pag.* 990.

Apollonius, pharmacopola. Ejus conſilia pro demorſis a crocodilo (g). Haller.

Dioscorides in L. VI. agit de morſu animalium venenatorum. Vulneratos a ſerpente ſcarificat. Varia a ſerpentum morſu ſymptomata nuperiores in calidas regiones peregrinatores confirmaverunt. Haller. V. *pag.* 996.

Lycus. Ex ejus commentariis ad viperarum morſum aliqua apud Paulum exſtant (h). Haller. V. *pag.* 997.

C. Plinius Secundus in L. XXIX. & XXX. agit de morſu phalangiorum, aſpidum. Haller. V. *pag.* 997.

Claudius Ælianus in *hiſtoria animalium* Londini 1744. 4. ſplendide excuſa, aliqua de demorſis ab aſpide habet (i). Haller.

Galenus in L. VI. *de locorum adfectorum natura* &c. agit de morſibus viperarum eorumque curatione. Icterus a viperæ morſu. Haller.

Idem *de antidotis* L. II. cap. 11. ad morſus & ictus ſerpentum. Cap. 12. 13. ad ictus ſcorpionum & phalangiorum. Cap. 14. ad viperæ morſum. Walther. V. *pag.* 264.

Oribasius *de morb. cur.* L. III. cap. 71. 72. de variis venenis animalium morſu illatis. Walth. V. *pag.* 264.

Aetius in *tetrabibl. IV. ſ.* 1. cap. 1. de his, qui ab homine morſi ſunt. Cap. 2. contra variorum animalium morſus. Cap. 3. 4. 5. 6. de variis animalium morſibus: calcem vivam cum oleo & melle miſtam imponi jubet. Cap. 11. de veſpis & apibus. Cap. 16. ad araneæ ictum. Cap. 19. ad ſcorpii ictum. Walth. V. *pag.* 265.

Paulus Ægineta in L. V. agit de morſu ſerpentum, phalangii, ſcorpii. Morſus illos ſerpentum jubet exſugere. De ſaltatione a phalangii morſu nihil habet. Cleopatræ aſpis & mors vulgo nota. Haller. Cap. 15. de veſpis & apibus. In L. VI. cap. 11. de venenatis, ut ictus veſparum, apum &c. Walth. V. *pag.* 293.

Aaron de morſu ſcorpii agit (k); de animalculo perexiguo dana, cujus morſus perniciofiſſimus ſit. Haller. V. *pag.* 1009.

Joh. Actuarius in *methodi medendi* L. VI. cap. 11. de venenatis. Walth. V. *pag.* 358.

Rhazeus in L. XX. de morſu animalium venenatorum. Ad morſum ſcorpii medicamentum. Abimasarem theriaca ſumta fuiſſe ſanatum. Farrago medicamentorum ejusdem ſcopi. Recte tamen vulnus jubet exſugere, quod a morſu reptilis inflictum ſit.

Idem

(g) Aetius L. XIII. c. 6. (h) L. V. c. 13. (i) In L. IX. c. 62. (k) Apud *Rhazeum cont.* L. XIV. cap. 1.

Idem in *operis ad* ALMANSOREM L. VIII. agit de morſu venenatorum animalium. HALLER. V. *pag.* 265.

HALY ABBAS in *theoriæ* L. VIII. cap. 20. & 22. de morſu animalium. In *practicæ* L. IV. cap. 27. &c. de morſu & ictu variorum animalium, ejusque medela. WALTH. V. *pag.* 295.

AVICENNA in L. IV. *fen.* 6. tract. 3. cap. 1. de cura morſus animalium variorum. Tract. 5. cap. 2. de punctione ſcorpionum, aranearum, veſparum, apum &c. WALTH. V. *pag.* 267.

ALBUCASIS in *practicæ* tract. 30. ſect. 1. cap. 19. &c. de punctura variorum animalium. WALTH. V. *pag.* 267.

CONSTANTINUS in *loc. commun. med.* L. VIII. cap. 21. 22. de morſu tiriæ & ſcorpionis. WALTH. V. *pag.* 268.

LANFRANCUS in *Chirurgiæ magnæ* &c. doctr. 3. tract. 2. cap. 7. de cura vulneris facti a cane rabido, vel alio animali venenoſo. WALTHER. V. *pag.* 2.

PETRUS de APONO *de venenis* ſcripſit, interque ea de animalium venenatorum, deque canis rabidi morſu. HALLER. V. *pag.* 270.

BERNARD. GORDON in *Medicinæ* &c. parte 1. cap. 14. de morſu ſerpentum. Cap. 15. 16. de puncturis ſcorpionum & apum. WALTHER. V. *pag.* 270.

ARNALDUS de VILLANOVA in *breviarii* &c. L. III. cap. 14. &c. de morſu variorum animalium. WALTH. V. *pag.* 296.

GUIL. de VARIGNANA in *ſecretorum* &c. tract. 3. ſerm. 4. cap. 1. de cura animalium puncturæ, & præſervatione ab ea. Cap. 4. 5. de morſu ſerpentis & aliorum animalium. Cap. 6. de fuga animalium venenoſorum. Cap. 7. de fugandis animalibus venenatis in ſpecie. WALTHER. V. *pag.* 371.

JACOBUS DONDUS. V. *pag.* 3.

ANTON. GUAINERUS in *operum medic.* tract. de venenis cap. 11. de cura puncturæ animalium. WALTH. V. *pag.* 372.

Anonymi *contra morſum canis rabidi, aranei, bufonis, ſcorpionis* exſtat in Bibl. BONLEY. n. 2063. HALLER.

SANTES ARDOYNUS, qui nondum (1) medio ſeculo XV. vixit, in L. *de venenis* BASIL. 1562. fol. excuſo, fuſiſſime agit de morſu canis rabidi aliorumque animalium venenatorum. Plurimos ſcriptores legit, Græcos, PLINIUM etiam, deinde Arabes, & conſtanter ALZAHARAVI citat, tanquam ALBUCASIS opus. HALLER.

ANTON. CERMISONUS in *conſiliorum med. conſ.* 1. ad morſum aſpidis. WALTH. V. *pag.* 372.

(1) Ante a. 136. VENETIIS ſcriptum eſſe T. ZWINGER in *præf.*

FERDINANDUS PONZETTI, Cardinalis. Ejus *de venenis* L. III. VENET. 1492. fol. BASIL. 1562. fol. Ad venenatos morſus. HALLER.

ANTON. BENIVENIUS *de abditis morborum cauſis* &c. cap. 56. a ſcorpione ictus glande ſe opprimi querebatur. WALTH. V. *pag.* 362.

GODOFR. STEGHIUS in *artis medicæ* L. VII. cap. 11. &c. morſuum venenatorum ratio & curatio. WALTH. V. *pag.* 313.

PETRUS de BAYRO *de medendis corp. hum. malis* &c. L. XVII. cap. 3. de morſu animalium venenoſorum. Cap. 4. de præſervatione a morſibus venenoſorum. WALTH. V. *pag.* 374.

PHIL. THEOPHRAST. PARACELSUS *von der groſſen Wundarzney* L. III. tract. de curatione vulnerum cap. 3. de morſu ſerpentum &c. WALTHER. V. *pag.* 272.

HIERONYM. CARDANUS in Libris III. *de venenis cum commentariis* &c. una excuſis, morſus animalium venenatorum aut rabidorum tractat. Patrem ſuum in principio mali cepam crudam impoſuiſſe, bono eventu. HALLER. V. *pag.* 670.

ANTONIUS LUDOVICUS in L. V. *de occultis proprietatibus* OLYSSIP. 1540. fol. aliqua habet de ſerpentibus & aliis morſu nocentibus. Etiam de tarantula, & cane rabido. HALLER.

ANT. FUMANELLUS in tract. *de compoſit. medicam.* cap. 54. quæ morſibus venenoſorum animalium medentur. WALTHER. V. *pag.* 375.

VIDUS VIDIUS *de curat. generatim* part. 2. ſect. 2. cap. 4. de venenis, quæ petuntur a belluis & eorum cura. WALTHER. V. *pag.* 375.

ANTON. MIZAULD in *memorabilium* &c. *centuriis* varia habet de ſerpentibus, eorumque morſu. ALBERTI. V. *pag.* 423.

AMBROSIUS PARÆUS. Ejus *diſcours de la mumie, des venins, de la licorne, de la peſte.* PARIS 1583. In *collectione operum* liber XX. de venenatis animalibus. Ea in cibo non nocere (quod nimis ampliter dictum eſt, quis enim impune infectis veſceretur, adeo acribus, ut fœtidiſſimo lepore marino). Theriacam & extus admotam, & intus ſumtam, laudat; præfert tamen uſtionem. Vix credas bono viro, rabidum fuiſſe canem, a quo demorſum puellum cepis ſervaverit & theriaca. Multa hic compilatitia, & icones etiam ad imaginationem auctoris depictæ. Quem ſcarificatione repetita ſervaverit, eum non a colubro ſed a vipera putes demorſum fuiſſe. Qui mordeat bufo, qui ſit edentulus. HALLER. V. *pag.* 301.

AMATUS LUSITANUS in *curationum medicinalium centuria* I. de viperæ morſu, in LUSITANIA ſatis minaci, in quo profuit & vulnus, & totum artum ſcarificaſſe; nam fraxini foliorum ſucco ægrotæ ſalutem vix tri-

buas.

buas. In *centur.* III. viperæ morſus funeſtus, etiamſi æger venenum de vulnere ſuxiſſet. In *cent.* VI. Scorpii vulnus RAGUSÆ parum noxium. HALLER. V. *pag.* 314.

J. BAPT. THEODOSIUS. Ejus *epiſtolarum medicinalium* L. XVIII. BASIL. 1553 8. Epiſtola trigeſima continet ſolitam illam demorſorum a tarantula per ſaltationem curationem. HALLER.

CONRADUS GESNER in L. *de ſerpentibus* . . . . jaculos in HUNGARIA dari. De viperis earumque morſu. HALLER. V. *pag.* 350.

THADDÆUS DUNUS in *miſcellaneis* &c. de ictis a ſcorpio aliqua habet. HALLER. V. *obſtet. art.*

ANTON. CHALMETHÆUS in *enchiridi chirurgici* &c. L. II. cap. 9. de morſu animalium. WALTH. V. *pag.* 274.

HIERONYM. MERCURIALIS. Ejus L. *de venenis*, quem perinde ex MERCURIALIS ore ALBERTUS SCHELIG edidit VENET. 1584. 4. De viperæ morſu & ſcorpii, aliorumque ſimilium animalium reperias. HALLER. V. *pag.* 377.

JACOBUS GREVINUS. Ejus *de venenis.* ANTWERP. 1571. 4. Habet etiam morſus animalium venenatorum. HALLER.

BARTHOL. CARRICHTER in *practica von allerhand Leibskrankheiten &c.* L. II. cap. 60. de morſu ſuis feræ. WALTH. V. *pag.* 379.

ANDREAS BACCIUS, Elpidianus, Archiater Pontificius, & SIXTI V. medicus. Ejus *de venenis & antidotis* προλεγομενα, *ſ. communia præcepta ad humanam vitam tuendam ſaluberrimam. Venenorum methodus per genera, differentias, partes, paſſiones, præſervandi modum, & communia ad eorum curationem antidota.* ROMÆ 1586. 4. Non tamen eſt abſque adnotatione propria. A viperæ morſu magna ſymptomata tamen ſuperata. A galli morſu rabies & mors gallinacei. Antidoti. Inuſtio quæ ferro fit. Hydrophobia poſt morſum canis rabidi erumpens cum furore: ſe quos curaverit, ſervaſſe uſtione, antidotis, demum demerſione in aquam marinam. HALLER (m).

BALDUS ANGELUS ABBATIUS, Eugubinus. Ejus *de admirabili viperæ natura.* URBIN. 1589. 4. Habet etiam & organum, quo vipera lædit, & de curatione aliqua. HALLER.

PETRUS FORESTUS in *obſervationum &c.* L. XXX. de venenis duo habet capita, de animalibus morſu lædentibus, & de tarantula ſaltatrice (& de aliis animalibus venenatis, ſerpentibus, viperis &c.) HALLER. V. *pag.* 381.

EUST. RUDIUS in *artis medicæ &c.* L. I. cap. 13. de morſibus variorum animalium & hominis. WALTH. V. *pag.* 382.

GUIL.

(m) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 157.

GUIL. FABRICIUS in *obſervationum* &c. *centuria* IV. gravia mala a veſpæ punctura. HALLER. V. *pag.* 274.

JACOBUS PONS, Lugdunenſis. Ejus libellus *avertiſſement pour la préſervation & cure générale contre les poiſons.* In eo libro viperas Lugdunenſes nimis debiles eſſe, hinc theriacam in ea urbe pariter deterioris eſſe conditionis. Contra eum ſcripſit LOUIS de la GRIVE, qui infra dicetur. Reſponſum eſt in *ſycophantie theriacale.* LION 1634. 8. Nomen ibi præfigitur JACOBI PONS. Quare eo magis perſuadetur celeberrimus HALLER (n), annum 1566. male apud PL. ſcribi, & verius eſſe a. 1596. 8. ut LINDEN.

FRANC. RANCHIN in *opuſculis medicis* tract. *de morbis ſubitaneis* cap. 19. de ictu ſerpentum. Cap. 20. de morſu viperarum. WALTH. V. *pag.* 315.

JOH. ZECCHIUS in *conſult. med. conſ.* 33. de vulnere ex morſu viperæ. WALTH. V. *pag.* 384.

ANDREAS CÆSALPINUS in *ſpeculi artis medicæ &c.* L. III. cap. 37. de ictu veſparum, apum &c. Cap. 38. de phalangio & tarantula. Cap. 39. de ſcolopendra, ſcorpionis ictu. Cap. 40. 41. 42. 43. 44. de marinis ſcorpione, dracone, ſerpentibus &c. Cap. 45. de aſpide, baſiliſco &c. WALTH. V. *pag.* 384.

FELIX PLATERUS in tract. *de doloribus* cap. 17. etiam de morſuum venenatorum curatione. WALTH. V. *pag.* 385.

VICENZO BRUNO. Ejus *tre dialogi, nel primo della tarantola, nel ſecondo del vivere e morire, nel terzo delle pietre prezioſe, e de ſemplici.* NAPOLI 1602. 4. HALLER (o).

PAULUS REONAULME. Ejus *ex curationibus obſervationes.* PARIS 1606. 8. Aliqua huc ſpectant. A vipera ipſe & a cenchride (quid?) inter legendas plantas demorſus facile convaluit, alioſque ſimili in caſu noſter ſervavit, ſacrificatione, baccis acacalis &c. Recte vero monet, canes a viperis demorſos non interire, & poſt 24. horas ſymptomata evaneſcere. HALLER.

FIDEJUSTUS REINECCER in *theſauri chymici &c.* L. V. pag. 167. ad morſum animalium venenatorum. WALTH. V. *pag.* 386.

RUDOLPH. GOCLENIUS in *Experimentirbuch* &c. cap. 17. 21. 51. 90. 100. 102. ictus & morſus veſparum, apum, ſerpentum &c. WALTH. V. *pag.* 352.

SEBAST. CORTILIO *de chirurgica inſtitutione* cap. 17. de vulneribus a cane rabido & aliis animalibus venenatis. WALTH. V. *pag.* 17.

DA-

(n) Ibid. pag. 324. (o) Ibid. pag. 356.

DANIEL SENNERTUS in *Medicinæ practicæ* L. V. part. 4. cap. 19. de morſu animalium. WALTH. V. *pag.* 17.

PETRUS van der STYLLE in *chirurgiſches Handbuch* Parte IV. cap 3. de morſu variorum animalium. WALTH. V. *pag.* 555.

GREGORIUS HORST in *centuria problematum* &c. Ictus ſcorpii. HALLER. V. *pag.* 276.

FRANC. PECCETTI in *Chirurgiæ* &c. *de tumoribus* L. I. cap. 3. de morſu vel punctione venenati animalis. In L. II. cap. 41. de vulnere vel ictu venenatorum animalium. WALTH. V. *pag.* 18.

LAZARUS RIVERIUS in *obſervationum* &c. *cent.* IV. *obſ.* 96. de ictu ſerpentum. WALTH. V. *pag.* 388.

MELCHIOR SEBIZ. Ejus *diſcurſus de caſu adoleſcentis, qui a.* 1617. *mortuus repertus eſt adjacente ipſi ſerpente.* ARGENTOR. 1617. 4. 1618. 4. 1624. 4. 1660. 4. Mors ſubita hominis cauſarii, cujus cadaveri ſerpens adſtans repertus eſt. Eum ſerpentem noſter putat in corpore ægroti habitaſſe, exiiſſe per aſperam arteriam (non per aſperam arteriam, ſed ex ventriculo per œſophagum; nam in ipſo auctoris opere ſic lego: „ per os vero egreſſum (ſerpens) moliebatur: quoniam, cum prius in inteſtinis vixiſſet, pellectus forſan ſuavitate aſſumtorum ferculorum — ad ventriculum adſcendit: quibus cum liguritionem expleviſſet ſuam, ulterius progreſſus eſt: & quia per œſophagum recta via ſurſum ad os tendebat, factum, ut reptando eo ſe receperit. Dum vero egrederetur, nullus dubito, quin premendo arctandoque arteriam aſperam, & maxime rimulam laryngis — adoleſcentem ſtrangularit), ſic hominem ſtrangulaſſe, cui ſpuma ante os ſteterit. De ſerpentibus collectanea. HALLER (p). V. *venæ ſect.*

EPIPHANIUS FERDINANDUS in *centum hiſtoriis* &c. Tarantulæ morſus muſica curatus, omnino ut vulgo ſolet narrari. HALLER. V. *pag.* 354.

J. RUDOLPH. CAMERARIUS in *ſylloge memorabilium* &c. etiam de tarantulæ fabula. HALLER. V. *pag.* 19.

J. FABER. V. *morſ. canis rabidi.*

PHIL. SALMUTH in *obſervat. med. centuria* III. *obſ.* 4. morſus quorumdam animalium maligni. ALBERTI. V. *pag.* 442.

PETR. JOH. FABRUS in *myrothecii ſpagirici* &c. Sect. II. cap. 8. de vulnere animalium venenatorum: laudat ſpiritum ſalis rectificatiſſimum. WALTH. V. *pag.* 442.

J. ANT. LAMBERT in *commentaires* L. IV. A. tarantula ictus, prope oculum, relapſa, eſchara ſanatus. HALLER. V. *pag.* 20.

ZACU-

(p) Ibid. pag. 417.

ZACUTUS LUSITANUS *de medicor. princip. hiſtoria* T. I. L. I. *obſ.* 58. ſtercus humanum contra venena celebre eſt medicamentum. In L. V. *hiſt.* 1. &c. de morſu & ictu animalium variorum. WALTH. V. *pag.* 389.

SAMUEL HAFENREFFER in πανδοχεον &c. L. III. cap. 8. de morſu variorum reptilium animalium. WALTH. V. *pag.* 412.

JACOB. PRIMEROSIUS in *enchiridii medico-practici* Part, I. pag. 124. vulnus ferarum a morſu. WALTH. V. *pag.* 443.

MART. BLOCHWIZ in *anatomiæ Sambuci* tract. 3. cap. 33. de venenis corpori inflictis. WALTH. V. *pag.* 443.

M. AUREL. SEVERINUS. Ejus *vipera pythia.* PATAV. 1651. 4. De morſu viperæ, de inſtrumenti lædentis fabrica, decuratione. HALLER. V. *pag.* 276.

LOUIS de la GRIVE, pharmacopola Lugdunenſis. Ejus eſt *anti-parallele des viperes Romaines, & herbes candiotes au quel il eſt prouvé la theriaque lionnoiſe n'avoir pas ſeulement les vertus du theriaque diateſſaron, mais auſſi du grand theriaque d'Andromachus.* LION 1632. 8. Lis eſt cum medico Lugdunenſi JACOBO PONS, qui viperis Lugdunenſibus minores vires eſſe ſcripſerat, quam Romanis ſunt, & herbas pariter Creticis inferiores eſſe, adeoque theriacam Lugdunenſem deteriorem. Noſter viperas omnino æque funeſto eventu LUGDUNI mordere, per exempla demonſtrat: ſervari equidem demorſos vi theriacæ, quam LUGDUNI optimam præparent. A morte beſtiam periculoſe mordere. Fuiſſe qui a morſu viperæ Pictonienſis perierint. Plantas, quæ ex inſula CRETA accerſuntur, viribus multo eſſe debilioribus, quam in terra erant natali. Theriacæ Lugdunenſis uſu munitum circumforaneum bufones tuto devorare. HALLER (q).

JOH. AGRICOLA in *Chirurgiæ parvæ* tract. 4. pag. 443. de vulneribus venenatis ab animalibus venenatis inflictis. WALTH. V. *pag.* 21.

WOLFG. HOEFER in *Herculis medici* &c. L. II. cap. 1. pag. 111. de veſparum ictibus. WALTH. V. *pag.* 390.

FRANCISCUS SANCHEZ, Profeſſor Toloſanus. Ejus *opera medica.* TOLOSÆ 1636. 4. Huc referas librum de venenatis. HALLER.

PHIL. GRULING in *obſervationum herm. dog. centuria nova cur.* 1. & 7. de ictu ſerpentum & apum. WALTH. V. *pag.* 391.

JOH. RHODIUS in *obſervationibus* &c. aliquot exempla recenſet a viperis & a ſcorpio demorſorum, nullo funeſto eventu. HALLER. V. *pag.* 447.

In *tractatu* . . . . ligato & abſecto digito, quem vipera percuſſerat, ſanatus æger. HALLER. V. *pag.* 22.

ATHA-

(q) Ibid. pag. 600.

Athanasius Kircher S. J. Ejus *magnes*, *ſ. de arte magnetica opus tripartitum.* Romæ 1641. 4. Colon. 1643. 4. Fuſe etiam de tarantula agit.

Ejus *regnum naturæ magneticum*, *ſ. de triplici naturæ magnete.* Rom. 1662. 4. Amsterdam 1667. 12. Prædicantur laudes lapidis ſerpentis adverſus morſum periculoſiſſimi animalis, tum ad venenum ſcorpii, aliorumque animalium venenatorum. Contra has jactationes Redi experimenta facta ſunt. Haller.

Thomas Bartholinus in L. *de morbis biblicis.* Francof. 1662. 8. etiam de morſibus ſerpentum. Haller. V. *pag.* 23.

Guido Patinus in *epiſtolis* &c. Scorpii ictus absque alexipharmacis ſanatus. Haller. V. *pag.* 360.

Kenelmus Digby in *diſcours ſur la guériſon* &c. etiam tarantularum fabellam recenſet. Haller. V. *vulnera.*

Domin. Panarolus in *iatrologiſmorum* &c. *pentecoſte* I. *obſ.* 45. de aranearum morſu ſeptimo die lethali. In *pentecoſt.* II. *obſ.* 4. mulieris morſus venenatus. Walth. V. *pag.* 25.

Petrus Borellus in *hiſtor. & obſervat. centuria* I. *obſ.* 27. ictus ſerpentis facile curatus. *Obſ.* 33. ictus venenati inflicti. *Obſ.* 43. venenatus lacertæ morſus. Walth. V. *pag.* 25.

Baldassar Timæus in *caſibus medicinalibus* &c. Ex ictu veſpæ magna ſymptomata. Haller. V. *pag.* 26.

Caspar Reiès in *Elyſio jucundarum quæſtionum campo quæſt.* 36. de ſerpentibus ignitis, qui Iſraelitas necarunt, animadverſio. *Quæſt.* 65. morſus galli gallinacei vetuſti venenoſus. *Quæſt.* 96. ſerpentes qui maxime venenoſi ſint; viperarum morſus, & earum virulentia. Alberti. V. *pag.* 27.

Robertus Boyle in *conſiderations* &c. de viperarum veneno: id impune poſſe deglutiri; remedium adverſus ejus beſtiæ morſum optimum eſſe, vulnus continuo ferro candente amburere. Haller. V. *pag.* 28. & 1017.

Franciscus Redi, Aretinus, celebris rei naturalis cultor. Ejus ſunt *oſſervazioni intorno alle vipere.* Firenza 1664. 4. Latine in *Eph. Nat. Cur.* a. 1670. app. Experimentis confecit, ſuccum viperarum venenatum, qui per cavos dentes inſtillatur, absque noxa deglutiri, etiam vero mortem inferre, ſi in ſanguinem vivi animalis acceſſum invenerit.

Lettere di Francesco Redi *ſopra alcune oppoſizioni fatte alle ſue oſſervazioni intorno alle vipere.* Firenza 1670. 4. Latine in *E. N. C.* a. 1671. app. Contra Moysem Charas, verum in liquore viperarum venenum eſſe, neque ſolam iram nocere.

Idem in *eſperienze intorno a diverſe coſe naturali.* FIRENZA 1671. 4. 1686. 4. KIRCHERIANAS illas eximias laudes lapidis ſerpentis pariter per experimenta refutat, & oſtendit adverſus viperæ morſum nihil effeciſſe. HALLER.

J. GEORG. SOMMER in *Act. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* X. *obſ.* 82. magna mala ex morſu galli irati, tamen ſuperata. HALLER. V. *obſtet. art.*

PHIL. JACOB. SACHS. V. *pag.* 453.

SIG. RUP. SULZBERGER. Ejus *de morſu viperæ.* LIPS. 1666. 4. 1679. 4. Reſpondit MICHAEL ETTMULLER, magnæ ſuo ævo famæ medicus. Ab ira venenum eſſe. HALLER.

WOLFERDUS SENGUERDIUS (Phil. doctor LUGD. Bat. 5. iduum Decembris a. 1667. creatus. Ejus diſp. *de tarantula.* LUGD. Bat. 1667.. Correcta & aucta cum titulo: *tractatus phyſicus de tarantula.* Ibid. 1668. 12.) ROTERDAM 1715. 8. Fabulas ſolitas admittit, eas tentat ad ſuas cauſas reducere. HALLER.

JOB van MEEKREN in *Heel en genees* &c. Funeſtus morſus hominis irati. HALLER. V. *pag.* 30.

OTTO TACHENIUS. Ejus *epiſtola de lapide, qui morſui ſerpentum medeatur* exſtat in diario TINASSI 1668. p. 149. HALLER. V. *pag.* 454.

CHRISTOPH. ANTON. SCHOENEGAST. Ejus diſp. *de Enkurek morſuque tarantulæ.* LIPSIÆ 1668. 4. HALLER.

In novo diario, quod apud TINASSIUM prodiit a. 1668., experimenta recenſentur cum calculo facta, a quo admoto demorſa a vipera animalia ſubito interierint. HALLER.

MOSES CHARAS in *experiences ſur la vipere* PARIS 1669. 8. 1672. 8. & in *ſuite des experiences ſur la vipere* PARIS 1672. conjunctim recuſis PARIS. 1694. 8. contendit venenum viperæ nullum eſſe, ſolamque iram nocere. REDUS putat hominem pennis non ſuis volatum adfectaſſe; VIGANUS effetum & vetuſtum venenum ad experimenta adhibuiſſe. Tarantularum miranda narrat. Ipſe a vipera morſus, ſuctione, vinculo, ſale viperæ ſumto nihil paſſus eſt (r). HALLER.

HERMANNUS GRUBE. Ejus *de ictu tarantulæ.* FRANCOF. 1669. 8. Credulus rei non viſæ. HALLER.

PIERRE JOSEPH. MICHON, vulgo Abbé BOURDELOT. Ejus *obſervations ſur la vipere.* PARIS 1670. 12. De morſu viperarum; in eo tamen virus eſſe, etſi in GALLICA mitiores ſint.

Apud eundem BOURDELOT conventus fuit Academicus, in quo varia phyſica & medica a variis eruditis viris agitata fuerunt. Aliqua in eo collegio

(r) In *Mem. de l'Acad.* a. 1693.

legio propoſita edidit GALOIS cum titulo: *converſations de M. l'A. Bourdelot*, PARIS 1675. 12. recuſ. in *zodiaco Gallico*. De lapide ad morſum ſerpentum. HALLER. V. *pag.* 879.

CHRIST. FRID. GARMAN *de miraculis mortuorum* L. II. tit. 1. §. 54. 55. morſus venenoſi cur ſint lethales. Morſus venenoſi diſtinctio a non venenoſo. Tit. 2. §. 63. viperæ innoxiæ. ALBERTI. V. *pag.* 401.

In *Act. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* I. *obſ.* 137. de ſerpentibus, qui boves, homines, cervos, mures & bufones deglutiunt. *Ann.* V. *obſ.* 190. ſerpens ano rejectus. *Ann.* VII. *obſ.* 215. ſerpens ex homine poſt mortem prorepens. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 134. bufonis venenum feliciter curatum. *Ann.* II. *obſ.* 7. de ſerpente magno INDIÆ orientalis. *Ann.* IV. *obſ.* 65. morſus viperæ curatus. *Obſ.* 121. de viperæ morſu diſſertatio. *Ann.* VII. *obſ.* 140. ſerpentis morſus curatus. Aliqua de veneno bufonum. *Ann.* VIII. *obſ.* 90. morſus viperarum. *Obſ.* 210. viperæ morſus curatus. *Ann.* X. *obſ.* 2. morſus galli venenatus. *Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 20. ſcorpionum ictus. *Ann.* II. *obſ.* 151. morſus ſerpentis. *Ann.* III. *obſ.* 152. viperæ morſus. *Ann.* V. VI. *obſ.* 159. ſerpens in os dormientis repens per vomitum rejectus. In *cent.* I. *append.* pag. 203. morſus quorumdam animalium maligni. ALBERTI. V. *pag.* 31.

PAULUS de SORBAIT in *tractatu V. chirurgico* agit de periculoſis vulneribus formicarum volantium. HALLER. V. *pag.* 33.

GEORG. WOLFG. WEDEL. Ejus diſp. *de* PAULO *a vipera demorſo*. JENÆ 1710. 4. HALLER. V. *pag.* 34.

CAROLUS RAYGER. V. *pag.* 36.

THOMAS PLATT. Ejus eſt in *Phil. Tranſact.* anni 1672. *n.* 87. relatio de experimentis FLORENTIÆ in viperis factis. Mortuæ etiam viperæ vulnera, dentesque in animalis pectus impreſſi funeſtum habuerunt eventum, cum alia vulnera, etiam profundiora, ſed a vipera non inflicta absque noxa eſſent. Iratarum contra viperarum vulnera ſæpe non funeſta. HALLER.

VALENTIN. HUBNER. Ejus diſp. *de tarantiſmo*. ARGENTOR. 1674. 4. HALLER.

J. CASPAR. WETZEL. Ejus diſp. *de morſibus & puncturis animalium*. ARGENTOR. 1676. 4. & in collectione VALENTINI.

J. MÜLLER & auctor FRIDER. CHRISTIAN. BRAUNIUS. Ejus diſp. *de tarantula*, WITTEBERG 1676. 4. HALLER.

GODOFR. SCHULZ. V. *pag.* 44.

THOUVENOT (vel THOUVENEL) chirurgus, in *Journal des ſavans* a. 1678. agit de tarantula, ex diario forte NAZARIANO. Theoria mirorum ſymptomatum, quæ hujus araneæ morſui tribuunt. HALLER.

BENJAMIN SCHARF. Ejus *toxicologia*, *ſ. de natura venenorum*. JENÆ 1679. 8. HALLER.

 J. ANDR.

J. ANDR. SCHLEGEL. Ejus diſp. *de venenis & morbis venenoſis.* ERFORD. 1679. 4. Medetur per cathartica. HALLER.

In BIRCHII diario a. 1680. viperam Britannicam carere viribus noxiis, neque canem demorſum ægrotaſſe. HALLER.

BERNARDUS ALBINUS. Ejus diſp. *de tarantiſmo* FRANCOF. ad VIADR. 1691. 4. ubi etiam de hydrophobia agitur. HALLER. V. *pag.* 703.

EMANUEL KÖNIG, Profeſſor Baſilienſis, in *regno animali* BASIL. 1682. 4. 1698. 4. excuſo, agit de animalium rabidorum & venenatorum morſu. HALLER.

In *Actis Eruditorum Lipſ. ann.* 1686. *Menſ. Jan.* pag. 49. ſerpentum dentes venenati. *A.* 1694. *Sept.* p. 341. viperæ morſus curatus. *A.* 1696. *Oct.* p. 456. viperæ venenum in quo conſiſtat. *A.* 1698. *Jan.* p. 42. tarantulæ deſcriptio; pag. 43. a tarantulæ morſorum ſymptomata. *A.* 1704. *Mart.* p. 132. de veneno tarantulæ; viperarum morſus cura. *A.* 1708. *Mart.* p. 108. ſerpentes in INDIA non venenati. *A.* 1717. *Sept.* p. 409. ſerpens vivus excretus. *A.* 1723. *Maj.* p. 208. viperarum morſus num lethalis. *A.* 1728. *Maj.* p. 217. viperæ anatome. In *Supplement.* VI. pag. 178. ſerpentum hiſtoriæ. ALBERTI. V. *pag.* 49.

J. PETRUS ALBRECHT. V. *pag.* 49.

MATTH. TILING. V. *pag.* 51.

ADAM a LEBENWALD. V. *pag.* 54.

DANIEL CRUGER. V. *pag.* 54.

J. JACOB. HARDER. V. *pag.* 56.

In *Giornale de letterati*, quod anno 1686. PARMÆ prodiit, referunt *Philexotici Brixiani* de curata puella, quam vipera momorderat. HALLER.

In *Actis Academiæ novæ Philexoticorum* BRIXIÆ 1687. 12. meliſſæ recente ſucco fœminam a vipera ictam & graviter laborantem ſanatam fuiſſe. HALLER.

JOSEPHUS LANZONI. In ejus L. *de venenis*, qui in *operum omnium* Vol. I. continetur, recenſentur fere omnia animalia, quorum morſus veneno creditur nocere. Collectaneum fere opus, in quo de tarantulis BAGLIVIO credat &c. HALLER. V. *pag.* 59.

CHRISTIAN SCHUCHMAN. V. *pag.* 60.

J. LINDEL. Ejus diſp. *de vipera ejusque morſu.* UTRECHT 1690. 4. HALLER.

J. VICTOR JÆGERSCHMIDT. V. *pag.* 66.

BASILIUS WOOD. V. *pag.* 67.

AUGU-

Augustinus Belloste. V. *pag.* 68.

Georgius Baglivius, medicus, qui ſuo ævo magnam famam meruit, ſectamque pene condidit, hypotheſium in aliis inimicus, in ſe ipſo fautor. Inter *diſſertationes* Romæ 1696. 8. Lion 1699. cum *praxi* edita & ſæpiſſime recuſa eſt *diſſ. de tarantula*, in qua fabulas illas vulgares & curationem per choreas, credulus recipit. Haller.

Paulus Boccone. V. *pag.* 70.

Elias Camerarius. V. *pag.* 70.

Aaronis Goodyer in *Phil. Tranſ. n.* 245. relatio de viro prope Alepum ex ſerpentis morſu pereunte. Celeriter interiit, celerius etiam alia animalia ab eo ſerpente mora. Haller.

Melchior Frick; medicus Ulmenſis. Ejus *paradoxa medica de venenis.* Ulm 1699. 12. In ſeptimo viperarum, ſcorpionum & aliorum animalium venenati morſus. Solo vulnere lædere, & nihil ab iis ad ſanguinem læſi animalis pervenire. In nono oſtentit venenum animalium rabidorum ab aliorum animalium veneno longe differre, & alia curatione egere. Haller.

Udalricus Staudiger. V. *pag.* 73.

J. Henricus de Heucher, Archiater Saxonicus, vir éruditus. Ejus diſp. *araneus homini perniciofus & ſalutaris.* Witteberg 1701. 4. Haller.

Richardus Mead. Ejus *mechanical account of poiſons.* Lond. 1702. 8. 1708. 8. 1747. 8. Huc pertinet caput de morſu viperæ, dentibus, maxillis, veneno, in quo ſales ſe putat vidiſſe; de ſymptomatibus, curatione, per ſuctionem, axungiam viperinam. Duverneyum Charassio faviſſe. Porro de aliis venenatis animalibus & de tarantula, cujus morſum per excitatum delirium putat ſaltandi facere neceſſitatem, vulgari enim narrationi fidem adhibet. Haller.

Raphael Thoresby in *topography* &c. caſus etiam aliquos habet vulnerum & morſuum lethalium. Haller. V. *pag.* 472.

In *miſcellaneis curioſis.* Londin. 1705. & alias excuſis agitur etiam de vipera caudiſona. Haller.

J. B. Morgagni. V. *pag.* 77.

Ludovicus Valetta, monachus, ſed vir excitati ingenii. Ejus *de phalangio Apulo opuſculum.* Neapoli 1706. 12. Apulus ea narrât, quæ ipſe ſuis vidit oculis. Forcipes tarantulæ æſtate ſola venenum habent. Utique demorſos ſaltatione ſanari, ut ea ſaltatoribus moleſta ſit. Extra provinciam nullum eſſe tarantulæ venenum. Varia ſuperſtitioſa admiſcuit. Haller.

Hermannus Boerhaave. V. *pag.* 79.

J. Lin-

J. Linder, poſtea Lindenstolpe. Ejus *de venenis.* Leid. 1708. 12. De animalibus rabidis, canibus, viperis, ſerpentibus variis: de cantharidibus, araneis etiam deglutitis, de Fennonum *tyrer*, quæ animalia media perforent. Haller.

Daniel Turner. V. pag. 80.

Natalis Chomel. V. pag. 81.

Antonius Valisnieri in *raccolta quinta di oſſervazioni, e di eſperienze*, quæ reperitur in Tom. *operum* I. Venet. 1710. 8. recenſet experimenta de morſu viperarum. Viperam ab alia vipera demorſam non interire, pati tamen. Qui ab ea beſtia demorſus memoriæ jacturam ſit paſſus. De Amelli ſ. Aſteris attici adverſus viperæ & ſcorpii morſum benefica efficacia.

Idem in *Galeria di Minerva* T. VII. chirurgiam infuſoriam a morſu viperæ feliciter adhibitam recenſet.

Idem in *raccolta di oſſervazioni varie ſpettanti all' iſtoria medica, e naturale* in T. III. de veſicantium uſu damnoſo. Contra medicamenta venenis vulgo oppoſita. Nullum bufonum pro cibo aſſumtorum venenum eſſe. Longobardicas viperas non valde nocere. Nil adverſus earum morſum valere *pedra del porco*, aut terram D. Pauli. Virus eſſe in ſaliva. De medicamentis defenſivis. Jacobi Antonii Giacomini felix infuſio ſpiritus cornu cervi in venas hominis a vipera demorſi, redit in *oſſervazioni varie.*

Idem in *ſaggio d'iſtoria naturale* aliqua habet de ſerpentibus morſu nocentibus; de tarantula, cujus effectus muſica & ſaltatione ſanabiles ad fabulas refert. Haller. V. pag. 473.

Michael Alberti in *praxi extemporanea* caſ. 20. de ſerpentum & viperarum morſu agit. V. pag. 608.

Engelbert Kæmpfer. V. pag. 84.

Guilielm. Courten in *Phil. Tranſ. n.* 335. experimenta varia, vulnerum etiam a ſcorpiis inflictorum, quorum exigua fuit efficacia. Haller.

J. Baptist. Gastaldi, Profeſſor Avenionenſis. Ejus *an venena inter ſe eſſentialiter differant, & aliquod detur remedium omnibus venenis indiſtinctim conveniens.* Avenion. 1715. 12. Haller.

Guilielmus Mauquest in *traité complet* &c. exempla etiam gangrænarum curatarum a viperæ morſu natarum. Mortes & ſanationes a morſu viperæ, iſtæ ſcarificando & data theriaca. Haller. V. pag. 90.

Gott-

GOTTLIEB EPHRAIM BERNER, Profeſſor Duisburgenſis. Cum ejus *exerc. de applicatione mechaniſmi ad medicinam* AMSTERDAM 1720. 8. prodiit diſſ. *de araneæ punctura & ejus medela.* Fuſe diſputat de malis ab aranea palpebram compungente natis, & late ſerpentibus.

Idem in *Eph. Nat. Cur. cent.* II. *obſ.* 49. de araneæ punctura. HALLER.

ABRAHAM VATER *antidotum novum adverſus viperarum morſum præſentiſſimum, in Anglia haud pridem detectum.* WITTEBERG 1736. 4. Oleum nempe olivarum.

Ejus *olei olivarum efficacia & virtus adverſus morſus animalium venenatorum caſu ſingulari obſervata.* Ibid. 1751. 4. HALLER. V. *vulnera.*

MICH. ERNEST. BORETIUS. V. *pag.* 97.

CHRISTIAN. GOTTFRIED STENZEL. Ejus diſp. *de venenis acutis.* WITTEBERG 1732. 4.

Ejus *toxicologia pathologico-medica, ſ. de venenis libri tres.* Ibid. 1733. 4. In L. II. de venenis acutis, quo etiam animalia venenum habentia continentur. HALLER. V. *tumores.*

FARCY in *Phil. Tranſ. n.* 376. aliqua de vi incantante ſerpentis caudiſoni.

C. J. SPRENGEL ibid. demorſos a viperis Italicis emetico ſanavit. HALLER.

In TABORI *exercitationibus.* LOND. 1724. 8. agitur de ictibus moleſtis apum. HALLER.

THOMAS ROBIE in *Phil. Tranſ. n.* 382. de araneæ ictu cum magnis inde natis ſymptomatibus.

RICH. HALE in *Phil. Tranſ. n.* 398. aliqua de veneno viperæ caudiſonæ. HALLER.

In *Breslauer Sammlung.* V. *pag.* 101.

FRANCISCUS ERNESTUS BRÜCKMANN in *epiſtolis itinerariis* inter plurima, quæ ad naturalem hiſtoriam pertinent, tamen aliqua habet ad Chirurgiam facientia. In *epiſt.* 14., quæ anni eſt 1729. agit de morſu canis rabidi & viperæ, etiam Hercynicæ, & araneæ. HALLER.

RENE' MOREAU du MAUPERTUIS. In *Mem. de l'Acad. des ſc.* 1731. exſtat ejus diſſertatio de ſcorpiis. HALLER.

D. J. ZENGVARDINUS in *genees* &c. agit etiam de morſu aranearum Surinamenſium in gangrænam abeunte. INDIAM enim noſter adiit. Morſus araneæ Americanæ inciſione ſuperatus. HALLER. V. *pag.* 110.

CLAUD.

Claud. Nic. le Cat in *Journal de Med.* T. X. retulit de funeſto morſu irati anſeris. Haller. V. *pag.* 529.

J. Holland. Ejus diſp. *de veneno ex animalibus rabidis.* Leid. 1734. 4. Haller.

Robert James. V. *morſ. canis rabid.*

Wilhel. Burton & Cromwelli Mortimer in *Phil. Tranſ. n.* 443. experimenta de olei olivarum ad morſus viperarum curandos poteſtate. Demorſos a cane rabido balneo calido mallet curare.

Joseph. Atwell ibid. n. 444. demorſi a vipera faciliime ſanati.

Du Fay in *Phil. Tranſ. n.* 451. oleum olivarum in Gallia ad viperæ morſum non perinde reſpondere ait. Haller.

Joh. Tennent. Ejus *epiſtole to D. Mead.* London 1742. 8. De morſu viperæ caudiſonæ. Per os ſumtum venenum non nocere. Haller.

Olaus Acrell. V. *pag.* 131.

J. Benyamin Boehmer, Profeſſor Lipſienſis. Ejus *de pſyllorum, marſorum, & ophiogenum adverſus ſerpentes eorumque ictus virtute.* Lips. 1745. 4. Haller.

Abraham Baek in *Wet. Acad. Sw. handl.* 1746. de morſu ſerpentum, aſpidis, viperæ. Ab iſta tamen canes occiſi. V. *pag.* 136.

J. Breintal. V. *pag.* 136.

Bernardus de Jussieu in *Hiſt. de l'Acad. des ſc.* 1746. recenſet, ut ope tincturæ alcalinæ *eau de luce* hominem ſervaverit, quem vipera momorderat, cum idem ſymptomata ſatis ſæva pateretur. Redit in *Mercure de France* 1747. *Septembre.* Haller.

Franciscus Boissier vulgo de Sauvages. Ejus & Joseph. Berthelot diſp. *de animalibus venenatis Galliæ.* Monspel. 1763. 4. De radio venenato paſtinacæ marinæ. Non videri ſcorpionum aculeum venenum habere. Venenum viperæ non eſſe perpetuum. In editione opuſculorum, quæ J. E. G. Gilibert, medicus Monſpelienſis cum notis ſuis edidit Parisiis 1771. 12. 2. vol. cum titulo *chefs d'œuvres de M. de S.* aliquæ acceſſerunt adnotationes ad librum de hydrophobia, & Berthelott diſputationem. Periiſſe canem, cui Cl. editor vulnuſculum in lingua inflixerit, & venenum viperinum infuderit. De ſcorpionum veneno dubitat. Haller. V. *morſ. canis rabidi.*

Franciscus Imbert, Cancellarius Univerſitatis medicæ Monſpelienſis, Senaci gener. Ejus ſunt *duodecim quæſtiones, occaſione cathedræ per mortem D. Fizgerald vacantis.* Monspel. 1749. 4. Inter eas ſecunda eſt de morſu viperæ. Haller.

Josephi Exuperii Bertin & Joh. Fr. Clem. Morand *E. ſpecificum morſus viperæ antidotum alcali volatile.* Paris 1749. 4. recuſa in Halleri *ſelectis practicis.*

Caro-

Carolus Linnæus. Ejus & J. Jac. Acrell diſp. *de morſura ſerpentum.* Upsal. 1762. 4. In morſu cherſeæ oleum olivæ ſpei non reſpondiſſe. Demorſum ab ignoto ſerpente a Linnæo ſenecæ radicis uſu ſervatum. De morſu viperæ noſtratis (*Beri*). Haller. V. *pag.* 494.

Dominicus Brogiani, Florentinus, Profeſſor Piſanus. Ejus *de veneno animalium naturali & adquiſito tractatus.* Florent. 1752. 4. Doctum opus. Agit de animalibus, quæ morſu vel ictu nocent, ut de ſerpentibus. Dari in Hetruria & ſalamandras & araneos, quorum morſus funeſtus ſit: quæ etiam rabiem acciverint. Tarantulis, quæ vulgo tribuuntur ſymptomata, mali hypochondriaci ſunt genus. Haller.

Petr. Kalm in *k. ſw. wetensk. Handl. a.* 1753. refert de vipera caudiſona. Haller.

Delaistre. V. *pag.* 156.

Martin. V. *pag.* 157.

J. Johnstoni *hiſtoriæ naturalis de ſerpentibus* L. II. Heilbrun 1757. fol.

Felix Fontana, Vir Ill. Ejus *ricerche fiſiche ſopra il veleno della vipera.* Lucca 1767. 8. Dentes venenati & ductus toxico pleni accurate deſcribuntur. Venenum unice in eo ſucco habitat, qui per dentes effunditur. Eo per repetitum morſum conſumto vipera absque noxa mordet, tum deletis veſiculis veneniferis, demum revinctis ductibus toxico plenis, ſibi aut alteri viperæ morſu non nocet. Non omnia animalia morſu nocent. Pingue videtur viperæ venenum, ſed in aqua fundum petit. De veneno apum multo acriori. Hirudines absque veneno eſſe. Ut id venenum noceat, deſtructa irritabilitate, fere ad modum opii. Haller. V. *tendin. adfect.*

Claud. Pouteau. V. *pag.* 170.

Richardus Forster. V. *pag.* 180.

Vimont. V. *pag.* 181.

Bourienne apud Richard *obſ.* T. II. agit de periculoſo morſu tarantulæ Corſicanæ. Haller. V. *pag.* 187.

Benjamin Gale. V. *pag.* 189.

Robert, medicus. V. *pag.* 192.

William Moreland, in *Hiſt. de l'Acad. des ſciences a.* 1766. alcalino ſpiritu morſus viperæ ſanatus. Haller.

Trudaine de Montigny. V. *pag.* 193.

Joseph. Jacob. Plenck. V. *pag.* 195.

J. Frid. Car. Grimm. V. *pag.* 198.

Coste. V. *pag* 200.

Joseph. Nicol. Laurenti, Auſtriaco-Viennenſis. Ejus *ſynopſis reptilium emendata cum experimentis circa venena & antidota reptilium Auſtriacorum.* Wien 1768. 8. Eximia diſputatio plena experimentis, quibus

 diverſa

diverſa efficacia venenatorum morſuum accurate definitur. Lacertæ morſu non nocent, neque vipera Anglorum, neque LINNÆI Berus: Italicam vero viperam utique, dum integris eſt viribus, animalia demorſa occidere. Nihil profuiſſe ſales alcalino volatiles, ſed hydrargyrum utique, cum gummi tritum. HALLER.

J. FR. WEILER. Ejus diſp. *de animalibus noxiis Alſatiæ* Præſide Ill. SPIELMANN. ARGENTOR. 1768. 4. Nullum animal quadrupes nocere; niſi furiis actum. HALLER.

AUDOUX. V. *pag.* 210.
BAJON. V. *pag.* 210.
La BORDE. V. *pag.* 211.
TURNBULL. V. *pag.* 215.
In *nouveau dictionnaire* &c. V. *pag.* 217.

ANTON. FRID. BÜSCHING. Ejus *eigene Gedanken und geſammlete Nachrichten von der Tarantel, welche zur gänzlichen Vertilgung des Vorurtheils von der Schädlichkeit ſeines Biſſes und der Heilung deſſelben durch Muſik hinlänglich ſind.* BERLIN 1772. 8. Recte oſtendit fabulas eſſe, quæ de periculoſo tarantulæ morſu narrantur. HALLER.

Gift und Gegengift, oder leichte und ſichere Mittel, mit welchen man ſolchen Perſonen zu Hilfe kommen kann, die aus Unwiſſenheit, giftige Kräuter und Wurzeln gegeſſen; von giftigen Thieren gebiſſen, von ſchädlichen Dünſten ſchier erſtickt oder welchen heimlicher Weiſe Gift in die Speiſen iſt gemiſchet worden. STRASBURG 1776. 8.

MORSUS CANIS RABIDI
ET
HYDROPHOBIA.

HIPPOCRATEM in L. *prædictionum* hydrophobiam dicere CÆLIUS (a). Sed locum celeberrimus HALLER ſe non inveniſſe ait. Vide *pag.* 286.

DEMOCRITUS magni HIPPOCRATIS amicus, in L. *emproſthotonicis* dixit de hydrophobia, in qua nervi patiantur. HALLER.

POLYBUS, HIPPOCRATIS gener, qui arte ſua celebritatem nactus eſt, paſſim etiam ei libri tribuuntur, qui ſunt inter HIPPOCRATICOS (b). De hydrophobis dixiſſe, & vocaſſe φευγυδρους CÆLIUS (c) auctor eſt, quod ſcriptum oportet periiſſe. HALLER.

ARI-

(a) *Acut.* III. c. 15. (b) GALEN. *Comm.* in eum Libr. I. c. 5. (c) *Acut.* III. c. 15.

Aristoteles in *anim. hiſt.* L. VIII. locum habet, inter antiquiſſimos, de cane rabido morſu morbum propagante. Haller. V. *pag.* 588.

Demetrius Attaleus vel Apameus. V. *pag.* 982.

Artemidor, Sidenſis Eraſiſtrateus, negat hydrophobiam novum morbum eſſe (e); ſedem ponebat in ſtomacho (f). Haller.

Asclepiades hydrophobiæ ſedem ponebat in cerebri membranis (g). Haller. V. *pag.* 406.

Artorius, Cæsaris Octaviani medicus & amicus, qui ex naufragio poſt pugnam Actiacam interiit, ejusque ſplendidum exſtat cenotaphium Smyrnæ repertum, quod Patinus deſcripſit. Hydrophobiæ ſedem in ſtomacho poſuit (h). De medico, qui hydrophobos in vas aqua plenum miſerat; monet eos frigore enecatos eſſe (i). Et de medico, qui indignatus ſit, quod bibere non ſuſtinerent (k). Haller.

Themison a cane rabido infectum mortem evaſiſſe (l). Haller. V. *pag.* 850.

A. C. Celsus *de re medica* L. V. cap. 27. agit etiam de vulneribus, quæ per morſum canis rabidi inferuntur. Walther. In aquæ metu jubet inopinato demorſum in aquam præcipitare. In ſaliva canis virus non eſſe. Haller. V. *pag.* 287.

Magnus, Epheſius. V. *pag.* 993.

Apollonius, Pergamenus. V. *pag.* 995.

Eudemus (m) Themisonis ſectator, qui negavit aliquem evaſiſſe, qui ex canis rabidi morſu aquam metuerit; num Liviliæ corruptor? Ejus remedia adverſus id malum. Haller.

Dioscorides in L. VI. agit de morſu canis rabidi fuſe, cujus vulnus urit. Haller. V. *pag.* 996.

Aretæus in *acut. cauſ.* L. I. cap. 7. canem rabidum ſolo halitu monet inficere. Haller. V. *pag.* 291.

Cælius Aurelianus *de morbis acutis* L. III. cap. 9. &c. fuſiſſime agit de hydrophobia. Haller. V. *pag.* 293.

Rufus ſcripſit etiam L. *de canis rabidi morſu.* Haller. V. *pag.* 415.

Claudius Galenus in L. VI. *de locorum adfectorum natura* agit etiam de canis rabidi morſu. Canem ſolum rabidum fieri, ejusque ſalivam inficere. Haller. V. *pag.* 264.

Rrrrrr 3 Ori-

(e) Apud Cælium *acut.* L. III. c. 15. (f) Ibid. c. 14. (g) Cælius *acut.* L. III. c. 17. (h) Cælius *acut.* L. III. c. 14. (i) Cælius *acut.* L. III. c. 16. (k) Cælius *acut.* L. III. c. 11. (l) Dioscorides L. VI. Cælius L. III. c. 14. (m) Dioscorides L. VI.

ORIBASIUS in *ſynopſis* L. VIII. cap. 10. de lycanthropia. Cap. 13. de curatione canis rabidi morſus. WALTHER. V: *pag.* 264.

THEODORUS PRISCIANUS in L. II. cap. 8. de hydrophobia. WALTHER. V. *pag.* 361.

AETIUS in *tetrabibl.* II. ſ. 2. cap. 11. de inſania lupina aut canina. Cap. 24. de morſu animalium: novi, inquit, ſenem, qui morſus a cane rabido ſola radice acidi rami curabat. Primo ulcus decocto fovebat, tum herbam ipſam ipſi propinabat potandam. In *tetrabibl.* IV. ſ. 1. cap. 2. de morſu canis rabidi. WALTHER. Quæ de canis rabidi morſu habet, ſunt ex RUFO & POSSIDONIO ſumta. HALLER. V. *pag.* 265.

PAULUS ÆGINETA in L. III. cap. 16. de lycanthropia. In L. V. cap. 3. de morſis a cane rabido. WALTH. A canibus rabidis demorſos pauciſſimos, ſi ullos, mortem effugere, qui aquæ metum paſſi ſint; multos vero ſervatos, quibus ante aquæ metum vulnera inciſa fuerint. HALLER. V. *pag.* 293.

PHILARETUS agit de canis rabidi morſu, quod vulnus uri jubet (n). HALLER.

JOHANNES ACTUARIUS in *method. med.* L. VI. agit de hydrophobia ex morſu canis rabidi, aut ſerpentum, adverſus quod malum cucurbitularum uſum, & ſcarificationem laudat. HALLER. V. *pag.* 358.

RHAZEUS in L. XX. de morſu animalium venenatorum. Varii caſus, quos in noſocomio (*Maraſten*) vidit, hominum aquam ex morſu canis metuentium, ut canes latrantium. Cantharides in hoc malo laudat, nuper commendatas.

Idem in *operis ad Almanſorem* L. VIII. agit de morſu venenatorum animalium, & de cane etiam potiſſimum rabido. Adgnoſcit non evadere, qui aquæ metum ſit paſſus. HALLER. V. *pag.* 265.

HALY ABBAS in *practicæ* L. IV. cap. 31. de rabidi canis medela. WALTHER. V. *pag.* 295.

AVICENNA in L. III. *fen.* 1. tract. 4. cap. 21. de inſania lupina, lycanthropia & ejus cura. In L. IV. *fen.* 6. tract. 4. cap. 1. de morſu canis rabidi & ejus cura. WALTHER. V. *pag.* 267.

AVENZOAR in L. I. agit etiam de hydrophobia: demorſa etiam animalia rabie inficiuntur. HALLER. V. *pag.* 295.

CONSTANTINUS *commun. locor. med.* L. VIII. cap. 20. de morſu canis rabidi. WALTH. V. *pag.* 268.

LANFRANCUS in *Chirurgiæ magnæ* Doctr. III. tract. 2. cap. 7. de cura vulneris facti a cane rabido.

Idem in *Chirurgiæ parvæ* cap. 9. de morſu canis rabidi. WALTH. V. *pag.* 2.

PE-

(n) Apud RHAZEUM L. IX

PETRUS de APONO. V. *pag.* 1037.

BERNARD. GORDON in *Medicinæ* &c. part. 1. cap. 17. de morſu canis rabidi. WALTH. V. *pag.* 270.

ARNALDUS de VILLANOVA in *breviarii* L. III. cap. 13. de morſu canis rabidi. WALTH. V. *pag.* 296.

NIC. BERTRUCCIUS in *method. cognoſcend.* L. II. agit etiam de canis rabidi morſu, ſignis, & cauſis. WALTH. V. *pag.* 371.

GUIL. de VARIGNANA in *ſecretorum* &c. tract. 3. ſerm. 4. cap. 2. de morſu canis rabidi. WALTH. V. *pag.* 371.

BALESCON de THARARE in *tractatu Chirurgiæ* pag. 437. a cane rabido demorſos in BEARNIA continuo ad mare properare, in eo lavare & marinam bibere. HALLER. V. *pag.* 299.

J. MATTH. de FERRARIIS in *conſiliorum, ſecundum vias* &c. *conſ.* 101. in caſu diu infecti a qualite canis rabidi. WALTH. V. *pag.* 372.

ANTON. GUAINERUS in *operum medicorum* tract. *de venenis* Cap. 12. de cura morſus canis rabidi. WALTH. Anno demum decimo octavo poſt morſum hydrophobia. HALLER. V. *pag.* 372.

Anonymi *contra morſum canis rabidi* &c. V. *pag.* 1037.

SANTES ARDOYNUS. V. *pag.* 1037.

MARCELLUS CUMANUS in *obſervationibus* &c. de clava D. BELLINI, qua ignita demorſos a cane rabido amburunt. HALLER. V. *pag.* 410.

ANTON. CERMISONUS in *conſil. med.* pag. 51. contra venenum canis rabidi. WALTH. V. *pag.* 372.

FERDINANDUS PONZETTI. V. *pag.* 1038.

ALEXANDER BENEDICTUS *de omnium a capite ad calcem morb. cauſis* &c. L. I. cap. 30. de lycanthropia & hydrophobia. WALTH. V. *pag.* 300.

HIERONYMUS FRACASTORIUS in *operum omnium* L. II. agit de morſu canis rabidi & ejus curatione. HALLER. V. *vener. morb.*

PHIL. THEOPHRAST. PARACELSUS *von der groſsen Wundarzney* tract. 3. & in L. III. tract. *de curatione vulnerum* cap. 1. de diæta vulneratorum a morſu canis rabidi.

Idem in *prælect. chirurg. de vulneribus* cap. 11. de morſu canis rabidi. WALTH. V. *pag.* 272.

HIERONYM. CARDANUS *de ſubtilitate* in L. X. Cum rabiens lupus multos homines momordiſſet, perierunt omnes, præter unicum, quem beſtia multis vulneribus pene laceraverat. V. *pag.* 421.

Idem *de varietate rerum* BASIL. 1557. fol. In L. VIII. aliqua de morſu canis rabidi ſuperſtitioſa. HALLER.

Idem in L. III. *de venenis.* V. *pag.* 1038.

Idem *de cauſis & ſignis* &c. pag. 115. de lycanthropia; pag. 126. de hydrophobia; pag. 235. de cane rabido. WALTH. V. *pag.* 374.

JOH.

JOH. EICHMANN vulgo DRYANDER *der ganzen Arzney* &c. agit etiam de morſu canis rabidi. HALLER. V. *pag.* 421.

JOH. FERNELIUS in L. *de abditis morb. cauſis* &c. etiam de canis rabidi morſu agit. HALLER. V. *obſtet. art.*

ANTONIUS LUDOVICUS. V. *pag.* 1038.

ANTONIUS FUMANELLUS. V. *pag.* 1038.

VIDUS VIDIUS *de curatione membratim* L. II. cap. 6. de morſu canis rabidi & ejus curatione. WALTH. V. *pag.* 375.

PETRUS CARRERIUS in *quæſtione an dentur venena ad tempus* cum *Conciliatore* VENET. 1548. fol. Epiſcopum Brixienſem longum poſt tempus a canis morſu rabidum factum fuiſſe. Dari adeo venena ad tempus. Valde ſcholaſtice. HALEER (o).

ANTONIUS MIZAULD in *memorabilium* &c. *centuria* IV. *aphor.* 8. canes ut ſint a rabie immunes. *Aphor.* 16. hydrophoborum auxilia. *Aphor.* 90. cánes tuti ut fiant a rabie. In *cent.* V. *aph.* 66. hydrophoborum auxilia. *Aphor.* 74. ad canis rabidi morſum. In *cent.* VI. *aph.* 63. 88. ad morſum canis rabidi. ALBERTI. V. *pag.* 423.

AMBROSIUS PARÆUS in *collect. operum* L. XX. cap. 14. de morſu canis rabidi. WALTH. V. *pag.* 1038.

AMATUS LUSITANUS in *curationum medicinal. cent.* II. *cur.* 78. de morſu canis rabidi. WALTHER. In *cent.* VII. hydrophobia funeſta, quæ poſt morſum canis rabidi tertio demum menſe ſupervenit. HALLER. V. *pag.* 314.

CASPAR PEUCER in *Medicinæ practicæ* &c. cap. 2. de lycanthropia & hydrophobia. WALTH. V. *pag.* 423.

4. Infectum hocce male *Mayenwurmkäfer* vocari, ſed pertinere ad *meloen proſcarabæum* & *meloen majalem* LINNÆI. Hæc animalcula, quæ plerumque menſe Majo in ſegetibus &c. reperiuntur, ubicunque tetigeris, mox ibi fundere liquorem flavum, olentem, in quo vis medica potiſſimum reſideat. Arcano fuiſſe nobili cuidam familiæ in SILESIA, quod hæreditate poſtea obtentum nonnemo Regi BORUSSIÆ vendidit. Formula hæc eſt: ℞. animalculorum *Mayenwurmkäfer* (quæ collecta, avulſis capitibus ad hunc uſum in melle conſervata fuerint) num. xxjv. theriacæ ℥unc. ij. ligni ebeni drach. ij. rad. ſerpent. virgin. drach. j. limatur. plumbi drach. j. fungi fraxini maris gr. xx. cum pauca quantitate mellis illius, in quo condita erant hæc animalcula. Adultis dandam eſſe hujus electuarii drachmam unam. Diætam abſolvi jejunio, ſiti, & ſudore. Vulnus aceto vel muria ſalis lavandum. Vix quidquam ſperes ab hac cura, quam non ſine periculo tentaveris. Monendum quoque eſt, ne cætera efficaciora profecto, externa præſertim auxilia ſimul negligantur. Ultimo additur, relatum fuiſſe de hoc arcano in *Eph. Nat. Cur.* non in *Vol. anni* 1681., ſed in *Vol. a.* 1672., ibique duos narrari caſus puerorum, qui ab aſſumtis his infectis mictum quidem cruentum paſſi, ſed tamen ſanati fuerint, aut ſaltem ſymptomata, quæ poſt morſum canis rabidi erumpere ſolent, non experti. Ita lego in *Nürnbergiſche gelehrte Zeitung* LXIV. *Stück. Dienſtag den* 11. *Aug.* 1778. *n.* 262.

MUMISATIO. Vide *balſamat.*

NARIUM MORBI.

HIPPOCRATES in L. XVI. de articulis pag. 479. de naſi fractura. WALTHER. Vide *pag.* 286.

A. C. CELSUS in L. VI. cap. 8. de narium morbis. In L. VII. cap. 11. de ozæna. In L. VIII. cap. 3. de naſo fracto. WALTH. V. *pag.* 287.

SCRIBONIUS LARGUS in L. *de compoſ. med.* pag. 38. ad ulcera narium. WALTH. V. *pag.* 590.

DIOSCORIDES in *facile probil.* L. I. cap. 161. 162. remedia ad azænam. WALTH. V. *pag.* 996.

ARCHIGENES agit de obſtructione narium; medicamenta. Qui ſanatus fuerit nigella & ſcilla per nares infuſa (a). HALLER. V. *pag.* 319.

ORIBA-

(a) Apud AETIUM L. II. cap. 96.

Oribasius *de loc. affect.* L. IV. cap. 15. 45. de ozæna & polypo.

Idem in *ſynopſis* L. VIII. cap. 56. de narium obſtructione. Walth. V. *pag.* 264.

Theodorus Priscianus de narium fractura agit (b). Haller.

Aetius in *tetrabibl.* II. ſ. 2. cap. 91. 93. de ozæna. Cap. 96. 97. ad narium obſtructionem. Walth. V. *pag.* 265.

Alexander Trallianus in L. III. cap. 8. 11. de narium affectibus. Walth. V. *pag.* 369.

Paulus Ægineta in L. III. cap. 24. ad ozænam. Walth. V. *pag.* 293.

Joh. Actuarius in *methodi medendi* L. II. cap. 5. de ozæna. In L. VI. cap. 4. de naſi vitiis. Walth. V. *pag.* 358.

Joh. Mesues in *partic. med.* Summa VII. de ægritudinibus narium. Walth. V. *pag.* 1010. ſi idem eſt.

Rhazeus in L. *ad Almanſ.* IX. tit. de ulcere narium. Ulcera narium difficulter ſanari. Walth. V. *pag.* 265.

Haly Abbas in *theoriæ* L. V. cap. 70. de naſi fœtore. In L. IX. cap. 13. de paſſionibus narium. In *practicæ* L. IX. cap. 86. de fractura naſi. Walth. V. *pag.* 295.

Avicenna in L. III. *fen.* 5. tract. 2. cap. 1. & 2. de fœtore naſi. Cap. 3. &c. de ulceribus narium. Cap. 10. de contuſione naſi. Cap. 11. 12. de cancro naſi. In L. IV. cap. 12. de fractura naſi. Walth. V. *pag.* 267.

Albucasis in *practicæ* tract. 2. cap. 1. & 2. de fœtore naſi. Walth. V. *pag.* 267.

Bernard. Gordon in *Medicinæ* &c. Part. III. cap. 15. de narium fœtore. Walth. V. *pag.* 270.

Guy de Chauliac in *Chirurgiæ* tract. 6. doctr. 3. cap. 2. de ulcere narium. Walth. V. *pag.* 297.

J. Matth. de Ferrariis in *practicæ* &c. Part. I. cap. 36. de ulcere narium. Walth. V. *pag.* 372.

J. Mich. Savanarola in *practicæ majoris* tract. 6. cap. 5. rubr. 6. de fœtore narium. Rubr. 7. de ulcere narium. Walth. V. *pag.* 373.

Anton. Benivenius *de abditis morborum cauſis* cap. 27. ozæna cum narium ulcere curata. Haller. V. *pag.* 362.

Joh. Arculanus in *practicæ medicæ* &c. cap. 44. de ulceribus narium. Walth. V. *pag.* 373.

Alexander Benedictus *de omnium a capite ad calcem* &c. L. IV. cap. 13. de ozæna. Cap. 14. ad narium ulcera. Cap. 15. de ozæna & aliis

(b) Apud Aetium L. VI. cap. 93.

aliis ulceribus. Cap. 16. de narium graveolentia. Cap. 17. de narium carcinomate. WALTH. V. *pag.* 300.

SYMPHOR. CHAMPIER in *practicæ novæ* &c. L. II. cap. 13. (vel 15.) de morbis naſi. WALTH. V. *pag.* 373.

GALEACIUS de S. SOPHIA in *operis Medicinæ practicæ* &c. de morbis partic. cap. 38. de ulcere narium. WALTH. V. *pag.* 373.

GODOFR. STEGHIUS in *artis medicæ* &c. L. XIII. cap. 21. de ulceribus narium. WALTH. V. *pag.* 313.

JOH. STOCKERUS in *praxis aureæ* &c. L. II. cap. 24. de ozæna narium. WALTH. V. *pag.* 374.

PETR. de BAYRO *de medendis* &c. L. V. cap. 1. de fœtore narium. Cap. 6. de ulceribus narium. WALTH. V. *pag.* 374.

JOH. MANARDUS in *epiſtolarum* &c. L. XIX. *epiſt.* 5. de fœtore narium. WALTH. V. *pag.* 421.

ANDR. VESALIUS in *paraphraſis* &c. cap. 38. ad narium ulcera. WALTH. V. *pag.* 375.

JOH. FERNELIUS in *univerſæ Medicinæ* &c. L. V. cap. 7. de narium morbis. WALTH. V. *pag.* 273.

ANT. FUMANELLUS in tract. *de compoſ. medicam.* cap. 20. ad narium morbos. WALTH. V. *pag.* 375.

VIDUS VIDIUS *de curatione membratim* L. IV. cap. 6. de curandis ſymptomatibus, quæ morbos narium ſequuntur. WALTHER. V. *pag.* 375.

AMBROSIUS PARÆUS in *operum chirurg.* L. X. cap. 14. de ozæna. WALTH. V. *pag.* 301.

BENED. VICTORIUS in *medicinal. conſil. conſ.* 298. ad naſi fœtorem. WALTH. V. *pag.* 789.

CASPAR PEUCER in *Medicinæ practicæ* &c. cap. 6. de morbis narium. WALTH. V. *pag.* 423.

CHRISTOPH. a VEGA in *artis medendi* &c. L. III. ſect. 4. cap. 1. de narium ulceribus. WALTH. V. *pag.* 376.

DONAT. ab ALTOMARI in *artis medicæ* &c. cap. 38. de ozæna. WALTH. V. *pag.* 376.

J. BAPT. MONTANUS in *conſultat. med. conſ.* 7. de cancro narium. WALTH. V. *pag* 424.

REINERUS SOLENANDER in *conſilior. med.* ſect. II. *conſ.* 5. in fœtore narium. WALTH. V. *pag.* 383.

ANTON. CHALMETHÆUS in *enchiridii chirurgici* L. III. cap. 21. de naſi ulceribus. WALTH. V. *pag.* 274.

GABRIEL

GABRIEL FALLOPIUS in tract. *de ulceribus* cap. 7. de ulcere narium. WALTH. V. *ulcera.*

LEONARD. GIACCHINUS in *commentar.* &c. cap. 26. de narium ulcere. WALTH. V. *pag.* 376.

J. P. PERNUMIA in *therapeutices* &c. L. VI. pag. 160. de narium ulcere. WALTH. V. *pag.* 377.

GUIL. RONDELET in *methodi curandorum* &c. L. I. cap. 65. ad ulcus narium. WALTH. V. *pag.* 377.

VICTOR TRINCAVELLUS in *enchiridii medici* &c. L. IV. cap. 8. de ozæna. WALTH. V. *pag.* 378.

DOMINICUS LEONUS in *artis medendi* &c. Sect. I. L. VI. cap. 4. de ozænis. Cap. 7. de narium fœtore. WALTH. V. *pag.* 378.

JUL. CÆSAR ARANTIUS in L. *de tumoribus* &c. feliciter ſe candentibus ferramentis in ozæna uſum fuiſſe. HALLER. V. *tumores.*

NIC. PISO *de cognoſcendis & curandis* &c. L. I. cap. 46. de ozænis. WALTH. V. *pag.* 379.

JOH. HEURNIUS. V. *pag.* 380.

GEORG. BERTINUS in *Medicinæ* &c. L. XII. cap. 38. de cura ozænæ. WALTH. V. *pag.* 12.

PETRUS FORESTUS in *obſervationum* &c. L. XIII. agit de narium morbis. HALLER. V. *pag.* 381.

EUST. RHUDIUS in *artis medicæ* &c. *de morbis externis* L. II. cap. 7. de narium ulcere. WALTH. V. *pag.* 382.

HIERONYM. CAPIVACCIUS in *methodi practicæ Medicinæ* &c. L. I. cap. 51. de ozæna. WALTH. V. *pag.* 382.

HERCULES SAXONIA in *Medicinæ practicæ* &c. L. I. cap. 21. de narium affectibus. L. II. cap. 11. de vermibus narium. WALTH. V. *pag.* 362.

HIERONYM. FABRICIUS in *pentateuchis* in ozæna per fiſtulam cauterium ſubdit, quo ulcus exurat. HALLER. V. *pag.* 302.

GUIL. FABRICIUS in *obſervat. chirurg. centuria* II. *obſ.* 22. de ozæna gravi cum oſſium palati eroſione. *Obſ.* 23. ex ſuffitu cinnabaris ozæna graviſſima.

Idem in *epiſtolarum. epiſt.* 93. unguentum ad ozænam. WALTH. V. *pag.* 274.

NIC. ABRAHAM FRAMBESARIUS in *canonum* &c. L. III. tit. 6. *conſ.* 3. de narium fœtore. WALTH. V. *pag.* 14.

JOH. WITTICH in *vade mecum* &c. pag. 138. de fœtore narium. WALTH. V. *pag.* 383.

Joh. Schenk in *obſervat. rarar. obſ.* 334. de ozænæ curatione. *Obſ.* 336. vermes in naribus mortem inferentes. *Obſ.* 337. 338. 339. 340. vermes in naribus. Walth. V. *pag.* 16.

Andr. Cæsalpinus in *ſpeculi artis medicæ* &c. L. V. cap. 21. de affectibus narium. Walth. V. *pag.* 384.

Felix Platerus in tract. *de vitiis* L. II. cap. 3. de fœtoris narium curatione.

Idem in tract. *de doloribus* cap. 6. de ozæna.

Idem in *obſervationum* &c. L. II. pag. 364. de ulcere naſi depaſcente. Walth. V. *pag.* 385.

Jul. Cæsar Claudinus in *conſultationum & reſponſ. conſ.* 27. de ulcere narium interno, & externo tumore.

Idem in *empiricæ rationalis* &c. L. III. tract. 2. part. 3. cap. 1. de narium ulceribus. Walth. V. *pag.* 386.

Rudolph. Goclenius in *Experimentirbuch* cap. 76. de fœtore narium. Walth. V. *pag.* 352.

Fulvius Angelinus. Ejus *de verme admirando per nares egreſſo.* Ravennæ 1610. 4. Haller (c).

Vincentius Alsarius a Cruce. Ejus *de verme admirando per nares excuſſo commentariolum ad* Fulvium Angelinum *cum ejusdem de eodem brevi diſcurſu.* Romæ 1610. 4. Haller (d). V. *pag.* 385.

Daniel Sennertus in *Medicinæ practicæ* &c. L. I. parte 3. ſect. 4. cap. 1. ad detergendum narium ulcus aquam aluminis deſtillatam Plateri laudat. Cap. 2. de cancro narium. Cap. 4. de narium anguſtia. Cap. 12. de naſi fractura. Walth. V. *pag.* 17.

Gregor. Horst in *obſervat. med.* L. IV. parte 2. *obſ.* 31. de exulceratione narium maligna & diuturna. Walth. V. *pag.* 276.

Joh. Vigier in *operum* &c. L. IV. cap. 2. de naſi fractura. Walth. V. *ulcera.*

Petr. Poterius in *inſignium curationum* &c. *centuria* III. cap. 80. de herpete & ulcere maligno narium. Cap. 86. 87. de naſi ulcere peſſimo. Walth. V. *pag.* 387.

Guil. Ballonius in *conſiliorum* &c. L. II. *conſ.* 21. ad fætorem narium. Walth. V. *pag.* 387.

Franc. Peccetti in *Chirurgiæ* &c. L. III. cap. 17. de narium ulceribus, ozænis. Walth. V. *pag.* 18.

Franc. Joel in *operum omnium* T. II. L. II. ſect. 2. de ozæna: oleum vitrioli ulceri illitum præſtantiſſimum eſſe remedium. Walth. V. *pag.* 18.

Xxxxxx 2 Theod.

(c) In *Bibl. Med. pract.* T. II. (d) Ibid. pag. 362.

Theod. Corbæus in *pathologiæ* &c. L. II. ſect. 2. cap. 49. de narium ulcere. Cap. 50. de fœtore narium. Walth. V. *pag.* 315.

Henr. Petræus in *Handbüchlein* &c. tract. 10. cap. 8. de ozæna. Walth. V. *pag.* 18.

Lazar. Riverius in *praxis medicæ* &c. L. IV. cap. 4. de fœtore narium. Walth. V. *pag.* 388.

Jacob. de Marque. V. *pag.* 684.

Melchior Sebiz in *manualis* &c. T. I. parte 2. ſect. 7. cap. 2. ad ozænas. Cap. 5. ad narium anguſtiam. Cap. 7. ad narium fœtorem. Cap. 9. ad naſi cancrum. Walth. V. *pag.* 364.

Arnold. Weickardus in *pharmacopœæ* &c. L. II. cap. 6. de affectibus naſi. Walth. V. *pag.* 389.

Samuel Hafenreffer in *πανδοχεῖον* &c. L. II. cap. 14. de ozænæ curatione. Walth. V. *pag.* 443.

Martin. Blochwiz in *anatom. Sambuci* ſect. 3. cap. 90. de affectibus narium. Walth. V. *pag.* 412.

M. Aur. Severinus *de efficaci medicina* &c. Part. II. *de ſectionibus* cap. 27. de amiſſa naſi figura & ad latus retorſione. Cap. 73. de tuberculo naſi. In *pyrotechniæ* L. II. part. 1. cap. 24. de verrucis naſi. Cap. 30. de cancro naſi. Cap. 47. de naſo verrucoſo. Cap. 49. de occluſis cicatrice naribus. Walth. V. *pag.* 303.

Joh. Theod. de Bry in *introductionis* &c. L. II. cap. 13. de narium morbis. Walth. V. *pag.* 444.

Joh. Walæus in *Medicinæ practicæ* L. II. cap. 7. de ulcere narium. Walth. V. *pag.* 390.

Wolfg. Hoefer in *Herculis medici* &c. L. I. cap. 20. de narium affectibus. Walth. V. *pag.* 390.

Philipp. Gruling in *Med. pract.* L. I. part. 4. cap. 5. de ozæna. Walth. V. *pag.* 391.

Nic. Tulpius in *obſervat. med.* L. IV. cap. 11. narium vermes. Walth. V. *pag.* 22.

Thom. Bartholinus in *ciſta medica* locul. 63. de ozænæ cura. Walth. V. *pag.* 601.

Joh. Johnstonus in *ideæ univerſæ Medicinæ* &c. L. VIII. tit. 6. cap. 1. de ozæna. Walth. V. *pag.* 391.

Joseph Schmidt in *Spiegel der Wundarzney* &c. L. III. pag. 333. ad nares obſtructas. Walth. V. *pag.* 23.

Joh. Scultetus in *armamentario chirurgico* ſagacitatem Spigelii laudat, qui cauſam & naturam ozænæ ex inſerta turunda divinavit, cujusque conſilio noſter locum carioſum admoto igne emendavit, qua curatione & alias feliciter dicit ſe uſum eſſe. Haller. V. *pag.* 877.

Petrus

Petrus de Marchetis in *obſervat. medico-chirurg. obſ.* 26. de gravi contuſione naſi cum fractura. Walth. V. *pag.* 26.

Oswald Grembs in *arboris integræ & ruinoſæ* cap. 1. agit de ozæna. Walth. V. *pag.* 27.

J. Jacob. Wepfer in *obſervationum* &c. L. pag. 917. de narium obſtructione. Alberti. V. *pag.* 27.

Joh. Andr. Smitzius in *Medicinæ practicæ* &c. pag. 239. de ulcere narium. Walth. V. *pag.* 316.

Henr. a Möinichen in *obſervationibus* &c. Naſus totus amputatus, ab Antonio Molinetti, patre, continuo ſutura firmatus conferbuit. Haller. V. *pag.* 29.

Vitus Riedlinus in *obſervationibus* &c. memorabile & ſimile Bidloiano exemplum, plurimæ aquæ, quæ de naribus fluxit. Haller. V. *pag.* 30.

Paulus de Sorbait. V. *pag.* 33.

Elias Rud. Camerarius. Ejus diſp. *de ozæna.* Tubing. 1693. 4. Haller. V. *pag.* 33.

Ehrenfried Hagedorn in *obſervationum* &c. *centuria* I. *hiſt.* 58. de ulceroſa narium obſtructione ex piſo. Alberti. V. *pag.* 33.

Gerard. Blasius in *Medicinæ univerſæ.* Sect. I. ſubſect. 2. cap. 4. de narium anguſtia. Cap. 5. de narium fractura, & ozæna. Walth. V. *pag.* 365.

In *Actis Eruditor. Lipſ.* ann. 1715. *Menſ. Sept.* pag. 410. narium vermes. Alberti. V. *pag.* 49.

Vitus Riedlin in *lineæ medicæ* &c. *ann.* II. *Maj. obſ.* 4. pag. 209. vermes e naribus emuncti. Alberti. V. *pag.* 52.

Maximilian Preuss. V. *pag.* 60.

J. Godofr. Berger. Ejus diſp. *de coryza, polypo, ozæna.* Witteberg. 1691. 4. Haller.

J. B. Verduc in *pathologie de Chirurgie* cap. 12. de morbis narium. V. *pag.* 305.

Laurent. Heister in *Chirurgiæ* Part. II. cap. 72. &c. de morbis narium. V. *pag.* 82.

J. Car. Rost. Ejus diſp. *de ozæna.* Leid. 1725. 4. Haller.

Guil. Manquest in *traité complete* &c. Naſus pene reſectus ſutura reconciliatus. Haller. V. *pag.* 90.

Sanctus Zarini in *L. de curatione per ſanguinis miſſionem* &c. Ozæna ſuperata ſanguine de naribus miſſo. Haller. V. *venæ ſect.*

Antonius Fizes. V. *vuln. capit.*

J. Euſebius Voet. Ejus diſp. *de ozæna.* Leid. 1725. 4. Haller.

Samuel Theod. Quelmalz. Ejus diſp. *de incurvatione ſepti narium.* Lips. 1750. 4. Totum ſeptum vidit ſeceſſiſſe, ut mobile eſſet. Haller. V. *pag.* 308.

Pierre Guisard. In ejus *pratique de Chirurgie* &c. adjecta eſt diſputatio latina *de ozæna narium ulcere.* Haller. V. *vulnera.*

Henricus Vylhoorn in Heisteri *inſtitutionibus* &c. in fractis naſi oſſibus calamos rejicit. Haller. V. *pag.* 106.

Just. Godofr. Gunz. Ejus *obſervatio ad ozænam & dentium ulcus pertinens.* Lips. 1753. 4. Ulcus inter Highmori ſinum & dentem ipſum poſitum, ut differat ab ulcere ſinus Highmori & curetur. Haller. V. *pag.* 532.

Samuel Schaarschmidt in *mediciniſchen und chirurgiſchen* &c. Ex vermibus in ſinu maxillari ozæna & cephalæa. Haller. V. *pag.* 115.

Angelus Nannoni in *trattato chirurgico* &c. naſum pene totum reſectum vidit reconciliari, & cartilaginem conſervere. Haller. V. *pag.* 134.

Andreas Levret. V. *obſtet. art.*

Hugo Ravaton. V. *vulnera.*

Lud. Gottfr. Klein in *interprete clinico* tit. narium valetudines. V. *pag.* 283.

Salomon Peyer. Ejus diſp. *de morbis narium.* Basil. 1756. 4. Haller.

Leautaud. V. *pag.* 159.

Johannes Sografi in *diſſertazioni ſul polipo del naſo* &c. in ozæna poſt lapſum nata filum longum & fœtidum in nares pendens reſecuit, deinde abſceſſum in ſinu pituitario natum injectis liquoribus medicatis ſiccavit. Haller. V. *polyp.*

Petrus Lassus. Ejus & de la Buissiere diſp. *de naſo fracto.* Paris 1765. 4. Haller.

J. Jac. Waser. Ejus diſp. *de receſſu oſſium naſi.* Argentor. 1767. 4. Ex ictu tumor maximus & dolens. Oſſa naſi & a frontis oſſibus & ab oſſibus maxillaribus dimota, non ſine labore ſuum in locum repoſita. Ab humore, ut videtur, ſenſim collecto, ſitu remota. Haller.

J. Aug. Wohlfarth. Ejus *obſervatio de vermibus per nares excretis.* Halæ Magdeb. 1768. 4. Haller.

(De reſtitutione naſi Tagliacotiana. Vide *decorat.*)

(De

(De hæmorrhagia narium. Vide *hæmorrhag.*)
(De narium polypo. Vide *polyp*)

NEPHRITIS. Vide *calcul.*

NEPHROTOMIA. V. *calcul. ſect.*

OBSTETRICIA ARS.

Hippocrates in L. περι της των παιδιων εγκατατομης, ſ. *de exſectione fœtus* docet, ut intra uterum fœtum concidas, & caput confringas. Plebeiam etiam feminæ concuſſionem docet, capite demiſſo, quo fœtus ex pelvi in uterum relabatur. Audax uterum prolapſum, in juvencula quidem excoriat. Codex exſtat in Bibliotheca Vindobonenſi (a). In B. R. P. n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2257. 2545. Et apud Bandini VIII. p. 44. duo codices.

In L. *muliebrium* I. agit de partu difficili, de mola. Multum hic auctor peſſis utitur.

In L. περι επικυησιος caſus aliqui partus difficilis, & fœtus intra uterum exſtincti. Periculum ex hæmorrhagia ante partum ſuperveniente non ignoravit.

In L. *de ſuperfœtatione* dicuntur morbi aliqui puerperii; tum de abortu, utero ſuppurato, cauſis ſterilitatis, utero clauſo, ejus diſtortione, reſtitutione, medicamentis emollientibus, uterum purgantibus. Haller. V. *pag.* 286.

Cleopatra Regina & ſeculi Auguſtei & Cæſarei fuit, regina artium ſtudioſa, etiam Medicinæ, quæ perinde ut Attalus, venenorum experimenta capiebat, & antidotorum. Ei tribuuntur libelli duo *de muliebribus*, manifeſto quidem ſpurii, quorum quoddam compendium a Wolfio editum eſt in *harmonia gynæciorum*, edita Basil. 1566. 4. & 1586. 4. In ipſo opere reperiuntur multa vana & ſuperſtitioſa medicamenta. Peſſarium ad matricis furorem (b); ad vulvæ tumorem, quo ea fœmina, quæcunque fuerit, ait ſe ſæpe uſam eſſe (c); ad molliendum uterum (d); ad vulnera (e); ad ulcera ſordida (f); duritatem (g); dolores (h); odoratum Cleopatræ (i). Porro ſigna dat caloris a partu ſuborti (k); matricem dicit in inguen

(a) Lambec. VI. (b) L. II. c. 2. (c) L. II. c. 9. (d) L. II. c. 1. (e) L. II. c. 31. (f) L. II. 32. cum arſenico. (g) L. II. c. 34. (h) Ibid. (i) Aetius L. VIII. c. 6. (k) Harmon. L. I. c. 17.

guen infuſam (l); & de tumore vulvæ & uteri (m); de inflammatione uteri & collectione, quæ videtur inflammatione gravior (n); de duritie (o); de vulnere (p); de cancro (q) de fiſtula (r); ad mammarum vitia (s).

Antiqui certe fuerunt CLEOPATRÆ inſcripti *de ornatu* libri, paſſim a GALENO citati, ubi medicamenta ad alopeciam legas (t), & laudatas arundinum radices (u). Neque tamen putat Celeberrimus HALLER aut *muliebria* Reginæ Ægyptiæ CLEOPATRÆ opus eſſe, aut coſmetica; ejus enim fœminæ fervidum ingenium non exprimunt.

Codex *Gynæciorum* eſt in Bibl. MEDICEA n. 1382.

OLYMPUS, Reginæ CLEOPATRÆ medicus, ejus mortem deſcripſit. HALLER.

A. C. CELSUS in L. VII. cap. 29. fœtum dirigendum eſſe vel in caput vel in pedes. Ut unco educatur. Quando alter pes elapſus eſt, alter intus remanſit, præſcindendum quodcunque elapſum eſt. HALLER. V. *pag.* 287.

Obſtetrices & medicæ, quæ & ipſæ partem ejus medicinæ exercuerunt, quæ manu utitur, ſunt ſequentes:

OLYMPIAS Thebana (x).

SALPE de abortivis (y) ſcripſit.

Sic LAIS (z), aut quæ ejus nomine uſa eſt.

PYRRHONIS ſoror obſtetrix (a) fuit.

ELEPHANTIDIS, an aedem, cujus obſcæni exſtabant libelli, liber de ornatu (b).

MAIA (obſtetrix). Ejus ad condylomata & rhagades medicamentum aridum, a GALENO citatum (c).

ASPASIA, de ſtudio adhibendo prægnantibus (d), & ægre parientibus (e), ad fœtum corrumpendum (f), deque abortu (g), cura poſt ſectum fœtum (h), de utero prolapſo revocando (i), de hydrocele (k), & varicoſo ramice (l), herniis variis (m); de uteri condylomatibus (n), nomis (o), hæmorrhoidibus (p), de reclinatione, averſione, recurſu uteri (q), de ejus retractione aut æquali, aut ad alteram partem. Opus cæterum de methodica ſecta ſcriptoris, cum medicamenta metaſyncritica citentur.

SOTIRA obſtetrix, cujus ad tertianas & quartanas medicamentum fuit (r). Olim etiam obſtetrices medicamenta dediſſe, POLLUX auctor eſt in

(l) L. II. c. 6, apud PRISCIANUM. (m) Ib. c. 9. (n) C. 10. 11. (o) C. 14. (p) C. 31. (q) C. 33. (r) C. 39. (s) 35. (t) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. I. (u) Ibid. (x) PLINIUS VAL. L. IV. POLLUX. Alia PLIN. L. XXVIII. c. 19. (y) PLINIUS L. XXVIII. c. 7. ATHEN. L. VII. (z) PLIN. ibid. (a) LAERT. pag. 1033. (b) GAL. *compoſ. ſec. loc.* L. I. (c) *Compoſ. ſec. gen.* L. V. (d) AETIUS L. XVI. c. 12. (e) Ib. fere emollientia ſuadet c. 15. (f) Ib. id. facinus periculo non carere. (g) C. 18. (h) C. 25. (i) C. 79. (k) C. 107. Eum ramicem ſcarificat. (l) C. 104. (m) C. 100, 101, 102. (n) C. 106. (o) C. 92. (p) C. 97. Eas ſcarificat, volſella levat, conſtringit funiculo, excidit. (q) Ib. c. 77. (r) PLIN. L. XXVIII. c. 7.

in caſibus levioribus, ut ex loco judices JUVENALIS. Medicas MARTIALIS dixit.

ANTONIÆ AUG. L. AGRIPPINÆ obſtetrix.

Et SALLUSTIA Q. L. MERITA, apud GRUTERUM.

FABULLÆ medicæ medicamentum ad ſplenem (s).

FORELLA T. L. MELANIONA Medica a mammis ex GUDIO, WALCHIUS.

SENTIA ELIS medica ſerva (t).

JULIA Q. L. SABINA medica, conjux Q. JULII ATI METI (medici forte ſervi) (u).

SECUNDA LIVILLÆ S. medica (x).

Ad SALVINAM obſtetricem libros dedit PRISCIANUS.

De MARIA ZENONIDIS Baſiliſci uxoris obſtetrice SUIDAS refert.

TROTULA etiam poſterioris eſt ævi. Ita HALLER.

C. PLINIUS in L. VII. c. 7. De matris utero, exſecti ſunt SCIPIO Africanus major, & MANILIUS, qui primus CARTHAGINEM cum exercitu intravit, & CÆSARUM primus, & Cæso. HALLER. V. *pag.* 997.

SORANUS, Epheſius. Ejus L. περι μητρας anatomici potiſſimum eſt argumenti; aliqua tamen habet de morbis mulierum: externam membranam uteri ſolam elabi, dum interna locum ſuum tenet. Ad latera etiam declinare. Ipſe putat ſe vidiſſe, in hernia teſtem fœmininum cum cremaſtere excidiſſe. Hujus operis forte partes fuerint, quæ apud AETIUM conſervantur: de ſeminis fluxu (y), de uteri debilitate (z), de furore uterino (a), reſolutione & frequente abortu (b), de prolapſu uteri; non totum elabi, ſed ovi ſtruthiocameli ſimilem eſſe; nuper elapſum conatur reſtituere. Tum uteri laxus (c) ſcirrhus, qui ſolvi poſſit, ſi circa os & collum uteri ſedem habuerit, ſi circa fundum, ſpem nullam ſupereſſe. HALLER. V. *pag.* 706.

CÆLIUS AURELIANUS, qui SORANI præcepta *latinizavit* (d), de muliebribus egit, peſſorumque varietatem deſcriptam dedit (e). HALLER. V. *pag.* 293.

MOSCHION ſcripſit *de ornatu* librum pro obſtetricibus, & de *mulierum morbis*, cujus libri codex reperitur in Bibliotheca AUGUSTÆ Vindelicorum Græce ſcriptus. Eum librum Græce edidit CASPAR WOLF. Matricem totam prolapſam ſe excidere, & ab ea operatione fœminas ſupervixiſſe

(s) GAL. *compoſ. ſec. loc.* L. IX. (t) Apud RHODIUM pag. 193. (u) Apud eund. 194. (x) Ex PIGNORIO le CLERC. (y) Apud AETIUM L. XVI. cap. 72. (z) Ibid. cap. 73. (a) Ib. cap. 74. (b) Ib. cap. 75. (c) Ib. cap. 81. (d) *Acut.* L. II. cap. 28. & L. I. &c. (e) *Tard.* L. II. cap. 4.

xiſſe apud antiquos reperiri. Sellam habet obſtetriciam; obſtetricis in partu officium, minutasque curas, morbos muliebres, picam, abortum, morbos puerperii, infantum, nutricum, hæmorrhagiam, molam; varias partus difficilis cauſas, perverſosque fœtus ſitus, & auxilia; ut pedibus educatur infans, jubet, ſi in caput non æque commode dirigi poſſit. Medicamenta ad partum expediendum. Embryulcum habet, quem fœtui mortuo injicit, ut de utero extrahat. HALLER.

ANATHONIS philoſophi peſſarium dicitur in *Gynæcæis* (f). Is fuerit Philoſophus, qui faſſus eſt, molam fuiſſe, quam putabat uteri eſſe hydropem. HALLER.

PHILUMENI, ſimpliciter dicti, multa loca ſunt apud AETIUM. In partu difficili, a fœtu viam obſtruente, jubet fœtum in pedes convertere, & ſi minus ſuccedat, uncum impingere oculo vel ori (g). Hydropici fœtus ventrem incidit & viſcera eripit, caput etiam in gravi caſu amputat, & tumidum incidit, evacuat (h), coxam etiam reſecat (i). Ad caput vitiatum conſilia (k). Ad mammarum inflammationem (l); indurationem (m); uteri inflammationem (n); docet, ut ſecundinas oporteat educere (o); leniter jubet agere (p). HALLER. V. MNASEUM *pag.* 1001.

GALENUS. Ejus librum *de cauſis*, *utilitate*, *difficultate reſpirationis*, *de uteri ſectione*, *de fœtus formatione*, *ſemine*, vertit JANUS CORNARIUS, BASILEÆ 1539. fol. HALLER (q). V. *pag.* 264.

MISUSA. Ejus curatio virginis violentiam paſſæ, quam immaturam fuiſſe putes, cum jubeat cannulam in ſinum pudoris dare, ne conferveat (r). HALLER.

ORIBASIUS in *ſynopſis ad* EUSTATHIUM filium L. V. agit de gravidarum & nutricum morbis, de nutrice eligenda, de morbis puerorum, eorum educatione & cura. HALLER (s). V. *pag.* 264.

THEODORUS PRISCIANUS. V. *pag.* 361.

AETIUS in *tetrabibl.* IV. ſ. IV. cap. 8. de mola. Cap. 12. de cura prægnantium. Cap. 14. de cura parientium. Cap. 15. de cura circa ægre parientes. Cap. 16. quomodo opem ferre oporteat his, quæ non tuto concipiunt. Cap. 21. de his, quæ abortiunt. Cap. 22. de difficultatis partus medela. Cap. 23. de fœtus extractione & exſectione. Cap. 24. de ſecundinarum eductione. Cap. 25. de cura poſt fœtus eductionem. WALTH. V. *pag.* 265.

PAULUS ÆGINETA in L. I. cap. 1. quo victu gravidæ uti debeant. In L. III. cap. 69. de mola. Cap. 76. de partu difficili. In L. VI. cap.

74.

(f) *Harm.* p. I. (g) Apud AETIUM L. XVI. cap. 23. (h) Ibid. (i) Ibid. (k) Ibid. (l) Ibid. cap. 38. (m) Ib. cap. 39. (n) Ib. cap. 85. (o) Ibid. cap. 24. (p) Ib. L. VIII. cap. 45. 6. (q) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 271. (r) Apud RHAZEUM L. IX. (s) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 283.

74. de fœtus mortui extractione, & exciſione. Cap. 75. de ſecundinis retentis. Walth. V. *pag.* 293.

Anonymus *de morbis mulierum ex* Metrodoro eſt in Bibl. *Medicea* Plut. 75. Haller.

Theodorus non debere ſecundinas violenter extrahi (t). Haller. V. *pag.* 1008.

Johannes Serapionis filius in L. V. agit etiam de partu difficili. Haleer. V. *pag.* 265.

Rhazeus in L. IX. vitia uteri percurrit, in quibus multa ſunt chirurgici argumenti, de inflammatione, ulcere, cancro uteri. De abortu: ſe vidiſſe in abortibus octavi menſis pedes præcedere, ut conſtet eo demum menſe fœtum inverti. Breviter cœterum & imperfecte de partu. Haller. V. *pag.* 265.

Haly Abbas in *theoriæ* L. VI. cap. 39. de abortu. In *practicæ* L. I. cap. 19. de regimine gravidarum. In L. VIII. cap. 4. de abortu. Cap. 26. de difficultatis partus medela. Cap. 27. de ſecundinæ retentæ & mortui fœtus medela. L. IX. cap. 58. de mortui fœtus abortione. Cap. 59. de ſecundinæ incluſæ cura. Walth. V. *pag.* 295.

Avicenna in L. III. *fen.* 21. tract. I. cap. 8. 9. 10. 11. de abortu, ejusque ſignis & cura. Cap. 12. 13. 14. 15. de regimine abortus, & extractione fœtus mortui. Cap. 18. 19. de mola & ejus cura. Tract. II. cap. 16. de ſecundinarum extractione. Cap. 21. de difficultate partus. Cap. 23. de regimine parientium & puerperarum. Cap. 24. de regimine partus difficilis. (Juvat fœtum ob capitis molem difficulter progredientem ligare margine panni, & leniter extrahere: id ni ſuccedat, forcipes adminiſtrare, iisque educere: habet forcipem & reticulum. Breviter iſta & fere his ipſis verbis, ut videatur de re ſuo ævo notiſſima dicere. Ita Haller). Cap. 25. &c. de regimine partus. Cap. 51. medicamenta ad facilitandum partum. Walth. V. *pag.* 267.

R. Isaac Ben Ali Ben Athar, ſcriptor Ebræus. Ejus *de mulierum rebus* eſt in Bibl. Vaticana. Haller (u).

Albucasis in L. II. fœtum mortuum forcipibus educit. Fœminam vidit, in cujus utero fœtus mortuus remanſerit, quæ tamen conceperit, de qua denique abſceſſu facto fœtus per umbilicum exierit, ut longo poſt tempore ſanata ſit. Haller.

Idem in L. *practicæ* ſect. 2. cap. 1. de paſſione molari. Cap. 6. de abortu. Cap. 7. de morte embrionis. Cap. 10. de difficultate partus. Cap. 11. de regimine gravidarum. Cap. 22. de fœtu mortuo. Walth. V. *pag.* 267.

(t) Apud Rhazeus L. IV. (u) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 400.

ABDARRAHMAN NASSER BEN ABDALLAH, qui obiit anno Hegiræ 774., ejus codex *Hah ſi aſſar al Nekah*, in quo agit etiam de rebus ad juvandum & impediendum partum idoneis, eſt in Bibl. R. P. I. n. 1091. HALLER.

CONSTANTINUS *de morborum cognitione* &c. agit etiam de partu difficili. HALLER. V. *pag.* 268.

EROS *de mulierum paſſionibus ante & poſt partum* &c. de graviditatis & puerperii malis, de uteri variis morbis, de nutricis ſelectu. HALLER. (w) V. *pag.* 418.

GENTILIS de FULGINEO in *conſiliorum* &c. *conſ.* 2. ad præcavendum abortum. WALTH. V. *pag.* 418.

PETRUS de APONO in *conciliatore* &c. etiam de partu agit, quem non male ab utero nimis diſtento deducit. HALLER. V. *pag.* 270.

ALBERTUS MAGNUS, Germanus, Dominicanæ religionis, inde epiſcopus, eruditus vir, collector, ſcripſit *de ſecretis mulierum*, quæ magis videtur decorum fuiſſe ab eo ignorari. Liber ſæpiſſime recuſus eſt. Antiqua editio eſt XV. ſeculi, loco non addito. Germanice prodiit ARGENT. 1516. 8. 1544. 8. FRANCOF. 1581. 4. NÜRNBERG 1678. 12. edente JACOBO HIERONYMO BRANDIO, LIPS. 1595. 8. Latine LION 1506. 12. 1551. 12. 1571. 12. 1574. 12. ARGENT. 1615. 12. Aliqua, ſed ad morem & ſaporem veterum, de partu difficili dixit. HALLER.

BERNARD GORDON in L. *medicinæ practicæ* part. 7. cap. 16. de difficultate partus. Cap. 18. de mola. WALTH. V. *pag.* 270.

ARNALDUS de VILLANOVA in *breviarii* &c. L. III. cap. 3. de regimine prægnantium, & de cautela abortus. Cap. 4. de difficili partu. Cap. 5. de mola; de extractione fœtus mortui. WALTH. V. *pag.* 296.

GUY de CHAULIAC in *Chirurgiæ* tract. 6. doctr. 2. de fœtus & ſecundinæ extractione. WALTH. V. *pag.* 297.

NICOLAUS de FALCONIIS. V. *pag.* 634.

BALESCON de THARARE in *philonii* pag. 349. Judeæ fœminæ, quæ partum expectabat, flatum de utero exiviſſe. HALLER. V. *pag.* 299.

PETRUS de la CERLATA in *operis chirurgici* pag. 112. forcipe ſe, neque ſemel, uterum dilataſſe, caput perforaſſe, fœtum extraxiſſe. HALLER. V. *pag.* 269.

Anonymus *de morbis mulierum* eſt in B. R. P. n. 7036. HALLER.

J. MATTH. de FERRARIIS in *practicæ* &c. part. IV. cap. 15. de regimine gravidarum. Cap. 24. de facilitando partu. WALTH. V. *pag.* 372.

BAR-

(w) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 430.

BARTHOL. de MONTAGNANA in *conſiliorum* &c. *conſ.* 212. de mola. WALTH. V. *pag.* 372.

ANT. GUAINERUS in *oper. med. commentar. de morbis matricis* cap. 32. &c. de abortu & ejus cura; de mola & ejus cura; de regimine puerperarum, de ſecundinis retentis, de partu difficili. WALTH. V. *pag.* 372.

PAULUS BAGELLARDUS in L. *de ægritudine infantum* morbos puerorum minute recenſet, initio ab ipſa manu obſtetricis facto. HALLER. (x) V. *pag.* 799.

BARTHOLOMÆUS METLINGER, medicus Auguſtanus. Ejus *de infantum valetudine tuenda, curandis morbis.* FRANCOF. 1531. Germanice *Regiment der jungen Kinder* AUGSPURG 1474. fol. 1539. 8. HALLER (y).

ELIAS F. JUDA, Tiburtinus, Hebræus, ſcripſit a. 1478. librum *de malis matricis & iis medendi modo* . . . HALLER (z).

ANT. CERMISON in *conſiliorum med. conſ.* 13. contra abortum. *Conſ.* 14. contra partum difficilem. WALTH. V. *pag.* 372.

J. MICH. SAVANAROLA in *practicæ majoris* tract. VI. cap. 21. rubr. 21. de mola. Rubr. 28. 29. de regimine prægnantium. Rubr. 30. de præſervatione embryonis. Rubr. 32. de difficultate partus. Rubr. 34. de ſecundinæ retentione. Rubr. 37. de regimine inflationis ventris poſt partum. Rubr. 41. de regimine fœtus mortui. Rubr. 42. de puerperarum regimine. WALTH. V. *pag.* 373.

ANT. BENIVENIUS *de abditis rerum cauſis* cap. 29. partus difficillimus unco & emolliente oleo expeditus. HALLER. V. *pag.* 362.

LUDOVICUS BONACIOLUS. Ejus *enneas muliebris* primum absque anno & loco in ITALIA in fol. prodiit, tum ARGENTINÆ 1537. 8. LEID. 1641. 12. Annus, quo ſcriptus eſt libellus ignoratur; circa a. 1500. tamen prodiit, nam & LUCRETIÆ Eſtenſi dicatur, ALEXANDRI VI. filiæ, & noſter a. 1509. LEONICENI magiſtri ſui opera edidit. Deinde a. 1506. vel 1507. contra eum PONTICUS VIRUNNUS ſcripſit. Huc faciunt capita de morbis gravidarum; alterum de abortu & mola; tertium de prima puerorum cura & dentitione. HALLER (a).

JOH. de VIGO in *practicæ* L. IV. cap. de extractione fœtus mortui ex utero. WALTH. V. *pag.* 270.

ALEXANDER BENEDICTUS in L. XXV. cap. 26. de partu difficili. Cap. 27. de ſecundinis morantibus. Cap. 29. de cauſis abortus. Cap. 30. de præſervatione abortionis. Cap. 31. ad partum mortuum extrahendum. Cap. 32. 33. medicamenta ad partum cuſtodiendum; ad fœtum mortuum. Cap. 34. 35. 36. 37. 38. de mola & ejus cura.

(x) Ibid. pag. 466. (y) Ibid. pag. 466. (z) Ibid. pag. 467. (a) Ibid. pag. 488.

JACOBUS BERENGARIUS in *Iſagoge* uterus a patre & ab ipſo JACOBO feliciter reſectus. Utero per apoſtema rupto fœtus eductus. Fœtus extra uterum repertus, quem ulcus ruperit. HALLER. V. *vuln. capit.*

GODOFR. STEGHIUS in *artis medicæ* &c. L. IX. cap. 11. de abortu. Cap. 13. de mola. WALTH. V. *pag.* 313.

JASON a PRATIS (ſ. Pratenſis) Zirikzeus Seelandus. Ejus *de uteris L. duo* prodierunt ANTWERP. 1524. 4. AMSTERDAM 1657. 16. Pleraque phyſiologici ſunt argumenti, ſed liber II. huc pertinet, qui ſit de victu a gravidis obſervando, de tuſſi fœminis prægnantibus moleſta. Caput pueri ſolicite velari vetat. Contra edacitatem & ingluviem. Cibi gravidis fœminis ſalubres, & integra de facultatibus alimentorum diſputatio. Cæterum ubique amat a præcipuo fine divagari.

Ejus *de pariente & partu L. obſtetricibus, puerperis, nutricibusque utiliſſimus.* ANTWERP. 1527. AMSTERD. 1657. 12. Victus parturienti opportunus. Vomitum in partu nocere. De obſtetricum officio. Omnem curam in eo ponit auctor, ut caput fœtus præcedat. Non debere puerum frigida lavari. Regimen, ut vocat, puerperæ, & varii morbi. Puerorum aliqui morbi.

Ejus L. *de arcenda ſterilitate & progignendis liberis.* ANTWERP. 1531. 4. AMSTERD. 1657. 12. Senilis confabulatio, non abſque jocis parum caſtis, & bona fruge caſſis. Ipſe 15. liberos genuerat, ſperabat plures. Conſilia parum fida, multa aliena de vitiis utriusque ſexus. Vampyrorum habet hiſtoriam, qui reviviſcant, cum uxoribus coeant, ut neceſſe ſit cor palo transfigere, cadaver comburere. HALLER (b).

EUCHARIUS RHODION, veriori nomine RÖSLIN. Ejus L. *der ſchwangeren Frauen u. Hebammen Roſengarten.* Celebre ſuo ævo opus, & pene claſſicum. Parvus libellus, frequentiſſime recuſus. Dedicatio data eſt anno 1513. Editionem tamen antiquiorem non potuit invenire celeberrimus HALLER (c), quam AUGUST. VINDEL. 1522. 4. deinde 1528. 4. 1532. 4. 1544. 8. cum CUBA BONACIOLO, & ALBERTO. Deinde 1551. 8. 1565. 8. *Hebammenbüchlein* FRANCOF. 1582. 8. 1603. 8. Latine *de partu hominis & quæ circa eum accidunt*, FRANCOF. 1532. 8. 1537. 8. 1544. 8. 1551. 8. 1563. 8. PARIS 1535. 8. Gallice vertente PAULO BIENASSIS *tr. de divers travaux & enfantemens des femmes*, PARIS 1536. 8. 1540. 12. 1563. 12. 1577. 12. Anglice vertit THOMAS RAYNOLD *the byrth of mankind*, LOND. 1654. 4. &c. Belgice 1559. 12. AMSTERD. 1667. 8. Compendium eſt obſtetricium, in quo primæ figuræ fœtus male in utero diſpoſiti reperiuntur, & auxilia propria docentur. Vix quidquam habet proprii: fœtum jubet quantum poteſt, in caput dirigere. Si omnino id non potuerit obtineri, tunc demum pedibus extrahere. Fœtum mortuum concidere, caput aperire, uncum

(b) Ibid. pag. 511. (c) Ibid. pag. 517.

cum injicere, forcipem adhibere jubet, caput diſrumpere, vel incidere: ſellam depingit puerperalem. Pars clinica formulas continet, ad morbos fœminarum gravidarum, puerperarum, lactantium, & puerorum; ad vitandum abortum &c. Omnia omnino ad empiricorum ſaporem. HALLER.

OTTO BRUNFELS, Moguntinus, Poliater aliquamdiu Bernenſis, vir laborioſus & diligens collector, quem mors ante diem maturioribus operibus eripuit, & qui præterea in varia ſe ſtudia diffudit. Ejus *Weiber und Kinder Apothek I. Buch von Krankheiten der Weiber vom Haupt bis zu den Füſſen. II. von Rath und Sorg bey Säuglingen und zarten Kindern.* ARGENT. . . . 4. absque anno. Medicamentorum collectitia farrago. HALLER (d).

JOH. STOCKERUS *praxis aureæ* L. I. cap. 50. de difficili partu. Cap. 51. de fœtus mortui & ſecundinarum excluſione. WALTH. V. *pag.* 374.

PETRUS de BAYRO *de medendis corp. hum. malis* &c. L. XV. cap. 6. de his, quæ ab abortu præſervant. Cap. 9. quæ partum facilitent. Cap. 10. de extractione fœtus mortui. Cap. 11. de ſecundinarum extractione. WALTH. V. *pag.* 374.

HIERONYM. CARDANUS *de cauſis & ſignis* &c. pag. 231. de fœtu mortuo; de abortu. WALTH. V. *pag.* 374.

ANDR. VESALIUS in *paraphraſis* &c. cap. 88. de mola. WALTH. V. *pag.* 375.

JOH. GUINTHERUS in *commentariorum* &c. T. I. agit de partu, etiam difficili. HALLER. V. *pag.* 421.

SEBASTIANUS AUSTRIUS. V. *pag.* 421.

MICHAEL ANGELUS BLONDUS. Ejus *de affectionibus infantum & puerorum.* VENET. 1537. 8. HALLER. V. *vener. morb.*

CAROLUS STEPHANUS in *diſſectione partium corporis humani* PARIS 1545. fol. tria priora capita L. III. ſunt de partu, quem etiam cæſareum deſcribunt, tum difficilem, in quo omnino vetat pede fœtum prehendere. HALLER.

JOH. FERNELIUS in L. II. *de abditis rerum cauſis* PARIS 1548. fol. 1560. fol. BASIL. 1579. 8. FRANCOF. 1579. 8. &c. etiam de abortu agit. HALLER.

Idem in *univerſæ Medicinæ* L. VI. cap. 12. de partu difficili. Cap. 17. de abortu. WALTH. V. *pag.* 422.

NICOLAUS ROCHEUS. Ejus *de morbis mulierum curandis.* PARIS. 1542. 12. recuſ. in *muliebribus* BAUHINI & J. SPACHII. (Libellus, ut auctor ipſe in præfatione fatetur, partim ex veterum Græcorum, Arabum, & Latinorum monumentis, partim experientia propria confectus). Omnino compilatio, & innumerabiles formulæ. Proprii nihil habet. HALLER (e). (Pag. 72.

(d) Ibid. pag. 527. (e) Ibid. T. II. pag. 64.

72. &c. procidentia uteri; pag. 81. &c. de mola; p. 111. &c. de ſcirrho uteri; p. 116. &c. de cancro uteri; p. 124. clauſuræ muliebrium locorum; p. 126. &c. cauſæ ſterilitatis; p. 152. &c. conceptus, fœtus generatio, imprægnatio; p. 172. &c. de abortu; p. 180. de victu & regimine gravidarum; p. 181. &c. de partu difficili; p. 196. de ſecundinis extrahendis; p. 201. de puerperæ cura.)

ANT. FUMANELLUS in tract. *de compoſ. medicam.* cap. 55. partum facilitantia. WALTH. V. *pag.* 375.

MARTINUS AKAKIAS, Catalaunenſis, Profeſſor Pariſinus. Ejus *de morbis mulierum libri duo* exſtant in collectione *Gynæciorum* BAUHINI & SPACHII edit. ARGENTINÆ 1597. fol. HALLER (f). In L. II. cap. 3. de diæta gravidarum; de mola. Cap 4. de abortu. Cap. 7. de officio obſtetricis. Cap. 8. de ſecundinis. Cap. 9. de cura puerperarum. Cap. 12. de dolore puerperarum. Cap. 13. de difficultate partus. Cap. 15. de fœtu mortuo & corrupto abigendo. WALTHER.

GUALTHER HERMAN RYFF. Ejus *Hebammenbuch, ſ. ſchwangerer Frauen Roſengarten.* FRANKFURT 1545. fol. 1569. 8.

Ejus *Troſtbüchlein von Schwangernüſſe, u. Geburt des Menſchen.* ZÜRICH 1554. . . HALLER. V. *pag.* 422.

LEONHARDUS FAVENTINUS. V. *pag.* 422.

VIDUS VIDIUS *de curatione membratim* L. XI. cap. 29. de mola. Cap. 32. de abortu præcavendo. Cap. 34. ſigna & cura partus difficilis; ſuffitus fœtum mortuum excludens. WALTH. V. *pag.* 375.

J. PHIL. ab INGRASSIA in L. *de oſſibus*... dolores intolerabiles fœminam quamdam paſſam eſſe narrat, quam qui ſanavit medicus, putabat oſſa pubis in partu disjuncta fuiſſe. Id fieri noſter negat, & coccygem procul dubio ſeceſſiſſe. HALLER. V. *pag.* 6.

DIONYS. FONTANONUS in *practicæ* &c. L. III. cap. 22. de mola. Cap. 23. de regimine gravidarum. Cap. 24. de fœtus evocatione in difficili partu. Cap. 25. difficultatis partus curatio. WALTH. V. *pag.* 422.

JULIUS ALEXANDRINUS in *ſalubrium* &c. L. XXVII. cap. 2. de cura gravidarum. WALTH. V. *pag.* 642.

CAMILLUS THOMAI in *rationalis methodi* &c. cap. 60. de mola. WALTH. V. *pag.* 423.

JACOB. SYLVIUS. Ejus *de menſibus mulierum & hominis generatione.* VENET. 1556. 8. BASIL. 1556. 8. recuſ. & in *muliebribus* BAUHINI & SPACHII. Habet etiam alia mala muliebria. HALLER (g). V. *pag.* 350.

AMBROS. PARÆUS. Ejus *deux livres de Chirurgie, de la génération de l'homme & maniere d'extraire les enfans tant vivans que morts, du ventre de leur mere.* PARIS 1573. 8. Agit hic de cæſarea ſectione in fœmi-

(f) Ibid. pag. 43. (g) Ibid. pag. 44.

fœmina mortua, quam non putat ſuperſtite vita poſſe tolerari. Hic primum in partu difficili utique jubet pedes adripere. Manum præeuntem brachiumve amputat. Uncos etiam depingit forcipemque ſcindentem ad diſſecandum brachium. In *collectione operum* efficit librum XXIII., qui de generatione minime malus liber eſt. (Cap. 16. de inſtantis partus ſignis. Cap. 26. de fœtus tum vivi tum mortui extractione chirurgica. Cap. 28. de puerperarum cura. Cap. 29. 30. de cauſis abortus & difficilis partus. Cap. 38. de dolore poſt partum. WALTHER.) Ad extrahendam molam forceps tricruris. Prolapſus uteri. Peſſos depingit. Uteri amputatio. Pedibus fœtum extrahebat. Molæ & inſtrumentum LEVRETIANI non diſſimillimum pro extrahendis molis. Atretas manu curat. HALLER. V. *pag.* 301.

MATTHIAS CORNAX, Profeſſor Vindobonenſis. Ejus eſt *hiſtoria quinquennis fere geſtationis in utero, & quomodo infans ſemiputridus reſecto utero exemtus ſit, & mater curata absque ſutura evaſerit.* VENET. 1550. 4. &c.

Ejus *hiſtoria* II. *quod eadem fœmina denuo conceperit & interierit.* Ibid. . . . Utraque hiſtoria cum ejus *medicæ conſultationis enchiridio* prodiit BASIL. 1564. 8. Putes partum fuiſſe ventralem; retenti fœtus oſſa per ulcus circa umbilicum prodierant. Chirurgus dirigente MATTHIA abſceſſum aperuit, reliquias putridi fœtus exemit. Altera vice gravida interiit, cum parere non poſſet, neque adminiſtratione aliqua liberaretur. Aliud exemplum fœtus per 13. annos retenti, ÆGIDII de HERTOGHE. Aliud ACHILLIS GASSERI, fœtus retenti, & per chirurgum CLOESI exciſi. HALLER.

AMATUS LUSITANUS in *curationum medicinalium centuria* I. *curat.* 27. de regimine gravidarum. *Curat.* 70. de dolore ventris poſt partum. In *cent.* V. *curat.* 34. ad partum difficilem medicamentum ex cinnamomo, myrrha, & croco. WALTHER. Ad expediendum partum nimis multum medicamentis tribuit. HALLER. V. *pag.* 314.

CASPAR PEUCER in *Medicinæ practicæ* &c. cap. 11. (vel 21.) de matricis affectibus: de mola & ejus cura, de difficili partu. WALTH. V. *pag.* 423.

CHRIST. a VEGA in *artis medendi* &c. L. III. ſect. 10. cap. 15. de mola. Cap. 21. de abortu. Cap. 22. de extractione fœtus mortui, & ſecundinarum. Cap. 23. de partu difficili. WALTH. V. *pag.* 376.

DONATUS ab ALTOMARI in *artis medicæ* &c. cap. 114. de partu difficili. WALTH. V. *pag.* 376.

MIRON. Ejus *de infantum morbis.* TURON. 1553. fol. HALLER. Confer *pag.* 855.

JACOBUS RUFF, chirurgus Tigurinus. Ejus *de conceptu & generatione* L. VI. TIGURI 1554. 4. & in *collectione gynæciorum* BAUHINIANA & SPACHIANA. Fuſe de obſtetricum toto officio. Figuræ variæ fœ-

tuum male diſpoſitorum: jubet autem puerum in caput dirigere, ad veterum ſenſum, etiam quando pedes præcedunt, niſi is puer valde exiguus fuerit. Ad fœtum mortuum educendum forcipe utitur, quam veteres dixerant, ipſe depingit, ſatis ejus ſimilem, qua nunc vulgo utuntur ad caput incuneatum expediendum.

Idem dedit etiam Germanice *Hebammenbuch darinn man die Heimlichkeit des weiblichen Geſchlechtes erlernen kann.* FRANKF. 1580. 4. 1588. 4. 1600. 4. Belgice vertente MARTINO EVERARDO, AMSTERDAM 1670. 4. Parum a Latina editione differt, niſi quod Latina editio proprium de menſibus caput, Germanica vero libellum de morbis infantum continet. HALLER.

JOH. LANGIUS in *epiſtolarum* L. II. *epiſt.* 12. de regimine gravidarum. *Epiſt.* 30. de fœtus mortui excretione. *Epiſt.* 41. de obſtetricum officio. WALTHER. Narratur ACHILLIS GASSERI hiſtoria vulneris uteri, & ipſius, qui utero gerebatur fœtus, feliciter ſanati. CARPUM, ut vocat, uterum elapſum ipſe vidit reſecare, felici eventu. HALLER. V. *pag.* 320.

FRANC. VALERIOLA in *obſervationum* &c. L. I. *obſ.* 1. de mola. In L. V. *obſ.* 2. de fœtu mortuo. WALTH. V. *pag.* 767.

J. B. MONTANUS. Ejus *opuſcula de characteriſmis febrium, quæſtio de febre ſanguinis. De uterinis affectibus a* VALENT. LUBLINO *collecta.* VENET. 1554. 8. 1564. 8. Libellus *de uterinis affectibus* ſeorſim prodiit PARIS 1566. 12. & in *gynæciis* BAUHINI & SPACHII cum duodecim de eadem re conſiliis. Generalia omnia, propriæ adnotationis nihil. HALLER. (h). V. *pag.* 424.

THADDÆUS DUNUS, Cardani diſcipulus, Locarnenſis Helvetus tranſalpinus, ob religionem profugus, TIGURI in HELVETIA fere vixit. In *epiſtolis medicinalibus de oxymellitis facultatibus, curatione pleuritidis, & morborum articularium. De hemitritæo libellus. Miſcellaneorum de re medica liber.* TIGURI 1555. 8. 1592. etiam de mola & uteri ſuffocatione. Fœtum mortuum de utero balneo depulit, in quo helleborus albus erat & cyclamen, tum dato dictamno.

Ejus *muliebrium morborum omnis generis remedia ex Dioſcoride Galeno, Plinio, Barbaris & Arabibus collecta & diſpoſita:* ARGENTOR. 1565. 8. Ad quemque muliebrem morbum remediorum cenſus, ex veteribus compilatus, ordine alphabetico. HALLER (i).

ARTUS RIOUST & RAYMOND du MAS *E. ſemper utero gerenti medendum.* PARIS 1555. 4. HALLER.

PETRUS FRANCO in *traité des hernies* &c. primus (ut putat celeber. HALLERUS) fœtum omnino pedibus jubet extrahere. Alii uteri morbi. V. *pag.* 801.

In

(h) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 76. (i) Ibid. pag. 71.

In LYCOSTHENIS editione JULII OBSEQUENTIS, BASIL. 1557. fol. fœtus retentos & de ulcere extractos reperias. HALLER.

BALDUINUS RONSSEUS. Ejus *de hominis primordiis & infantum morbis.* LOVAN. 1559. 8. LEID. 1594. 8. De conceptionis inſtrumentis, de ſterilitatis remediis, de præcavendo abortu, de ſuffocatione a matrice, mola, uteri inflammatione, de morbis puerperarum, lactantium, de morbis puerorum.

Ejus *miſcellanea, ſ. epiſtolæ medicinales.* LEID. 1590. 8. 1618. 8. Minime illepidæ epiſtolæ, argumenti varii. Puer hydrocephalicus, cum partu edi non poſſet, ex viva matre, inciſo ventre, fauſto eventu ab auctore eductus. Fœtus retenti oſſicula feliciter decedentia per biennium. In L. *de morbis mulierum*, cui alius eſt titulus *de vitæ humanæ primordiis*, una excuſo, aliqua habet de partu difficili & cæſareo: illa ex veteribus. Uterum docet ſuffire. Ad fœtum mortuum extrahendum varia inſtrumenta. HALLER.

GEORGIUS PICTORIUS. Ejus γυναικονιτις *Frauenzimmer, oder nützliches Büchlein, wie ſchwangere Frauen vor und nach der Geburt zu halten, und wie ſie alle weibliche Zufälle beſſeren, und ableiten ſollen.* FRANKFURT 1569. 8. 1593. 8. HALLER. V. *pag.* 1013.

JOD. LOMMIUS in *medicinal. obſervat.* L. II. 247. &c. (k) impraegnationis impedimenta, notæ, prægnantium incommoda, ſigna mortui in utero fœtus, abortus præſagia, difficilis partus. V. *pag.* 425.

ANTONIUS MARIA VENOSTA, Rhætus ex valle Tellina. Ejus *diſcorſo generale intorno alla generazione e naſcimento degli uomini.* VENEZIA 1562. 8. ANDREAM DORIA ait partu cæſareo editum fuiſſe. De partu naturali & difficili, de puerorum morbis. HALLER.

ANT. FRANCANTIANUS. V. *vener. morb.*

FELIX WURTZ in *practica der Wundarzney* &c. L. V. agit de puerorum morbis. HALLER. V. *pag.* 8.

GIOVANNI MARINELLI. Ejus *le medicine partenenti all' infermità delle donne.* VENEZIA 1563. 8. 1574. 8. 1650. 8. Gallice aucta a J. LIEBAULT, PARIS 1582. 8. 1609. 8. Germanice, vertente HIERONYMO MARTIO, AUGUST. VIND. 1587. 8. HALLER.

Cinq livres de la maniere de nourrir, & gouverner les enfans dès leurs naiſſance, de bien choiſir une nourrice. 2. l'inſtruction de la ſage femme, ou des accoucheuſes. 3. la maniere de guerir les maladies des enfans. PARIS 1565. 4. HALLER.

STEPH. GOURMELEN in *Chirurgiæ artis ex* HIPPORATIS *& aliorum* &c. fœtum, potiſſimum mortuum, in pedes dirigit. HALLER. V. *pag.* 8.

(k) Edit. AMSTELODAM. 1745. 8.

Guil. Rondelet in *methodi curandorum* &c. L. III. cap. 63. de fœtus retentione. Cap. 64. de partu difficili. Cap. 65. 67. de mola. Walth. V. *pag.* 377.

Caspar Wolfius edidit *Gynæciorum, ſ. de mulierum affectibus & morbis libros veterum & recentiorum, partim nunc primum editos, partim caſtigatos.* Basil. 1566. 4. In hac collectione Moschion, Eros, Bonaciolus & alii continentur veteres, in harmoniam redacti. Haller.

Idem in *viatici novi* &c. cap. 62. de mola. Walth. V. *pag.* 428.

Marcellus Donatus *de medica hiſtoria* in L. IV. fœtuum in materno utero mortuorum exempla, quorum aliqui per vulnus uteri, alii per abſceſſum ſponte natum prodierunt, ut eædem fœminæ etiam ab eo apoſtemate pepererint. Gregorius Horst ſeptimum librum adjecit, in quo iterum putridi fœtus per annum in utero geſti hiſtoriæ. De partu cæſareo in utero prolapſo. Haller. V. *pag.* 578.

Jacques Dalechamp in *Chirurgie Françoiſe* &c. oſſa pubis omnino diſcedere. Haller. V. *pag.* 9.

Leonardo Fioravanti in *teſoro della vita umana* L. IV. Ob partum difficilem inciſa fœmina, læſa cum utero veſica, ut utrumque viſcus abſceſſum pateretur, tamen a Fioravanto ſanata. Haller. V. *pag.* 9.

Hieronymus Mercurialis. Ejus *prælectiones de morbis mulierum.* Venet. 1601. 4. curante Columbo, & cum C. Bauhini *muliebribus.* Eorum L. II. eſt de partu. In L. IV. de prolapſu uteri agit. Mulier quæ fœtum mortuum aliquot annis geſtaverat, quam noſter molam figuratam utero gerere reſpondit. Haller.

Idem de *morbis puerorum* L. I. cap. 4. de prægnantium cura. In L. II. cap. 1. de abortu & partu præmaturo. Cap. 3. de mola. Walth. V. *pag.* 362.

Idem in *conſiliorum* &c. *conſ.* 10. pro muliere abortiente. *Conſ.* 57. de periodico & ſtatis temporibus facto abortu. *Conſ.* 101. de abortu. Walth. V. *pag.* 377.

J. Liebault vertit & auxit librum J. Marinelli *de infirmitatibus fœminarum*, titulumque fecit *de la ſanté, fécondité & maladies des femmes.* Paris 1570. 8. 1582. 8. 1609. 8. corrigente & augente Lazaro Pe. Deinde Lion 1597. 8. Morbi fœminarum cum numeroſis formulis. Vitia varia & virorum & fœminarum. Nutricum errores varii. Cura puerperarum. Subinde ſuas admiſcet adnotationes. Haller (l).

J. Andr. della Croce in *Chirurgia univerſale* &c. L. V. agit etiam de partu difficili, ubi monet ſe vidiſſe, fœtum ob capitis molem non potuiſſe edi. Haller. V. *pag.* 10.

Adam

(l) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 192.

ADAM LONICER. Ejus *Ordnung für die Hebammen.* FRANKF. 1573. 8. HALLER.

HORAT. AUGENIUS in L. *de embryone petrefacto Senonenſi.* VENET. 1595. de fœmina gravida, cum ſigna partus evanuiſſent, inciſa, in qua aperta uterus gangrænoſus, rectum inteſtinum ulceratum, cum apertura per quam fœtus exierat. HALLER.

Idem in *epiſtolarum* &c. T. II. L. VI. cap. 8. quibus de cauſis abortus fieri contingat. In L. VII. cap. 576. de facilitando partu. WALTHER (Cæſaream ſectionem in mortua fœmina fecit. HALLER). V. *pag.* 427.

ÆMILIUS CAMPOLONGUS, Patavinus, Profeſſor in patria ſchola, Galenicus, a. 1573. ſcripſit *theoremata de humana perfectione* &c. PATAVIÆ 4. Ejus autem *de vermibus, & uteri affectibus, deque morbis cutaneis tractatus* prodiit PARIS. 1634. 4. edente PETRO BORDELOT. Leve certe & inutile opuſculum. Nihil ſerium eſt in conſiliis, quæ dat adverſus partum difficilem. HALLER (m).

VICTOR TRINCAVELLUS in *enchiridii medici* &c. L. XI. cap. 24. de partu difficili.

Idem in *conſiliorum* &c. L. III. *conſ.* 82. de abortu. WALTH. V. *pag.* 378.

DOMINICUS LEONUS in *artis medendi* &c. Sect. III. L. VI. cap. 12. de mola. Cap. 14. de abortu. Cap. 15. de partu difficili. WALTH. V. *pag.* 378.

LAURENTIUS JOUBERT. Ejus *diſcours populaires touchant la Medecine & le regime de ſanté* P. I. & II. BOURDEAUX 1579. 8. 1587. 8. AVIGNON 1586. 12. ROUEN 1601. 8. Italice FLORENT. 1592. Latine ANTWERP. 1600. 8. Pars I. a. 1578. dicata eſt Reginæ MARGARITÆ VALESIÆ. In L. I. Medicina contra vulgi præjudicium defenditur. Alter liber, liberiori quidem ſtylo ſcriptus, pertinet ad generationem. In L. III. de graviditate. In L. IV. de partu. In L. V. de lactatione, quam a matre ſevere exigit (n). Negat oſſa pubis diſcedere ut fœtui viam aperiant, & ſuperſtitioſa aliqua auxilia deridet, quibus mulierculæ parturientes fœminas conantur adjuvare. HALLER. V. *pag.* 631.

OMNIBONUS FERRARI. Ejus *de arte medica infantum* L. IV. *duo de tuenda eorum ſanitate, duo de morbis.* BRIXIÆ 1577. 4. 1598. 4. LIPS. 1615 4. Ejus *de arte medica infantum aphoriſmorum particulæ tres.* BRIXIÆ 1577. 4. WITTEBERG. 1604. 8. Liber VERONÆ datus. In L. I. de nutriendo fœtu agitur. Machina, cujus ope fœmina ſe ipſam exſugat. In L. II. cura pueri modo nati traditur, ubi malles auri folium cum primo lacte non præſcriberet, quo ſagarum maleficia averti putat. Lucernam porro in-

(m) Ibid. pag. 189. (n) HALLER ibid. pag. 132.

infantum ita diſponere docet, ne ſtrabus fiat; morbum jam auctum curat lucerna in oppoſitum latus translata. In L. III. morbos habet etiam externos. Frenulum linguæ non bene jubet lacerare. Calculus veſicæ, herniæ, ambuſta, hydrocephalus internus & externus, ejusque inciſio. In L. IV. porro morbi. HALLER (o).

JOH. RIOLAN in *particularis med. meth.* Sect. IV. tract. 2. agit etiam de mola, abortu, partu difficili, & fœtu mortuo in utero. WALTH. V. *pag.* 378.

JULIUS CÆSAR ARANTIUS in *obſervationibus* meminit partus difficilis ab oſſibus pubis introrſum gibbis. HALLER. V. *tumores.*

NICOL. PISO *de cognoſcendis* &c. L. III. cap. 53. de mola. Cap. 55. de difficili partu. In partu non oſſa pubis hiſcere, ſed coccygem retrorſum cedere. Cap. 56. de fœtus mortui extractione, de ſecundinarum retentione. WALTH. V. *pag.* 379.

RENE' THIONNEAU, medicus. Ejus *hiſtoire etrange d'une femme qui a porté un enfant* 23. *mois & qui enfin a été tiré par le côté os a os.* TOURS 1580. 8. HALLER.

REMB. DODONÆUS in *obſervat. med. rarar.* cap. 49. de mola. WALTH. V. *pag.* 506.

ACHILLES PYRMINIUS GASSERUS, Lindavienſis, medicus Auguſtanus. Ejus *hiſtoria geſtationis fœtus mortui in utero* prodiit cum R. DODONÆI *obſervationibus.* HALLER (p). Conf. *pag.* 9.

FRANCISCUS ROUSSET, medicus, vir inſignis. Ejus *traité nouveau de l'hyſterotomotokie, ou enfantement ceſarien.* PARIS 1581. 8. Latine vertente C. BAUHINO, BASIL. 1582. 8. 1588. 8. *hyſterotomotokiæ* titulo, tum 1592. 8. PARIS 1590. 8. FRANCOF. 1601. 8. cum titulo *exſectio fœtus vivi ex matre viva.* Reperitur etiam in *muliebribus* BAUHINI.

Ejus *aſſertio hiſtorica & dialogus apologeticus pro cæſareo partu.* PARIS 1590. 8. & cum editionibus poſterioribus.

Ejus *ſchema palæocyematis, ſ. lithopædii Senonenſis, i. e. fœtus lapidei viceoctennalis.* PARIS 1590. 8.

Ejus *brevis apologia pro partu cæſareo in dicacis cujusdam chirurguli theatralem invectivam.* PARIS 1598. 8. Poſteriores libellos ſe non legiſſe ait celeberrimus HALLER, ſed principem illam ὑςερoτομοτοκια egregium eſſe laborem, cordate & maſcule ſcriptum, cujus eo ſeculo nihil prodiit ſimile. Primum ad incidendum vivæ matris utrum in difficultate pariendi inſuperabili chirurgorum ſpem erigit, per exempla vulnerum & ulcerum uteri feliciter ſanatorum, ipſius etiam inciſionis uteri ſuperſtite matre inſtitutæ. Modum etiam docet, quo id opus chirurgus adgredi poſſit. Propriam hiſtoriam habet uteri prolapſi, inverſi, vinculo intercepti, exſecti. Uterum cauterio apertum

(o) Ibid. pag. 160. (p) Ibid. pag. 151.

apertum vidit J. ALBOSIUS. Nihil in tota inciſione lædi, cujus violati magnum ſit periculum. Exempla fœtuum, qui intra uterum contabuerunt, & quorum oſſa aut per inciſum uterum, aut per eundem abſceſſu apertum exierunt, gangrænæ demum uteri non feralis, & exciſi uteri exempla. Eſſe, quæ poſt inciſum uterum conceperint, pepererint; per peſſum quæ conceperint. Peſſo poſt ſectionem uteri prolapſum impediri. Gaſtroraphiam veteribus non ignoratam, ſed dudum obſoletam, deinde deſcribit, ut peritonæi ingens a ſectione cæſarea vulnus conſervere poſſit.

Multa huic libro CASPAR BAUHINUS adjecit, vir illuſtris, etſi alio quam ad Chrirurgiam, ſua ſtudia convertit. Primum *appendicem* adjecit, in qua exempla ſectionis cæſareæ in HELVETIA, & decimo jam ſeculo, denique nuper adminiſtratæ: veſicæ absque funeſto eventu læſæ; uteri cum ſuo fœtu contabeſcentis, denique reſecti, extracti per umbilicum fœtus, etiam in vaccis. Peſſi aliqui.

Idem BAUHINUS edidit a. 1586. 4. 3. Vol. *collectionem muliebrium*, in qua MOSCHION, TROTULA, N. ROCHEUS, J. RUFF, MERCURIALIS, J. B. MONTANUS, ALB. BOTTONUS, FR. ROUSSET, ALBUCASIS capita aliqua, & MAURICIUS CORDÆUS reperiuntur. HALLER.

ALBERTINUS BOTTONUS, Profeſſor Patavinus, clinicus, qui magnas divitias conſecutus eſt, a. 1582. ſcripſit librum *de vita conſervanda*, PATAVIÆ 4. Ejus vero *de morbis muliebribus* L. I. prodiit PATAVIÆ 1585. 4. 1588. 4. tum in *collectionibus muliebrium* BAUHINI & SPACHII. Ad morem veterum etiam de prolapſu uteri, & aliis ejus vitiis agit, ut in medicamentis totus ſit. HALLER (q).

J. ALBOSIUS, medicus Senonenſis, *portentoſum lithopædium, ſ. embryum petrefactum urbis Senonenſis* edidit SENON. 1582. 8. recuſum cum FR. ROUSSETI *hyſterotomotokia* BASIL. 1588. 8. AMSTERDAM 1622. 12. tum in BAUHINI & SPACHII *muliebribus*. Acceſſit SIMONIS PROVANCHERII *de eadem re opinio*. HALLER (r), qui fuſius de his dixit in ſua *Bibl. Anat.* T. I. pag. 252. 253.

RENE' BRETONNOYAU. Ejus *la generation de l'homme avec autres œuvres pratiques extraites de l'Eſculape de R. P.* PARIS 1583. 4. HALLER.

JOH. MARQUARDUS in *practicæ theoricæ* &c. L. IV. cap. 14. de mola. WALTH. V. *pag.* 379.

PETR. SALIUS DIVERSUS in *curat. particul.* &c. cap. 22. rubr. 28. de regimine prægnantium. Cap. 29. de cura accidentium prægnantium. WALTH. V. *pag.* 380.

SCÆVOLA SAMMARITHANUS (GAUCHER de S. MARTHE). Ejus *pædotrophia* POEMA 1584. 1623. Gallice verſum a ABELE de S. MARTHE,

(q) Ibid, pag. 235. (r) Ibid, pag. 235.

THE, & excuſum cum titulo *maniere de nourir les enfans à la mammelle.* PARIS 1598. 8. HALLER (s).

JOH. HEURNIUS. Ejus *de graviſſimis mulierum L. & de morbis novis & mirandis hiſtoriæ.* LEID. 1607. 4. Acceſſit *vita auctoris.* HALLER (t). Cap. 6. de mola. Cap. 7. de abortu. Cap. 8. de partu difficili. WALTH. V. *pag.* 380.

MAURITIUS CORDÆUS (des CORDES), Rhemenſis, ex ſchola Pariſina, edidit HIPPOCRATIS *librum de morbis mulierum* PARIS. 1585. fol. recuſum in *gynæceis* BAUHINI & SPACHII. Fuſiſſimus commentarius, cum nonnullis ſed oppido paucis propriis adnotationibus (u). Fœminæ gravidæ ab equo percuſſæ uterus exulceratus eſt; & ſceleton pueri exiit, ſervata eſt tamen fœmina, parcius tantum menſtruata. Collectio ſectionum cæſarearum. HALLER.

JACQUES GUILLEMEAU. Ejus L. *de la groſſeſſe & accouchement des femmes, du gouvernement d'icelles, & moyens de ſubvenir aux accidens qui leur arrivent*, in collectione *operum* anni 1598. PARIS fol. primum apparuit, & ſeorſim deinde prodiit PARIS 1619. 4. 1620. 8. 1643. 8. Anglice *childbirth, the happy delivrance of women*, LONDON 1612. 4. Primus plenus poſt RUFFIUM de puerperio difficili liber. Atreta femina gravida, & iterum, quæ vaginam cicatricibus clauſam habebat; huic ſpeculo vaginæ ita dilatatum fœtus iter, ut feliciter pepererit. Balneo, & oleo ad oſſa pubis illito, promotus partus. Quoties ſanguis uberius erumpit, continuo puer educendus, pedibus comprehenſis, etiamſi caput præceſſerit. Hujus adminiſtrationis exempla dat feliciter ſuſceptæ; tum mortui fœtus, quoties adſtantis chirurgi auxilium repudiaverunt. Si vehementes convulſiones adfuerint, perinde fœtum oportere educere, ex BINETI conſilio. Exemplum lacerati uteri, cum placenta violentius evelleretur. Uncus non admovendus, niſi de morte certi fuerimus. Cultellus ad aperiendum caput hydropicum, aut ventrem. Elapſum humerum gangrænoſum amputat. Caput in utero relictum ut educatur, digito in os dato, admoto unco. Situs fœtus præpoſteri, & neceſſaria auxilia. Nunquam unico pede fœtus educendus. Si pedes & manus una prodierint, pedibus fœtum extrahere oportet, non dirigere in caput. Fœtus cum ſuo amnio in fœminæ utero retentus; ſubinde prolabens ovum eductum. Sectionem cæſaream ſe aliquoties feliciter adminiſtraſſe, ſed in mortua fœmina, nam in vivis quinque fœminis tentatam adminiſtrationem nunquam feliciter ſucceſſiſſe, cum his ipſe auctor manum adhibuiſſet. Inter morbos puerperarum & feminarum huc facit cancer FUCHSII medici Itali arte curatus: eſcharotico medicamento cancrum conſumebat, deinde quod exuſtum erat reſecabat. Prolapſus ani & uteri, peſſi, vulnuſcula a difficili partu accepta. Morbi infantum, etiam chirurgici. Palatum fre-

(s) Ibid. pag. 258. (t) Ibid. pag. 272. (u) HALLER ibid. pag. 193.

frequenter fiſſum vidit, funeſto eventu. Alterum pollicem reſecuit. Male ceſſiſſe frenuli reſectionem. HALLER. V. *pag.* 11.

SIMON PIETRE. Ejus *conſilium I. de facilitando partu. V. de renum abſceſſu.* Ejus *de tumoribus, qui ſpeciem ſtrumæ καρκινώδειος præ ſe ferebant.* PARIS 1585. cum FERNELII *conſiliis.* HALLER.

JOH. CRATO in *conſilior. med.* L. I. *conſ.* 26. de præſervatione a mola. In L. V. *conſ.* 4. de gravidarum & puerperarum regimine. In L. VII. *conſ.* 91. de mola & ſterilitate. WALTH. V. *pag.* 380.

FRANC. CAPOCCIUS. Ejus L. *artis medicæ praxeos de morbis mulierum.* VICETIÆ 1586. 4. HALLER (w).

MARSILIUS CAGNATI in *variis obſervationibus* &c. Oſſa fœtus retenti per anum egeſta. HALLER. V. *pag.* 12.

GEORGIUS BERTINUS in *Medicinæ* L. IV. cap. 10. & L. XII. cap. 21. de mola. WALTH. V. *pag.* 12.

GERVAIS de la TOUCHE. Ejus *la trez haute ſcience de l'art & induſtrie naturelle d'enfanter contre l'imperitie des ſages-femmes.* PARIS 1587. 12. Multas mortes deberi imperitiæ obſtetricum. HALLER.

JOHANNES le BON. Ejus *therapia puerperarum*, in *Gynæciis* BASIL. 1587. 4. & in *collectionibus* SPACHII, & FRANCOF. 1589. 12. GENEV. 1635. 4. PARIS 1661.. Morbi gravidarum, puerperarum, immenſa vis formularum. HALLER (x).

ÆGID. HERON & J. LEURECHON *E. pueri per nutrices nutriendi.* PARIS 1589. 4. HALLER (y).

JAC. TRUNCONIUS de plebe S. STEPHANI. Ejus *de cuſtodienda puerorum ſanitate ante partum, in partu & poſt partum, de curandis eorum morbis ex* HIPPOCRATE, *quousque caninos dentes emiſerint: acc. tractatus de variolis & morbillis, & epiſtola de pravis febribus cum peticulis, quæ a.* 1590. & 1591., *per Italiam vagarunt.* FLORENT. 1593. 4. Obſtetricibus inſtituendis præfectus auctor; agit L. I. de cura gravidarum, & altero de partu. L. III. de infantis in manu nutricis cura. L. IV. morbi infantiles. HALLER (z).

PETRUS FORESTUS in *obſervat. & curat. medicinal* L. XXVIII. *de mulierum morbis.* LEID. 1599. 8. *obſ.* 32. 63. 76. 77. 78. de fœtu mortuo. *Obſ.* 58. de difficultate imprægnationis. *Obſ.* 60. 61. 62. 63. 64. de mola. *Obſ.* 66. de abortu. *Obſ.* 73. de periclitantibus in partu & egregie liberatis. *Obſ.* 76. 79. 80. de ſecundinis retentis. *Obſ.* 81. de dolore poſt partum laborioſum: maximo cum ſucceſſu ſe exhibuiſſe decoctum chamæmeli in cereviſia. *Obſ.* 82. de ſymptomatibus puerperarum. WALTH. V. *pag.* 381.

EUST.

(w) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 267. (x) Ibid. pag. 266. (y) Ibid. pag. 288. (z) Ibid. pag. 209.

Euſt. Rudius in *artis medicæ* L. II. Cap. 48. de mola. Cap. 60. de abortu. Cap. 61. ad partus difficultatem; ad fœtum mortuum. Walth. V. *pag.* 382.

Ambrosius Papen. Ejus *nöthiger Bericht von ſchwangern und gebährenden Frauen.* Magdeburg 1590. 8. Haller.

Hieronym. Capivaccius in *methodo practicæ Medicinæ* &c. L. IV. cap. 7. de mola. Cap. 8. de abortu. Cap. 9. de pariendi difficultate. Walth. V. *pag.* 382.

Hercules Saxonia in *Medicinæ practicæ* L. IV. cap. 30. de mola. Walth. V. *pag.* 362.

Johannes Wittich, Arnſtadienſis. Ejus *tröſtlicher Unterricht für ſchwangere und gebährende Weiber.* Leipz. 1591. 4.

Ejus *von der Unfruchtbarkeit der Weiber.* Ibid. 1594. 4. Haller (a).

Idem in *conſiliis* &c. aliqua habet chirurgici argumenti ad partum difficilem. Haller. *Conſil.* 56. de abortus cauſis. *Conſil.* 57. de præſervatione abortus futuri. *Conſil.* 58. in difficili partu. Walther. V. *pag.* 383.

J. Bauhinus. V. *pag.* 1058.

Saugender kreiſſender Wöchnerinnen Unterweiſung, ſammt einem Verzeichniſs geſunder und ungeſunder Speiſen und Trank. Halæ 1591. 4. Haller (b).

Hieronym. Fabricius in tract. *de operationibus chirurgicis* pag. 97. &c. quo fœtus mortuus ex utero extrahatur; de ſecundinis retentis extrahendis. Walther. Partum Agripparum habet pro vitioſo. Non valde curandum eſſe de retentis ſecundis, nam per anum abſcedere. Haller. V. *pag.* 302.

Guil. Fabricius vulgo Hildanus in *obſervat. chirurg. centuria* I. *obſ.* 67. ex ſcirrho matricis difficultas pariendi, & poſt diuturnos dolores uterus ruptus. In *cent.* II. *obſ.* 50. de abortus cauſa. *Obſ.* 51. de fœtu mortuo ſine ſymptomatibus in utero retento. *Obſ.* 52. de mola fœtum comitante. *Obſ.* 53. de mola aquoſa. *Obſ.* 54. mulier ſeptimo menſe molam enixa, nono menſe fœtum peperit incolumem. *Obſ.* 55. de ingenti mola. (Forceps dentata ad extrahendum fœtum. Haller). In *cent.* III. *obſ.* 57. matrona parturientium doloribus vehementibus correpta intra 24. horas mortua. Walther.

Cum hac *centuria* III. prodiit, teſte Lindenio, Michaelis Doering epiſtola *de nova herniæ uterinæ, atque hanc ſubſequentis partus cæſarei hiſtoria.* Reſponſum ad eam epiſtolam Hildani. Recuſ. in operibus omni-

(a) Ibid. pag. 139. (b) Ibid. pag. 300.

omnibus. Sectionem cæſaream probat. Mors ex ſcirrho uteri, qui partum impedivit. De ſecunda retenta. Ab ea mors. Cum ea uterus evulſus. Fœminæ prægnantis demortuæ uterum utique incidi debere. Vivere ſæpe fœtum maturum etſi mortuus videtur. JOHANNIS MARCHANDET hiſtoria fœtus retenti & putridi per umbilicum exciſi.

Idem FABRICIUS in *obſervat. chirurg. cent.* IV. de utero in partu rupto, cum brachium eſſet elapſum. Ab avulſa ſecunda protractus uterus. Una prodiit *epiſtolarum ad amicos, eorumque ad ipſum centuria.* Uterus in partu ruptus. Fœtus quadriennio geſtatus.

Idem in *cent.* VI. utique oſſa pubis in partu disjungi, & ilium oſſa a ſacro. HALLER. V. *pag.* 274.

LUDOV. MERCATUS. Ejus *gynæciorum L. de mulierum, virginum, viduarum, ſterilium prægnantium, puerperarum & nutricum morbis communibus.* BASIL. 1586. 4. & in BAUHINI *collectione.* Tum MADRIT. 1594. fol. 1604. fol. & in *gynæciis* SPACHII, tum VENET. 1602. FRANCOF. 1608. fol. Fuſiſſimum & verboſiſſimum opus, Tomum IV. conſtituit operum. HALLER (c). V. *pag.* 383.

CHRISTOPHORUS MEURER. Ejus *de mola.* LIPS. 1594. 4. HALLER (d).

BARTH. PERDULCIS (PERDOULX medicus Pariſinus, qui obiit a. 1605.) & PETR. PONÇON *E. lac nutricis puero medicamentum optimum.* PARIS 1595. 4. HALLER (e).

SEVERINUS PINÆUS in libro *de virginitatis & conceptionis notis*, ſive potius in altero libro una edito *de partu naturali mulierum.* PARIS. 1597. 8. coccygem negat quidquam facere ad faciliorem partum, fœtum enim, qui eo pertigit, periculum omne ſuperaſſe: ſed os utique ilium a ſacro, & dextrum os pubis a ſiniſtro divelli. Partum difficilem ſe vidiſſe, ab oſſis pubis præter naturam eminente apophyſi natum. De varietate partuum laborioſorum. Cartilaginem oſſis pubis interpoſitam ante partum moliri. Exemplum luxatorum oſſium pubis & facile mobilium, oſtendente JACOBO d'AMBOISE, medico & chirurgo. HALLER.

FELIX PLATERUS. Ejus *de mulierum partibus generationi dicatis: acceſſerunt curationes aliquot affectuum partibus his accidentium.* In *gynæciis* SPACHII reperitur, nam in BAUHINIANIS icones quidem genitalium partium reperiuntur, non vero morbi. HALLER (f).

Idem in tract. *de doloribus* cap. 13. de doloris poſt partum cura.

Idem in *obſervationum* &c. L. I. pag. 211. &c. Fœtus in partu mortuus, & in matre vivente per quinque menſes retentus; fœtus mortuus matre vivente exſectus. Partus mortuus viva matre conſumtus. In L. III pag. 608.

(c) Ibid. pag. 185. (d) Ibid. pag. 303. (e) Ibid. pag. 319. & 375. (f) Ibid. pag. 252.

698. &c. de mola; de variis abortus cauſis, de regimine puerperarum & fœtus. WALTH. V. *pag.* 385.

ISRAEL SPACHIUS. Ejus *gynæciorum libri*, in quibus LUDOVICI MERCATI & M. AKAKIA *muliebria* acceſſerunt ad *gynæcia* BAUHINI, prodierunt ARGENTOR. 1597. fol. HALLER.

DAVID HERLIZ, Zizenſis. Ejus *de cura gravidarum oder gründlicher Unterricht von den ſchwangeren Frauen, Kindelbetterinnen, was ihnen vor und nach der Geburt zu wiſſen vonnöthen ſey, dadurch ſie für allerley Krankheiten verwahret werden können. It. von etlichen beſchwerlichen Gebrechen junger Kinder.* LEIPZ. 1597. 8. Alt STETTIN 1610. 4. 1612. 4. 1618. 4. MAGDEB. 1613. 4. Latine *de cura providarum puerperarum & in partu.* ANCLAM 1584. 8. 1623. 4. STETTIN 1628. 8. HALLER (g).

THOM. FIENUS *de præcipuis artis* &c. L. VIII. pro partu cæſareo. HALLER. V. *pag.* 591.

JACOBUS MARCHANT. Ejus *declamatio in* FRANCISCI ROSSETTI *apologiam de cæſareo partu.* PARIS. 1598. 8. HALLER.

Tröſtlicher Unterricht für ſchwangere und gebährende Weiber. LEIPZIG 1598. . HALLER. (An opus eſt JOHANNIS WITTICH *pag.* 1106.)

FRANCISCUS PUEZ CASCALES. Ejus *de morbis puerorum.* MADRIT. 1600. 4.

Ejus *de affectibus mulierum, una de morbo vulgo garottillo & duabus quæſtionibus de gerentibus utero & de faſciatione.* Ibid. 1666. 4. HALLER (h).

FRANCISCUS RANCHIN in *opuſculis medicis* habet tractatum *de morbis puerilibus.*

Ejus *tractatus duo poſthumi*, quorum prior eſt *de morbis ante partum, in partu & poſt partum.* LION 1645. 8. De partu difficili aliqua; de fœtus extractione, & pro partu cæſareo, etiam in viva matre tentando. HALLER. V. *pag.* 315.

JOH. SCHENK in *obſervationibus raris* &c. etiam de partu difficili. Partus cæſareus. Copioſi peſſi. Uteri exciſi exempla. HALLER. V. *pag.* 16.

TOBIAS CNEULIN in iisdem SCHENKII *obſervationibus* &c. de partu difficili ab elapſo brachio.

PETR. QUENZ, Friburgenſis Helvetus, ibid. de oſſis per abſceſſum uteri felici eventu elapſis.

LAU-

(g) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 237. (h) Ibid. pag. 338.

LAURENTIUS SCHOLZ ibid. In fœmina orthoſtadia uterus & veſica lapidea.

ESAIAS MEICHSNER ibid. Uterus exciſus.

J. FRANCIS. HILDESIUS (HILDESHEIM) ibid. exempla uteri exciſi. HALLER.

ALEXANDER MASSARIA. V. *pag.* 384.

JOH. JESSENIUS in *inſtitut. chirurg.* ſect. III. cap. 15. de fœtus vivi & mortui extractione. Cap. 18. de fœtus vivi & mortui exſectione; de extractione ſecundinarum. WALTH. V. *pag.* 384.

J. ZECCHIUS in *conſult. med.* &c. *conſ.* 68. de ſecundinis relictis. (Secundas reſides borace vult expellere. HALLER.) *Conſ.* 86. & 94. de abortu. WALTH. V. *pag.* 384.

ANDR. CÆSALPINUS in *ſpeculi artis medicæ* &c. L. VIII. cap. 10. de ſignis conceptionis & regimine. Cap. 13. remedia ad molam. Cap. 14. & 15. abortus cauſæ, ſigna, & præſervatio. Cap. 17. de partu difficili. Cap. 18. de cura parturientium. Cap. 19. remedia ad ſecundinas expellendas. WALTH. V. *pag.* 384.

FRIDERICUS BONAVENTURA, Urbinas. Ejus *de natura partus octimeſtris adverſus vulgarem opinionem libri* X. FRANCOF. 1601. fol. Sed priorem editionem dari merito ſuſpiceris, cum VENETIIS jam a. 1600. fol. eodem cum titulo prodierit compendium eorum, quæ libris decem de eadem quæſtione diſputantur. Cæterum in immenſo opere noſter paſſim alias pathologicas & clinicas partes artis medicæ adtingit. In L. IX. agit de abortu. HALLER (i).

GUIL. LESCAILLON & ROMAN du FEU *non E. nutricis menſtruatæ lac infanti ſanum.* PARIS. 1601. 4. HALLER (k).

JOH. HILTEBRAND. Ejus *Unterweiſung für die Hebammen und ſchwangeren Frauen.* INGOLSTATT 1601. 4. HALLER.

SCIPIO de MERCURIIS (MERCURIO) Romanus, ARANTII diſcipulus, peregrinator, ad magnum ſenium pervenit. Ejus *degli errori popu-lari d'Italia.* VENEZIA 1603. 4. Senis facundum & verboſum opus. In L. V. errores prægnantium & parturientium. In L. VI. errores obſtetricum, nutricum, & eorum, qui puerorum curam gerunt. FLORENTIÆ puero ſemper, uti natus eſt, nucham aduri, ad epilepſiam avertendam. HALLER (l). Conf. *pag.* 508.

Ejus *la commare o ricoglitrice.* VENEZIA 1604. 4. 1607. 4. 1620. 4. MILANO 1618. 8. Auctius VENET. 1642. 4. cum tr. *de coloſtro*; tum VERON. 1642. 4. 1652. 4. 1662. 4. Germanice vertente (& augente ac emendante) GODOFREDO WELSCH *Kindermutter oder Hebammenbuch* LIPS. 1652. 4. WITTEBERG 1671. 4. Auctor ARANTIUM anno 1568. audive-

(i) Ibid. pag. 345. (k) Ibid. pag. 349. (l) Ibid. pag. 264.

diverat, a. 1571. in GALLIA peregre abfuerat, inde PATAVII vixit, tum PESCARIÆ & CENTUM VALLIBUS. Partus difficiles figuris exprimit: in caput dirigere jubet, etiam quando pes præivit, partumque, in quo pedes præcedunt, habet pro valde difficili, neque utroque pede fœtum extrahit, niſi quando omnino non poteſt aliter. Partuum cæſareorum felicium exempla refert, quem commendat & deſcribit. Fœminas poſt eum partum concepiſſe & peperiſſe. Varia alia mala fœminarum & puerorum. Verboſus auctor. Editor VELSCHIUS non inutilia addidit, ruptæ etiam vaginæ exemplum. Conſilium impoſſibile repudiat, quo obſtetrix fœtum jubetur in caput dirigere, & pedibus ſuadet extrahi. HALLER.

RODER. a CASTRO, Luſitanus, ex ſchola Hiſpanica, qui HAMBURGI medicinam fecit. Ejus *de univerſa mulierum* (m) *medicina opus abſolutiſſimum* L. IV. HAMBURG 1603. fol. 1604. fol. COLON. 1603. fol. 1662. 4. Omnino diverſum opus eſt a STEPHANI RODERICI Caſtrenſis opere *de natura muliebri*. Galenicus ſcriptor multas cum MERCATO lites agitavit. Superſtitioſus idem, qui feneſtris apertis partum hærentem ſperet expediri. HALLER (n). Pars II. huc ſpectat, quæ practica eſt, & in qua agitur de atretis, de morbis uteri, de partu difficili, de cæſareo partu, de mammarum malis. HALLER.

CLAUD. DEODATUS in *panthei* &c. L. III. cap. 26. de uteri affectibus: medicamenta partum facilitantia. WALTH. V. *pag.* 385.

MARCUS ANTONIUS ULMUS. Ejus *uterus muliebris*, *de indiciis cognoſcendi temperamenta uteri vel partium genitalium mulieris* L. I. BONON. 1603. 4. HALLER (o).

ZACHAR. BELIN a BELLEFORT. Ejus diſp. *de ſterilitate mulierum*. BASIL. 1604. 4. HALLER (p).

JUL. CÆSAR CLAUDINUS in *empiricæ rationalis* &c. L. IV. tract. 2. parte 2. cap. 2. de mola. Cap. 3. 4. de abortu & cura gravidarum. Cap. 5. 6. de partu vitioſo difficili. Cap. 8. de torminibus a partu. Cap. 9. de cura puerperarum. WALTH. V. *pag.* 386.

JOH. VARANDÆUS. Ejus *de morbis mulierum* L. III. a PETRO JANICH editi HANAU 1619. 8. GENEV. vel MONSPEL. 1620. 8. Gallice vertente J. B., PARIS 1666. 8. HALLER (q). In L. II. cap. 3. 4. de regimine gravidarum. Cap. 5. de mola. Cap. 6. de abortu. Cap. 7. de partu difficili; de fœtu mortuo; de doloribus poſt partum; de ſecundinarum retentione. WALTH. V. *pag.* 1014.

JOH.

(m) Confer *pag.* 363. ubi ex Bibliotheca HALLERI chirurgica ſcripſi: *de univerſa morborum medicina*, ſed video nunc errorem eſſe typi. (n) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 320. (o) Ibid. pag. 363. (p) Ibid. pag. 369. (q) Ibid. pag. 386.

JOH. HUCHER, Cancellarius Univerſitatis medicæ Monſpelienſis. Ejus *de ſterilitate utriusque ſexus* L. IV. GENEV. 1609. Acceſſit L. I. *de diæta & therapeia puerorum.* Ibid. 1610. 8. HALLER.

THEOD. BARONIUS *de operationis mejendi* &c. L. II. pedibus fœtum optime extrahi. Incontinentiam urinæ partui laborioſo ſæpe vidit ſucceſſiſſe. HALLER. V. *pag.* 435.

JOH. HIERONYM. PULVERINUS in *Medicinæ practicæ* &c. cap. 93. de mola. Cap. 95. de abortu. Cap. 96. de difficili partu. WALTH. V. *pag.* 435.

PETR. PIGRAUS in *epitome* &c. fœtum optime pedibus extrahi. HALLER. V *pag.* 17.

LOUISE BOURGEOIS, deinde BOURSIER, obſtetrix regia. Ejus ſunt *obſervations divers ſur la ſterilité, perte de fruit, maladies des femmes & enfans nouveaux nés.* PARIS 1609. 8. 1626. 8. 1642. 8. Germanice FRANCOF. vel HANAU 1628. 8. Belgice DELFT. 1658. 8. Liber II. prodiit PARIS 1642. 8. L. III. Ibid. 1644. 8. ſed privilegium eſt anni 1625. Ordinem non laudes, neque nimiam, quam arcanis medicamentis tribuit fidem: in encheireſi etiam parcior eſt. Non ideo nihil laudes. Experta enim mulier, neque inficeta, eventus rariores non paucos adnotavit, conſilia dedit minime mala, PARÆI uſa lectionibus. Tactu ad explorandam graviditatem utitur, non tamen ſatis curioſe. Conſilium ei tribuit J. ASTRUC, quod ex primis dederit, ut continuo fœtus educatur, quando ſanguinis de utero jactura urget. Non rumpendas membranas, ut aquæ emittantur, neque extrahendas ſecundas, niſi periculum adſit. A rudiori deligatione ulcus uteri. A faſciis capita puerorum PARISIIS longiora reddi. Ut brachium trahat puer, frigida imbuendus. Inter malos ſitus peſſimus eſt, in quo umbilicus procedit. A lapſu dilatatum os uteri. Multa de abortu. Herniam uterinam vidit. Calculum de veſica ipſa extraxit, tenacula uſa. Umbilicum nodo conſtrictum vidit. Hæc in primo libro. In L. II. obſervationes rariores. Fœtum brachium de utero emiſiſſe, retraxiſſe, duobus ab inde demum menſibus partu fuiſſe editum. Ab imperito chirurgo interfecta unco mater. Lithopædium Senonenſe vidit. Mors a *falſo germine* partum impediente. Cæterum fere in medicamentis tota eſt.

Ejus *apologie contre le raport des medecins.* PARIS 1623. 8. Germanice FRANCOF. 1629. 4.

Ejus *le ſecrets de L. BOURGEOIS.* PARIS 1635. 8. Secreta ſunt ad omnis generis morbos, adque alias artes & rem coquinariam.

Ejus *inſtruction pour ma fille.* PARIS 1642. 8. De regenda valetudine fœminarum, prægnantium, puerperarum. HALLER.

RUDOLPH. GOCLENIUS in *Experimentirbuch* &c. cap. 54. de fœtu interficiendo. Cap. 87. partum facilitantia. WALTH. V. *pag.* 352.

GUIL. LUSSON & SYMPH. HAUTIN *E. mola ſui ablationem indicat.* PARIS 1609. 4. HALLER (r).

TOBIAS TANDLER. V. *pag.* 852.

HENNINGUS ARNISÆUS, Profeſſor Helmſtadienſis & inciſor, inde Profeſſor Hafnienſis, in *obſervationibus aliquot anatomicis* FRANCOF. ad VIADR. 1610. 4. 1641 12. inque *diſquiſ. de partus humani legitimis terminis* FRANCOF. 1611. 12. habet de partu, deque hiſcentibus offium pubis & ilium aliqua. HALLER.

DANIEL SENNERTUS in *Medicinæ practicæ* L. IV. WITTEBERG 1631. 4. 1648. 4. PARIS 1633. 4. morbos mulierum, etiam mammarum, puerperii & infantum habet. HALLER (s). V. *pag.* 17.

JACQUES FONTAINE. Ejus *deux paradoxes apartenans à la Chirurgie, le premier contenant la façon de tirer les enfans du ventre de leur mere par la violence extraordinaire. L'autre eſt ſur l'uſage des ventricules du cerveau.* PARIS 1611. 12. Jubet pedibus fœtum extrahere. HALLER.

JEAN MARCHANDET. Ejus *hiſtoire memorable advenue en Franche-Comté, d'une femme qui a produit un enfant par le nombril aprez avoir porté 25. mois & demi.* LION 1611. 12. HALLER.

MICH. DOERING. Ejus *de herniæ uterinæ atque hanc juſto tempore ſubſequentis partus cæſarei hiſtoria.* WITTEBERG 1612. 4. HALLER. Conf. *pag.* 1106. apud GUIL. FABRICIUM.

J. RUD. SALZMANNUS. Ejus *epiſtola ad* HORSTIUM *de fœmina, cui, cum nequiret parere, ab obſtetrice rupta rudi adtrectatione vagina eſt, ſanata tamen*; hiſtoriola ſuſpecta videtur. Ita HALLER. V. *pag.* 711.

WOLFG. GABELCHOVERUS in *curat. medicar. centuria* I. *cur.* 88. de abortu. *Cent.* II. *cur.* 7. ſymptomata varia abortum infecuta. *Cent.* III. *cur.* 68. abortus cum magno profluvio ſanguinis. WALTHER. V. *pag.* 352.

THOMAS COBER. V. *pag.* 752.

GREGORIUS HORST (idem qui *pag.* 1100. apud MARCELL. DONATUM.) Ejus *obſervationum medicinalium L. quatuor poſteriores de morbis mulierum, morbis contagioſis & malignis, doloribus partium externarum & chirurgicis caſibus.* ULM. 1628. 4. NÜRNBERG 1637. 4. HALLER (t). V. *pag.* 276.

JOACHIM OELHAFEN. Ejus *de partibus abdomine contentis.* GEDAN. 1613. 4. Uterus ex hernia gravidæ elapſus, fœtus feliciter exciſus. HALLER.

THEOD.

(r) Ibid. pag. 411. (s) Ibid. pag. 392. (t) Ibid. pag. 380.

Theod. Collado in *adverſariis* &c. cap. 86. de partu difficili. Cap. 87. de ſecundinis morantibus. Walth. V. *pag.* 353.

Petrus Paauw in *primitiis anatomicis* &c. coccygem in partu retrorſum cedere. Non diſcedere pubis oſſa in partu, niſi violentus ſit. Haller. V. *oſſ. morb.*

J. Andr. Cammerer. Ejus *Bericht wie ſich ſchwangere Weiber zu verhalten.* Nurnberg 1615. 8. Haller (u).

Christoph. Funccius. Ejus diſp. *de ſterilitate muliebri.* Basil. 1615. 4. Haller (x).

J. Maunoir & Rob. Tulloue *E. ex teneſmo abortus.* Paris 1615. 4. Haller (y).

Guil. Ballonius in *conſiliorum* &c. L. II. *conſ.* 35. de abortu. *Conſ.* 42. ad facilem uteri geſtationem. *Conſ.* 100. de mola. *Conſ.* 102. ad impediendum abortum. Walth. V. *pag.* 387.

Ejus L. *de mulierum & virginum morbis.* Paris 1643. 4. Vix quidquam ad Chirurgiam facit, præter caput de uteri prolapſu. Haller.

Franciscus Joel. Ejus *operum omnium* T. IV. *ſ. practicæ* L. V. VI. VII. VIII. IX. X. *de morbis hepatis, renum, veſicæ, genitalium, mulierum, puerorum, & externarum partium* edente Matthæo Bacmeister, Profeſſore Roſtochienſi. Lauremburg. 1622. 4. Haller (z). V. *pag.* 18.

Theod. Corbæus in *pathologiæ* &c. L. II. ſect. 4. cap. 33. de mola; de partu difficili. Cap. 35. de abortu. Walth. V. *pag.* 315.

Henr. Petræus in *Handbüchlein* &c. tract. 10. cap. 15. de partu difficili; de ſecundinis & fœtu mortuo extrahendo. Walth. V *pag.* 18.

Lazar. Riverius in *praxis medicæ* &c. L. XV. cap. 16. de morbis gravidarum. Cap. 18. de partu difficili. Cap. 23. de torminibus a partu.

Idem in *obſervat. centuria* I. *obſ.* 93. de partu difficili. Walth. V. *pag.* 388.

In *quæſtionibus medicis* Monſpeliens. a. 1617. 4. Laur. Couan an in biennali gravidarum geſtatione cæſarea ſectio. Haller.

Melch. Sebiz in *manualis* &c. T. II. parte 5. ſect. 4. cap. 2. de iis, quæ gravidis ante partum eveniunt; de cauſis difficilis partus. Cap. 4. &c. ad aquarum effuſionem, ad ſanguinis profuſionem, ad partum difficilem,

(u) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 447. (x) Ibid. pag. 447. (y) Ibid. pag. 449. (z) Ibid. pag. 285.

lem, ad infirmitatem infantis in utero, ad abortum, ad molam. WALTH. V. pag. 364.

Ejus *hiſtoria fœminæ, quæ ventrem ſupra modum tumidum geſtavit ultra decennium & tum hydrope uterino, tum molis carnoſis 76. fuit conflicta-ta.* ARGENT. 1627. 4. (a).

AMANDUS POLANUS. Ejus *quæſtio, num chirurgo liceat ſalva conſcientia fœtum enecare ut matrem ſervet,* prodiit cum HILDANO, OPPENHEIM 1619. 4. HALLER.

CHR. FINK. Ejus diſp. *de ſterilitate muliebri.* HELMST. 1619. 4. HALLER (b).

GABRIEL ILDEFONSUS. Ejus *de viri & fœminæ comparanda fœcunditate.* VILLA BRANIANA 1620. 4. HALLER (c).

HERMANNUS CORBEUS. Ejus *gynæciorum, ſ. de cognoſcendis, præcavendis curandisque præcipuis mulierum adfectibus* L. II. FRANCOF. 1620. 8. HALLER.

CHARLES GUILLEMEAU, chirurgus, JACOBI filius. Ejus *tr. des abus qui ſe commettent dans les procedures de l'impuiſſance des hommes & des femmes.* PARIS 1620. 8. cum patris *tr. des accouchemens.* Contra congreſſum; rem turpiſſimam & inutilem eſſe, cum in fœmina exoſa nemo vir ſit: ad paternum etiam librum morbos aliquos adjecit. HALLER (d).

DAV. STEGMANN. Ejus *de difficultate partus.* BASIL. 1620. 4. HALLER.

PAULUS ZACCHIAS in *quæſt. medico-legal.* L. III. tit. 2. *quæſt.* 9. mulierem peperiſſe, aut abortum feciſſe, quomodo cognoſci poſſit. Tit. 3. *quæſt.* 10. prægnatio ſimulata quomodo cognoſcenda. *Conſ.* 2. de graviditatis ſignis. *Conſ.* 90. de partu difficili. In L. IV. tit. 6. *quæſt.* 7. de erroribus commiſſis circa abortum. Tit. 11. *quæſt.* 12. de erroribus obſtetricum. In L. VIII. tit. 2. *quæſt.* 4. ſectio cæſarea quatenus admittenda. WALTH. V. *pag.* 599.

EPIPH. FERDINANDUS in *centum hiſtoriis* &c. Mater & fœtus perierunt, cum manus præiviſſet, & repoſita fuiſſet, partusque naturalis ſucceſſiſſet. HALLER. V. *pag.* 354.

ANT. ROBIN & EL. BEDA *E. lac nutricis a viri conſuetudine deterius.* PARIS. 1621. 4. HALLER (e).

HENR. ab HEERS in *obſervat. med.* &c. *obſ.* 14. fœtus caput in cauda ex nimia tractione obſtetricis in utero relictum. *Obſ.* 15. de abortu. WALTH. V. *pag.* 364.

JAC-

(a) Ibid. pag. 417. (b) Ibid. pag. 489. (c) Ibid. pag. 492. (d) Ibid. pag. 493. (e) Ibid. pag. 501.

Jacques Bury, chirurgus. Ejus *le préſervatif de l'homme, & ſecours des femmes en travail d'enfant.* Paris 1623. 8. cum figuris. Nihil habet proprii. De ſterilitate ejusque cauſis & curatione, victu gravidarum & puerperarum, abortu impediendo, medicamentis partum promoventibus, lacte augendo, nonnullis puerorum curandis morbis. Haller (f).

Petr. Girardet & Jac. Jouvain *E. prægnantibus duriores mammæ præſtant gracilibus.* Paris 1623. 4. Haller (g).

Philipp. Hoechstetter in *raris obſervationibus* &c. exemplum ſectionis cæſareæ, mortuo fœtu, feliciter perfectæ. Haller. V. *pag.* 19.

J. Rudolph. Camerarius in *ſylloges memorabilium* &c. *centuria* XX. *part.* 50. fœtus in utero putrefactus excluſus per abdominis fiſtulas. *Part.* 51. fœtus excluſus per apoſtema umbilici. *Part.* 52. fœtus excluſus per vulnus circa regionem umbilici. *Part.* 53. fœtus excluſus paulo ſupra inguina. *Part.* 54. fœtus excluſus per anum. Alberti. V. *pag.* 19.

Louis de Serres. Ejus *diſcours de la nature, cauſes, ſignes de la conception & de la ſterilité.* Lyon 1625. 4. Haller (h).

Phil. Salmuth in *obſervationibus medicis* &c. Uterus in partu ruptus. Haller. V. *pag.* 442.

Arnold. Weickhardus in *pharmacopœa* &c. L. I. cap. 19. de affectibus matricis: de regimine prægnantium; de partu difficili, de fœtu mortuo; de partu cæſareo. Walth. V. *pag.* 389.

David Halez. Ejus *curatio gravidarum, puerperarum & infantum.* Stettin 1628. 8. Haller.

Petr. Pijart. & Nic. Heliot *E. lac recens recenti puero bonum.* Paris 1628. 4. Haller (i).

Laurentius Straus, Profeſſor Gieſſenſis. Ejus diſp. *de ſuffocatione uterina.* Giess. 1628. 4.

Ejus *reſolutio obſervationis ſingularis Muſſipontanæ fœtus extra uterum in abdomine retenti tandemque lapideſcentis.* Darmstadt 1661. 4. In hoc fœtu, quem poſteriores ſcriptores in dubium revocaverunt, illuſtrandum tota ſcriptorum cohors incubuit. Noſter analoga exempla collegit, fœminæ etiam, quæ exiguum embryonem peperit, ſed involucro adeo duro & ſpiſſo tectum, ut vix novacula dividi poſſet. Adjectæ ſunt Conringii, Fausii, Sebizii, C. Sponii, J. G. Volcameri ſen, J. M. Hoffmanni, J. Jac. Wepferi, G. Segeri diſſertationes, & uberior J. Dan. Horstii.

(f) Ibid. pag. 515. (g) Ibid. pag. 517. (h) Ibid. pag. 541. (i) Ibid. pag. 568.

Rediit integra *collectio ſ. hiſtoria Muſſipontani extra uterum in abdomine reperti & lapideſcentis.* FRANCOF. 1669. 4. nunc cum integris libellis ANTONII DEUSING *ſecundinis & vindiciis*, HONORATI MARIÆ LAUTIER, demum J. CHRISTOPH. EISENMENGER, ſcriptis, quo noviſſimo libello etiam exemplum uteri hydropici perfecte clauſi, & ſteatoma enorme ovarii deſcribitur. HALLER (k).

ALF. a CARANZA. Ejus *de partu naturali & legitimo* &c. LION 1629. 4. HALLER. Vide *Bibl.* HALLERI *anatom.* pag. 367.

ZACUTUS LUSITANUS *de medicorum princip. hiſt.* T. I. L. III. *hiſt.* 15. de mola. *Hiſt.* 17. de fœtu mortuo & putrido. In T. II. L. III. cap. 15. de regimine prægnantis. Cap. 18. de regimine puerperarum. Cap. 19. de ſecundina relicta. Cap. 20. de torminibus a partu. In L. V. cap. 16. de mola, *Obſ.* 3. mola in utero duodecim annos perdurans.

Idem in *praxis medicœ admirandæ* L. II. *obſ.* 144. de gravidarum cura. *Obſ.* 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. de mola. *Obſ.* 157. 158. remedia ad partus facilitandum. *Obſ.* 163. fœtus mortuus peſſario appoſito foras excluſus. *Obſ.* 164. fœtus mortuus putridus fruſtulatim poſt duodecim annos excluſus. WALTH. V. *pag.* 389.

JACOB. PRIMEROSIUS in *enchiridii medico practici* &c. Parte II. agit de abortu, mola, partu difficili, ſecundinis retentis, torminibus poſt partum.

Ejus *de mulierum morbis & ſymptomatibus libri* V. ROTERD. 1655. 8. In L. IV. agit de prægnantium regimine, difficili partu, mola, abortu, fœtu mortuo, de regimine puerperarum, ſecundinarum retentione, de dolore a partu. WALTH.

Ejus *de morbis puerorum partes* II. ROTERD. 1659. 12. V. *pag.* 443.

DANIEL WINKLER. Ejus *animadverſiones in l. de vita fœtus in utero . . . fœtum matre mortua vivum ex ventre matris eximi poſſe, neque concedendum, ut fœmina gravida ſepeliatur, priusquam an vivus an mortuus ſit, exploratum fuerit.* JENÆ 1630. 4. HALLER (l).

JOH. TERIERT & GERM. PREUX *E. nutrix menſtrualis mutanda.* PARIS 1631. 4. HALLER (m).

MARC. AUR. SEVERINUS in *therapeut. Neapolit.* agit etiam de mola, & de partus difficultate. HALLER. V. *pag.* 444.

FR. BLONDEL & JAC. BARELIER *E. primi partus vivaciores.* PARIS 1632. 4. HALLER (n).

NICOLAUS FONTANUS (FONTEYN), medicus, & anatomes Profeſſor Amſtelodamenſis. Ejus *aphoriſmi* HIPPOCRATIS. Acc. l. *de extractione fœtus mortui per uncum.* AMSTERDAM 1633. 12.

Ejus

(k) Ibid. pag. 568. (l) Ibid. pag. 586. (m) Ibid. pag. 596. (n) Ibid. pag. 601.

Ejus *obſervationum rariorum analecta.* Ibid. 1641. 4. Refert etiam de utero prolapſo, & ſphacelo corrupto, exciſo, felici eventu. HALLER.

JOH. WALÆUS in *Medicinæ practicæ* L. II. de uteri affectibus. WALTH. V. *pag.* 390.

JOH. GALLEGO della SERNA in *operibus phyſico-medico-ethicis* agit etiam de pariendi modo, de obſtetricum officio, de puerorum alendorum ratione & ſanitate, de communi puerorum educandorum ratione. HALLER. V. *pag.* 444.

WOLFG. HOEFER in *Herculis medici* &c. L. VII. de morbis mulierum & infantum. WALTH. V. *pag.* 390.

FRANCIS. THEVENIN in *œuvres* &c. partum cæſareum commendat. HALLER. V. *tumores.*

J. de VIANA, Giennenſis. Ejus *antidotum faſciculi aromatum in ſubſidium puerperarum, ubi agitur de odore, uteri ſuffocatione* &c. MILANO 1636. 4. HALLER (o).

THEOPHILUS RAYNAUD. Ejus *tract. de ortu infantum contra naturam per ſectionem cæſaream.* LION 1637. 8. 1640. 8. HALLER.

JOH. van BEVERVYK in L. *idea medicinæ veterum* agit etiam de partu difficili. HALLER. V. *pag.* 22.

PETRUS NUNNEZ, medicus Complutenſis. Ejus *libro del parto humano, en el qual ſe contienen remedios utiles y novales para el parto dificultuoſo de las mugeres, con otros muchos ſecretos a ello pertinencientes y a las enfermidades de los ninnos.* SARAGOSSA 1638. 8. HALLER.

PHIL. GRULING. Ejus *tract. von Kinderkrankheiten.* NORTHAUSEN 1660. 4.

Ejus *tract. von Weiberkrankheiten.* TREWIUS, ſed auctorem vocat PHIL. GERH. GRULING; tum 1680. 4. LEIPZ. 1720. 4. HALLER.

Idem in *Medicinæ practicæ* L. IV. parte 4. cap. 3. de abortu, de fœtus mortui expellendi ratione. Cap. 4. de partu difficili. WALTH. V. *pag.* 391.

QUIRIN le VIGNON & ROB. de BONNAIRE *E. matris lac nonnihil vitioſum quolibet altero infanti ſalubrius.* PARIS 1638. 4. HALLER (p).

JOH. RHODIUS in *obſervat. med.* os coccygis a partu luxatum ipſe reſtituit. HALLER. V. *pag.* 447.

HIERONYMUS AYALA, chirurgus, novam editionem auctam curavit, tractatum primum *del parto* D. FRANCISCI NUNNEZ, alterum *de las enfermidades de los ninnos; el tratado de Cirurgia ſacado de la Cirurgia univerſal del Lic.* JUAN FRAGOSO, VALENTIA 1639. 4. MADRIT 1724. 4. HALLER.

(o) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 616. (p) Ibid. pag. 640.

THEOD. TURQUET de MAYERNE. Ejus *ſyntagmatis praxeōs medicæ* P. I. LOND. 1690. 8. GENEV. 1692. 12. AUG. VIND. 1691. 8. in qua editione acceſſit *libellus de cura gravidarum & partu difficili* ex M. S. bibliothecæ GEORGII H. WELSCHII. Gallice LION 1693. 8. (q). Cum morbi omnes a capite ad calcem recenſentur, etiam intercedunt chirurgici argumenti aliqua. Eſt in viro aliquid empirici, ſed de meliori tamen nota. De partu difficili nihil habet valde utile. HALLER. V. *pag.* 1016.

GODOFREDUS MOEBIUS, Lauchenſis, Profeſſor Jenenſis, maximum potiſſimum diſputationum numerum edidit. Ejus diſp. *de mola uterina.* JEN. 1641. 4. Poſt infantem edita mola ventriculo ovillo ſimilis, quæ alterne ſe dilataret & conſtringeret.

Ejus *de ſterilitate.* Ibid. 1650. 4. HALLER (r).

NICOL. TULPIUS in *obſervat. med.* L. IV. cap. 40. de fœtu mortuo fruſtulatim per alvum excreto. ALBERTI V. *pag.* 22.

J. LAUR. WEISSENBERGER. Ejus diſp. *de ſterilitate.* LEID. 1641. 4. HALLER (s).

GEORG. ABRAHAM MERKLIN, Winſhemienſis, in *Eph. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* VIII. *obſ.* 49. retulit de fœmina, quæ officula cum multa putredine ſubinde per uterum edidit. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 184. ſecundinæ quadrageſimo demum die fruſtulatim expulſæ. *Ann.* VI. *obſ.* 218. Conceptio & felix puerperium cum menſes tamen emanſiſſent. HALLER (t).

GUERNER ROLFINK. Ejus diſp. *de mola.* JEN. 1662. 4.

Ejus *de partu difficili.* Ibid. 1666. 4.

Idem tres molas inſtrumentis ferreis extraxit (u).

Idem in *anatomicis diſp.* partum cæſareum molitus eſt eventu minus felici. HALLER. V. *pag.* 860.

J. BENED. SINIBALDI in γενεανθρωπεια &c. agit etiam de uteri morbis, de mola, monſtris, gravidarum regimine. HALLER. V. *pag.* 359.

PETRUS de CASTRO, Avenionenſis. Ejus *il coloſtro diſcorſo* prodiit cum ultimis SCIPIONIS MERCURII editionibus VERON. 1642. 4. 1652. 4. Morbos varios percurrit infantum. HALLER (x).

NIC. MATTHIEU & J. GARBE *non E. pulticula infantibus ſalubris.* PARIS 1643. 4. HALLER (y).

THOMAS BARTHOLINUS in *hiſtor. anatom. centuria* I. *hiſt.* 12. fœtus in utero exſiccatus. *Hiſt.* 97. mola in utero puellæ ulceroſa. In *cent.* II. *hiſt.* 8. partus cæſareus mirabilis. *Hiſt.* 91. uteri ablatio lethalis. In *cent.* III. *hiſt.* 1. abortus cum mola. *Hiſt.* 87. de partu difficili. In *cent.* IV. *hiſt.* 57. abor-

(q) HALLER Ibid. pag. 359. (r) Ibid. pag. 647. (s) Ibid. pag. 676. (t) Ibid. pag. 678. (u) MOEBIUS *de mola uterina.* (x) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 683. (y) Ibid. pag. 693.

abortus revocatus. *Hiſt.* 84. de mola. In *cent.* V. *hiſt.* 39. de ſecundinarum extractione. *Hiſt.* 78. fœtus mortui ſigna. In *cent.* VI. *hiſt.* 83. fœtus mortui expulſio violenta. *Hiſt.* 92. fœtus extra uterum in abdomine repertus. WALTH.

Ejus *de ſecundinarum retentione.* HAFNIÆ 1657. 4.

Ejus *de ſecundinarum extractione.* Ibid. 1657. 4.

Ejus *de inſolitis partus humani viis.* Ibid. 1664. 4. Opuſculum natum eſt ex peculiari morbo fœminæ Zeelandicæ, cui poſt annos octodecim fœtus retentus de abſceſſu hypochondrii exiit. Multos ſimiles eventus noſter collegit, de partu per ilia, per aurem, & ſi diis placet, per os. Ad obſtetriciæ artis hiſtoriam artemque ipſam varia. De præſidiis partus difficilis. Fœminam ſe PARISIIS vidiſſe, ter partum cæſareum expertam. HALLER. V. *pag.* 23.

JOH. JOHNSTONUS in *ideæ univerſæ Medicinæ* L. X. tit. 12. part. 2. de mola. Art. 3. de intempeſtivo ante partum ſanguinis fluxu, de aquarum mora, earum immaturiore prolapſu, ſecundinarum tardo egreſſu. WALTH. V. *pag.* 391.

CHRISTIANUS LANG, Profeſſor Lipſienſis ex ſchola Italica, numeroſas edidit diſputationes. Ejus *de abortu conſiderationes.* LIPS. 1644. 4. HALLER (z).

PHIL. HARDOUIN & JAC. du VAL *E. obeſi minus fecundi.* PARIS: 1644. 4. HALLER (a).

JOS. SCHMIDT in *Spiegel der Wundarzney* L. III. de gravidarum regimine, de doloribus poſt partum. WALTH. V. *pag.* 23.

ANTONIUS DEUSING, Meurſenſis, Profeſſor Groninganus, minime ille indoctus, Arabicæ etiam & Turcicæ linguæ peritus, cæterum non inventor, inter perpetuas lites & refutationes vitam trivit, cum SYLVIO poтiſſimum: tum cum adverſariis BILSII, quem noſter tuebatur, a. 1644. ſcripſit *naturæ theatrum univerſale* HARDEROVICI 4. Ejus vero *hiſtoria fœtus extra uterum in abdomine geniti ibique per ſex pene luſtra detenti ac tandem lapideſcentis.* GRONING. 1661. 16. DARMSTADT 1661. 4. 1663. 4. 1669. 4.

Ejus *fœtus Muſſipontani extra uterum geniti ſecundæ.* GRONING. 1662. 16.

Ejus *fœtus gemellorum partus infelicis, quo gemelli ex utero in abdomen elapſi multis annis poſt per abdomen in lucem prodierunt.* Ibid. 1662. 16. niſi error eſt in titulo.

Ejus *vindiciæ fœtus extra uterum geniti,* Ibid. 1664. 16. Hæc conſideratio collectitia de fœtibus eſt extra uterum genitis, quibus lapidea natura

(z) Ibid. pag. 696. (a) Ibid. pag. 698.

tura inducta fuit, bona fruge caſſa eſt, ſic ſecundæ, & vindiciæ, maledicentiſſimæ, adverſus BERNARDUM a DOMA. Ita HALLER (b).

ECCARDUS LEICHNER. Ejus *de regimine gravidarum.* ERFORD. 1677. 4. HALLER (c). V. *pag.* 559.

LAZARUS MEYSSONNIER. Ejus *regime des accouchées.* LION 1646. 12. 1671. 12. 1673. 12. HALLER (d).

J. de S. YON & J. de MONTIGNY *E. inſalubrius degunt infantes alio quam ſanæ parentis lacte educati.* PARIS 1647. 4. HALLER (e).

MAURITIUS HOFMANN. Ejus *de naturali & præternaturali mammarum conſtitutione.* ALTDORF. 1662. 4.

Ejus *de naturali & præternaturali lactantium conſtitutione.* Ibid. 1673. 4. HALLER. V. *tumores.*

J. VALENTIN. FISLER. Ejus *de partu difficili.* ARGENT. 1649. 4. HALLER.

CONRAD. VICTOR SCHNEIDER. Ejus *de partu difficili præter naturam.* WITTEBERG 1675. 8. HALLER. V. *pag.* 450.

CHARLES ST. GERMAIN. Ejus *ecole des ſages femmes.* PARIS 1650. 8. alias legitur CLAUDE GERMAIN.

Ejus *traité des fauſſes couches.* PARIS 1655. 12. cum exemplo. HALLER.

GUILIELMUS HARVEY chirurgica quidem nulla ſcripſit, cum tamen maximo ingenio polleret, ad eventus morborum in ægris occurrentes ita reſpexit, ut nullam artis partem inornatam reliquerit, in *exercitationibus de generatione animalium*....de partu varia habet. Ex prolapſo utero fœtus prodiit. Ut partus promoveatur, totius corporis conſentiente conatu. A morte matris partus. Os coccygis repellere jubet. HALLER.

DOMINICUS PANAROLI in *iatrologiſmorum* &c. *pentecoſte* II. *obſ.* 18. fœtus mortuus abortu expulſus cum infinitis parvis globulis, qui piſcium ova præſentabant. In *pentecoſt.* III. *obſ.* 20. in inprægnatione unicum tantum ſignum datur, uteri nempe clauſura. In *pentecoſt.* IV. *obſ.* 46. mola exigua parvum bulbum repræſentans. WALTH. V. *pag.* 25.

WOHLRAHT. HUXHOLZ. Ejus *Unterricht der Hebammen.* CASSEL 1652. 8. HALLER.

JOH. SCULTETUS in *armament. chirurg.* pag. 165. (f) de fœtu mortuo extrahendo. In *obſervat. chir. obſ.* 78. fœtus mortuus eductus. WALTH. V. *pag.* 877.

PETRUS BORELLUS in *hiſtor. & obſervat. centuria* II. *obſ.* 44. fœtus octo ſimul editi. *Obſ.* 98. mirus abortus. In *cent.* IV. *obſ.* 79. abortus ſimulatus. ALBERTI. V. *pag.* 25.

GOTT-

(b) Ibid. pag. 701. (c) Ibid. pag. 708. (d) Ibid. pag. 619. (e) Ibid. pag. 719. (f) Edit. NORIMBERG. 1657. 8.

GOTTFRIED WELSCH. Ejus *Hebammenbuch.* LIPS. 1652. 4. WITTEBERG. 1677. 4. SCIPIONIS MERCURII opus eſt Germanice verſum, aliquibusque auctum adnotationibus. HALLER. V. *pag.* 702.

STEPHANUS RODERICUS a CASTRO vel Caſtrenſis, Luſitanus, Profeſſor Piſanus, polygraphus. Ejus *de natura muliebri*, ſ. *diſputationes & lectiones Piſanæ.* HANAU 1654. 4. FRANCOF. 1668. 4. edente filio FRANCISCO. Tum COLON. 1689. 4. HALLER.

NIC. CULPEPER. Ejus *director obſtetricum*, ſ. *conductor mulierum in eorum conceptione, graviditate & nutritione infantum.* Anglice LONDON 1681. 8. 1700. 8. HALLER. V. *pag.* 26.

OSWALD GREMBS in *arboris integræ & ruinoſæ* &c. L. II. cap. 1. de regimine gravidarum & parientium, de abortu, partu difficili, mola, ſecundinis retentis; ad fœtum mortuum expellendum. WALTHER. V. *pag.* 27.

Unterricht für die Hebammen. GOTHA 1658. 4. HALLER.

JOH. ANDR. SMITZIUS in *Medicinæ practicæ* &c. pag. 191. &c. de abortu, partu difficili, doloribus poſt partum, ſecundinarum retentione. WALTH. V. *pag.* 316.

CASPAR REIES. V. *pag.* 27.

PAULUS AMMAN. V. *pag.* 601.

HENRICUS v. ROONHUYSEN. V. *pag.* 28.

J. ARNOLD. FRIDERICI. Ejus diſp *de dyſtocia naturali.* JEN. 1665. 4. HALLER. V. *terebrat.*

BARTHOL. ZORN. Ejus *de abortu.* ALTDORF. 1663. 4. HALLER.

J. GEORG. SOMMER. Ejus *Hebammenſchul.* COBURG. 1664. 12. 1691. 16. 1715. 12. ARNSTADT 1676. 12. 1693. 12. HALLER.

HENRICUS a MOINICHEN. V. *pag.* 29.

PETR. MICH. de HEREDIA in *operum med.* T. IV. L. II. de morbis mulierum. WALTH. V. *pag.* 454.

EBERHARDUS GOEKEL, medicus Ulmenſis. Ejus *ſidus Achates, oder Frauen und Kinderbüchlein.* .. .. 1665. 8.

Idem in *Gallicinio* &c. de peſſo cupreo poſt longam invaginationem extracto, cum multa mala feciſſet. Uterus prolapſus, ex quo extractus fœtus, induratus, 21. die eventu felici fotus, repoſitus. Operatio cæſarea, manente fiſtula. HALLER. V. *pag.* 29.

HIERONYMUS NIGRISOLI. V. *pag.* 852.

Hausmittel für ſchwangere und gebährende Frauen. INGOLSTADT 1665. 8. an DAVID. HERLIZ opus *pag.* 1108.? HALLER.

HUGO

HUGO CHAMBERLAYN. Ejus *midwives practice.* LONDON 1665. 8.

Idem edidit MAURICÆUM, ejusque *opera* in ſuam vernaculam convertit. Ibid. 1683. 8. 1716. 8. 1727. 8. addita forcipis icone. In præfatione ſcripſerat, ſe, patrem, fratresque peculiare arcanum poſſidere, quo incarceratum fœtus caput expediant. In obſtetricia non minima ejus viri fama fuit, idemque forcipis inventor eſt, qua varie correcta nuperi chirurgi ad caput incuneatum expediendum vulgo utuntur. Ita certe plerumque legitur. Contraria tamen teſtimonia habentur, fratrem utrumque CHAMBERLAYN forcipe non uſum, famam tamen adquiſiviſſe, quod fœtum in pedes converterent & extraherent, quod eo ævo in ANGLIA rarum fuerit. Verum quæ ipſe de ſe teſtatur, videntur melius ad partum expediendum inſtrumentum deſignare.

Quid eſt HUGH CHAMBERLEN *het Roonhuyſiſch geheim ontdekt.* LEID. 1754. 8.? HALLER.

Acta Societatis R. Brit. Vide *pag.* 29.

SIGISM. RUP. SULZBERGER. Ejus *de abortu.* LIPS. 1669. 4. HALLER. V. *pag.* 1044.

CASPAR CALDERE de HEREDIA in *illuſtr. & obſervat. illuſt.* 14. ad fœtum mortuum expellendum. *Illuſt.* 34. de mola. WALTHER. V. *pag.* 454.

FRANCISCUS MAURICEAU; obſtetriciam PARISIIS per multos annos exercuit, inque ea arte eminuit. In anatome mediocris, neque felix in novis inſtrumentis inveniendis, maximam laudem meruit, dum poſt varia aliorum conamina ipſe efficacius docuit, fœtum male de utero exitum molientem in pedes debere dirigi: juſſit etiam partum præcipitare, quoties ſanguis in fœmina gravida ſub ultima tempora violenter proruit. Primus etiam juſto opere rem obſtetriciam tradidit. Ejus *traité des maladies des femmes groſſes & de celles qui ſont accouchées* ſæpiſſime prodiit PARIS. 1668. 4. 1673. 4. 1681. 4. 1694. 4. 1721. 4. 1740. 4. Anglice vertente HUGONE CHAMBERLAYN cum titulo *diſeaſes of the women with child and in child-bed.* LONDON 1681. 8. 1716. 8. Germanice *von Krankheiten ſchwangerer und gebährender Weiber.* BASIL. 1680. 4. NÜRNBERG 1687. 4. STRASBURG 1732. 4. Belgice.... Italice *delle malatie delle donne gravide e delle infantade.* GENOVA 1727. 4. Anatome, deinde morbi gravidarum & puerperarum interni & externi. De hæmorrhagia funeſtum exemplum propriæ ſororis refert, cujus, cum ſanguinem ubertim amittenti ſerius ſubventum eſſet, vita ſervari non potuit. Uteri varii prolapſus; integer, ut os internum de pube emineret; & imperfectus alter. Decoctum injicit vinoſum: Hydrops & anarſarca uteri. Fuſius de partu laborioſo & de malo ſitu fœtus, ejusque correctione. De extrahendo fœtu mortuo, ubi terebram ad caput ex-

extrahendum in poſterioribus editionibus proponit, quæ applauſum non invenit. De ſectione cæſarea, quam rejicit. De infantum morbis. Poſteriores hujus operis editiones primis multo ſunt pleniores.

Ejus *obſervations ſur la groſſeſſe & l'accouchement des femmes.* PARIS 1695. 4. 1715. 4. 1738. 4. Germanice vertente MARTINO SCHURIG, DRESDEN 1709. 8. Adnotationes ſunt omnino ſeptingentæ, quarum mihi etiam, inquit celeberrimus HALLER, major videtur utilitas, quæ viri plurima experti ſint. Prolapſus varii uteri, inverſi, non inverſi, frequens in pauperibus malum, quæ ſuo labore ſe alunt. Graviditas pro hydrope habita. Fœtus mortuus aliquot menſibus geſtatus. Uterus imperito uſu inſtrumentorum ruptus. Maximum periculum a placenta abortus trimeſtris retenta. Molæ ſunt veræ fœtuum pereuntium reliquiæ, *faux germes.* Feliciter peperit, cui 15. diebus fœtus mortuus in utero hæſerat &c.

Ejus *aphoriſmes touchant la groſſeſſe, l'accouchement, les maladies des femmes groſſes.* PARIS 1694. 16. 1721. 4. Gallice & Belgice AMSTERDAM 1700. 12. Compendium majorum operum. Quando ſecundinæ obſequi nolunt, mavult rem naturæ committere, quam violentia uti. Caput in primo partu incuneari, in ſequentibus puerperiis non item &c.

Ejus *dernieres obſervations ſur les maladies des femmes groſſes & accouchées.* PARIS 1706. 4. 1715. 4. Caſus ſunt centum & quinquaginta. Moleſtiſſimus partus, cum caput abruptum in utero relictum fuiſſet. Mors ob fœtum mortuum juſto tardius eductum. In umbilico nodi. Nanæ in ipſo puerperio mors. Hæmorrhagia a retenta ſecunda fœtus abortivi. Infelix partus cæſareus, quem noſter perſuadetur matrem certo necare. A capite fœtus quatuor integris diebus retento incontinentia urinæ. HALLER.

GEORG. HIERONYM. WELSCH in *obſervat. phyſico-medic. hecatoſtea* II. Partus funeſtus ex incuria obſtetricum naturam non juvantium. HALLER. V. *pag.* 30.

JOH. MURALTUS. Ejus diſſ. inaug. *de morbis parturientium, & accidentibus, quæ partum inſequuntur.* BASIL. 1671. 4.

Idem in *collegio anatomico* &c. quadraginta ſex fere morborum muliebrium exempla adjecit, MAURICÆI ipſe diſcipulus. Coccyx ab obſtetrice introrſum preſſus, inde diuturnus dolor. A ſecundis retentis hæmorrhagia. Placentæ adhærentis difficilis ſolutio. Infans putridus ex umbilico prodiit. Difficilis partus ob perinæum præaltum, ad uſque quatuor digitos.

Idem in *Schriften von der Wundarzney* &c. Tumor carnoſus vaginæ vinculo ablatus Partus aliqui difficiles. J. H. GYSII, chirurgi Thunenſis, partus cæſareus.

Ejus *Kinder- und Hebammenbüchlein.* BASIL. 1689. 8. 1697. 8. Conſilia ad partum difficilem & curationes aliquæ. Uterus a partu quarto die repoſitus.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* I. multa partus difficilis exempla. *Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 134. partus in vetula expeditus ore uteri dilatato. HALLER. V. *pag.* 30.

VITUS RIEDLINUS in *obſervat. medicis* &c. Caput fœtus in utero relictum ſenſim contabeſcens & egeſtum. HALLER. V. *pag.* 30.

J. NICOLAUS PFIZER. Ejus *zwey ſonderbare Bücher von der Weiber Natur* &c. ALTDORF. 1691. 8. Chirurgica in partu difficili auxilia. Uterus evulſus cum placenta firmius adhæreſcente. Fœtus mortuus unco eductus. HALLER. V. *pag.* 602.

IRENÆUS VEHR. Ejus *de abortu.* FRANCOF. ad VIADR. 1684. 4. HALLER. V. *pag.* 31.

FRIDER. HOFFMANNUS in *method. med.* L. I. cap. 19. de abortu, partu difficili, dolore poſt partum; ad fœtum mortuum & ſecundinas expellendas. WALTH. V. *pag.* 393.

J. GEORG. VOLCAMER in *Eph. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* . . . *obſ.* 121. fœtus retentus, cujus oſſicula prodierunt, poſtquam novum interim fœtum conceperat. *Ann.* VI. VII. *obſ.* 72. oleum momordicæ laudat ad partum expediendum. *Obſ.* 73. uterus ex virgine elapſus & reſectus; ſarcoma potius, cum ipſe neget, cavum fuiſſe. *Ann.* IX. X. *obſ.* 62. ſterilitas ab utero per abortum læſo injectionibus ſuperata, ad quas metrenchytem invenit, craſſo, elevatoque & perforato fine. HALLER. V. *pag.* 455.

SICLER. Ejus *hiſtoire inouië d'un accouchement de* 19. *mois.* au PUY 1670. 4. HALLER.

JAMES WOLVERIDGE. Ejus *ſpeculum matricis Hibernicum, or the Iriſh maidwives handmaid.* LOND. 1670. 8. HALLER.

HENR. SCHÆVIUS. *Abris der anatomie, und ein Hebammenbüchlein* prodiit cum F. WURZII editione BASIL. 1670. 8. HALLER.

THEOD. KERKRING in *ſpicilegio anatomico* &c. Secundarum pars quarto menſe incorrupta educta. HALLER. V. *pag.* 31.

DENIS FOURNIER. Ejus *l'accoucheur methodique, qui enſeigne la maniere d'operer dans tous les accouchemens naturels & artificiels.* PARIS 1677. 12. Eſſe ex RUFFIO PORTALIUS. V. *pag.* 739.

CHRIST. FRID. GARMAN. V. *pag.* 31.

BERN. CHARIAS (vel CLEMENS) CHAPELLE. Ejus *de mammarum inflammatione.* LEID. 1670. 4. HALLER.

GEORG. WARMUTH. Ejus *de abortu.* LEID. 1670. 4. HALLER.

In

In *Act. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* I. *obſ.* 49. fœtus mortui in difficili partu feliciſſima extractio. *Ann.* II. *obſ.* 180. partus difficilis ex uteri abſceſſu. *Obſ.* 221. & 256. fœtus putrefacti mirus partus. *Ann.* III. *obſ.* 8. fœtus in utero putrefactus per uſum vini medicati excluſus. *Obſ.* 12. fœtus in ventre a morte matris repertus poſt ſexdecim graviditatis annos. *Ann.* X. *obſ.* 147. partus duarum molarum poſt prægreſſum legitimi infantis partum. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 101. fœtus mortui extractio decenter in utero poſiti. *Obſ.* 102. directio & extractio fœtus mortui præter naturam in utero poſiti. *Obſ.* 116. abortus absque pariendi doloribus cum retentione ſecundinarum. *Ann.* II. *obſ.* 90. fœtus vivi directio & extractio ſincipite ad pubem compulſi, manumque ſiniſtram exſerentis. *Obſ.* 91. & 92. fœtus mortui extractio. *Obſ.* 94. fœtus vivus ob arctum uteri oſculum, effluxis aquis, per quinque dies retardatus, tandem feliciter a Muralto exceptus. *Ann.* IV. *obſ.* 106. fœtus ſingularis ex utero exſectio, vivi extractio, matre viva, unco ſtateræ. *Obſ.* 151. partus quinque filiorum. *Ann.* V. *obſ.* 233. abortus inque hujus placenta uterina incluſus embryo cum propria ſecundina. *Ann.* VI. *obſ.* 13. fœtus niger excluſus a matre pulvere pyrio aduſta. *Obſ.* 80. abortus ſeptem hebdomadum cum gemina mola pingui. *Ann.* VII. *obſ.* 67. fœtus quaſi mortuus per ſuctionem mammillæ ſiniſtræ in vitam reſtitutus. *Obſ.* 108. abortus præcautio. *Obſ.* 166. fœtus in utero mortuus vi quaſi expulſus. *Obſ.* 209. fœtus ſine funiculo umbilicali editus. *Obſ.* 237. fœtus per umbilicum prodiens. *Ann.* VIII. *obſ.* 175. obſtetricantium & parturientium ridiculi & ſuperſtitioſi ritus. *Ann.* IX. *obſ.* 50. partus quinque filiorum. *Obſ.* 94. uteri exſectio. *Obſ.* 107. fœtus mortuus innoxie per duos menſes in utero geſtatus. *Obſ.* 115. uteri ruptura. *Ann.* X. *obſ.* 143. abortus ex teneſmo. *Obſ.* 157. abortus & mola. *Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 59. partus cæſareus a gravida fœmina ſibi ipſi adminiſtratus. *Ann.* III. *obſ.* 44. fœtus die tertio poſt obitum matris excluſus. *Ann.* IV. *obſ.* 76. partus quinque filiorum. *Ann.* V. VI. *obſ.* 79. fœtus mortui cum ſecundinis extractio. *Obſ.* 106. fœtus fruſtulatim per umbilicum exemtus. *Obſ.* 133. uteri ruptura funeſta. *Ann.* VII. *obſ.* 24. fœtus in utero exſiccatus. *Obſ.* 31. 32. fœtus in utero putrefactus. *Obſ.* 45. partus gemellorum circa ſecundinas habet varietates. *Obſ.* 67. fœtus mortuus a chirurgis ſalva matre extractus. In *cent.* III. pag. 136. partus cæſareus. In *cent.* V. pag. 29. fœtus in veſica urinaria repertus; pag. 383. fœtus in utero materno extincti pulmones ex parte aquæ innatantes, ex parte ſubſidentes. In *cent.* VII. *obſ.* 46 fœtus ex utero ulcerato extractus. In *cent.* IX. pag. 459. partus quatuor filiorum. Alberti. V. *pag.* 31.

Allard Herman Cummen. V. *pag.* 31.

Frid. Ferdinand. Illmer. V. *pag.* 32.

GOTTFRIED THEBESIUS in *Eph. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* I. *obſ.* 106. uterus dura & viſcida materie fartus. HALLER.

COSMUS VIARDEL, chirurgus obſtetricius Pariſinus, MAURICÆI æmulus. Ejus *obſervations ſur la pratique des accouchemens.* PARIS 1671. 8. 1748. 8. Germanice FRANCOF. 1676. 8. Ordinis omnis ignarus, paſſim ſuperſtitioni indulgens, inque medicamentis plurimus, uterum ſe extraxiſſe fatetur, neque id ſibi vitio ducit, aut pudori. Per pedes perinde, ut MAURICEAU, fœtum fere extrahit. Adnotationes aliquas aſpergit, adque partus difficiles conſilia. Infans vivus ex matre mortua exciſus. Fœtum capite impacto omnium difficillimum partum facere, periculoſiſſimum placentam, aut funiculum præeuntem, malum etiam præcedentem faciem. Exempla uteri ab obſtetrice evulſi. Connatam vaginam emollientibus medicamentis aperuit. In nova editione a. 1748. peculiaria conſilia inter adnotationes locum inveniunt. Peſſum mavult auctor ex cannabi parare in cera liquida tincta. Verſio Germanica ſæpe ridicula eſt; virgines plerumque vocat, quæ pepererunt. HALLER.

J. GERARDUS SIMON, J. C. Ejus *jura obſtetricum.* JEN. 1671. 4. Ejus *obſtetrices.* Ibid. 1678. 4. HALLER.

WILLIAM SERMON. Ejus *the english midwife.* LONDON 1671. 8. HALLER.

SIMON. SCHULZE. V. *pag.* 32.

J. JAC. VENCESL. DOBRZENSKI. V. *pag.* 32.

PAULUS de SORBAIT in *praxi medica* &c. Mortes puerperarum, etiam in ſomno. Secundinæ quindecimum ad diem retentæ abſque malo.

Idem in *examine chirurgorum* &c. Uterus gangrænoſus exciſus. HALLER. V. *pag.* 33.

SIMON. ALOYS. TUDEC. V. *pag.* 33.

CÆSO GRAMM. V. *pag.* 33.

EHRENFRIED HAGEDORN in *obſervat. & hiſtoriis* &c. depreſſiones bregmatis in pueris nuper natis funeſtæ. Cutis a cranio in partu divulſa. Partus ex utero prolapſi. Membranæ de utero a partu decedentes, auctori ignotæ. HALLER. V. *pag.* 33.

GEORG. WOLFG. WEDEL. Ejus diſp. *de partu difficili.* JEN. 1675. 4.

Ejus L. *de morbis infantum.* Ibid. 1717. 4. HALLER. V. *pag.* 34.

JOH. BOHN. Ejus *valetudinarium parturientium.* LIPSIÆ 1701. 4. Diſputatio.

Ejus *de abortu ſalubri.* Ibid. 1707. 4. recuſa cum *circulo* 1710. 4. Ob neceſſitatem compeſcendæ hæmorrhagiæ, non alteri ceſſuræ auxilio, quum fœtum manu educere ſit neceſſarium. HALLER. V. *pag.* 602.

FRID.

Frid. Lossius in *obſervationibus medicis* &c. Partus difficiles, inter eos a fœtus majori mole. Haller. V. *pag.* 34.

Franciscus Sylvius. V. *pag.* 35.

Martin. Harte. Ejus diſp. *de ſecundinarum poſt partum excernendarum retentione.* Altdorf. 1672. 4. Haller.

Franciscus Bouchard. V. *pag.* 35.

Henricus Oldenburg. V. *pag.* 35.

Salomon Reisel. V. *pag.* 35.

Daniel Ludovicus. V. *pag.* 36.

Georg. Frank. Ejus diſp. *de caſtratione mulierum.* Heidelberg 1673. 4. recuſa in *ſatyris.*

Ejus *de Gallica planchette & ejus noxa medica.* Ibid. 1676. 4. & in *ſatyris.*

Ejus *de partu difficili.* Ibid. 1680. 4.

Ejus *agoniſmata phyſico-medica.* Ibid. 1682. 4. 1683. 4. Inter ea de obſtetricum vitiis. Haller. V. *pag.* 908.

Cornelius Solingen, chirurgus, deinde medicus, Bilsii diſcipulus. Ejus *embryulcia ofte afhaalinge eenes dooden vrugts door de hand van den heelmeſter's* Gravenhage 1673. 12. recuſ. in *operibus omnibus.* Inſtrumenta ſua manu fabricabat auctor, & nova etiam inveniebat. Veterum educendi fœtus artificia fere rejicit. De cauſis partus difficilis. Inter eas hernia uterina a compreſſione peramplæ veſicæ. De malo varioque ſitu fœtus. Fœtus octiduo capite ſuo cernuus datus, donec fragmenta cranii urethram & veſicam perforarent. Claudicatio a diſcedentibus in partu pubis oſſibus. Fœtus mortui ſigna. Injecta emollientia & oleoſa medicamenta laudat. Melius fœtum de ſedente fœmina educi, quam de decumbente. Contra uncorum uſum. Exemplum uteri inverſi funeſto eventu. De educendo capite, quod abruptum in utero retentum eſt: hic uncum admittit. Adminiſtratio ad educendum fœtum non juſto ſitu ſe offerentem: ad ſecundas molasve extrahendas.

Idem in *manual operation* &c. in ſolo partu difficili oſſa pubis diſcedere, & fœminas inde claudicare. Coccygem utique retrorſum premi. Extrahit fœtum adreptis pedibus, in nonnullis partus difficilis caſibus. Placentam prius jubet educere, quam uterus claudatur. Caput impactum expedit digitis in os fœtus datis, vel repellit. Melius in ſella pari. Uterum utique ſe vere vidiſſe prolabi. Contra ſectionem cæſaream, cujus vix unquam putat neceſſitatem eſſe. Leeuwardiæ fatetur feliciter inſtitutam fuiſſe, ut poſt eam fœmina conceperit & pepererit. V. *pag.* 304.

Ejus *van de ampt en plicht der Vroed vrouwen.* Compendium eſt artis obſtetriciæ, experti hominis. Ad morem tamen veterum, cui brachium

chium præcedit, capite adrepto perinde ut pedibus jubet educere. Sæpe etiam brachium amputat; quando vero pedes præcedunt, non utitur ea opportunitate, ſed fœtum in caput jubet dirigere. Obſervationes, ut vocant, 112; inter eas multæ non contemnendæ. Uterus in partu ruptus. Hernia uteri & veſicæ. Prolapſus ſ. inverſiones uteri. Ex partu difficili oſſa pubis, ſacri, & ilium diſtracta, coccyx fractus: a ſimili imperitiæ auxilio collum veſicæ laceratum. Veſicæ diſtentiſſimæ exempla. Iterum oſſa pubis ſemota. Inteſtina prolapſum uteri ſequentia. Veſicæ collum prolapſum. Mortua puerpera, cum placentam noſter non reperiſſet, quæ in cellula uteri latuiſſet. Harum adnotationum aliquas in *embryulcia* jam excuſas reperias.

Ejus *opera omnia* prodierunt cum titulo *alle de medicinale en chirurgiſche Werken.* AMSTERD. 1698. 4. Operationibus multo numeroſiores, ſed fere collectitiæ, inſtrumentorum icones adjectæ ſunt, quæ in priori editione non aderant, niſi eorum, quæ auctori eſſent propria. HALLER.

J. NIC. PECHLIN in *obſervationum* &c. L. I. *obſ.* 26. & ſeqq. de partu varia. *Obſ.* 28. fœtus mortuus & putridus feliciter editus: alius induratus & ſqualens diu a morte ſua demum editus. *Obſ.* 32. obſtetricum errores, deque iis varia. Os humeri in partu luxatum. HALLER. V. *pag.* 37.

J. NICOL. BINNINGER in *obſervationibus* &c. In puerperæ cadavere oſſa pubis non ſemota. Mors ex retentis ſecundis. In partu difficili veſica lacerata. HALLER. V. *pag.* 37.

AUGUSTINUS HENR. FASCHIUS. Ejus *ordo & methodus conſiderandi tractandique parturientes.* JEN. 1675. 4.

Ejus diſp. *de ſterilitate.* Ibid. 1684. 4. Duo exempla uteri rupti. Exempla fœminarum flatus parturientium. HALLER. V. *veſicant.*

J. FRID. HELD. Ejus diſp. *de partu cæſareo.* ERFORD. 1673. 4. HALLER.

In *Eph. Nat. Cur. ann.* IV. & V. (nempe acta a. 1673. & 1674.) legas Pariſinos jam eo ævo ob hæmorrhagiam uteri fœtum extraxiſſe. HALLER.

LUCAS SCHROECKIUS. V. *pag.* 38.

RUDOLPH. WILH. KRAUSE. Ejus diſp. *de extractione fœtus mortui ex utero materno.* JEN. 1677. 4.

Ejus diſp. *de morbis mammarum.* Ibid. 1689. 4. HALLER. V. *pag.* 813.

ALPHONSUS KOHN. V. *pag.* 40.

Jo-

JOHANNES DOLÆUS. V. *pag.* 40.

NIC. BLEGNY. Ejus *hiſtoire anatomique d'un enfant qui a demeuré vingt cinq ans dans le ventre de ſa mere.* PARIS 1679. 12. Ulcus aderat uteri, fœtus retentus calloſa cruſta obvolvebatur, in qua tubercula erant quaſi gypſea &c. Noſter etiam alias adnotationes adjecit. Enormem vim ſanguinis grumoſi aliquando poſt placentam manu ſe eduxiſſe. Pro cæſareo partu. HALLER.

Idem in *zodiaci medico-Gallici ann.* 1679. *Menſ. Jan. obſ.* 8. Fœtus mortuus in utero relictus, poſt alterum felici partu excluſum admodum attenuatus. *Obſ.* 9. fœtus mortuus & putrefactus per 20. annos in utero deliteſcens. *Ann.* 1682. *Jan. obſ.* 10. 12. 13. fœtus mortuus & putrefactus per umbilicum & vulvam lacer & particulatim prodiens. ALBERTI. V. *pag.* 42.

GERARDUS BLASIUS in *Medicinæ univerſæ* &c. L. III. ſect. 4. de ſecundinarum retentione. Sect. 8. cap. 12. de dolore puerperæ. Sect. 44. cap. de mola. Sect. 45. cap. 2. de abortu. Cap. 3. de partu difficili. WALTH. V. *pag.* 365.

MARGUERITE du TERTRE, *veuve du S. de la* MARCHE. Ejus *inſtruction touchant les choſes qu'une ſage-femme doit ſavoir pour l'exercice de ſon art.* PARIS 1677. 12. 1691. 12. aucta a LUDOVICA BOURSIER, PARIS 1710. 12. Pleraque elementalia. Si ſitus fœtus malus, aut membranæ nimis robuſtæ fuerint, eas jubet lacerare. Unum pedem extrahit, deinde & alterum. Uterum duplicem vidit. HALLER.

J. MICH. VEHR. Ejus *theſaurus experientiæ medicæ cum ſpecimine de abortu.* AUG. VINDEL. 1677. 4. HALLER.

GEORG. ABRAH. MERCLIN. V. *pag.* 42.

RADEGUNDUS de VROOM. Ejus *de miſerabili fœtus extractione ex utero adverſus ineptias* BOECKELMANNI & RUYSCHII, UTRECHT 1678. 8. HALLER.

J. PAUL. WURFBAIN. Ejus diſp. *de ſparganoſi.* ALTDORF. 1678. 4. De tumore mammarum a lacte. HALLER.

SAMUEL. LEDEL. V. *pag.* 43.

RAINSSANTUS in *Journal des ſavans* a. 1678. retulit de partu Toloſano. HALLER.

CHRISTOPH. VOELTER, chirurgus Ducis WÜRTENBERGIÆ. Ejus *neu eröfnete Hebammenſchule nebſt Bericht todte Kinder ohne Gefahr herauszuziehen.* STUTGARD 1679. 8. 1681. 8. 1722. 8. Credulus, neque a veterum præjudiciis liber, qui omnem perperam ſe offerentem fœtum jubeat in caput dirigere. Paſſim tamen adnotationes habet proprias neque inutiles; ita cervicem veſicæ monet frequenter in partu rumpi. Labium leporinum altero

altero a partu die ſecat & conſuit. Aliquoties etiam ſexta ſeptimana ſe frenum linguæ incidiſſe, exque eo imprudenter inciſo tumorem ſecutum eſſe. Oſſa pubis in partu diſcedere. Fatetur ſe funiculum præcuntem non potuiſſe reponere, & pedibus adtracto fœtui corpus a capite avulſiſſe. Ex vulnere vulvæ magna ad tres libras hæmorrhagia. In hac ultima editione acceſſit liber *von der Hebammen Stand und Beruf.* ita HALLER.

ANTONIUS de LEEUWENHOECK in *Journal des ſavans* a. 1679. partum ventralem dixit, cum uterus ante mortem ruptus eſſet & extractus e ventre fœtus adultus. HALLER.

STEPHANUS BLANCARD in *duabus aliis centuriis* &c. conſilium, quo cæſaream ſectionem commendat, adductis felicibus exemplis ex CORNELII V. YPEREN ſide.

Ejus *verhandeling der Ziekten der Kinderen.* AMSTERDAM 1684. 8. HALLER. V. *pag.* 45.

MATTH. GODOFR. PURMANN in *curioſis obſervationibus* &c. Partus cæſareus: puer ſervatus, mater a putrefacto utero enecta, & aliud ejus ſectionis exemplum, feliciter a PURMANNO & MEIBOMIO peractæ. HALLER. V. *pag.* 45.

ABRAHAMUS CYPRIANUS potiſſimum inclaruit *epiſtola hiſtoriam exhibente fœtus humani poſt* 21. *menſes ex uteri tuba matre ſalva exciſi, ad* THOMAM MILLINGTON, LEID. 1700. 8. Gallice AMSTERDAM 1707. 8. NEAPOLI 1727. 4. cum MUYSIO. Exiguum ſed pretioſum opuſculum. Caſus ipſe eſt aut ventralis partus nempe ad abdominis cavum effuſi, aut in tuba reſtitis, ex ulcere exciſi. Exemplum tubarum cæcarum: tubæ 150. aquæ libras continentes. Placenta ſicca in membranam verſa. In ſua magna fœtus exciſione cartilaginea involucra tubæ muſculorum abdominis diſſectorum vices tenuiſſe, & inteſtina coercuiſſe. HALLER. V. *pag.* 580.

ANTONIUS de HEYDE. V. *pag.* 46.

FELIX PLATERUS. V. *pag.* 46.

The compleat midwives practice. LONDON 1680. 8. HALLER.

PETRUS ROMMEL. Ejus *de fœtibus leporinis extra uterum repertis, aliisque tam de leporibus quam de conceptione extra uterum raris & curioſis.* ULM 1680. 4. Habet partus fabuloſos. HALLER.

PHIL. JACOB. SCHOENFELDER. Ejus *Anmahnungen und Lehr an die Hebammen.* INGOLSTADT 1691. 8. HALLER. V. *pag* 47.

BERNARDUS ALBINUS. Ejus diſp. *de partu difficili.* FRANCOF. ad VIADR: 1696. 4. Uterus in partu diſruptus & fœtus extra uterum effuſus. Uterus craſſus, in ſola ſede, qua ruptus tenuis.

Ejus

Ejus diſp. *de abortu.* Ibid. 1697. 4. HALLER. V. *pag.* 703.

J. MAURITIUS HOFMANN. V. *pag.* 47.

DIONYSIUS van der STERRE, M. D. Ejus *voorſtelling der noód-zackeligheit der Kayzerlyke ſnee . . . . van de baaring.* LEIDEN 1682. 12. Cum propria fœtui vita ſit, omnino debere matrem parturientem incidi, & de ſepulchro effodi, ut fœtus eximatur, qui ſæpe de matre mortua extra-ctus convaluerit. In L. II. agit de partu difficillimo: etiam ob uterum obli-quum, aut retrorſum inclinatum, cujus oſtium nimium antrorſum vergit, præaltoque loco ponitur. Partum pedibus præcedentem non eſſe difficilio-rem. Pro viris obſtetriciam exercentibus, ob ignorantiam obſtetricum ne-ceſſariis. Se ex vivente beſtia fœtum per inciſionem eduxiſſe. Exempla fœminarum ex hæmorrhagia pereuntium, cum fœtum educere ceſſaretur. Non neceſſario requiri, ut facies oſſi ſacro obvertatur. Caput in utero reli-ctum expedit, alutæ portione inciſione in medio ſignata & introducta, qua caput comprehendit. HALLER.

In *Actis Eruditor. Lipſiens. ann.* 1684. *Menſ. Maj.* pag. 194. fœ-tus mortui extractio, partus adjumenta, inſtrumenta, puerperarum morbi. *Ann.* 1686. *Jan.* p. 279. fœtus mortuus per decem annos geſtatus. *Maj.* p. 277. fœmina per quinque annos gravida. *Jun.* p. 304. partus adjumenta manus; pag. 306. puerperarum regimen. *Ann.* 1695. *Jan.* p. 32. fœtus mor-tuus diu ſine corruptione in utero geſtatus; pag. 42. partus cæſareus elapſo decimo menſe editus; pag. 43. funiculus umbilicalis in nodum contortus non ſemper difficilem reddit partum. *Ann.* 1701. *Febr.* p. 82. fœtus 21. menſium ex uteri tuba, ſalva matre exciſus. *Jun.* p. 282. quænam obſtetricibus tactu exploranda. Obliqua uteri poſitura cauſa partus difficilis. Quis ſit partus naturalis. Quando partus difficilis inſtrumenta chirurgica requirat. *Jul.* pag. 281. obſtetricandi artis novum lumen; pag. 284. fœtus mortui ſignum certiſ-ſimum ſupremæ capitis cuticulæ diſſolutio. *Ann.* 1702. *Jan.* p. 83. cur fœtus in tuba aliquando hæreat, mortuus in utero cur putreſcat, non item in tuba. *Ann* 1703. *Febr.* p. 77. uterus fœtu perforatus. Fœtus humanus viginti quinque annorum. *Ann.* 1705. *Mart.* p. 143. fœtus ex parte per umbilicum excluſus. *Ann.* 1709. *Mart.* p. 128. obſtetricandi officium viris indecorum. *Jun.* p. 273. uteri conditio in gravidis; p. 274. uterus ſine periculo exſcidi non poteſt. *Ann.* 1712. *April.* p. 147. partus novem infantum. *Ann.* 1713. *Oct.* p. 454. uteri gravidæ vulnus non lethale. *Ann.* 1715. *Oct.* p. 462. fœ-tus vivus ex matre mortua exciſus. *Ann.* 1717. *Jul.* p. 307. fœtus humanus in veſica urinaria repertus. *Ann.* 1718. *Aug.* p. 353. fœtus mortuus ex lapſu matris. *Ann.* 1719. *Jan.* p. 253. uncus peculiaris pro fœtu mortuo extra-hendo. *Aug.* p. 336. fœtus extra uterum genitus; pag. 356. fœtus putridus ex abdomine matris ulceroſo extractus. *Ann.* 1723. *Mart.* p. 93. partus cæ-

ſarei obſervatio, pag. 94. fœtus per umbilicum editus. Fœtus in utero conſumtus; p. 137. fœtus in abdominis cavitate repertus. *April.* p. 138. fœtus annos quadraginta ſex in utero retentus. Abortus remedium. *Aug.* p. 371. an ſpuma fœtus circa os de ejus vita extra uterum teſtetur. *Ann.* 1724. *Mart.* p. 114. ſterilitatis ſigna. *Ann.* 1725. *April.* p. 177. obſtetricandi ars explicata. *Ann.* 1726. *Jun.* p. 286. an mæconium egrediens fœtus mortui ſignum præbeat. *Ann.* 1727. *Sept.* p. 402. uterus in partu ruptus; pag. 405. uteri prolapſi reſectio. *Ann.* 1728. *April.* p. 180. obſtetricum requiſita. In *ſupplement.* III. pag. 471. abortus cauſæ. In *ſupplem.* V. pag. 471. fœtus in utero an mortuus ſit, quomodo explorandum. In *ſupplem.* VI. pag. 221. fœtus mortui extractio felix. ALBERTI. V. *pag.* 49.

CHRISTIANUS MENZEL. V. *pag.* 49.

CHRISTOPHORUS SELIGER. V. *pag.* 49.

J. LAURENTIUS FEHR. V. *pag.* 50.

J. JACOB. WEPFER in *diario*, quod Abb. de la ROQUE edidit, & deinde T. BONNET complevit a. 1682. refert de fœtu ex tuba, ut videtur, uteri in ventrem effuſo.

RIVALIER ibid. de fœtu retento, diſſoluto, per abſceſſum umbilici ſimulque per vulvam fruſtulatim edito. Seorſim prodierunt *obſervationes medico-phyſicæ* tres excerptæ ex epiſtola PETRI RIVALIER ad J. SPONIUM, NEMAUS. 1683. . . Aliud exemplum ſimile fœtus per umbilicum educti. HALLER.

GUNTHER CHRISTOPH. SCHELHAMMER. V. *pag.* 50.

AMEDEE BOURDON. V. *pag* 50.

RUDOLPH. JACOB. CAMERARIUS. Ejus diſp. *de embryulciæ & lithotomiæ rationibus.* TUBING. 1708. 4. Videtur reſpondentis eſſe SIMONII, hominis certe artis obſtetriciæ gnari. Exemplum ſectionis cæſareæ citat ex avunculi magni chartis.

Ejus diſſ. *de fœtu* 46. *annorum.* Ibid. 1722. HALLER. V. *pag.* 50.

CORNEL. de BLOM. Ejus diſp. *de abortu.* LEID. 1683. 4. HALLER.

MICHAEL BERNARD. VALENTINI. V. *pag.* 51. & 604.

VITUS RIEDLIN in *lineæ medicæ* &c. *ann.* III. *Sept. obſ.* 12. an fœtus, an mola in utero latitet difficulter dignoſcitur. *Ann.* IV. *Maj. obſ.* 31. partum antecedentia quædam ſigna fœtus mortui. *Ann.* VI. *Decemb. obſ.* 24. obſtetricis cujusdam craſſa ignorantia.

Idem in *curar. medicar. millenario cur.* 195. fœtum fere mortuum reſuſcitandi modus. *Cur.* 626. fœtus mortuus unco feliciter extractus. ALBERTI. V. *pag.* 52.

THEO-

THEODORUS ZWINGER. V. *pag.* 52.

GABRIEL CAROL. le CLERC. In ejus *Chirurgie complete* &c. poſterioribus editionibus acceſſit tractatus de re obſtetricia. HALLER. V. *pag.* 53.

M. M. M. (MOVIUS). Ejus *felix puerpera, ſ. obſervationes medicæ circa regimen puerperarum & infantum recens natorum ad* DRELINCOURTIUM, LEID. 1684. 12. HALLER.

J. EBERHARD PAPELIER. Ejus diſp. *de dyſtocia.* ARGENTOR. 1684. 4. HALLER.

JOH. HEGGEMAN. Ejus diſp. *de partu difficili.* JEN. 1684. 4. HALLER.

JACOBUS AUGUSTIN. HUNERWOLF. V. *pag.* 54.

ROSINUS LENTILIUS. V. *pag.* 54.

PAUL. PORTAL. Ejus *la pratique des accouchemens.* PARIS 1685. 8. Belgice *practyk der vroedmeeſters* . . . 1690. 8. Primum artificia deſcribit, quibus partus naturalis & præter naturam expeditur. Deinde adnotationes ſequuntur octoginta, inter quas multæ hæmorrhagiæ, fœtus varie monſtroſi, placentæ veſiculares &c. Propius ad rem obſtetriciam ſpectat conſilium, non urgere labores, & naturæ auxilium patienter expectare. Cæterum omnes partus naturales expedit, dum pedibus puerum extrahit, quos inter pluſculi ſunt capite incuneati, aliosque ex utero prolapſo fœtus eduxit, aliquos in quibus placenta vehementer adhærebat, ubi os uteri ab improvida obſtetrice diſruptum erat. Unco etiam uſus eſt. Paſſim VIARDELLUM caſtigat. A BRUHERIO correptus defenditur a TITSINGIO in *diana* p. 218. HALLER.

ANDREAS PET. CONRADI. Ejus diſp. *de partu difficili.* HELMST. 1685. 4. A fœmina debili fœtum mortuum ad tres pedes projectum, ſola vi contracti uteri. HALLER.

FRIDERICUS SCHRADER, Profeſſor Helmſtadienſis. Ejus diſp. *de partu difficili.* HELMST. 1685. 4. HALLER.

CHRISTOPH. SCHROEDER. V. *pag.* 55.

PETR. SYLVESTRE. V. *pag.* 56.

J. JACOB. HARDER. V. *pag.* 56.

J. TURNER. Ejus *the feminine phyſician.* LOND. 1686. 8. HALLER.

CORNEL. STALPART van der WIEL in *obſervat. rar. Centuria* I. *obſ.* 66. uterus in partu ruptus, & a rudi obſtetrice extractus & inverſus. *Obſ.* 71. fœtus materno in corpore putrefactus. *Obſ.* 74. fœtus in ſecundinis repertus. In *cent.* II. uterus in fundo laceratus, fœtus in abdomine repertus. ALBERTI. V. *pag.* 56.

GEORG. HANNÆUS. V. *pag.* 57.

ADAM FREE. Ejus diſp. *de partu difficili.* LEID. 1687. 4. HALLER.

JOACHIM TARGIER. Ejus diſp. *de abortu.* LEID. 1687. 4. HALLER.

JUSTUS VESTI. Ejus *de abortu.* ERFORD. 1690. 4.

Ejus *de δυϛοκια.* Ibid. 1693. 4.

Ejus *de doloribus vehementiſſimis partum præcedentibus.* Ibid. 1696. 4. HALLER. V. *pag.* 467.

Hebammenordnung. STRASBURG 1688. 4. HALLER.

CHRISTOPH. JENSEN. Ejus diſp. *de manuali operatione obſtetricum in partu.* HARDEROVIC. 1688. 4. Eſſe C. J. LANGII PLATNERUS.

MAXIMILIAN PREUSS. V. *pag.* 60.

J. JACOB. WOLF. V. *pag.* 61.

JOSEPHUS COURTIAL in *nouvelles obſervations* &c. Fœtus in ventre inventus, cum uterus non videretur violatus fuiſſe. HALLER. V. *oſſ. morb.*

JEAN de VAUX. Ejus diſſert. *de l'operation ceſarienne.* PARIS 1720. 12.

Idem aliam etiam edidit diſſertationem cum VERDUCI operationibus *concernant la chirurgie des accouchemens, tant ſur ſon origine, que ſur les progrès, qu'elle a faits en France jusqu'à preſent.* PARIS 1727. in DESMORET, *memoires d'hiſtoire, & de litterature* T. III. HALLER. V. *pag.* 605.

CHRISTIANUS VATER. Ejus diſp. *de cæſæreo partu, & fœtus ex matre viva ſectione.* WITTEBERG. 1693. 4. Hiſtoria de qua LANKISCH.

Ejus *de abortu,* Ibidem 1698. 4.

Ejus *de partu hominis poſt mortem matris.* Ibid. 1714. 4. Felicis ſectionis cæſareæ exemplum.

Ejus *de curatione gravidarum, & puerperarum.* Ibid. 1723. 4. HALLER. V. *pag.* 62.

PETRUS DIONIS in *cours d'operations* &c. refert de utero rupto, & fœtu in ventrem effuſo, ejusque oſſibus ſenſim per abſceſſum prodeuntibus. A partu matres exſangues. Contra cæſaream ſectionem.

Ejus *traité generale des accouchemens.* PARIS 1718. 8. 1724. 8. BRUXELLES 1724. 8. Belgice LEID. 1735. nihil a Gallica diverſa editio & aucta dicitur. Germanice AUGSPURG 1723. 8. vertente J. T. M. D. Anglice 1719. 8. 1724. 8. Etſi noſter cognatum ſuum MAURICEAU ubique fere carpit, ejus tamen operis compendium fere hic proſtat a bono ſene in ultima ætate ſcriptum, qui obſtetricis ope paſſim erat defunctus, ut tamen non id ejus princeps officium fuerit. Ejusmodi etiam de rebus egit, quæ non valde faciunt ad artem. Anatome ex libro *du cours de Chirurgie* ſumta.

De

De partu acu infixa promoto, quem Mauricæus non poterat expedire, Dionysius filius expedivit: qui certe triumphus modicus videtur, vivebat enim puer. Fuiſſe ubi celebris obſtetricator brachium fœtui fregerit, qui humeris retinebatur. Ludovicum XV. natibus præeuntibus editum eſſe. Contra Hecquetum, qui nolebat viris nudas committere mulieres. Obſtetrix fœminam utero non gerere edixit: ſuſpenſam gravidam eſſe apparuit: obſtetrix officio mota eſt. In opere anatomico aliqua de partubus ventralibus, aliisque malis chirurgicis reperiuntur. Repoſitionem uteri inverſi jubet continuo moliri. Haller. V. *pag.* 304.

Johannes van Hoorn, medicus & vir obſtetricius Holmienſis, ex Pariſina ſchola. Ejus diſp. *de partu præternaturali.* Leid. 1690. 4. Brachio præeunte quærendum pedem. Caput incuneatum aperiendum.

Ejus *den ſwe-ſka wäl öfwade Jord gummen h'wilken grundeliken underwyſer huru med en hafwande handlas & en barna quinna handteras och det uy födda Barnet ſkiötas ſkal.* Stokholm 1697. 8. quater minimum recuſa & 1754. 8. Germanice *die zwey Wehmütter in Siphra und Phua.* Leipzig und Stokholm 1747. 8. Wurzburg 1758. 8. *Unterweiſung der Wehmütter in Frag und Antwort.* Stokholm 1716. 8. Belgice cum notis G. ten Haaf, Amsterd. 1753. 8. Utilem artem in patria ſua primus docuit, obſtetricibus artis præcepta impertiit, in arte facta fœmina adminiſtrationibus præivit. Obliquitatem uteri ut Henr. v. Deventer pro præcipua partuum difficilium cauſa habuit, variosque obliquos ſitus deſcripſit, cum auxiliis, quibus ſuperantur. In gravi caſu elapſum brachium abſcidit, cæterum plerosque difficiles partus expedit adreptis pedibus. De partu retento ob reſiſtentes humores. In convulſis fœminis ſpem omnem in partu eſſe. Brevis ubique & practicus. Subjectæ ſunt *adnotationes obſtetriciæ* triginta. Uterus cum placenta evulſus & reſtitutus. Caput in oſſe pubis hærens ut expediverit. Altero demum die relaxato interim uteri oſtio converſus fœtus. Multa exempla partus a præeunte brachio retardati, quoad auctor pedibus adreptis puerum extraxit; fuit tamen ubi coactus fœtum diſſecuit. Fœtus capite hærens, quod oportuerit a corpuſculo ſeparare. Cum nullo modo fœtum vertere poſſet, eum inſtrumento ſuo expedivit, quod alias ungulam vocat, deſcribere autem omittit. Bonus auctor, neque ſatis, ut meretur notus. In editione hujus operis Stockholm 1723. 8. acceſſerunt Portalii obſervationes octoginta, cum Hornii notis tamquam tomus ſecundus obſtetricis Suecanæ.

Idem in *Act. Suec.* 1724. egit de prolapſu uteri vero reſtituto.

In ejuſdem *lectione* III. circa generationem Stokholm 1709. 8. pluſcula huc faciunt, de partu difficili, & funiculo longo, quem jubet diſſecare. De doloribus poſt partum, de fœtu ex matre mortua exciſo, de utero obli-

obliquo, de cingulo puerperarum. Caput in partu comprimi, & anguſtius reddi. Oſſa pubis non diſcedere.

Vita viri reperitur in *Act. Litt. Suec.* a. 1725. Ita HALLER.

JUSTINA SIEGEMUNDIN, gebohrne DITTRICHIN, Sileſia fœmina (Ronnſtockienſi, obſtetrix Aulæ Brandenburgicæ). Ejus *Brandenburgiſche Hofwehmutter, oder Unterricht von ſchweren und unrecht ſtehenden Geburten.* CÖLN an der SPREE (BERLIN) 1690. 8. 1692. 4. 1708. 4. 1723. 4. 1756. 4. Belgice vertente C. v. SOLINGEN cum titulo *Spiegel der Vroed vrouwen.* AMSTERD. 1691. 4. Non inficeta fœmina, multa experta & ſponte etiam moliens, etſi aliqua minus probes, nimis frequenter vi diſruptas aquas, quas negat etiam digitis facile aperiri, bacillos in uterum datos, quibus pedes alte ſitos conatur ligare. Sarcoma uteri ut forcipe comprehenſum eduxerit. Fœtum tribus modis pari, capite præeunte, pedibus & natibus, non aliter. A nimio nixu caput fœtus periculoſe nonnunquam lateſcere. Pedes perſæpe faſciis devincit, ut facilius educat. Ut brachium retrahat puer, digitos ejus comprimit. Natibus præeuntibus non difficillimum eſſe partum. Puero oblique præeunte matrem reclinat & fœminam elevat. Si caput nimis magnum fuerit, lente enitendum. Periculum ſummum eſſe, quoties fœtu bene diſpoſito tamen partus diu moratus eſt: tum ne mater cum fœtu pereat, noſtra unco uſa eſt. Speculum uteri non adhibendum, niſi quando ulcera adſunt. Ut placenta ſequatur, abdomen paulum adtolli jubet, & ſecundam manu ſiniſtra adripere, dextræ vero digitiduobus funiculum ſequi ad os uteri, tunc id os elevare & diducere. Mors ex hæmorrhagia, cum funiculus perbrevis eſſet, & ſe in uterum recepiſſet. Ut ægre & cum periculo adhærentem placentam degluberit. Contra ridiculam adminiſtrationem eo ævo vulgo receptam, quo mater præceps dabatur. Capite prægrandi in primipara provectioris ætatis partus ſemper periculoſus eſt, etſi ſitus bonus fuerit. De utero ante fœtum prolabente: inſertis duobus digitis debere ſuſtineri.

Inde cum a. 1690. in *corollario ad diſp. de gonorrhœa* noſtræ nonnulla ANDREAS PETERMANN Profeſſor Lipſienſis carpſiſſet, noſtra edidit *Sendſchreiben an* A. PET. *wegen eines corollarii ſeiner diſp. de gonorrhœa.* CÖLN an der SPREE 1692. epiſtolam, recuſam cum nuperis editionibus SIEGMUNDÆ. Inexpertum de arte judicare objicit, & cum idem reſpondiſſet, noſtra ſecundum edidit libellum *wider* A. PETERMANN *gründliche Deduction vieler Handgriffe, die er als ungereimt verwirft zu erweiſen; nöthiger Bericht*, recuſum in nuperis editionibus. Explorationem fœtus, quæ nunc eſt receptiſſima, eo ævo PETERMANNUS pro nova re & inſolente, atque inutili habebat. Defendit aquarum in fœtu bene ſito diſruptionem,

nem, defendit etiam vinculum pedibus injectum, & bacillum. HALLER.

ANDREAS PETERMANN. Ejus *de gonorrhœa*. LIPS. 1690. 4.

Idem in *gründlicher Deduction vieler Handgriffe, die in der Br. Wehmutter gerühmt werden, und auf bloſſer Speculation beruhen* 1692. 4. fœtum duobus ante partum menſibus fruſtra manu explorari. Contra uſum bacilli. Humeris etiam fœtum hærere poſſe, etiamſi caput non reſtiterit, & capite recte præeunte, fœtum a funiculo ſtrangulari. Non debere in caput pueri uncum injici, & præſtare fracto capite manu oſſicula eximi.

Interceſſit Facultas medica Francofurtenſis ad VIADRUM, & PETERMANNI objectiones condemnavit.

Reſpondit PETERMANNUS in *fernerer Deduction wider die Information der mediciniſchen Facultät zu Frankfurt an der Oder, die Br. Wehmutter betreffende*. Non eſt chirurgici argumenti: libelli repeiuntur recuſi in editione SIGMUNDIÆ Berolinenſi 1723. 4. HALLER.

ANDREAS LOEW. V. *pag.* 62.

FRIDER. RUYSCH in *obſervat. anatomico-chirurgicis*. Uterus ſcirrhoſus, propendens, ab imperito homine una cum oſtio veſicæ vinculo adſtrictus: alia exempla prolapſi uteri vel inverſi, vel non mutati. A vero funiculi umbilicalis nodo enectus fœtus. Hymen nimis perfectus in partu inciſus. Uteri portio in partu elapſa feliciter reſtituta, verusque pariter prolapſus. Uterum obſtetricum culpa frequenter inflammari vidit. Tumor in abdomine puerperæ ex omento involuto & in carneam naturam tranſeunte. Uterus omnino ad dextra reclinatus. HALLER. V. *pag.* 63.

Hebammen- oder Kindermutterbuch nebſt angehängten Weiberarzneyen. MERSEBURG 1691. 8. HALLER.

PETRUS PATON. Ejus diſp. *de partu difficili*. LEID. 1691. 4. Contra cæſaream ſectionem, etſi eam in catella a NUCKIO feliciter vidit adminiſtratam. HALLER.

BARTHOL. SAVIARD in *nouveau recueil* &c. Partus difficillimus, cum caput pueri in vagina eſſet. HALLER. V. *pag.* 64.

J. B. VERDUC in *traité des operations* &c. cap. 36. de ſectione cæſarea.

Idem in *pathologie* &c. cap. 41. 42. de morbis vaginæ & uteri. V. *pag.* 305.

GODO-

Godofredus a Lankisch in *Act. Erud. Lipſ.* a. 1693. refert de vero partu cæſareo felici. Haller.

Jobert, medicus, in *Journal des ſavans* a. 1693. refert de ſectione cæſarea bis in eadem muliere repetita. Haller.

Philippus Peu, chirurgus Pariſinus, obſtetrix, æmulus Francisci Mauriceau. Ejus eſt *la pratique des accouchemens.* Paris 1694. 8. Senilis labor hominis in ſua arte non ſummi, non tamen perinde miſeri, ut Mauricæo viſum. Unci uſum defendit contra Mauricæum, addit exempla ſua, in quibus ad fœtum mortuum educendum, eo inſtrumento feliciter uſus ſit, ut id fiat fœminam jubet ſe quadrupedem dare, natibus altioribus. Vitio ei vertitur, quod de fœmina viva fœtum voluerit excidere, iterumque, ut tamen eo in caſu fœmina ſervata fuerit (g). Non probat cæſaream ſectionem. Caput incuneatum non ignoravit. Contra *tiretête* Francisci Mauriceau. Non debere fœtum unico pede extrahi. Non valde probat frequentem contactum, qui caput pueri ſitu mutat. Patienter ſua tempora vult expectari, & aquas vetat rumpere. Non probes, quod terrore per illapſam aquam excitato, velit fœtum expellere.

Reponſe aux obſervations particulieres de M. Mauriceau. Lites acerbæ & uſu caſſæ.

Ad hanc litem pertinuerit *factum ou lettre de* Simon *à* M. Peu *ſur la falſification, qui ſe trouve à la fin de ſon premier livre des accouchemens.* Paris 1695. 4. Haller.

Christianus Joh. Lang in *operibus omnibus* caput integrum habet de manuali operatione obſtetricantium in partu difficili. Haller. V. *vulnera.*

Georg. Frid. Frank. V. *pag.* 65.

Ambrosius Stegman. V. *pag.* 66.

J. Georg. Joseph. Schwaller. V. *pag.* 66.

Guil. Cowper in *anatomy* &c. exempla fœtus in utero retenti, forcipe & fruſtulatim educti. Haller. V. *pag.* 67.

J. Hadrianus Slevogt. Ejus diſp. *de muliere gravida lapſu vaginæ uteri laborante.* Jenæ 1700. 4.

Ejus *de partu Thamaris difficili & perinæo inde rupto.* Ibid. 1700. 4.

Ejus *de utero per ſarcoma ex corpore protracto, poſtmodum reſecto.* Ibid. 1700. 4.

Ejus *de dolorum partus ſpuriorum cum veris collatione.* Ibid. 1702. 4.

Ejus

(g) Bruhier *ſignes de la mort. nov. ed.* I. 129.

Ejus *de ægra retentione ſecundinarum laborante.* Ibid. 1704. 4. Die ſexto demum cum ſummo fœtore ſecunda expulſa felici eventu.

Ejus *de ſingularibus quibusdam partus impedimentis.* Ibid. 1704. 4.

Ejus *partus naturalis collatus cum præternaturali, occaſione fœminæ ad extractionem fœtus uſque parturientis.* Ibid. 1705. 4.

Ejus *de partus retardati nocumentis.* Ibid. 1705. 4.

Ejus *de embryulcia* HIPPOCRATIS. Ibid. 1709. 4. Caput incuneatum verſo fœtu, pedibusque adreptis expedit, digitis in os uteri datis, ne circa caput fœtus ſtringatur.

Ejus *de partu cæſareo.* Ibid. 1709. 4.

Ejus *an maturus fœtus matris ſanandæ cauſa occidendus.* Ibid. 1710. 4. HALLER. V. *pag.* 580.

LAURENT. van der BUSCH. Ejus diſp. *de partu cæſareo.* FRANEKER 1695. 4. HALLER.

HENRICUS van DEVENTER, medicus Belga Daventrienſis, qui Chirurgiam univerſam & peculiariter artem obſtetriciam exercuit, obſtipos, claudos, mancos etiam curare (h) ſolitus, & frequentia in DANIAM itinera ſuſcipere, ornatus a CHRISTIANO V. ob mechanica, quæ exhibuerat ſpecimina. Junior enim aurifaber fuerat, & inſtrumenta parabat ad corrigendam ſtaturam. Ejus *dagerrat der Vroedvrouwen ofte voorloper van het tractat genaemt nieuw ligt der Vroedvrouwen.* LEID. 1696. 8. 1701. 4. 1724. 4. 1746. 4. Ejus *operationes chirurgicæ novum lumen exhibentes obſtetricantibus.* LEID. 1701. 4. & auctius 1734. 4. Gallice vertente JACQUES JEAN BRUHIER d'ABLANCOURT, PARIS 1734. 4. maj. Germanice JENA 1728. 8. 1731. 8. 1740. 8. 3. vol. 1761. 8. Anglice LONDON 1716. 8. Multum laudis hoc & aliis ſuis operibus vir Cl. meruit, ut etiam a translatore Gallis ſuis præferatur, etſi ſunt, qui minus obliquitati uteri tribuant. Ab iſta enim plerasque in pariendo difficultates noſter derivabat. Spem eſſe boni partus, ſi os uteri cum capite fœtus in pelvim prolapſum fuerit, ſi tenue & molle fuerit, lateque patulum, & caput tangatur, etiam per os uteri. Ut veri dolores a ſpuriis diſtinguantur, accurate. Unco nunquam opus eſſe. Uteri in fundo fovea, quæ ſubinde adpareat, & quam oporteat continuo explanare. Sellam obſtetriciam deſcribit. Pelvis vitia varia. In nimis ampla pelvi, ſi una os uteri durum fuerit, poterit uterus prolabi. Anguſta pelvis longum poſcit laborem. Coccygem debere repelli, eo repulſo partum hærentem expeditum fuiſſe. Obliquitas uteri varia: ut adgnoſcatur, ut tollatur. Utique a nimis ampla pelvi etiam vitioſi partus. Vaginam in FRI-

(h) In ipſo libro, ſe in his malis totum occupari.

SIA frequenter prolabi: ut reponatur, curetur. Præcraſſas membranas tamen rumpi neceſſe. Ut placentæ præeunti medeamur. Soliti mali fœtus ſitus eorumque medela. Brachia cum capite poſſe tranſire. Signa uteri antrorſum penduli, aut retrorſum, & medela. Uterus ad latus obliquus. Compendium artis utile. Quando inſtrumentis utendum, caput perforandum.

Ejus *operis pars ſecunda. Ulterius examen partuum difficilium, lapis lydius obſtetricum, & de neceſſaria cadaverum inciſione.* LEID. . . . 1724. 4. *Seconde partie* edit. Gallicæ. Difficilis partus a plica uterum inter & vaginam intercepta: eo in caſu fœtus ne pedibus quidem extrahi poteſt. In pelvis anguſtia caput aperiendum. Caput fœtus ſupra os pubis delapſum. Brachium extorquere inutile. Exemplum capitis incuneati. De obſtetricum erroribus.

In editione Gallica BRUHIER primum laudes canit HENRICI, eique multa tribuit inventa, quæ hactenus dudum nota fuerant, ut dolorum verorum a ſpuriis diſtinctionem, repulſionem coccygis, obliquitatem uteri variam. In adnotationibus paſſim cum Gallis confert, & fere pro eo dicit.

In nova editione LEID. 1733. 4. multa acceſſerunt. Primum partus aliqui difficiles, de quibus auctor retulit, cujus codices ab heredibus bibliopola redemerat; fœtus brachio præeuntes; transverſi; ab uteri oſculo conſtricti, & funeſtæ uteri obliquitates.

Inde epiſtola ſucceſſit ad D. VINK, in qua varias iterum tradit adnotationes. Uterus obliquus, ut fundo ſuo in pendulum abdomen declinaret, eventu funeſto. Alius infauſtus eventus fœminæ ſexto die, genitalibus partibus tumidis, cum fœtu pereuntis. Nixuum maximam eſſe noxam, ſi uterus male verſus fuerit, ſic medicamentorum. Subitum partum utique lento præſtare. Caput apertum linteo ſicco prehenſum noſter adtrahebat. Chirurgos Pariſinos uteri obliquitatem ignorare, eorumque cæcum eſſe laborem. Continuo invertendus puer, qui male ſe offert. In malo ſitu, cum unco uti voluiſſet, neque is labor ſucceſſiſſet, tandem difficulter & unco vertebris prehenſis fœtum eduxit. HALLER.

De la VAUGUYON. V. *pag.* 305.

CONRAD BARTHOLD BEHRENS. V. *pag.* 918.

J. JAC. VOYT. V. *pag.* 69.

J. CONRAD. BECKER, medicus Alfeldenſis. Ejus diſp. *de abortu.* GIESS. 1696. 4. HALLER.

Ejus *pædoctonia inculpata ad ſervandam puerperam.* Ibid. 1729. 4.

FRID. HOFMAN. Ejus diſp. *de incontinentia urinæ ex partu difficili.* HALÆ 1724. 4.

Ejus

Ejus *de abortu.* Ibid. 1733. 4.

Idem in *Medicinæ ſyſtematicæ Tomi quarti parte tertia* HALÆ 1734. 4. caput habet de abortu. HALLER. V. *pag.* 606.

J. BAPTISTA WENKH. V. *pag.* 69.

J. CHRISTOPH. MENZEL. V. *pag.* 70.

In novo diario *le progres de la Medecine.* PARIS 1696. 12. huc facit fœtus aliquot annis in utero moratus, qui per inciſi abdominis vulnus exiit.

Du CHESNE ibid. cyſtis membranacea utero mulieris adnata. HALLER.

CHRIST. GOTTL. REUSNER. Ejus diſp. *de partu difficili.* ERFORD. 1697. 4. HALLER.

J. WOLF. KOCH. Ejus diſp. *de partu præternaturali.* FRANCOFURT. 1697. 4. HALLER.

CORNELIUS V. ACKERSDYCK. Ejus diſp. *de partu difficili.* LEID. 1697. 4. HALLER.

JUSTUS OTTO QUENTIN. Ejus diſp. *de gravidarum præparatione ad partum facilem.* UTRECHT 1697. 4. HALLER.

J. JACOB. FICK, Profeſſor Jenenſis. Ejus diſp. *de abortu epidemico.* JEN. 1697. 4. Annum 1696. frequentibus abortubus infamem fuiſſe. HALLER.

CAROLUS MORLEY in *Phil. Tranſ. n.* 227. refert de fœtus oſſibus per anum expulſis.

JACOB. BRODIE ibid. *n.* 229. de fœtu per abſceſſum umbilici egeſto. HALLER.

ELIAS CAMERARIUS. V. *pag.* 70.

J. HENRICUS VORWALTNER. V. *pag.* 71.

J. MICHAEL METIUS. V. *pag.* 71.

J. JAC. DOEBEL. In *Act. Litt. Mar. Balth.* 1699. eſt ejus hiſtoria fœtus in ventrem effuſi. De fœtu extra uterum in abdomine reperto. HALLER.

J. CHRISTOPH. ETTNER. Ejus *die unvorſichtige Hebamme* 1715. 8. Ita HALLER, absque loco. Alibi vero lego: JOH. FRID. ECKARDT *unvorſichtige Hebamme.* LEIPZIG. 1715. 8. Erit tamen ETTNERI opus ſub nomine ECKARDT. V. *pag.* 72.

CHRISTOPH. KNEUSEL. Ejus diſp. *de hæmorrhagia uterina matronæ abortientis, ex praxi clinica deſumta.* GIESS. 1698. 4. HALLER.

GUILIELM. ULRICH. WALDSCHMIDT. Ejus diſp. *de abortus facti ſignis in matris præſertim defunctæ partibus generationi inſervientibus reperiendis.* KIEL. 1723. 4.

Ejus *de ſuperfœtatione falſo prætenſa.* Ibid. 1725. 4. HAMBURG. 1727. 4. HALLER. V. *pag.* 919.

GEORG. ERNEST. STAHL. Ejus diſp. *de abortu, & fœtu mortuo.* HAL. 1704. 4. In repetitis abortubus fere informes maſſas reddi.

Ejus *de infantum adfectibus.* Ibid. 1705. 4. HALLER. V. *pag.* 469.

GUILIELMUS DAMPIER in *Phil. Tranſ. n.* 243. oſſa fœtus per abſceſſum ſuper os pubis egeſta. Anno 1697. jam lecta fuerat relatio. HALLER.

The complete midwifes practice enlarged. LONDON 1699. 8. Ex LUDOVICA BOURGEOIS, T. MAYERNE. T. CHAMBERLAINE, & R. CULPEPER collectum opus. Ita HALLER.

CORNELIUS KELDERMAN. Ejus *onderwys voor allevroed vrouwen rakende haar ampt ende plicht.* BRUGGE 1699. 8. HALLER.

ANNA ELISABETH HORENBURGIN, nata GÜLDENAPFEL, quæ artem obſtetriciam ISLEBIÆ, deinde BRUNSWICI exercuit. Ejus *wohlmeinender und nöthiger Unterricht der Hebammen.* HANNOVER, u. WOLFENBÜTTEL 1700. 8. Simpliciter pro tironibus ſcripſit, de partu naturali, deinde vitioſo. Oſſa pubis non in naturali, ſed in difficili partu diſcedere. Non debere vaginam ad expediendum partum diſtendi. Non ignoravit incuneatum caput, & difficilem inde partum. Caput, quod latere ſuo præit, pariter metuit. Manum præeuntem comprimit, ut eam puer retrahat; neque ignorat, ut ei malo mederi oporteat, verſione & pedibus apprehenſis, quod quidem artificium in univerſum commendat. HALLER.

WILLOUGBY, chirurgus Darbienſis. Ejus *vroedkundige anmerkingen.* LEID. 1754. 8. Artem ad annum 1681. exercuit. Naturæ opem expectabat, partum amabat differre: ei felices partus meretricum deberi. Pedibus & alterum gemellum, & in univerſum in omni ſitu difficili fœtum educebat. Partes vetabat diſtendere. Caput impactum poſt fœminam poſitus duobus digitis de oſſe pelvis detorquebat, coccygem vero extrorſum flectebat. Unco in vivo fœtu non u ebatur. In hæmorrhagia partum præcipitabat, non ſemper felix. Rachiticarum puellarum pelvim figuram alienam induere. Duriorem coccygem ſæpe partum morari. Rariores caſus, ut obſtaculum partus a calculis in cutem incluſis. HALLER.

BERNARDINO RAMAZINI. Ejus *de morbis artificum.* MUTIN. 1700. 8. Huc facit caput de obſtetricum morbis.

JOHANNES FATIO, medicus, qui & obſtetriciam BASILEÆ exercebat, codicem reliquit *Helvetiſche vernünftige Wehmutter, oder gründl. Unterricht, wie mit Schwangern gebährenden Kindbetterinnen und neu gebohrnen Kindern umzugehen.* BASIL. 1752. 4. Videtur circa hæc tempora ſcriptus fuiſſe codex, qui multis ab auctoris morte annis demum prodiit.

Multi

Multi caſus partuum difficilium, qui ſcriptori curandi contigerunt. Ut emendaverit difficilem ob prolapſam vaginam partum. Præeuntibus ſecundis fœtum absque artis auxilio non poſſe ſuccedere. Ruptus in partu uterus. Iterum uterus ruptus, & per eum elapſa inteſtina. Lacerum collum veſicæ, ſutura clavata confirmatum. Veſica rupta, perinæum laceratum in partu difficili. Magnus tumor placentæ ſimilis, caput tegens. Ut caput reſes in utero evocaverit. Caput nimis grande ſe coactum fuiſſe dividere, ut aquam hydropicam emitteret. Mira hiſtoria fœtuum epigaſtriis connatorum, quos in lucem protraxit & ſeparavit, ut uterque fœtus vitalis ſupereſſet. Sectionem cæſaream non admittit, niſi in mortua fœmina, de qua 14. hora a partu vitalem & plorantem puerum excidit. Placentam, quam de utero ſolvere non potuerat, feliciter fruſtulatim deceſſiſſe. HALLER.

THOM. GREENHILL in *Phil. Tranſ.* n. 265. ex tumore umbilici prodeuntia oſſicula puerorum. HALLER.

Die Sächſiſche Wehmutter. FRANKF. und LEIPZIG. 1701. 8. 2. vol. HALLER.

Traité des hernies des hommes &. V. *pag.* 818.

POLYCARP. GOTTLIEB SCHACHER. Ejus diſp. *de placentæ uterinæ morbis.* LIPS. 1709. 4.

Ejus *de partu fœtuum diſparis magnitudinis.* Ibid. 1721. 4.

Ejus *de infante propter neglectam ex utero mortuæ matris excifionem in primo ætatis flore exſtincto.* Ibid. 1731. 4. HALLER. V. *ocul. morb.*

J. ADOLPH. WEDEL. Ejus diſp. *de partu difficili.* JENÆ 1730. 4.

Ejus *de partu difficili ex infantis brachio prodeunte.* Ibid. 1733. 4.

Ejus *de abortu.* Ibid. 1741. 4.

Ejus *de tumore abdominis poſt partum in nonnullis mulieribus non ceſſante.* Ibid. 1746. 4. HALLER. V. *pag.* 880.

J. WILH. FLAD. Ejus diſp. *de abortu.* BASIL. 1701. 4. HALLER.

DANIEL NEBEL. Ejus *de extractione fœtus humani ex utero.* HEIDELBERG 1713. 4. Uteri in partu rupti exemplum. HALLER. V. *pag.* 74.

CAROLUS HOLT in *Phil. Tranſ.* n. 975. retulit de infante, cui ventriculus & inteſtina in pectus migraverant.

CHRISTOPH. BIRBER ibid. de fœmina, quæ fœtum per umbilici abſceſſum egeſſit. HALLER.

BENJAMIN EWALDT. Ejus *de obſtetrice inculpata.* REGIOM. 1707. 4. HALLER. V. *vulnera.*

Nütz-

Nützlicher Coburgiſcher Unterricht für die Hebammen. HILDSBURGHAUSEN 1703. 12. HALLER.

ADOLPH. VESLING. Ejus diſp. *de abortu.* LEID. 1703. 4. HALLER.

IDON. WOLF. in *obſervationibus* &c. Uterus in partu ruptus. HALLER. V. *pag.* 75.

JEAN RULEAU, chirurgus apud Santones. Ejus *traité de l'operation Ceſarienne & des accouchemens difficiles & laborieux.* PARIS 1704. 12. Germanice NÜRNBERG 1716. 8. Præmittit collectas ex aliis hiſtorias ſectionis cæſareæ, partus ventralis & reſecti uteri. Ad ea reſpondet, quæ contra ſectionem cæſaream vulgo objiciuntur, deinde deſcribit ſuam cæſaream ſectionem, quam ob tumorem oſſis pubis pelvim arctantem, & coccygem antrorſum curvatum, feliciter molitus eſt. Uterum inverſum laceratum curavit, tum ex rudi tractatione inflammatum, ſuppuratum. Uterus pro mola ab obſtetrice evulſus. Uteri gangrænoſa pars feliciter reſecta: fœmina tamen clauda facta eſt. Altera pars eſt *de partu difficili*, quem fere pedibus extractis expedit, & reliqua præcepta ſequitur MAURICÆI & coævorum. In retentis lochiis aptos liquores ſuadet injicere. HALLER.

J. CHRISTOPH. SCHROEK. Ejus *Unterricht von junger und erwachſener Kinder Krankheiten.* BERLIN 1704. 8. HALLER.

J. LUDOV. PETIT in *traité des maladies* &c. T. III. Partus difficilis hydrocephalici pueri. HALLER. V. *pag.* 76.

CLAUD. PASSAVANT in *theſibus medicis* BASIL. 1721. 4. caput retentum & brachium fœtus in ſacculo incluſum fuiſſe, quem exciderit. HALLER. V. *terebrat.*

PHILIPP. SKIPPON in *Phil. Tranſ. n.* 302. retulit de oſſibus fœtus per inguinis abſceſſum egeſtis. HALLER.

J. B. MORGAGNI. V. *pag.* 77.

S. J. M. D. *Kurze Abhandlung von Erzeugung der menſchen und dem Kindergebähren.* FRANKFURT 1706. 8. Dicitur quater Belgice, & bis Germanice prodiiſſe. Agitur de partu etiam naturali, deque eum adjuvandi modis; tum de partu præter naturam ſituque vitioſo. Multum laudat PAULUM CHAMBERLAYN, cujus & pater, & duo fratres, peritia obſtetricandi eminuerint, & operationem ei tribuit, quam non deſcribit, forcipis, ut videtur, uſum. Contra ſectionem cæſaream in fœmina nuper mortua; fruſtra ſuſcipi, cum infans continuo pereat. HALLER.

J. JACOB BAIER. V. *pag.* 909.

ALEXANDER MARCHETTI in *Phil. Tranſ. a.* 1706. *n.* 307. partum cæſareum molitus adminiſtrationem deſcribit. Pueri biduo, triduo ſupervixerunt. HALLER.

ANTON.

Anton. Hewnden ibid. *n.* 309. antlia, & cucurbitula fruſta adhibitæ ad caput fœtus extrahendum. Haller.

François Gigot de la Peyronie. V. *pag.* 78.

J. Guilielmus Pauli. Ejus *de uteri amputatione programma.* Lips. 1709. 4. quam rejicit. Haller. V. *pag.* 79.

Gerard Goris. Ejus *ars obſtetricandi.* Leid. 1707. 8. Haller.

Philipp. Hecquet *de l'indecence aux hommes d'accoucher les femmes, & de l'obligation aux femmes de nourrir leurs enfans.* Paris 1708. 12. Caſtitatem vitæ fœminarum præferebat. Haller. V. *venæ ſect.*

Paul. Frick. Ejus *medicus obſtetricans.* Utrecht 1707. 4. Diſputatio. Haller.

Martin (vel Matth.) Naboth. Ejus diſp. *de ſterilitate mulierum.* Lips. 1707. 4. Menſes ab atreta vagina retenti liberati inciſione. Haller.

J. Georg. Nic. Dieterich. Ejus diſp. *de erroribus in vero termino partus commiſſis.* Giess. 1707. 4. Haller.

Besson in conſeſſu *Acad. Monſpel.* retulit de oſſibus fœtus per abſceſſum abdominis prodeuntibus. Haller.

Hermannus Boerhaave. V. *pag.* 79.

Hermannus Fridericus Teichmeyer. V. *pag.* 607.

Cum ejusdem Teichmeyeri *medicina legali* &c. edidit filius patris ſui in partu ventrali factam adminiſtrationem; quem aliquot a conceptione annis excidit. Haller. V. ibid.

J. Linder, poſtea v. Lindenstolpe in *Phil. Tranſ. n.* 385. partum deſcribit per anum, tum in *Act. Suec.* 1723. Haller. V. *pag.* 1048.

J. Wendelin Simonius. Ejus *rationes embryulciæ lithotomiæ.* Tubing. 1708. 4. In hac diſputatione ſuas adminiſtrationes proponit. Haller.

Andreas Ottom. Goelicke. Ejus *de dyſtocia.* Francof. ad Viadr. 1732. 4. Fœtus mortuus poſt tres molas feliciter editus. Haller. V. *pag.* 920.

L. D. C. V. *de liſtigheden der hedendagſe Kraamvrouwen.* Amsterdam 1709. 8. Haller.

Bezaleel Sherman in *Phil. Tranſ. n.* 323. retulit de fœtus oſſibus in utero retentis. Haller.

Johannes Palfyn in L. *de fœminæ fabrica.* Leid. 1708. 4. utique ſe vidiſſe verum uteri prolapſum, & fœtum 13. anno a conceptu in utero

utero repertum, maxillæ ſcilicet & dentium rudimenta, & pilorum. HALLER. V. *pag.* 306.

CORNELIUS TRIOEN, medicus. Ejus inaugurale ſpecimen *de partu difficili.* LEIDÆ 1710. 4.

Ejus *obſervationum chirurgicarum faſciculus.* Ibid. 1743. 4. Partus a callo vaginæ præpeditus. Partus cæſareus ab auctore adminiſtratus, nempe peritonæo inciſo eductus partus ventralis. Nimis parum noti libri tabulæ pulcherrimæ. HALLER.

SIMON PAUL. HILSCHER. Ejus diſp. *de incontinentia urinæ ex partu globulis ligneis curanda.* JENÆ 1716. 4.

Ejus *theoria abortus & partus præcocis.* Ibid. 1727. 4.

Ejus *de læſione uteri ab improvida ſecundinarum extractione.* Ibid. 1740. 4.

Ejus *de tumore ventris oblongo poſt partum farcimini ſimili.* Ibid. 1741. 4.

Ejus *de abortu a plethora facile repetente.* Ibid. 1744. 4. HALLER. V. *pag.* 717.

LAURENTIUS HEISTER. Ejus *fœtum ex utero matris mortuæ excidendum eſſe.* Reſpondente DIFENBACH, ALTDORF. 1720. 4. Exemplum uteri rupti. HALLER.

Idem in *Chirurgiæ* Parte II. cap. 113. de ſectione cæſarea. Cap. 152. de arte obſtetricia. V. *pag.* 82.

MICHAEL ALBERTI. Ejus diſp. *de fœtus mortui cum adnexis ſecundinis ex utero extractione.* HALÆ 1737. 4.

Ejus *de extractione fœtus perverſi ex utero poſt effluxum aquarum compreſſo.* Ibid. 1742. 4.

Ejus *de ſecundinis reſtitantibus.* Ibid. 1743. 4. HALLER. V. *pag.* 608.

Erneuerte und vermehrte Brandenburgiſche Hebammenordnung. ONOLZB. 1711. 4. HALLER.

J. GEORG. a BERGEN. Ejus diſp. *de inverſione uteri.* FRANCOF. 1732. 4. HALLER. V. *pag.* 742.

DANIEL BARTENSTEIN. Ejus diſp. *de morbis infantum recens natorum.* ARGENT. 1711. 4. HALLER.

ABRAHAM KÜBLER. Ejus diſp. *de abortu.* ARGENT. 1711. 4. HALLER.

J. HENR. STÆHELIN. Ejus *theſes anatomico-botanicæ.* BASIL. 1711. 4. Memorabile narrat exemplum uteri rupti, ut cum fœtu inteſtina proruperint, neque tamen mors ſecuta ſit. HALLER.

J. Christian Stisser, medicus Hallenſis. Ejus *kurzer Unterricht vor Frauenzimmer und ſonderlich vor Wehmütter.* Leipz. 1712. 8. De obſtetricis officio in partu naturali & præternaturali. De ſecundis & morbis puerperii, deque cæſarea ſectione. Ad alios fere ſcriptores lectorem remittit, potiſſimum etiam ad Justinam Siegmundin. Ita Haller.

Hieronym. Ludolf. Ejus *incommoda a placenta, a fundo uteri aberrante* &c. Erford. 1757. 4. Haller. V. *vulnera.*

Godfrid David Mayer. V. *pag.* 85.

Michael Ernest. Ettmuller. Ejus *de ſecundinarum excluſione.* Lips. 1716. 4. Haller. V. *pag.* 86.

Sebastianus Melli. Ejus *la commare levatrice iſtrutta nel ſuo offizio.* Venezia 1721. 1737. 1750. 4. Pars ſecunda agit de partu, ejus impedimentis, tertia de officio obſtetricis & partu difficili, brevis certe parumque plenus liber, aut nuperis dives inventis. Ut veteres, noſter fœtum pedibus præeuntem jubet in caput dirigi. P. IV. de molis, menſtruis, partu ventrali; de fœtu retento, & ex abſceſſu poſt aliquot annos oborto educto: læſum inteſtinum feliciter convaluit. De Philippi Cruccii forcipe dentata pro educendo fœtu mortuo. Caput reſes noſter manu expedivit. Haller.

Johannes Fantoni. V. *pag.* 87.

Conr. Philipp. Hofmann. Ejus diſp. *de infignioribus puerperii temporibus.* Regiomont. 1713. 4. Haller.

Pierre Amand, chirurgus Pariſinus, qui & artem obſtetriciam exercuit. Ejus *nouvelles obſervations ſur la pratique des accouchemens avec la maniere de ſe ſervir d'une nouvelle machine pour tirer la tête de l'enfant.* Paris 1713. 8. 1715. 8. Præcipua pars libri ad obſtetrices ſpectat catechetico ordine ſcripta. Majoris momenti ſunt adnotationes 129, non eæ inutils. Pluſculæ atretæ, quæ conceperunt. Abortus, hæmorrhagiæ. Situs præter naturam, brachium præiens &c. Os uteri cæcum. Fœtuum in ventrem elapſorum exempla. Cæterum reticulum deſcribit, quo manum armat, ut caput in utero relictum apprehendere poſſit, digitis per certos annulos trajectis. Verum id quidem machinamentum a peritis non eſt receptum. Haller.

J. Baptista Bianchi. Ejus *de naturali, vitioſa morboſaque generatione.* Turin 1745. 8. Pluſcula huc faciunt, de abortu, hernia varia, etiam uteri, fœtu diu in utero reſide, fœtuum ventralium partu cæſareo, partu per anum vagina ruptus uterus. Partum cæſareum rejicit, neque unquam ſatis certo adminiſtratum fuiſſe putat. Aliquæ propriæ hiſtoriæ, Partus ex ulcere perinæi. Partus per anum ex imo inteſtino. Fœtus ex

 abſceſſu,

abſceſſu per umbilicum eductus. Exemplum ſectionis funeſtæ partus ventralis.

Idem in *theatro* MANGETI aliqua habet, ut fœtum ventralem. HALLER. V. *ocul. morb.*

CHRISTIAN. POLYCARP. LEPORIN. Ejus *Erörterung einiger die zurückgebliebene Nachgeburt betreffender Fragen.* QUEDLINBURG 1718. 4. Non nimium fidendum muſculo RUYSCHIANO, neque placentæ excluſionem naturæ permittendam. HALLER. V. *vulnera.*

CONRAD LUDWIG WALTHER. Ejus *tortura infantum, d. i. gründliche Abhandlung des Wehethuns und der Verbrechung ſo den ganz kleinen Kindern zur Ungebühr aufgebürdet wird* &c. LEIPZ. 1721. 8. Ridiculæ ſuperſtitiones fœminarum eo fere redeunt, ut cardialgiam infantilem neſcio, cui luxationi & vitio mechanico tribuant, quæ mala volunt extenſionibus, complicationibus aliisque ejuſmodi adminiſtrationibus corrigere, ubi ſolis medicamentis opus ſit. Ita varia mala miſeris arceſſuntur non raro, ut noſter per exempla oſtendit, etiam lethalia, ut ipſæ vertebræ luxatæ fuerint. Ad finem aliqua de morbis mammarum fiſſurisque papillarum, quas ſaturninis medicamentis curat. HALLER. V. *pag.* 87.

Kurzer Bericht für die Hebammen auf F. Coburgiſcher Regierung Befehl aufgeſetzt. COBURG 1715. 12. HALLER.

LOUIS LEGER de GOUEY. V. *pag.* 89.

CHR. FRID. PISTOR. Ejus diſp. *de fœtu e rupto utero in abdomen prorumpente.* ARGENTOR. 1716. 4. 1726. 4. Etiam alia ſimilis eventus exempla. HALLER.

J. GEORG DUVERNOY. Ejus diſp. *de colenda cito, tuto, & jucunde Lucina in puerperio.* TUBING. 1716. 4. HALLER.

J. DANIEL GOHL in *Actis Erud. Lipſ. Decad.* III. *Vol.* I. Vagina caſu pene connata conceptum non impedivit. HALLER. V. *pag.* 89.

J. GOLDHAMMER. Ejus *examen obſtetricium.* ... 12.

Ejus *compendiöſer aber offenherziger Weiber- und Kinderarzt.* MÜLHAUSEN 1717. 12. 1737. 8. 1750. 8. Habet morbos parientium, puerperarum & infantum. HALLER.

CHR. ERN. GORN. Ejus diſp. *de auxilio debito in partu difficili.* UTRECHT 1717. 4. HALLER.

A. CHRISTOPH BERNARD VALENTINI *an liceat vim inferre fœtui, ut ſervetur mater.* GIESS. 1720. 4. HALLER. V. *pag.* 318.

DAVID LAURENT. EBERSBACH in *Eph. Nat. Cur. cent.* V. *obſ.* 20. fœtus humanus improbabili errore in veſica urinaria repertus. Ita HALLER.

J. BURK-

J. Burkhart Moegling. V. pag. 90.

Guilielmus Mauquest, vulgo de la Motte, chirurgus, qui magnam partem vitæ ſuæ degit in oppido Neustriæ Valogne, non quidem eruditus, ſed recti judicii vir, qui plurima expertus, multa ſimplicius & melius, quam priores chirurgi, vidit, hactenus modeſtus, & candidus, ut calculi extractionem omnino deſeruerit, quod ſibi minus feliciter ceſſiſſet. Ejus *reponſe au livre de l'indecence aux hommes d'accoucher les femmes*, cum *L. de la generation*. Paris 1718. 12. Facile oſtendit, ob obſtetricum potiſſimum imperitiam, non poſſe genus humanum virorum auxilio carere, qui in partu difficili naturam adjuvent. Neque enim unquam ab obſtetrice eam expectes anatomes cognitionem, quam a chirurgo (aut medico) ſperes.

Ejus *traité complet des accouchemens naturels & non naturels & contre-nature*. Paris 1721. 4. Leid. 1729. 4. Paris 1765. 8. 2. vol. Germanice vertente J. G. Scheid *von Krankheiten ſchwangerer und gebährender Weiber*. Strasburg 1732. 4. 1734. 4. Senis opus, qui ſupra trigeſimum annum artem exercuerat, & adnotationes ſunt 165. Paſſim a Francisco Mauricæo & Peu diſſidet ſimplicis curationis amans, manibusque fere fiſus, niſi quod incuneatum caput cultro aperiat, & expreſſo cerebro liberet. Vinculis a partu aliisque artificiis abſtinet. Nonnunquam eſt, quod malis omiſſum, fœtum ſc. cerebro non majorem, qui vitalis fuerit, & cui noſter baptiſmum impertiverit: hymenem, quem ajat ſibi nunquam viſum. Ordinem ne deſideres. Uncum & reticulum Amandi rejicit, coccygem negat partum impedire. Etiam virginibus a fluore albo, aliisque cauſis uterum prolabi. Clamores partum morari. Malum eſſe partum, qui fit præeunte capite, oblique ſito, ut occiput ſiniſtra reſpiciat, dextera facies. Eſſe ubi capite bene diſpoſito partus lentiſſime procedat. Neque alium partum periculoſiorem eſſe, quam qui fit capite in pelvim intruſo. Si caput oblique prodierit, debere fœtum pedibus extrahi, ita qui nates præmittit. Exempla capitis evulſi. Contra laqueos, quibus pedes adprehenduntur. Se uno pede fœtus extraxiſſe, non laudare tamen. Reticulo ſe non uti. Febres fere abortus faciunt, ſed vitales. Bis in partu brachium fœtui fregit, ſed facile ſanatur. Placentam excitato digito vomitu expellit. De cæſarea operatione: non requiri, niſi in anguſta pelvi, quæ vera ſit mali partus cauſa. Vinum tepens ad excoriationes partium genitalium optimum. Ulcus vaginæ ſanatum. Prolapſus vaginæ, recens facile curatur, non ita vetuſtus. In nova editione obſervationes ad ſua capita relatæ ſunt, inque meliorem ordinem digeſtæ, & adjectæ paſſim adnotationes, denique icones. Haller.

ANDREAS HUTTER in *funfzig chirurgiſchen obſervationibus* &c. refert de ſectione cæſarea in mortua fœmina. HALLER. V. *pag.* 91.

In *Breslauer Sammlungen.* V. *pag.* 91. 100. 101.

JOH. ASTRUC. Ejus *des maladies des femmes.* PARIS 1761. 12. 4. vol. Tom. V. & VI. ſucceſſerunt a. 1765. 12. Germanice 3. *Theile*, DRESD. 1770. 8.

Ejus *l'art d'accoucher reduit à ſes principes.* PARIS 1766. 12. Anglice *elements of midwifery with additions and explanatory notes by* S. RYLEY. LOND. 1766. 8. Hiſtoria artis obſtetriciæ. In ipſo opere multum iniquo uteri ſitui noſter tribuit: fœtum ſe præcipitem dare admittit. De malo fœtus ſitu, de pelvi male facta, hic breviter, cum id mali genus noſter putet extra LUTETIAM rarum eſſe. Si fœtus in ſuperiori freto pelvis hæſerit, LEVRETI forcipe jubet uti, ſi in inferiori, coccygem retrorſum pellere. Neceſſe videri, ſubinde duriores membranas rumpere. Contra cæſaream ſectionem. Axiomata pro obſtetricibus. HALLER. V. *pag.* 697.

JOHANNES DOUGLAS. Ejus *a short account of the ſucceſs of midwifery in London and Weſtminſter.* LOND. 1736. 8. In CHAMBERLAYNIUM & CHAPMANNUM. Priori vitio vertit, quod forcipis uſum, ſiquidem eſt aliquis, Gallis venalem obtulerit. CHAPMANNO arcanum objicit: reticulum, ut HALLERUS putat, AMANDI: nihil adeo novum habere. Poſſe & obſtetrices apte artem exercere, MARGARETÆ du TERTRE exemplo. Suadet noſodochium 200. puerperis deſtinatum conſtruere, in eo per viros eruditos obſtetrices erudire, quæ eo ipſo in noſodochio lege teneantur, peritiam neceſſariam adquirere. HALLER. V. *pag.* 519.

J. HENR. SCHÜTTE. Ejus *die wohlunterwieſene Hebamme.* FRANKF. und WESEL 1766. 8. Catecheſis pro obſtetricibus, juſto fere, prolixior. Methodus bona: præcipua enim artis hujus momenta breviter, ſimpliciter, & optimo cum nexu propoſita eſſe deprehenduntur. Quæſtionum ſeries quoque adjecta, absque reſponſionum ſuppeditatione; nec male: nam labor, quem adhibere obſtetrices coguntur ad eruenda ex ipſo operis contextu reſponſa, facit, ut earum ingenium magis acuatur, memoria firmior ad retinenda præcepta evadat. Recte monet fœtum oportere mature converti. In proponendo minime obſcurus. Malles autem, ut farragine medicamentorum ſæpe inanium auctor abſtinuiſſet. Conſilia medica vulgo non ignota. Ita in *deutſch allg. Bibl.* 11. *Band.* 2. *St.* pag. 228. V. *pag.* 92.

J. ADAM GÖRITZ. V. *pag.* 92.

SAMUEL STEURLIN. V. *pag.* 92.

J. CHRISTOPH SPROEGEL. Ejus *die neu angekommene Kindermutter.* HAMBURG 1722. 8. HALLER. V. *pag.* 92.

JACOBUS STAALKOPF. V. *pag.* 93.

FRANC.

FRANC. RONCALLUS PAROLINUS in *Europæ Medicina* &c. agit etiam de ſectione cæſarea, quam laudat. HALLER. V. *pag.* 93.

JOHANNES JUNCKER. Ejus *kurzer Entwurf von der Hebammen-pflicht.* HALLER. 1753. 8.

Ejus *de puerperio infelici ulceris uteri frequentiori cauſa.* Ibidem 1741. 4.

Ejus *obſtetricum imperitia & errores.* Ibid. 1745. 4. HALLER. V. *pag.* 93.

Vorſichtige Lehren und heilſame Arzneymittel zum beſten der Wehmütter auf dem Lande. ASCHERSLEBEN 1720. 4. HALLER.

MARTINUS SCHURIG in *Gynæcologia* DRESD. 1730. 4. agit de partu difficili; de vaginæ ſarcomate; de atretis. Uterum a fœtu transverſim poſito ruptum vidit, & alias. Fœtus in ventrem effuſus. Carnea excreſcentia verrucis ſimilis ex vulva propendens.

Idem in *Syllepſiologia.* Ibid. 1731. 4. de fœtu ventrali. Uterus prolapſus, ut oſtium tangi poſſet.

Idem in *Embryologia.* Ibid. 1732. 4. ad uteri prolapſum ex niſu. De fœtu ventrali, utero rupto, partu cæſareo. Caput fœtus avulſum, funeſto etiam matri eventu. HALLER. V. *pag.* 307.

PHILIPP. GRULING *deutſches Arzneybuch und* PH. GERH. GRUNLINGS tr. *von Weiberkrankheiten herausgegeben durch* BEHRENS. LEIPZ. 1720. 4. HALLER.

ABRAHAM VATER. Ejus *graviditas apparens.* WITTEBERG. 1722. 4. *recuſ.* in HALLERI *collectionibus.* Uteri prolapſi exempla, ut ne veſtigium quidem in pelvi ſupereſſet &c.

Ejus *caſus oppido rari ſarcomatis a pudendo muliebri ſectione ſublati hiſtoria.* Ibid. 1728. 4. Ipſa ſibi mulier ſarcoma reſecuerat; & cum recruduiſſet malum, colloque eſſet tenui, filo interceptum feliciter exſtirpatum eſt.

Ejus *mola prægnans abortus cauſa.* Ibid. 1729. 4.

Ejus *de polypo poſt febrem epidemicam ex utero egreſſo.* Ibid. 1739. 4. HALLER. V. *vulnera.*

J. ANDR. FISCHER. Ejus *de officio obſtetricis.* ERFORD. 1723. 4. HALLER. V. *ocul. morb.*

FRID. CHRISTIAN ZIEGER. Ejus diſp. *de diſtocia.* ARGENTOR. 1720. 4. HALLER.

J. ZACHARIAS PLATNER. Ejus *de arte obſtetricia veterum.* LIPS. 1735. 4. HALLER. V. *pag.* 94.

ROB. NESBIT. Ejus diſp. *de partu difficili.* LEID. 1721. 4. HALLER.

GEORG.

GEORG. CHRISTOPH. FROBENIUS. V. *pag.* 95.

Hebammen-Catechiſmus. STRASBURG 1722. 12.

Fragbüchlein. Ibidem.

SALVATOR FRANC. MORAND in *Hiſt. de l'Acad.* 1748. retulit de fœtu, qui 31. annis in utero materno retentus totus duro involucro obductus fuit. HALLER. V. *pag.* 95.

ANTONIUS BENEVOLI in *diſertazioni* &c. obſervationem habet de fœtu, qui in tuba increvit, & per abſceſſum exiit. HALLER. V. *pag.* 823.

J. ERNESTUS WREDE. Ejus *Unterricht für die Hebammen.* HANOVER 1727. 8. HALLER. V. *pag.* 96.

GEORG. DANIEL COSCHWITZ. Ejus *de parturientium declinatione ſupina pro facilitando partu inutili.* HALÆ. 1725. 4.

Ejus *de gravidarum, puerperarum nec non infantum recens natorum regimine & adfectibus.* LIPS. 1732. 4. HALLER. V. *pag.* 96.

AMOS LAMBRECHT. Ejus *manuductio obſtetricantium of the handleiding der vroedkunde.* AMSTERDAM 1731. 8. Pars chirurgica exigua eſt. Ipſe tamen manum operi admovit. Rupit ipſe membranas, ut fœtum educeret, cum ovum in vagina emineret. Lentum laborem commendat. HALLER. V. *ocul morb.*

GOTTFRID HELD de HAGELSHEIM. Ejus *de tempore partus, occaſione partus tubarii 46. annos geſtati.* BAREITH 1722. 4. Refert etiam de ORTHII lapideo fœtu. HALLER.

LUCAS, chirurgus, in *Journ. des Sav.* 1722. *M. Jun.* refert de quinquemeſtri fœtu, quem de ano matris exciſo inteſtino recto extraxit bono eventu.

DASSE' ibid. de modo hæmorrhagias a partu compeſcendi, palpato per abdomen utero, & in varios motus excitato. HALLER.

J. HERMAN FURSTENAU. Ejus & VOGLER *de arte obſtetricia.* RINTELN 1746. 4. HALLER. V. *pag.* 98.

ROBERTUS HOUSTOUN in *Phil. Tranſ. n.* 378. de fœtus reliquiis per abſceſſum abdominis exciſis. HALLER. V. *pag.* 824.

CHRISTOPH. JACOB. TREW in *Eph. Nat. Cur. vol.* II. *obſ.* 49. uterus gravidus a fœtu ruptus. *Obſ.* 50. nullum damnum a neglecta funiculi umbilicalis deligatione. HALLER. V. *vuln. caput.*

JOHN MAWBRAY. Ejus *female phyſician.* LOND. 1724. 4.

Ejus *midwifery brougth to perfection by manual operation.* Ibidem 1725. 8. Primum ſe in ANGLIA artem obſtetriciam docuiſſe ait. Inutilis libellus. Fere DEVENTERI verſionem dedit. HALLER.

Lettre from a male phyſician to the female phyſician LOND. 1726. 8. eſt cenſura libri MAWBRAY. Ita HALLER.

JACO-

Jacobus Storch. Ejus *Krankheiten der Weiber* tomi VIII. Tomus I. eſt *Unterricht für die Hebammen nach der neueſten Accoucheurs, und ſelbſt eigener Erfahrung entworfen.* Gotha 1746. 8. Legem obſtetricibus ſcriptam a. 1658. & nuper recenſam commentariis auxit; qui ipſe ſubinde manum operi admovit, ſuaque interpoſuit conſilia. Contra barbaram illam feminarum in caput conſtitutionem (*ſtürzen*). Fœminas ex animi deliquio non debere excitari. Contra calida medicamenta, & cibos in puerperio valentes: calorem etiam lecti & cubiculi jubet temperare. Mors ex hæmorrhagia, cum placenta in utero relicta fuerit. Ex hydrocephalo partus difficilimus, tandem rupta cute multus ſanguis effluxit, & tumor ſubſedit. In difficilioribus etiam paſſim caſibus errores naturæ manu correxit. Cum os uteri ſuo loco non reperiret, verſus anum demum detexit, ſurſum repulit, tum uterum ipſum; ita peperit, quæ parere non potuerat. Partuum promotorum exempla, elevato ore uteri, quod erat verſus rectum inteſtinum converſum. Partus ano præeunte juvatur dilatata vagina per repreſſum coccygem. Abrupto in putrido fœtu funiculo, tertio die relicta in utero placenta cum gemello: hunc noſter eduxit demumque placentam. Uterus antrorſum in abdominis ſedem prolapſus erat, alias inverſum fœtum pedibus extraxit. Facile poſſe placentam ab utero digitis ſeparari in recente caſu. Ignara obſtetrix ita urethram puerperæ pro vagina habitam dilatavit, ut miſera urinam porro continere non potuerit. Vaginæ varices ſanguinem fundentes cum periculo. Chirurgus etiam David Gottlieb Scherf aliquas partuum hiſtorias communicavit, doctus absque inſtrumentis operari. Caput tamen aliquando aperuit, eliſit, evacuavit.

In T. II. Gotha 1748. 8. aliqua habet de atretis.

In T. III. ibid. 1748. 8. de fœminis uteri os poſteriori loco habentibus.

In T. IV. ibid. 1749. 8. de abortu cum numeroſis exemplis. Spinæ bifidæ pluſcula exempla.

In T. V. de partu naturali & difficili. In lento partu medicamenta dat, quæ fœtum urgeant. Subluxatam ſpinam dorſi putat ſe correxiſſe. Aquæ amnii non multum in expediendo partu tribuit. Brachium præiens fere reſecat; eſt etiam ubi ventrem aperiat. Exemplum fœtus in caput verſi, dum uteri os clauſum erat. Iterum contra nimium calorem. Os uteri vidit absque magno malo ſponte ruptum. Herniam umbilicalem congenitam ſpermate ranarum ſanavit. Partus cæſarei exemplum in viva matre, infelix quidem, ut tamen non putes cauſam mortis in ipſa adminiſtratione fuiſſe. Frobeniani felicioris partus cæſarei hiſtoria. Collectio mortium ex prolapſu uteri. Brachium in partu fœtui fregit. Non fidit naturæ in placentæ expel-

expellendæ officio: ab ea morbi & gangræna; ex ea hæmorrhagia. Rupti uteri.

In T. VI. GOTHA 1751. 8. morbi puerperii. Prolapſus uterus feliciter repoſitus. Abſceſſus abdominis ſanatus.

In T. VII. ibid. de morbis mammarum & de lactatione.

In T. VIII. GOTHA 1753. 8. varii uteri morbi.

Ejus *theoretiſch und praktiſche Abhandlung von den Kinderkrankheiten*. EISENACH. 1750. 8. Oſſa in rachitico mollia. Ab ignaro homine inteſtinum ferro apertum ſanatum manente fiſtula. Morbi in utero materno contracti: morbi congeniti. Cranii oſſa dimota & ſe ſuperequitantia. De labio leporino ſimplici & duplici, ejusque curatione. Spinæ bifidæ exemplum. Superſtitioſus tribuit marini mortuæ vini, quæ nævos auferat. Atretæ omnium generum. Spina bifida.

In T. II. ibid. 1750. 8. de dentitione, morbis oculorum, aurium. Non probat gingivarum inciſionem. Ex repreſſis achoribus cerebri absceſſus.

In T. III. ibid. 1751. 8. de rachitide, carie, gibbo, ranula, veſicæ calculo. Ocreas aliaque machinamenta vetat in rachitide adhibere.

In T. IV. ibid. 1751. 8. morbi varii: de funiculi deligatione, hernia umbilicali. Depreſſum cranium in decenni puero ſponte vidit refurgere. Ulcera, morbi cutanei. De veſicatoriis; caſus aliqui rariores. HALLER. V. *pag.* 98.

GOTTL. FRID. GUDIUS. Ejus diſp. *de hebraica obſtetricum origine, quæ Exodi I. 15. ſeq. commemoratur*. LIPS. 1724. 4. HALLER.

CONR. PHIL. HOFMANN. Ejus diſp. *de inſignioribus puerperii temporibus*. REGIOMONT. 1724. 4. HALLER.

GREGOIRE in *Mem. de l'Acad. de ſc.* 1724. exempla dedit uterorum in partu ruptorum. HALLER.

FLAMINIUS PINELLI in *Giornale de' letterati* T. XXXVI. refert de oſſibus fœtus retenti, ex matris abdomine per abſceſſum eductis. HALLER.

GEORGIUS FRIDERICUS GUTERMANN, medicus Auguſtanus, TUBINGÆ condiſcipulus HALLERI. Ejus diſp. *de mammis & lacte*. TUBING 1727. 8. Vulneris arteriæ mammariæ meminit, quod funeſtum fuerit.

Ejus

Ejus *vernünftige Bedenken über mancherley durch Misbrauch ſtumpfer und ſcharfer Inſtrumenten verunglückte Geburten* T. I. & II. FRANKF. LEIPZ. 1761. 8. & *rechte Entbindungskunſt, worinnen der Misbrauch* &c. FRANKFURT und LEIPZ. 1767. 8. quæ altera eſt editio ejusdem operis. Lis eſt agitata inter noſtrum & DEISCHIUM, qui ſubinde inſtrumentorum auxilium neceſſario requiri contendebat, quod a GUTERMANNO repudiatur, forcipe excepto & vecte ROONHUISII. Longe plerumque peritas manus aptam converſionem ſufficere. Iis ſolis præſidiis ſe partum expediviſſe, in quo DEISCHIUS fruſtra laboraverat. Nimium etiam de partu deſperari, in quo brachium præceſſerit. Multis in exemplis funeſtum fuiſſe DEISCHII auxilium. Reſponſum Helmſtadienſium & decreta magiſtratus contra DEISCHIUM. Sectionis cæſareæ adminiſtratio. Verum auctorem CRANTZIUM eſſe celeberrimus HALLER teſtatur ex relationibus Gottingenſibus a. 1761. pag. 299.

Ejus *anatomie für die Hebammen.* AUGSPURG 1752. 8. Aliqua huc faciunt; ut præcepta de oſculo uteri tangendo: hernia in vulvæ labia deſcendens.

Idem in *Comm. Litter. Nor.* 1731. refert de partu fœtus mortui, cujus brachium præibat, feliciter pedibus extracti.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Vol.* III. *obſ.* 109. Infans fracto brachio natus. HALLER.

AUGUST. FRIDER. WALTHER. Ejus diſp. *de obſtetricum erroribus a medico clinico perveſtigandis.* LIPS. 1729. 4. V. *pag.* 825.

JAC. MICH. KORNMAN. Ejus *höchſt nöthiger Unterricht von der Geburt des Menſchen.* ERFURT 1731. 8. Opus populare. Sellam obſtetriciam rejicit. Chorion ſubinde adnaſci, & facile digitis ſolvi. Contra abſurdam matris inverſionem. Aliqua medicamenta ſuperſtitioſa. HALLER. V. *pag.* 479.

THEODORUS MASER. Ejus diſp. *de erroribus obſtetricum.* ARGENTOR. 1726. 4. HALLER.

CHRISTOPH. MARTIN BURCHARD, Profeſſor Roſtochienſis. Ejus diſp. *de partu difficili.* ROST. 1726. 4. HALLER.

J. CYRIACUS AHLERS. Ejus *obſervations concerning the woman of godalming.* LOND. 1726. 8. HALLER.

SAMUEL THEOD. QUELMALZ. Ejus *de uteri ruptura.* LIPS. 1756. 4. HALLER. V. *pag.* 308.

J. ANDREAS SCHMIDT in *Annalibus Juliis* 1726. egit de fœtu retento & demum exciſo, quæ HERMANNI TEICHMEYER eſt curatio, avi uxoris celeberr. HALLERI.

Andreas Elias Büchner. Ejus *de pellentium remediorum uſu abuſu ac damno in parturientibus.* Halæ. 1746. 4.

Ejus *de abſceſſibus, & ulceribus mammarum.* Ibid. 1748. 4.

Ejus *de contuſione uteri ejusque effectu in gravida.* Ibid. 1753. 4.

Ejus *de difficultate pariendi ex mala conformatione pelvis.* Ibid. 1756. 4.

Ejus *de dolorum ad partum directione rationali.* Ibid. 1756. 4.

Ejus *de neceſſaria brevi poſt partum ſecundinarum extractione.* Ibid. 1757. 4.

Ejus & Gerlach diſp. *de abortu ob chronicam & torminoſam diarrhœam non ſemper metuendo ſingularis caſus.* Ibid. 1766. 4.

Ejus *de abortu ob chronicam & torminoſam diarrhœam non ſemper metuendo*, Ibid. 1767. 4. Haller. V. *pag.* 101.

Maur. Ant. Cappeler. V. *pag.* 101.

Giov. Domenico Santorini. Ejus *iſtoria d'un feto eſtratto dalle parti diretane.* Venez. 1727. 4. Fœtus per 20. menſes geſtatus, dum alter interim ab eadem fœmina conceptus, & abortu redditus eſt, denique tumore maximo oborto per anum extractus. Et multa alia, de cæcis tubis, inteſtinis connatis. Haller.

Nicolo Patuna. Ejus *relazione intorno al cadavere d'un feto, che doppo eſſer naſcoſto nel ventre della madre per venti meſi, fu da lui cavato dalla parte poſteriore eſſendo reſtata viva e ſana la madre medeſima.* Venezia 1727. 8. quæ ſecunda eſt editio. Eadem omnino hiſtoria: Sanctorinus enim conſilia ſua dedit, noſter manum. Digito nempe in anum dato officulum tetigit, forcipe os ſincipitis & reliqua eduxit. Exempla ſimilia collegit. Fœtum putat in tuba genitum, inque rectum inteſtinum illapſum eſſe. Fœminam noſter morti eripuit fœtu educto, cum ex hæmorrhagia eſſet peritura. Haller.

J. Henr. Schulze. Ejus *de abortu præcavendo.* Halæ 1739. 4. Haller. V. *off. morb.*

J. Bapt. du Bois & Boyer *ergo fœtus extra uterum genitus ſalva matre poteſt excludi.* Paris 1727. 4. Exemplum partuum ventralium aut per anum editorum, etiam inciſo ſphinctere. Haller.

Augustinus Buddæus in *Miſcellaneorum Berolinenſ. centuria* II. Berlin 1727. 4. egit de excreſcentia ſcirrhoſa extus utero adhærente. Haller.

Guerin in *Hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1727. placentam duobus gemellis communem extraxit poſt priorem gemellorum. Haller.

Jacobus (Benignus) Winslow. Ejus eſt diſp. *non ergo ad ſervandam præ fœtu matrem obſtetricium hamatile minus anceps neque inſons, quam ad ſervandum cum matre fœtum ſectio cæſarea.* Paris 1734. 4. recuſa in Halleri *ſelectis.* Uncum rejicit, quo vivus fœtus poſſit occidi a mortuo non ſatis diſtinctus. Gregorii cochlear probat, forcipem nempe a Palfynio paulo ante mortem correctam. Felix exemplum tradit ſectionis cæſareæ, quam Cl. Soumain adminiſtravit.

Idem in *Mem. de l'Acad.* 1741. retulit de balænariorum thoracum noxis. Haller. V. *pag.* 524.

Blasius de Beaumont. Ejus *il breve del nobre boſcado en el miſmo con las reflexiones de Anatomia y Chirurgia, caſos practicos para conſervar las mugeres en los partos con la deliberacion de los doctores de la Sorbona ſobre la repreſentacion hecha por la occaſion de la operacion ceſarea con la replica practica contra el abuſo deſta operacion.* Madrit 1739. 4. V. *pag.* 308.

Ordnung des Hebammenmeiſters und ſämmtlicher Hebammen der Stadt Strasburg. Strasburg 1728. fol. Haller.

Caspar Bose. Ejus diſp. præſide Walthero *de obſtetricum erroribus a medico clinico dijudicandis.* Lips. 1729. 4. Haller. Confer. *pag.* 1155.

Bartholomæus Franc. Serena y Lopez, medicus Auguſtanus. Ejus *reflexiones contra la diſſertacion de la operacion del parto cæſareo* Didaci Matheu Zapata. Madrit 1730. 8. Haller.

Herman Paul Juch. Ejus diſp. *de abortu.* Erford. 1730. 4. Haller.

J. Dan. Ehrh. Brunner. Ejus diſp. *de partu præternaturali ob ſitum placentæ ſuper orificium uteri internum.* Argentor. 1730. 4.

Ejus *Entdeckung der Irrthümer und Bosheiten der Hebammen.* Solingen 1740. 8. Haller.

Dan. Henr. Paschken & J. H. Hein, diſp. *de abortu.* Regiomont 1730. 4. Haller.

J. Gottlieb Horwein. Ejus diſp. *de abortu Hebræorum.* Witteberg 1730. 4. Haller.

J. Henr. Fuchs. V. *pag.* 104.

EDMUND NOURSE, chirurgus, vel potius W. GIFFARD in *Phil. Tranſ. n.* 416. Fœtus per anum eductus, funeſto quidem eventu, qui in tuba, uti videtur, conceptus.

Ejus nempe GIFFARD *caſes in midwiferi reviſed and published by* EDWARD HODY 1734. 8. Sunt poſthumi 225. caſus graviores ex arte obſtetricia. Cordatus homo, ſimplex, & laborioſus, narrationes ſimplices, & absque ratiocinio. Caſus innumeri impacti capitis, quos fere ſua forcipe expedivit, quam curvulam delineat. Plurimæ etiam hæmorrhagiæ a ſoluta placenta. Rariora pauca, inter ea partus tubarius & veſicalis, fœtus per anum editus. HALLER.

JACOB. DENYS. Ejus *verhandeling over het ampt der Vroedmeeſters en Vroedvrouwen met aanmerkingen derzelve konſt rakende.* LEIDEN 1733. 4. Bonus & laude dignus liber, quem doleas minus notum eſſe, Gallis etiam minime. Ampliſſimo equidem ſermone, & luxuriante quadam ubertate eventa narrat, ſed res ipſa patientiam lectoris meretur. De uteri partibus omnibus, oſtii mutatione, hæmorrhagiis earumque diverſis cauſis, de partus difficultatibus & ad eas ſuperandas idoneis encheireſibus, plurima bona & vera præfert, ipſo la MOTTE ſimpliciora. Ex debilibus fœminis puerum laqueo extraxit. Caput fœtus quoties neceſſe videbatur digito perforavit. Uterum obliquum frequenter antrorſum declinare cum periculo, vel ad latus, retrorſum raro; bene iſta; inde fieri, ut dolores oſtium uteri non dilatent. In nimis facili partu, quando membranæ integræ exeunt, uterum nonnunquam elabi & inverti. Eſſe ubi non oporteat membranas rumpere, ne dolores penitus ſupprimantur. Fuiſſe quæ absque dolore pepererint debiles, & ſubito exſpiraverint. Dari fœminas, in quibus de ilium oſſibus proceſſus emineant; & totum os innominatum luxetur. Tumor ex ore uteri prominens proprio inſtrumento ligatus, ſublatus: ſic de vagina tumor exſtirpatus. Vagina ex partu tumens ſuppurata, pars ejus cum integra nympha deſtructa, ſanata tamen fœmina. Fœtus mortui oſſa per anum extracta. Partus difficilis a tumore uteri exitum impediente. Fœtus acicula occiſus in caput defixa. Cum pelvis anguſta eſſet, noſter caput aperuit. Atretæ variis in vagina impedimentis. Calculus in ipſo partu in vaginam erupit, ut tamen puerpera convaleſceret. De molis fuſiſſime. Verum nimis multa utilia noſter habet, quem oportet totum legere. Ita HALLER. V. pag. 527.

JOH. de GORTER *kort vertoog hoe en waar de ſluytband der kraamvrouwen moet gelegt worden.* AMSTERDAM 1744. 8. Nocere compreſſionem, quæ abdomini vulgo a mulierculis adhibeatur, ſanguinis ex utero reditum ſuffflaminare. Ipſe proprium vinculum fultorium (*Steunband*) commendat, quod uteri vim contractilem augeat, lochia & placentam expellat, hæmorrhagiam minuat, totum medium abdomen contineat, aciculis firme-

firmetur, & poſt aliquot horas laxatum adſtringatur. In macilentis fœminis jubet cavum oſſium ilium pulvino replere, ne compreſſio avertatur.

Idem in *E. N. C. Vol. IX. obſ.* 77. agit iterum de ſuſtentaculorum poſt partum neceſſitate. HALLER. V. *pag.* 105.

J. HENR. COHAUSEN, medicus Monaſterienſis. Ejus eſt *lucina Ruyſchiana, ſ. muſculus uteri orbicularis a* F. RUYSCHIO *inventus ad trutinam revocatus.* AMSTERD. 1731. 8. Negat, neque novam rem eſſe, neque ſatis veram, neque eum uteri muſculum expellendæ placentæ ſufficere: ſed etiam cum ſummo periculo a natura placentæ expulſionem expectari. HALLER.

GIROLAMO CASPARI, Veronenſis, medicus Feltrienſis, edidit *nove ed erudite oſſervazioni ſtoriche mediche, e naturali.* VENEZIA 1731. 8. Refert etiam de mola carnoſa ampliſſima. HALLER.

IVO JOH. STAHL. Ejus diſp. *de adjuvamentis & impedimentis partus humani.* ERFORD. 1737. 4. HALLER. V. *ocul. morb.*

GOTTFRID WILH. MÜLLER. Ejus diſp. *de ſitu uteri obliquo in gravidis & ex hoc ſequente partu difficili.* ARGENT. 1731. 4. HALLER.

J. IGNAT. MAYR. V. *pag.* 105.

ABRAHAM TITSINGH in *Diana ontdekkende* &c. de BRUYN excuſat, qui uterum prolapſum reſecuerat, & alium chirurgum, qui fœtui caput avulſerat. DEVENTERIUM & DENYSIUM in ſenio infelices fuiſſe. Contra laminas ROONHUYSIANAS matres lacerantes, pueros necantes. Denique magiſtratus decrevit, obſtetricios homines a duobus chirurgis quidem, ſed præſentibus tribus medicis debere recipi: hæc infelix pugna VYLHOORNIO mortis cauſa fuit. Iterum de ROONHUYSII laminis; ad mortuos tantum fœtus educendos eſſe inventas, pretio vendi enormi &c. Nullum inſtrumentum peritæ manui æquari poſſe. Ut elapſus uterus reponatur. Artificia ad expediendum partum difficilem. Caput incuneatum repellit, & ab oſſe pubis cochleari detrudit. Pelvim plerumque etiam majori capiti transmittendo ſufficere. Dolores balænaria virga ſuſcitat, in uterum data. Vivo puero, cujus arteriæ ſanguinem dabant, reſectus humerus. In feminis male formatis os uteri obliquum reperiri; ei malo ſe mederi, matre ita in lecto diſpoſita, ut alter pes altior ſit. Fiſtula ani in gravida feliciter ſecta. A. 1722. cæſaream ſectionem feliciter fuiſſe adminiſtratam. Fœmina, quæ absque partu fœtum retinuerat, & quinquies interim conceperat, ei enata eſt fiſtula, per quam dilatatam fœtus nonnihil corruptus extractus eſt. ROGERIUM von ROONHUYSEN duobus corneis cochlearibus uſum fuiſſe, quorum ſingulum ſingulo capitis lateri adplicabat. Eo inſtrumento dimota fuiſſe oſſa pubis,

bis, ut ſuper ſe invicem moverentur, ruptam etiam vaginam. Coccygem cochlea propria repellit. Eodem inſtrumento balænario poſſe vaginam dilatari. Pro aſcitica habita officula egeſſit.

Idem in *ruſtuuren beſtoit* &c. Animadverſiones in SCHLICHTINGII editionem artis obſtetriciæ PLEVIERII tradit. HALLER. V. *pag.* 106.

LUDOV. JOH. le THUILLIER. V. *pag.* 106.

GEORG. CHRIST. DETHARDING. Ejus diſp. *de fœtus abortivi excluſione.* ROST. 1748. 4. HALLER. V. *vuln. capit.*

J. GOD. MAYFELD *hiſtoria partus difficilis ex ſpaſtica ſtrictura uteri circa placentam.* ALTDORF. 1732. diſputatio. HALLER.

J. JAC. KNAPIUS. Ejus diſp. *de medicamentis, quæ partum facilitant.* LEID. 1732. 4. HALLER.

CONRAD GLADBACH. Ejus diſp. *de. inſtrumentis in quovis partu difficili non niſi ſumma urgente neceſſitate adhibendis.* LEID. 1732. 4. Pro incidendo capite commendat *le biſtouri caché.* HALLER.

LUD. LEMERY & J. B. CHOMEL *E. in partu difficili manu potius quam inſtrumentis utendum.* PARIS 1732. 4. HALLER.

JONVILLE. Ejus contra reticulum AMMANI, & pro ſolius manus (applicatione) in partu expediendo prodiit. PARIS 1732. HALLER.

ERNEST. EUSEB. RICHTER *die allezeit getreue und vorſichtige Wehmutter. Unterricht wie ſich eine Hebamme verhalten ſolle.* LEIPZ. 1738. 8. HALLER. V. *pag.* 611.

JOSEPH. BIENER in *Commerc. Litt. Nor.* 1732. retulit de fœtu retento & tabefacto partim per umbilici abſceſſum, partim per vaginam excreto.

Ibid. Anonymi aliqua ad abortus.

J. SEBASTIAN STRUVE ibid. de veſicæ & uteri exulceratione.

J. JUST. FICK ibid. de abortu ob placentam ſcirrhoſam. HALLER.

THOMAS GOULARD, chirurgus Aletenſis, deinde Monſpelienſis, in *Hiſt. de l'Acad. des ſc. a.* 1732. retulit de fœmina, cui uterus in partu evulſus reſectus fuit, funeſto quidem denique eventu. HALLER.

J. J. MANUEL HORNUNG. Ejus diſp. *de parturientium ſitu.* ARGENTOR. 1733. 4. HALLER.

GERARD FITZGERALD. Ejus tr. *des maladies des femmes.* AVIGNON 1758. 12. HALLER. V. *tumor.*

PAUL.

Paul. Henr. Moehring. V *pag.* 107.

J. Philip. Wolf. V. *pag.* 107.

Frid. Ign. Lospichler. V. *pag.* 108.

Jacob. Calder. V. *pag.* 109.

Jac. Jamieson. V. *pag.* 109.

Thom. Simson. V. *pag.* 109.

Nic. Rosen von Rosenstein *Abhandlung von Kinderkrankheiten.* Göttingen 1766. 8. 1768. 8. Göttingen und Gotha 1774. 8. curante D. Joh. Andrea Murray, notasque adjiciente, & vitam auctoris. Morbi etiam chirurgici tractantur, prolapſus ani, herniæ, dentitio difficilis, morbi venerei. Haller. V. *pag.* 582.

J. Georg. Hasenest in *Eph. Nat. Cur. Vol.* V. *obſ.* 137. de vagina in partu difficili feliciter inciſa. Haller. V. *pag.* 482.

J. Daniel Schlichting, medicus Amſtelodamenſis, vir acris, & animoſus.

Ejus *embryulcia nova detecta, of heel nieuw behandelinge in de mooyelyke baaringen op't ſpoedigſte te helpen eentyds'geoeffend door* Roonhuyzen *maar over* 50. *jaaren verdekt gehouden.* Amsterdam 1747. 8. Henrico de Roonhuysen ſeniori fuiſſe arcanum, quo difficiles partus ſubito expediverit, id eum virum habuiſſe a Chamberlayneis. Eo arcano uſum eſſe filium Rogerium von Roonhuysen, inde ejus diſcipulos Poeckelmannum & Plaatmannum, denique F. Ruyschium: iis laminis os uteri dilatari, ut fœtus manu poſſit eximi; optime adhiberi in dolorum intervallo. Utique ab imperita manu rectas nocuiſſe. Eo arcano collegium pharmacopolarum Amſtelodamenſe ad numos conficiendos abuſum eſſe, ut nemini facultatem exercendæ artis obſtetriciæ impertiret, niſi qui 2000 aut. 2500 florenis id arcanum redemiſſet, doctoribus etiam medicis mulctam dictaſſe, qui absque eo arcano parturientibus ſubveniſſent. Id nunc inſtrumentum noſter ad Ruyschii ductum delineat: duæ ſunt laminæ chalybeæ, elaſticæ, quæ uterum ſe contrahentem dilatent reſiliendo, & manui aditum ad fœtum extrahendum aperiant. Ut adhibeatur metrenchytes. Bonum eſſe Roonhuysii inſtrumentum, etſi nonnunquam nocuerit, nocuiſſe tamen ſubinde, cum eo Amſtelodamenſes non ſatis gnare uterentur. Laudat, qui digitis ſuis norunt uteri contractum oſtium dilatare, & injectos liquores medicatos adverſus album fluorem commendat.

Ejus *embryulciæ novæ detectæ appendix.* Amsterdam 1747. 8. Scripto proprio collegium Amſtelodamenſe demonſtrare voluiſſe, non vero inſtrumentum Roonhuysii a Schlichtingio delineari. Noſter teſtimonio Nieropii demonſtrat, celebrem Goenerdingium utique eodem eſſe uſum inſtrumento. Mulctam ſibi dictantes noſter repulit.

Idem

Idem edidit etiam CORNELII PLEVIER *gezuiverde heelkonſt*, & præfatus eſt ibid. 1751. 4. & aliqua effata PLEVIERI correxit; contractilem vim uteri in expellendo fœtu confirmat. Laudat, quod paucis utatur inſtrumentis. Forcipem CHAMBERLAYNIO vindicat, quem PALFYNIUS hactenus ſit imitatus, & a quo ROONHUYSII arcanum inſtrumentum diverſum ſit. Adnotationes etiam paſſim adſpergit. Utique in difficili partu pubis oſſa ſecedere. A graviditate hernias levari. Præfert forcipem feneſtratam: manum tamen, quoties ſufficit, omni præfert inſtrumento. Male BRUHERIUM puerum invertere manu abdomini impoſita, quod ſit periuloſum.

Idem porro in *Act. Nat. Cur.* obſervationes aliquas huc facientes retulit. HALLER. V. *pag.* 108.

ALEXANDER MONRO. V. *pag.* 110.

JACQUES JEAN BRUHIER d'ABLAINCOURT. Ejus *obſervations importantes ſur le manuel des accouchemens.* PARIS 1734. 4. maj. In præfatione extollit, aliquanto etiam ſupra verum, HENRICI v. DEVENTER, quem edit, merita, comparat cum Gallis & præfert. Notulas perpaucas adjecit, & Sorbonæ de ſectione cæſarea reſponſum. HALLER.

ALBERTUS de HALLER in *Hiſt. de l'Acad. Royale des ſciences, Année* 1773. PARIS 1774. 4. retulit de inſolita graviditate: ſignis omnibus graviditatis præſentibus, atque iterum poſtea diſparentibus catamenia per novem deinceps annos regulariter, optimaque cum valetudine decurrebant; tandem correpta febre putrida fœmina periit, cujus in cadavere ſaccus inventus, per tubam Fallopianam dextram cum utero communicans, continensque fœtum ſeptem menſium, totum putridum; unde febris putridæ lethaliſque cauſa innotuit. RICHTER. V. *pag.* 112.

J. HENRIC. KRONAUER. Ejus diſp. *de tumore partium genitalium poſt partum ſanguineo.* BASIL. 1734. 4. HALLER.

J. STABEL. Ejus diſp. *de doloribus parturientium ſpuriis.* HAFN. 1734. 4. HALLER.

EDMUNDUS CHAPMAN, celebris medicus obſtetricius, vir bonus, candidus, qui neque nimis ſibi tribuat. Ejus *treatiſe on the improvement of midwifery chiefly with regard to the operation to which are added fifty ſeven caſes ſelected from upwards of 27 years practice* (in utraque editione, etſi altera 24. annis poſt primam prodiit LONDIN. 173..) 1735. 8. 1759. 8. quæ editio aucta dicitur, ſed vix quidquam differt. Germanice COPPENHAGEN 1747. 8. De ſcindentibus quæritur inſtrumentis, quibus vivi fœtus diſſecti fuerint. Forcipem Anglicam a CHAMBERLAYNIO quidem inventam, a JOHANNE vero MAUBRAI ſpretam, primus deſcripſit, depinxit, defendit. Neque tamen ea utitur, quando caput altius in utero hæret: neque ea putat eſſe opus, quando caput in vaginam quidem deſcendit, & tamen fœtus inverti poteſt, pedibusque adreptis extrahi. Tunc vero utique laudat,

quoties

quoties caput profunde in vaginam quidem, detruſum tamen adeo arcte impactum eſt, ut manibus adiri, pedesque prehendi nequeant. Ut prudenter utaris, ne vaginam comprehendas: cochlearium loco aperta funda eſt. Ad mortuum fœtum educendum unco præfert. Inveniſſe ſe reticulum ſuper pueri caput ducere. Caput fere ob anguſtam pelvim, retineri, quoties ima lumborum vertebra aut ſuprema oſſis ſacri, antrorſum prominet, quam quidem cauſam a JACOBO DOUGLASIO fatetur ſe didiciſſe. Partus difficilis a capite nimium jam oſſeo, ut calvariæ oſſa nequeant ſupra ſe moveri. Ob peranguſtam pelvim nonnunquam unco eſſe opus. Ob abdomen pendulum partus difficilis. Ter ab obſtetrice rupta vagina. Utrumque pedem extrahit una, neque niſi invitus unicum. Non facile fœtum inverti. Non debere ad DEVENTERII ductum brachia una cum capite educi. Gemellorum ſecundum nunquam non pedibus extrahit. Vitioſe funiculum nimis remote ab umbilico reſecari; ita lodicum herniæ parari umbilicali: duas uncias ſufficere. Secundas continuo a partu educit, & uterum manu everrit. De hæmorrhagia fuſe. A partu matrem denudat, tegitque pannis poſca immerſis, felici, ut certus teſtatur, eventu. In caſibus gravioribus uteri orificium, quod ſe quærenti ſubducebat, detexit femoribus elevatis. Brachium ſe puerulo fregiſſe, ſed facile ſanari. Vaginam ab obſtetrice fuiſſe laceratam, cum pro membranis haberetur, aut digitis perforatam. Raro reticulo locum eſſe. Fœtum facie ad os pubis converſa tamen eduxit. Caput relictum unco evulſit. Ob adnatam ſecundam evulſus ab imperita muliere uterus, funeſto eventu. Fœminæ difformi vaginam diſcidit ad anum ſic fœtum extraxit, ut tamen mater perierit. A retento lotio mortes. In difformi fœmina caput incuneatum unco expedivit; eique inſtrumento locum eſſe putat, quoties præalto loco caput fœtus hæret. Contra uteri, ſ. potius vaginæ, prolapſum taleola lignea peſſi loco. Ut peſſum unco evulſerit. Ovillum vellus ſuper puerperæ imponit, neque reclamantem DIONYSIUM audit.

Ejus *replic to Douglas's short account of the ſtate of midwifery at* LONDON 1737. 8. HALLER.

J. HUWE', medicus. Ejus *Onderwis der vrouwen aangaande het Kinder baaren en deſſelfs voor en tegen ſpoeden en heilzamſte behandelinge.* HAARLEM 17. . . 1735. 8. quæ ſecunda eſt editio. Multas proprias tradit opiniones. Placentam ante partum emori vult, & impeditum ſanguinis per eam motum cauſam eſſe partus, quæ Gallorum quorumdam nupera eſt opinio. A forcipe & a ſimilibus inſtrumentis uteri vim contractilem deſtrui, ut abdominis tamen vis ſuperſit. Conatus puerperæ potius impedire dilatationem oſtii uterini. Fœminam ſedentem non bene parere; veros labores debere in lectulo exſpectari. Fœtum, quamdiu membranæ integræ ſunt, poſſe in ſitum reduci legitimum; ſi ruptæ fuerint, tunc quidem manus auxilium requiri. In fœmina decumbente caput non ita incuneari, & os uteri melius

aperiri. Pelvim ſatis amplam eſſe, neque aut dilatari, aut figuram capitis puerilis mutari, neque os coccygis debere retrorſum premi. Nimis inclinatum uterum partum facere præternaturalem. De contactu, qui de multis nos doceat. Inſtrumenta omnia rejicit: malum uteri ſitum, apto ſitu puerperæ corrigit, ſi brachium prolapſum fuerit, pedibus fœtum educit. Non debere educi placentam, quæ hæmorrhagiam relicta avertat, & ſi adhæſerit, cum periculo extrahatur, relinquatur absque periculo. HALLER.

J. N. L. *diſcurſus medicus de abortu, & medicamentis abortivis, item uterinis pellentibus.* ULZEN 1735. 4.

CAROLUS FRIDER. KALTSCHMIDT. Ejus *de virginitate.* JEN. 1750. 4.

Ejus *de morbis puerperarum.* Ibid. 1750. 4.

Ejus *de partu cæſareo.* Ibid. 1750. 4.

Ejus *de caſu partus difficilis, in quo infanticidium licitum eſt.* Ibid. 1751. 4.

Ejus *de neceſſitate exſecandi fœtum ex gravida mortua.* Ibid. 1752. 4.

Ejus *de mola ſcirrhoſo in utero inverſo exſtirpata.* Ibid. 1754. 4.

Ejus *de puerpera hernia & ruptura vaginæ laborante feliciter reſtituta.* Ibid. 1754. 4.

Ejus *de variis partus impedimentis ex capitis vitio.* Ibid. 1757. 4.

Ejus *de hæmorrhagia poſt partum nimia.* Ibid. 1759. 4.

Ejus *de neceſſitate partus cæſarei inſtituendi in omnibus gravidis mortuis.* Ibid. 1760. 4.

Ejus *de partu cum hœmorrhagia uterina conjuncto.* Ibid. 1762. 4.

Ejus *de primipara dolores poſt partum paſſa ex intempeſtiva abdominis preſſione.* Ibid. 1767. 4. HALLER. V. *vulnera.*

PAUL. de WIND chirurgus & obſtetrix, & lithotomus. Ejus diſp. *de abortu.* LEID. 1735. 4.

Ejus *geklemte hoofd gered.* MIDDELBURG 1754. 8. ut putat Celeberrimus HALLER, nam annus non eſt expreſſus. Agit de forcipe ad incuneatum caput educendum deſtinata. PALFYNIANAM forcipem ſe vidiſſe apud GREGORIUM, qui tamen ea non ſit uſus, & pedibus fœtum adtrahere maluerit, quoad caput abrumperetur. Aliam forcipem chirurgum DUSSE' ſibi oſtendiſſe. GIFFARDIANA ſe non potuiſſe uti. De utero obliquo non adeo graviter metuit, decedere tamen, potiſſimum dextrorſum. Adverſus RAHTLAUWIUM, cui arte obſtetricia interdictum fuerit, & contra SCHLICHTINGIUM. Propria conſilia de expediendo capite. Duos proponit vectes chalybeos, paulum flexos, quibus caput amplectitur, fœtum extrahit. Menſuras ad ipſam pelvim ſumſit. Incommoda converſionis. Epiphyſes ab oſſe diſtractas fuiſſe. Contra unci uſum. Difficulter adgnoſci fœtum vere eſſe exanimem. HALLER.

J. MAR-

J. Martin Reichart. Ejus diſſ. *exhibens uterum gravidæ una cum fœtu vulneratum* Argentor. 1735. 4. recuſ. in Halleri *ſelectis*. Præterea habentur exempla uteri rupti, eventu non funeſto. Partus cæſarei temerarii cum inteſtini vulnere, neque tamen lethalis, etſi fiſtula ſuperfuerit. Celeberrimus Haller in ſua editione plenam hujus vulneris curationem addidit, ex Auctoris ad ipſum data epiſtola ſumtam.

J. Christ. Themel. Ejus *Hebammenkunſt, oder gründlicher Unterricht wie eine Hebamme in ihren Verrichtungen vernünftig verfahren ſoll.* Leipzig 1747. 8. Cum ipſe auctor artem obſtetriciam exerceret, expertus ſcribit. Partus naturalis cum ea, quam requirit cura: partus præter naturam, vitioſi ſitus. Paſſim monita adſpergit ſuasque adnotationes. Malum ſitum fœtus vinculis corrigit. Negat veſicam rumpi poſſe. Sellam laudat: ſi brachium fœtus præcedat, rariſſime accidere, quin poſſit pedibus extrahi. Multum ſibi metuit a fœtu, qui duplicatus prodit. Dum pedibus fœtum extrahit, brachia cum capite vult prodire. Stantem obſtetricem fœtum educere ſuadet. Inſtrumentis abſtinet. Membranas tamen duriores forcipe aperit. A partu in natibus abſceſſus, de quo oſſiculum prodiit. Placentam & ſanguinis grumos injecta manu eximit. Haller. V. *Vener. morb.*

Plock, Bremenſis medicus, in *Commerc. Litt. Nor.* 1735. *n.* 19. de fœtu per undecim annos in tuba Fallopiana retento, & diſſoluto, ut pauca oſſa ſupereſſent. Haller.

T. Dawkes chirurgus, *the midwife rigthley inſtructed or the way to acquire the true knowledge of the art of midwifery.* London 1736. 8. Potiſſimum pro fœminis ſcripſit, & pro obſtetricibus, quas in minoribus artis ſuæ curis informat. Deventerium fere ſequitur, & brachia una cum capite mavult educere, contra Chapmannum. Adnotationes proprias paucas habet. Ut caput fœtus firmius apprehendat, reticulum (*fillet*) ſuper mentum conjicit. Haller.

Samuel Gottl. Schreiber. Ejus diſp. *de partu difficili* Francof. ad Viadr. 1736. 4. Haller.

Joh. Christoph. Pohl. Ejus *de venæ ſectione gravidarum.* Lips. 1777. 4. Meusel. V. *tumor.*

J. Frid. Behring. Ejus *caſus rupti in partu uteri.* Altdorf 1736. 4. quæ diſputatio recuſa eſt etiam in Halleri *ſelectis.* Habentur porro partus infelices ex uteri obliquitate, hanc a placentæ latenti adhæſione deducit; denique exemplum fœminæ ab Hummelio inciſæ producit, cujus uterus ruptus fuerat. Haller.

Petr. Stuart. Ejus diſp. *ſecundæ ſalutiferæ & noxiæ.* Argentor. 1736. 4. Haller.

TOUSSAINT GILBERT BOUILLAND. Ejus & HENR. JACOB. MACQUART diſp. *E. nec faſciæ pueris, nec loricæ puellis.* PARIS 1753. 4. HALLER. V. *turund.*

EDUARDUS HODY in *Phil. Tranſ. n.* 440. refert de oſſeo concremento in utero reperto. HALLER.

GRAPIUS in *Comm. Litt. Nor.* 1736. h. 5. de partu difficili ex membranis non ſatis ampliter laceratis. HALLER.

VACHER in *Commentariis Mem. de l'Acad. des ſcienc.* 1741. refert de uteri exfoliatione, quæ absque funeſto eventu facta pro utero decedente ſit habita. HALLER. V. *pag.* 676.

HENRICUS BRAKEN, D. chirurgus & veterinarius. Ejus eſt *midwifery companion with a true method of menaging the ſmall pox.* LOND. 1737. 8. 1745. 8. HALLER.

SARAH STONE. Ejus *complete practice of midwifery.* LOND. 1737. 8. HALLER.

J. GEORG. WAGENTRUZ. Ejus *wohl examinirte und approbirte Hebamme.* NÜRNBERG 1737. 8. HALLER.

DUNCAN STEWART. V. *pag.* 115.

GABRIEL KING. V. *pag.* 115.

J. ERNEST HEBENSTREIT. Ejus *de capitonibus laborioſo partu naſcentibus.* LIPS. 1743. 4. & in HALLERI *ſelectis.* De variis capitis majoris cauſis, etiam de hydrocephalo: de minuendo capite, & FRIEDII eo pertinente inſtrumento. HALLER. V. *pag.* 613.

JUSTUS GODOFREDUS GUNZ. Ejus *de commodo parturientium ſitu.* LIPS. 1741. 4. Ad artis obſtetriciæ hiſtoriam. De ſella, quæ olim ſibi in uſu fuerit. Oſſa pubis in partu diduci poſſe. In partu naturali mulier in ſella ſedeat. (Quoties fœmina ſuis viribus fœtum debet eniti, ſella conſtanter præferenda eſt). Ubi manu utendum, & naturæ conatus reprimendi, fœmina ſupina ſit, aut in ſella, aut in lecto (recte). Ita HALLER. V. *pag.* 532.

BARBARA WIEDMANNIN, obſtetrix Auguſtana. Ejus *kurze Anweiſung chriſtlicher Hebammen.* AUGSPURG 1738. 8. SIEGMUNDIAM ſequitur: membranas proprio unco rumpit, pedes laqueo adripit. Ad vertendum fœtum proprium cochlear habet. HALLER.

SAMUEL SCHAARSCHMIDT. Ejus *getreue und vorſichtige Wehmutter.* FRANKFURT und LEIPZIG 1738. 8.

Ejus *Abhandlung von der Geburtshülfe* BERLIN 1751. 8. 1762. 8. edente ERNESTO ANTONIO NICOLAI. De obſtaculis partum impedientibus breviter agit, fuſior in phyſiologicis. HALLER. V. *pag.* 115.

GEORGE de la FAYE in *cours d'operations* &c. ſectionem cæſaream bene ſuccedere poſſe, periculo tamen plenam eſſe & difficilem. HALLER. V. *pag.* 308.

POLY-

Polycarp Gottlieb Schacher. Ejus *de fœminis ex arte medica claris.* Lips. 1738. 4. Haller.

J. Frider. Knolle. Ejus diſp. *de artis obſtetriciæ hiſtoria.* Argentor. 1738. Haller.

Henr. Daniel Hoelling. Ejus diſp. *de officio obſtetricantium in partu naturali.* Argentor. 1738. 4. Haller.

Fr. Bailly. Ejus & Lallemant *E. ubi partus difficilis & deſperatus tentanda etiam in matre viva ſectio uteri cæſarea.* Paris. 1751. 4. ad verbum deſcripta a Cornelio Connor. Leid. 1751. 4. Ita. Haller. V. *pag.* 357.

Comes de Bievre in *Hiſt. de l'Acad.* 1738, retulit de puerpera, quæ ſecundas omnino non egeſſerit. Haller.

Theophilus Lobb. Ejus *treatiſe on painfull diſtempers.* London 1739. 8. Dolores a partu eſſe a ſanguine, quem contractus uterus retineat. Haller. V. *pag.* 487.

Richard Manningham, medicus & eques. Ejus *artis obſtetriciæ compendium tam theoriam quam praxim complectens.* Londini 1739. 4. Tabulæ, quibus ars obſtetricia morbique etiam gravidarum & puerperarum continentur, cum adnotationibus & aphoriſmis. Situs fœtus vitioſi & auxilia. Coccygem poſſe repelli, manu tota in vaginam data, & eam encheireſin eſſe ex præcipuis in partū difficili adminiculis. Primiparis oſtium uteri arctum eſſe. Falſos dolores fieri a fœtu ſe ſubvertente. De uteri prolapſu. Molam non fieri niſi a coitu adgnoſcit, quod neque funiculum habeat, neque placentam. Uteri obliquitati plurimum tribuit, aque ea fere partus deducit difficiles: a membranis etiam durioribus ſibi metuit. Deventerium fere ſecutus inſtrumentis abſtinet. Novam editionem curavit Philippus Adolphus Boehmer, duasque addidit diſſertationes. Halæ 1746. 4. recuſ. Lovan. 1755. 4.

Ejus aphoriſmi, uti videtur: ſoli prodierunt cum titulo: *aphoriſmata medica, quibus tam bona valetudo mulierum, præcipue utero gerentium a conceptu uſque ad puerperium depingitur.* London 1756. 8.

Ejus *an abſtract of midwifery for the uſe of lying in woman.* Ibid. 1744. 4. Eſt quoddam quaſi prioris operis compendium, ommiſſis, quæ minus ad puerperium difficile ejusque auxilia faciunt, & officiis obſtetriciis breviter èxpoſitis. Haller.

Diego Matteo Zapatta. Ejus diſſ. *medico-theologicai..... de la operacion del parto ceſareo* 173... 4. Haller.

Francesco Barthol. Lopez de la Selva, medicus. Ejus *reflexiones contra la operacion del parto ceſareo.* Madrit.... 4. Haller.

Daniel

DANIEL LOEZEL. Ejus diſp. *de partu difficili.* LEID. 1739. 4. HALLER.

CAR. OTTO SPRANKE, Ejus diſp. *de partu difficili.* HADERVIC. 1739. 4. HALLER.

FRIDER. CRELLIUS, Profeſſor Wittebergenſis, inde Helmſtadienſis. Ejus progr. *de tumore fundo uteri adhærente.* WITTEBERG. 1739. 4. recuſ. in HALLERI *ſelectis.* HALLER.

MICHAEL PHILIPP. BOUVART *E. oſſa innominata in gravidis & parturientibus diducuntur.* PARIS 1739. 4. recuſ. in HALLERI *ſelectis.*

WALTHERUS, phyſicus Uffenheimenſis, in *Commerc. Litt. Nor.* 1739. *h.* 3. de partu difficili ob hydropem, & enormem tibiarum tumorem, vagina prolapſa: inciſione facta aqua emiſſa, fotu adhibito fœmina ſervata. HALLER.

J. ANDREAS DEISCH, medicus Auguſtanus, primum a. 1740. edidit diſſ. *de neceſſaria in partu inſtrumentorum applicatione.* ARGENTOR. 1740. 4. Oſſa pubis vidit diſceſſiſſe. FRIEDII inſtrumenta dicit, acum triquetram, ſerram, cochlear, acum vaginatam ad rumpendas membranas, forcipem dentatam ad extrahendum cranium.

Ejus *kurze Abhandlung daſs weder die Wendung noch engliſche Zange in allen Geburtsfällen vor Mutter und Kind ſicher gebraucht, noch dadurch die ſcharfen Inſtrumenten gänzlich vermieden werden können.* AUG. VIND. 1754. 8.

Ejus *vermehrte und in der Erfahrung gegründete Abhandlung, daſs weder die Wendung noch engliſche Zange &c.* AUGSPURG 1766. 8. Quæ prioris eſt aucta editio. Numeroſos caſus producit, in quibus, cum nulla alia ad ſalutem via ſupereſſe videretur, fœtum diviſit, caput abſcidit, aperuit, & mortuo fœtui & etiam vivo, matremque alias letho eripuit, alias eripere non potuit. Inteſtina per vaginam vidit elabi, uterumque rumpi. Malum omne eſſe a malo uteri ſitu, vel anguſta pelvi. Mors ex retenta & putreſcente urina, & alias a rupta omnino veſica. De herniæ incarceratæ ſectione. Carere periculo. Cruralium herniarum exempla, exeuntes in ea coli & cæci appendiculæ. Felices aliquæ operationes & inciſum ligamentum: alias funeſtus a gangræna inteſtini ſucceſſus. Ita HALLER. In hac nova & aucta editione mera ſunt exempla partuum præternaturalium, partim inſolitorum, partim vulgarium. Recte hic GUTERMANNI objectionibus reſpondet auctor, ſe nunquam inſtrumentis uti, niſi neceſſitas urgeat ſumma, ubi nempe nullum aliud auxilii genus ſupereſt. Definitionibus quidem apud tyrones etiam pervulgatis, locis quoque ex auctoribus copioſis, noſter ſuperſedere poterat. Porro verſatis in arte, non vero tyronibus ſcribere dicendus eſt, qui caſus morborum ſuſcipit proponendos: ſtylum igitur in docendo magi-

ſtris

ſtris proprium exulare hinc oportet; ſufficit etiam teſtimonium virorum fide dignorum adducere, quin paginæ ex iis integræ deſcribantur. Tabulæ adjectæ ſunt quatuor, in quibus forcipes, unci, delineantur. Ita in *deutſch. allg. Bibl.* 11. *Band.* I. *St.* pag. 222.

Ejus *de uſu cultrorum atque uncinorum ſcindentium eximio in partu præternaturali, nec verſione fœtus, neque adplicatione forcipis Anglicanæ vel Levreti, ſectionisque cæſareæ matre adhuc vivente inſtituendæ ſecuritate atque utilitate.* Aug. Vind. 1759. 4. Sæpe ſe in difficili partu neceſſario ad inſtrumenta ſcindentia confugiſſe, fœtus diſſecuiſſe, caput abſcidiſſe & unco eduxiſſe, aut demum terebraſſe uncoque traxiſſe, etſi quidem mallet forcipe uti. Numeroſos ſe fœtus expediviſſe, 29 ſolos amiſiſſe. Fuiſſe ubi ob anguſtam pelvim oportuiſſet uti terebra, cum mater perinde ex ſanguinis fluxu perierit (quo in caſu noſter vivum fœtum diſſecuit). Exempla fœtuum ex morientibus exciſorum. Mors ex placenta ad os uteri adnata. Contra Cranzium pleraque. Ita Haller.

Ern. Henr. Keck. Ejus diſp. *de dolorum præcipue ad partum cauſis illorumque cura rationali.* Argent. 1740. 4. Haller.

J. Jac. Huber. Ejus diſp. *de partu difficili ex prolapſu brachii.* Götting. 1740. 4.

Idem in *Act. Nat. Cur. Vol.* VIII. *obſ.* 24. fœtus ano clauſo. Haller.

Balthas. Joh. de Buchwald. Ejus *theſium decas de muſculo Ruyschii in uteri fundo.* Hafn. 1740. 4. Ruyschius contra Leporinum defenditur. Haller.

J. Claud. Adr. Helvetius. Ejus & Claudii Bourdier *E. in partu difficili ſola manus inſtrumentum.* Paris 1744. Haller. V. *pag.* 357.

Rudiger Fridr. Ovelgun. V. *pag.* 118.

Paulus Haas. V. *pag.* 119.

Gottwaldt Schuster. V. *pag.* 119.

J. Hieronymus Kniphof, Profeſſor Erfordenſis, in *Eph. Nat. Cur. Vol.* V. *obſ.* 18. agit de prolapſu uteri reſtituto proprio peſſo manubriato, cujus pediculus a cingulo ſuſtineatur.

Ejus *de lactis diſcuſſione.* Erford. 1749. 4.

Ejus *de capite coniformi fœtus partum facilitante.* Ibid. 1752. 4. Haller.

J. Grashuys in *E. N. C. Vol.* X. *obſ.* 43. de capite fœtus in utero hærente, ſed extracto cum avulſum eſſet. Haller.

J. Ignatius Mayr in *Comm. Litt. Nor.* 1741. n. 15, refert de mamma enormis molis lympha plena. Haller. (puto eundem eſſe, qui *pag.* 105.)

Gui-

Guilielmus Bromfield, chirurgus regius in Britannia, in *Phil. Tranſ.* n. 460. agit de fœtu, quem cum novem annis fœmina in utero geſſiſſet, apparuit in ventre adoleviſſe. Haller. V. *pag.* 121.

Fielding Ould, qui obſtetriciam artem exercebat. Ejus *a treatiſe of midwifery in three parts.* Dublini 1742. 8. Curam difficiliorum caſuum brevibus tradit. Primus docuit, non recte partum procedere, ſi fœtus facies directe ad os ſacrum reſpexerit, & debere eum ſitum mutari, ut mentum pueri alterutri humero incumbat. Obliquitatem uteri parvi facit. Non debere brachium cum capite una educi ut Henricus v. Deventer ſuaſerit. Pharyngotomo ad aperiendum caput utitur, aut abdomen, ſi quando nimium intumuerit. Forcipis Anglicæ verus uſus & encheireſis. Quando forcipi locus non ſit: eo refert fœtum mortuum, pelvim ab aliquo eminente proceſſu arctatam. Partum cæſareum non probat. Placentam non vult manu educi. In Gallia artem obſtetriciam optime doceri. Haller.

Diſſertation ſur la queſtion, ſavoir le quel eſt preferable de l'uſages des ſages femmes ou des chirurgiens dans l'accouchement...ad annum 1742. refert Portalius.

Conrad Dan. Kleinknecht. Ejus *richtiger Unterricht für die Hebammen.* Ulm 1741. 8. 1749. 8. Haller.

Gerard. v. Swieten. in *comment.* T. IV. fuſe agit de morbis gravidarum. De partu difficili. De morbis puerperii. De morbis infantum. V. *pag.* 123.

Christoph. Stephan. Scheffel. Ejus diſp. *de præſtantia ſitus parturientium in lecto præ reliquis alias conſuetis.* Greifswald 1742. 4. Haller.

J. Adam Closmann. Ejus præſide Car. Eug. Luchini a Spiesſenhof diſp. *de partu præternaturali ex diſproportione inter caput fœtus & pelvim orto.* Heidelberg 1742. 4. Haller.

Ant. Joh. Daval & Franc. Dav. Herissant *E. in omni partu operatio chirurgica.* Paris 1742. 4. Haller.

J. Bapt. Lud. Chomel & P. Bercher *E. prægnanti ſuperveniente uteri hæmorrhagia partus manu promovendus.* Paris 1742. 4. Haller.

J. Georg. Siegwart. Ejus & S. Jac. Manner *de exploratione per tactum utiliſſima, & ſumme neceſſaria artis obſtetriciæ encheireſi.* Tubing. 1761. 4.

Ejus *an ſub partu humano naturali amoventur innominata pelvis oſſa.* Tubing. 1774. 4. Haller. V. *oculor. morb.*

Nicol. Boerner. V. *pag.* 124.

Valent.

VALENT. ERNEST. EUGEN. COHAUSEN. V. pag. 124.

J. CONRAD TRUMPH. V. pag. 125.

J. JACOB. FRIED. V. pag. 125.

PAUL HAASE. (an idem qui pag. 1169?) V. pag. 125.

JACQUES MESNARD, chirurgus. & obſtetrix Rothomagenſis, ſcripſit *le guide des accoucheurs, ou le maitre dans l'art d'accoucher les femmes.* PARIS 1743. 8. 1753. 8. Germanice KOPPENHAGEN 174. 8. Simplex neque adſpirans ad altiora, nihil novi habet, aut reconditi; forcipem deſcribit paulum mutatam, qua caput impactum liberet, & inſtrumentum pro cranio perforando. Curvus uncus pro recto. Partum cæſareum commendat. Adminiſtrationes fere ſolitæ. Situi obliquo uteri parum tribuit. HALLER.

CORN. ENG. RUPERT. Ejus diſp. *de partu laborioſo, ſ. difficili & præternaturali.* LEID. 1743. 4. HALLER.

JOSEPH. ONYMOS. Ejus diſp. *de naturali fœtus in utero materno ſitu.* LEID. 1743. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.*

CHRISTIAN POLYCARP. LEPORIN. Ejus diſp. *de partu difficili.* GÖTTING. 1743. 4. præſide Ill. SEGNERO. HALLER.

J. CAROL. VOIGT. Ejus diſp. *de capite infantis abrupto variisque illud ex utero extrahendi modis.* GIESSÆ 1743. 4. recuſ. in HALLERI *ſelectis.* Germanice in WALBAUMII editione LEVRETI. Negat unquam oſſa pubis a nitente capite fœtus diduci. Cauſas exponit, cur a corpore fœtus caput avellatur: inſtrumenta dat depicta, quibus educatur, præfert acum triquetram, ſerram & cochlear FRIEDIANUM, tum Clar. SCHURERI inſtrumentum, monet ne facile ad ea extrema auxilia deſcendatur. Non probat faſciam HORNII, neque rete AMANDI & HÆNELII, neque forcipem FRIEDII: neque cultellum curvum PETERMANNI. Si omnino caput educi non poteſt, poſſe aliquando in utero relinqui. HALLER.

Verneuerte Brandenburgiſche Hebammenordnung der Burggrafſchaft Nürnberg. ONOLZBACH 1743. fol. & 8. HALLER.

GUILIELMUS HUNTER. V. pag. 127.

FRANÇOIS SIMON. V. pag. 127.

NICOLAUS PUZOS, celebris chirurgus obſtetricius. Ejus in *Mem. de Chir.* T. I. eſt diſſ. *de partu in hæmorrhagia uteri non quidem adcelerando, ſed naturali juvando.*

Ejusd. eſt *traité des accouchemens corrigé & publié par Moriſot des Landes* PARIS 1759. 4. a morte auctoris editum opus, quod auctor diſcipulo ſuo GERVAISE reliquerat, editor autem ordinem & ſtylum emendavit, & D. GERVAISE ſolam eam partem ſcripſit, quæ agit de partu naturali. In præfatione editor MORISOTUS oſtendit medicum,

qui neque Chirurgiam exerceat, neque obſtetriciam, bona tamen ad diffici- lem partum conſilia dare poſſe. De partu primo ipſe P. agit. Nimis am- plam pelvim non carere ſuis incommodis, & in culpa eſſe, quando cum puero uterus evellatur. Si pelvis anguſtior fuerit, mallet noſter membra- nas non prius rumpi, quam certum ſit poſt eas continuo caput ſecuturum. Rachiticas fœminas vitioſo fœtus ſitui eſſe obnoxias. Os ſacrum ipſis an- trorſum prominere. Anaſarcam labiorum vulvæ inciſione curat. Facile de- bilem fœminam parere, robuſtam difficulter (hoc certe præter experien- tiam). De tactu oris uteri fuſe. De aquis ſpuriis uterum inter collectis & placentam, innoxis elabentibus. Debiles ſi fuerint dolores, digitum in uteri orificium dandum, & ſubinde aliquantum aquæ emittendum, ita ſecu- turos eſſe dolores. Forcipis uſum brevibus verbis commendat. In fœmina bene nata non nocet occiput oſſi ſacro obverſum, in male formata mortem poteſt inferre. Perinæum laceratum ſolo ſitu & adductis femoribus curat. Veſica urinaria laceratur, collo inter caput fœtus & pubis os compreſſo: id malum fere inſanabile eſt, fungique facile, cumque iis conjuncti calculi, ſuperveniunt. Non probat manum poſt fœtum editum in uterum datam, qua ejus organi cavum evacuetur. Plerumque a natura placentam expelli, neque exiguam particulam retentam multum nocere. Uterum inter & pla- centam quaſi calcem effuſam vidit. Nihil periculoſius hæmorrhagia. Unico pede adrepto fœtum extrahit. Partus præternaturales. Brachium nimis tumidum tamen amputat. De morbis uteri. Prolapſus. Uteri fungos ligat, reliquias ſperat a ſuppuratione conſumtum iri. De periculoſa ſeptimi men- ſis hæmorrhagia (in *Mem. de Chirurgie*) in velociori partu etiam magis pe- riculoſa. Irritandum ſubinde uterum, ut ſe contrahat, vaſa claudat, id di- gito oſtium uteri dilatante obtinet. De apoſtemate ſ. metaſtaſi lactea, novo morbo, ex quo frequenter oedema femoris & cruris naſcitur. Adpendicis loco adjecta eſt diſſ. CRANZII de utero rupto. HALLER.

JOACHIM FRID. HENKEL. Ejus *Anmerkungen vieler natürlichen Geburten zur Verbeſſerung der Hebammenkunſt*. BERLIN 1751. 4. Ali- quot exempla funeſti eventus; cum noſter omnia ex artis præſcripto fe- ciſſet.

Ejus *Abhandlung von der Geburtshülfe*. Ibid. 1761. 8. Libera verſio compendii Cl. ROEDERERI, ad quam paſſim ſua monita in- terſpergit. Utitur etiam codicibus FRIEDII manu ſcriptis. Ita HAL- LER.

Ejus *Abhandlung von den Fuſsgeburten, worinnen eine Hebamme groſſe Geſchiklichkeit beſitzen muſs*. Ibid. 1776. 8. MEUSEL. V. pag. 128.

CA-

CAROL. WILHELM. FRIEDRICH STRUVE, medicus. Ejus *Geſund- und Schönheitspflichten zur Erbauung des andern Geſchlechts wiſſenſchaftlich erwieſen.* DRESDEN 1754. 8. Libellus methodo mathematica ſcriptus. In ſect. I. §. 134. &c. regimen gravidarum, parientium, puerperarum, & lactantium. Propria a matricibus ubera ſuis probus præbenda eſſe demonſtrat.

PLANQUE in *bibliotheque* &c. T. I. *accouchement*, quo fuſe dicitur de partu difficili. HALLER. V. *pag.* 130.

ANDR. WESTPHAL. Ejus *de commercio terrum inter & placentam fœtusque nutritione.* GREIFSWALD 1771. 4. V. *vuln.*

KLEINSCHMID. Ejus *Unterricht für die Hebammen.* ULM 1744. 8. HALLER.

WALTHER SCHOUTEN. Ejus diſp. *de ſecundinarum extractione* LEID. 1744. 4. HALLER.

JOH. PASCHIERSE. Ejus diſp. *de partu pæternaturali.* LEID. 1744. 4. HALLER.

J. ADAM RULLMANN. Ejus diſp. *de partu præternaturali ac difficili ob hæmorrhagiam uteri accedentem.* GIESS. 1744. 4. HALLER.

FRANC. WILH. KRAFT. Ejus diſp. *de pietate obſtetricum.* JEN. 1744. 4. HALLER.

JOHANNES STÆHELIN. Ejus diſp. *de operatione cæſarea vivente adhuc matre, cito, tuto, & jucunde perficienda.* BASIL. 1744. 4.

Ejus *de infanticidio quandoque licito.* Ibid. 1748. 4.

Idem in *theſ. anat. med. botan.* Ibid. 1751. 4. obliquitatem uteri a placenta deducit, loco non ſuo adhærente.

Ejus diſp. *partus cum hæmorrhagia conjunctus.* LEID. 1753. 4. HALLER.

J. BESSE, & J. LALLEMANT *E. ubi partus difficilis ac deſperatus, tentanda etiam in matre viva uteri ſectio cæſarea.* PARIS 1744. 4. HALLER.

HENR. BESNIER & LUD. PATHIOT *E. parienti obſtetricis ſola manus.* PARIS 1744. 4. HALLER.

J. GOTTLIEB BOETTICHER. V. *pag.* 131.

HERMAN. D. SPOERING & MOUNSEY in *k. ſw. wet. Acad. Handl. a.* 1744. referunt de fœmina, quæ cum per tredecim annos fœtum in alvo geſſiſſet, eo, inciſo abdomine, liberata fuit. HALLER.

PHIL. SAM. GIERING, in *ſelect. Francof. a.* 1744. oſſa fœtus per anum excreta. HALLER.

PHILIP. ADOLPH. BOEHMER. Ejus & KÖNIG *de aquis ex utero gravido & parturientium profluentibus.* HALÆ 1767. 4.

Ejus & SPANNAGEL *de ſolvendis & extrahendis ſecundis.* Ibid. 1761. 4. Mors a placenta retenta putreſcente: quæ in alio exemplo quarto die jam putrida reperta eſt. Nono die a natura expulſa, funeſto eventu. Quare placentam in utero relinquere periculoſum. Manu, ut Angli ſolent, uterum vult everri. Varia exempla placentæ a 4 ad 17 diem expulſæ, cum corrupta eſſet, funeſto omnia eventu.

Ejus *obſervationum anatomicarum rariorum* faſciculus I. HALÆ 1752. fol. Huc referas fœtum tubarium. Faſciculus II. Ibid. 1756. fol.

Idem ad editionem *compendii artis obſtetriciæ* RICHARDI MANNINGHAM, HALÆ 1746. 4. duas diſſertationes addidit, priorem de ſitu uteri, & fœtus a ſede pendente, ad quam placenta adhæſit. Alteram de forcipis Anglicæ in capite oblique poſito, & intra oſſa pubis immoto expediendo utilitate. De variis inſtrumentis, & FRIEDIANO ad caput perforandum. Forceps dicta CHAMBERLAYNO, PALFYNIO, GREGORIO, ejus fabrica, uſus, & proſperi ab ea admota eventus. De laqueo. Maturandam eſſe fœtus extractionem, quando ſanguis abunde profluit.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Vol.* IX. *appendice* iterum agit de forcipe Anglica a variis varie fabricata. BINGIANA ſimilis fere GREGORIANÆ, neque melior. LEVRETUS ſuam ex GREGORIANA reformavit, difficilius tamen ea diducitur, quam vulgaris Anglica, & quam ea potius deterior eſt. Fatetur forcipis periculoſum eſſe uſum, niſi caput profunde in pelvim ſe dederit, neque probat JANKII conſilium, qui ferramenta continuo jubet admoveri, quando aquæ ruptæ ſunt. Exemplum abdominis vehementer antrorſum penduli. Caput forcipe eduxit, ſed tumor manſit, quem extrahere non poſſet: is octo erat librarum, ex ore uteri natus, fibroſus & vaſculoſus. Caput evulſum, relictum in utero, ſolis manibus, utero deorſum compreſſo, eduxit. HALLER.

Ejus porro *de regimine puerperarum poſt partum naturalem.* HALÆ 1773. 4. *V. prolapſ. uteri.*

PHILIPPE FICHET de FLECHY. V. *pag.* 132.

VIGNON. V. *pag.* 132.

BENED. HIERON. FEYOC. Ejus *uſo honeſto dell' arte obſtetricia.* Ep. II. MADRIT 1745. 4. HALLER.

WIL-

William Forster. Ejus *treatiſe on the cauſes of moſt diſeaſes incident to human bodies and the cure of them.* London 1745. 8. Habentur etiam morbi fœminarum aliqui. Haller.

Vernünftige Unterſuchung, wo und in welchen Fällen es erlaubt ſey Säugammen zu halten. Frankfurt 1745. 8. Haller.

J. Jacob. Müller. Eujs diſp. *de rupto in partu utero.* Basil. 1745. 4. & in Halleri *ſelectis.* Infelices ex obliquo uteri ſitu partus, cui plurimum tribuit, & Deventerium tuetur: iſta obliquitas ex adhæſione placentæ laterali nata, denique uterus in partu ruptus, incidente Homelio. Ita Haller.

Henrich. Bernhard Winkler, Halleri in theatro anatomico inciſor. Ejus diſp. *de ſitu uteri obliquo.* Götting 1745. 4. Cauſæ hujus obliquitatis variæ, inter eas flatus aut fæces, quæ colon inteſtinum diſtendunt. Nimium a Deventerio huic obliquitati tribui. Haller.

J. Casimir Aulber. Ejus diſp. *de prægrandi fœtus capite partum retardante & impediente.* Giess. 1745. 4. Nimis grande caput ut educas. Forcipem Anglicam laudat, id ni fieri poſſit, caput aperire jubet. Haller.

Petrus a Selbach. Ejus diſp. *de obſtetricum imperitia & erroribus caſu quodam demonſtratis.* Halæ 1745. 4. Haller.

Petr. Pasquai. Ejus diſp. *de ſignis & partu fœtus mortui.* Leid. 1745. 4. Signa ejus infortunii pene omnia rejicit. Aquas illas prærmaturas vidit eſſe ab appendice placentæ, peculiaribus membranis comitatæ. Haller.

John Still Winthrop in *Phil. Tranſ. n.* 415. de oſſibus fœtus per anum decedentibus.

Starky Middleton ibid. de fœtu tubario, ut videtur. N. 484. de fœtu retento, & ſedecim poſt annos in ventre matris reperto, poſtquam interim quatuor liberos erat enixa.

Franciscus Simon ibid. *n.* 477. de fœtus oſſibus per anum egeſtis. Haller.

Philippus Conradus Fabricius in *idea anatomes practicæ* Wezlar 1742. 8. Helmstadt 1774. 8. aliquoties ſe vidiſſe uteri non inverſi prolapſum.

Ejus *facilitas inſignis extractionis fœtus vivi & incolumis in parturientibus procidentia uteri ſine inverſione laborantibus, tempeſtive tentata.* Helmstadt 1748. 4. Hæc diſputatio recuſa eſt in Halleri *ſelectis.*

ctis. Exemplum proprium. Non poſſe partum difficilem eſſe eo in caſu, qui & anguſtam pelvim excludat, & accuratam clauſionem. Prolapſum frequentiſſimum eſſe.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Vol.* X. *obſ.* 36. de utero ſcirrhoſo & omni cavitate deſtituto egit. HALLER. V. *vulnera.*

CHRISTIAN FRIDER. ESCHENBACH. Ejus *Grundlage zum Unterricht von Hebammen.* ROSTOCK 1763. 8. 1767. 8. ſed hæ non primæ ſunt editiones. HALLER. V. *pag.* 133.

VOLTER HENRICK's RIECKE *kurzer und deutlicher Unterricht für die Hebammen auf höchſten Befehl verfertiget.* STUTGARD 1746. 8. Hominis exercitati in arte opus, in quo ordinem ne quæras. De uteri obliquitate varia, quam a placentæ adhæſione laterali deducit. Incuneatum caput deſcribit, forcipis uſum ignoravit. Partus difficilis a pelvi nimis ampla, ut uterus pariter cum fœtu deſcendat. Immenſi dolores ab utero ſemi inverſo, quæ obſtetricis culpa fuit. Mater tamen ſanguinem per abruptum funiculum umbilicalem amiſit. Sic puer. Varii caſus partuum difficilium. Levari puerperam, ſi os coccygis repreſſeris. Difficilis partus ab oſſe ſacro male formato. Si placenta ſoluta fuerit, neceſſario fœtus educendus eſt, etiam ſi calumniæ chirurgus ſe expoſuerit. Exemplum funeſtæ hæmorrhagiæ, cum partus non promoveretur. Fœtus capite in pelvim urſo vix poteſt verti. HALLER.

ANTON. LOUIS. V. *pag.* 760.

JOSEPH SUE. Ejus *de ſectione cæſarea.* PARIS 1763. 8. HALLER. V. *pag.* 134.

ANGELUS NANNONI. V. *pag.* 134.

CLAUDE FRANÇOIS ATTHALIN in *lettre à un medecin* &c. refert de utero toto elapſo, menſes tamen non ſupprimente. HALLER. V. *vuln. capit.*

J. ADAM REICHARD. Ejus diſp. præſide J. ADAM WEDEL *de tumore abdominis poſt partum in nonnullis mulieribus non ceſſante.* JEN. 1746. 4. HALLER.

P. v. HAMEL. Ejus diſp. *de abortu.* UTRECHT. 1746. 4. HALLER.

JAC. BRING ſub præſidio B. J. de BUCHWALD diſp. *de cauſis partus difficilis notabilioribus adjecta uteri conſtrictione tribus obſervationibus illuſtrata.* HAFNIÆ 1746. 4. HALLER.

J. ANTON. GALLUS in *Comm. Acad. Bonon.* T. II. P. III. BONON. 1746. 4. egit de fœtu, quem ex tuba, ut videtur, excidit, eventu non felici. HALLER.

Barth. Lud. Hückel in *ſelect. Francof.* T. IV. Vol. II. refert de fecundis retentis funeſto eventu. Haller.

Guillerme in *Hiſt. de l'Acad. des ſc.* 1746. de fœtu per anum reddito. Haller.

Andreas Levret in arte obſtetricandi peritiſſimus, & celebris auctor. Ejus *obſervations ſur les cauſes & les accidens de pluſieurs accouchemens laborieux.* Paris 1747. 8. 1762. 8. & nuper 1770. 8. Germanice vertente J. Julio Walbaum, Lübeck & Altona 1758. 8.

In prima editione auctor primum agit de capite fœtus abrupto & in utero relicto, quæ calamitas fere accidit, quando fœtum capite ſuo in pelvim inpactum obſtetrix ſubito pedibus extrahere conatur, in quem errorem etiam G. la Motte ſe incidiſſe fatetur. Auxilia. Rejectis aliis omnibus Levretus inſtrumentum ſuum proponit, ex tribus factum laminis, quæ caput poſſint amplecti, & quæ in vertice uniuntur. Inde ad caput inpactum forceps ab Anglica hactenus diverſa, quod ſuperne paulum cavata ſit, quodque propriæ ope laminæ duo brachia aut ſuperius magis conjungere liceat, aut inferius. Exempla, inquibus difficillimos hac ipſa forcipe partus expedivit. Placentam non perpetuo in eadem ſede adhærere, & alieno loco adnatam partum difficilem facere, cauſamque eſſe poſſe, cur uterus rumpatur. Tres modi quibus caput ad clavi modum poſſit impactum eſſe.

Ejus *ſuite des obſervations ſur les cauſes & les accidens de pluſieurs accouchemens laborieux* Paris 1751. 8. Pluſculæ ſunt diſſertationes. I. reſpondet ad docti viri in diario eruditorum a. 1749. *Maj.* inſertum*aſperum de ſuo opere judicium, qui Deventerii gloriam ſibi defendendam eſſe putabat. Fatetur tamen ſe ſuum ad extrahendum fœtus caput excogitatum inſtrumentum nunquam adhibuiſſe. De judicio ſocietatis Regiæ Britannicæ conqueritur. De cauſa, quæ facit, ut caput fœtus ſæpe in utero retineatur. Obliquitatem, & humeri in oſſe pubis decubitum, & caput ad latus converſum accuſat, unde dolores evaneſcant. Ut huic malo medeatur, repulſo capite, extractis pedibus; aut manu certe humerum depellente. Denique fœtum; ſi vitam amiſerit, unco extrahere jubet. III. Situm obliquum fœtus oriri fere a placentæ ad alienam uteri ſedem adhæſione. Dari etiam, ubi ea in cellula uteri ſedeat, quæ conſtrictam placentam continet. Situs perverſi fœtus ſigna: conſilium, educere lateraliter converſo capite, ut Fielding Ould præceperit. IV. De ſuæ curvæ forcipis prærogativis. Utiliter ſe ea uſum eſſe, potiſſimum etiam, poſtquam eam leniter curvam reddiderit. V. Rathlauwi, quod continuo dicemus, inſtrumentum Roonhuysiano

SIANO præfert. VI. Contra forcipem GUILIELMI SMELLIE. Corium improbat, & debilem crurum unionem, çæterum omni alteri, etiam ſuæ præfert. VII. Contra ſectionem cæſaream, quam tamen admittit, quando pelvis nimis anguſta eſt, aut fœtus in pelvi ſedet. Non ſupremam partem uteri mavult incidi, & abdomen cultro in parte convexa ſecante aperiri. VIII. De cauſa frequentis funeſtæ puerperarum hæmorrhagiæ: eam tribuit laxitati uteri, qui non valeat ſe conſtringere; ei malo opem fert, dum partum reddit quam lentiſſimum. IX. Forceps longa, cochlearibus perforatis, qua uteri polypos extrahit. X. BOEHMERI quam (*pag.* 1174.) diximus diſſertatio: ei addit noſter notas, in quibus forcipem tricrurem defendit, forcipem ſuam laudat. XI. Inſtrumentum ſuum pro extrahendis polypis contra SCHARPIUM tuetur.

Utrumque opus recuſum prodiit PARIS 1770. 8. Priori aliqua in hac editione acceſſerunt; de forcipe ÆGIDII le DOUX; de ſuis in PALFYNI forcipe emendationibus. Plus in poſteriori (*ſuite*) eſt auctariorum. Fuſe de laminis Roonhuyſianis, quæ interim melius fuerint deſcriptæ: eas undique rejicit, & forcipem præfert. SMELLIUM ſuam in forcipe curvationem eſſe imitatum. Ea forcipe utendum, quoties in capite inpacto pueri tumor naſcitur, neque id progreditur.

Aliud opus Cl. viri eſt *obſervations ſur la cure radicale de pluſieurs polypes de la matrice, de la gorge & du nez operés par de nouveaux moyens.* PARIS 1749. 8. Multa inſtrumenta proponit, aut aliis ſubſtituit, quæ abrogat. De polypis agit accurate. De uterinis, eorumque ſpecie, quæ de fundo uteri pullulat. Ut remoto & recondito loco polypus poſſit ligari circumjecta anſa, deinde adducta. Ligare quam evellere mavult. De hæmorrhagia ex polypis oriente; de propendente de oſtio uteri tumore; de curatione, quæ ſit a ligatione ſperanda. De polypis ex collo uteri natis, nullum ſanguinem cientibus. De aliis ex oſtio uteri prodeuntibus, qui ligati delabantur. Ut polypi diſtinguantur a prolapſu. De utero integre prolabente, & de partu ex ejusmodi utero; polypi pars inferior latior, prolapſus anguſtior eſt. Cum utero inverſo & integre elapſo etiam vaginam elabi, id rarius eſſe. A peſſo imperfectum prolapſum coerceri, etiam manu. Cum utero inverſo etiam partem veſicæ & recti inteſtini excidiſſe; ut id malum diſtinguat a polypo, cavitate aliis ſignis. Frequenter tunicam internam inteſtini recti elabi. Tumores ejus inteſtini internos petiolatos ligare oportet: prolapſum etiam ligare voluit. Exemplum ſponte elapſi polypi uterini, cum a natura ſtrangularetur. Polypus oſtio uteri adnatus. Prolapſus varii. Cum vagina veſica calculo fœta elapſa. Polypi vaginæ, qui putantur prolapſus eſſe, ſunt membranæ internæ productiones.

Altera

Altera editio 1759. 8. ſucceſſit, tertia 1772. 8. Opus ipſum parum auctum, præter pauculas adnotationes. Verum *ſupplementum* novum eſt. In eo aperit nova conſilia & perfectiones, quæ ſuis inſtrumentis ad vinciendos polypos addidit. Tubum tripartitum pro uterino polypo curvum fecit, filum ceratum argenteo filo præfert. De polypis uteri utiles adnotationes. Perinde curari eos, qui ex oſtio uteri pullulant, eosque qui de utero excreſcunt. Polypos ex utero in vaginam prominentes oportet ligare. Alia præter hos polypos ſarcomata ſanationem reſpuunt, & reſecta repullulant, quæ ex uteri abſceſſu oriuntur; curantur autem ligando polypi, a quibus ulcus abeſt. Utiliter aliquoties quotidie in vaginam aptus liquor injicitur. Qui tumores & de ore uteri prodeunt, & una de vagina, eos noſter mavult non ligare.

Idem in *Journal des ſavans a.* 1749. tuetur ſe contra anonymum, quem dicemus. Forcipem Iperæ ab ÆGIDIO le Doux Gandavii a PALFYNIO inventam eſſe (non inventore.) Queritur ſuæ forcipis uſum PARISIIS non eſſe adoptatum. Placentam utique non conſtanter ad certam ſedem uteri adhærere. Recuſa hæc diſſ. exſtat in *ſuite d'obſſ.*

Idem in *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. III. de educenda poſt fœtum placenta. Retineri a conſtricto oſtio uteri. Breve tempus eſſe, quo poſſit manu ſolvi, idque tempus eo citius adeſſe, quo robuſtior fœmina & minus aquæ fuit. Naturæ jubet non diffidere. Si nimis cito placenta deceſſerit, nondum ruptis membranis, debere digitis oſtium uteri titillari, ut ſe contrahat. In abortu ob putridam placentam aquam cum althæa decoctam injicit. Quando hæmorrhagia urget, ſolvendam manu placentam, dum venter urgetur.

Idem ibid. de polypis vaginæ & uteri. Inſtrumenta in priori opere deſcripta aliquanto ſimpliciora reddidit, ut nunc duplex ſit tubulus cum filo argenteo trajecto, quo polypos facile ſit ligare. Ut ſua per ſigna fungum a prolapſo utero & ab elapſa vagina diſtinguas. Curationem fere tutiſſimam eſſe in vinculo repetito, ut paulatim altius injiciatur.

Ejus *explication de pluſieurs figures ſur le mecaniſme de la groſſeſſe & de l'accouchement.*

L'art des accouchemens demontré par des principes de phyſique. PARIS 1761. Germanice vertente CHRISTIANO FRID. HELD, GERA & LEIPZ. 1772. 8. Plura ſunt opuſcula. I. Compendium artis, qua partus difficiles expediuntur. Clitoridis caput in puellis ſubinde reſecare neceſſarium videri, & absque periculo reſecari. Partum præcipitem periculo plenum eſſe, & non raro funeſtum. Ut uterus rumpatur, ex fœtus calcitratione. Forceps curva ad caput ad clavi modum inpactum. Rariſſime uncis

utendum. De obliquitate DEVENTERIANA varia; de caſibus, in quibus Cæſarea ſectione opus eſt. In hydrocephalo habet terebram duabus laminis ſcindentem. Fœtus capite impacto converti nequit. Quoties placentæ pars de utero deceſſit, fœtum oportet confeſtim extrahere. A nimis præcoci funiculi delapſu hæmorrhagia. De ligandis polypis. De ſanguinis ex ano jactura inflata veſica conpeſcenda, de tumorum in utero ſignis: de medicamento coagula etiam ſanguinis reſolvente, oleo nempe tartari per deliquium. In aphoriſmos FRANCISCI MAURICEAU animadverſiones.

Ejus *eſſai ſur l'abus des regles générales & contre les préjugés qui s'oppoſent au progrès de l'art des accouchemens.* PARIS 1766. 8. Liber popularis. Fœtum ante partum ſe dare præcipitem. De herniis diſſimulatis, & earum in parturitione incommodis; de tumoribus in celluloſa tela pelvis ſubnaſcentibus; de veſicæ urinariæ prolapſu integro aut imperfecto. Nunquam ſecundæ extractio præcipitanda, niſi propter ſanguinis fluxum & exſpectandum donec uterus vires ſuas recuperaverit. Catheteres aliquos deſcribit, & inſtrumenta ad ligandos uteri polypos idonea, quæ inter tubulus eſt bilocularis. De freno linguæ, quod egeat inciſione. De dentitione aliqua. Hernia veſicæ in vaginam nitentis præmagna ex lapſu orta.

Idem in *Journal de Med.* T. XXXII. novum inſtrumentum ad ligaturam in locis profundis injiciendam. Duo ſunt tubuli obtuſi in cardine mobiles, per quos chordæ metallicæ vel cannabinæ introducuntur, quibus fungus ambiatur & adſtringatur.

T. XXXIII. Ejusdem de ſumma utilitate forcipis curvæ. Contra LAUGIERI artificium ad tumores in utero ligandos.

T. XXXIV. de peſſis, qui ex ſubere fabrefiunt, ceræ incocto. Peſſi cordati. Pelvis nimis ampla certo prolapſum facit uteri.

T. XXXV. contra BUTTETUM de vinciendis uteri polypis.

T. XXXVI. fuſe de peſſis. Iis os uteri debere inniti, ad eam ergo ſedem debere cavos eſſe. Subere utitur cera tecto. Petiolum etiam peſſo dat, qualem SURET. In pelvi nimis ampla certo uterum prolabi. Ut poſſint per peſſos fœminæ concipere.

T. XXXVII. de ſugendo & papillæ vitiis. Tumores mammæ cornei. De morbis infantum nuper partu editorum: lingua ad fauces adhærente, facile ſeparabili: freno nimis longo, quod oporteat incidere, cum alioquin infans fame pereat. Dari & vincula præter naturam nata per latera linguæ, quæ inciſione & ipſa egent. Caro ſub lingua fungoſa, funeſta, quæ deglutitionem impedit. Labium leporinum: poſſe poſt ſectionem apta deligatione curari. De optimo modo, quo funiculus ligatur. Oportere ſanguinem

nem exprimi. De teſtibus, raro in ſcroto eſſe in maſculis pueris modo natis: dum teſtis per annulum tranſit, noſter ejus iter adjuvat. De tumore quaſi pultaceo in capite pueruli: ſanguinem continere, quem oporteat decuſſata ſectione emittere. De oſſibus longis incurvatis, eorumque correctione. Ad vulnera capitis adhiberi decoctas radices arundinis. In rachitide oſſa molleſcere.

T. XXXIV. an liceat in caſu neceſſitatis puero brachium amputare, qui aliter partu non poſſet edi. Licere noſter. De labio leporino ejusque cauſa mechanica. HALLER.

Der bey den Frauenzimmer Krankheiten vernünftig curirende medicus, und die nach Pflicht in und nach der Geburt den Kreiſſenden handleiſtende Hebamme. LEIPZ. 1747. 8.

PETRUS RAHTLAUW, chirurgus & obſtetrix Amſtelodamenſis, CAROLI de S. YVES & ANT. FERREIN diſcipulus. Ejus *het beroemd geheim in de Vroedkunde van* ROGIER ROONHUYSEN *ontdekt en uytgegeven op hooge ordre.* AMSTERDAM 1747. 8. Laminas ROGERII v. ROONHUYSEN deſcribit & depingit, quæ ad utrumque latus capitis fœtus in utero inmittuntur, deinde manu adducuntur; ita caput clavi modo impactum apprehenditur & educitur. Hoc arcanum inſtrumentum ab inventore ad chirurgum *van der* SWAMM, ab eo ad D. CORNEL. HENR. VELSEN, hinc ad noſtrum tranſiit, ita demum veniam obtinuit exercendæ artis. Deſcribit etiam forcipem Anglicam, & corrigias, quas D. SANDER Londini capiti fœtus circumjicit, ut extrahat. Teſtimonia adducta, verum inſtrumentum ROONHUYSII ſe depingere. Nullum Pariſiis aut Londini inſtrumenti *tire-tête* uſum eſſe.

Cum interim duo medici Amſtelodamenſes negaſſent, verum inſtrumentum ROONHUYSII a noſtro deſcriptum fuiſſe, tuitus eſt ſe in epiſtola inſcripta *brief bevattende eenige aanmerkingen op een werk uytgegeven door* J. *de* V. & H. *van der* POLL. AMSTERDAM 1754. 8. Fieri poſſe, ut hi viri genuinum pariter ROONHUYSII inſtrumentum poſſideant, potuiſſe enim auctorem aliquid mutaſſe. Suum certe a ſe in ipſo opere compertum eſſe, chirurgi votis reſpondere. Dari & tertium inſtrumentum, quod pariter ROONHUYSII ſit. Suum a medicorum, qui ſibi adverſantur, parum inſtrumento differre. Cum ROONHUYSIANO illo venali arcano etiam eſſe, qui infeliciter obſtetricentur.

Contra PETRUM RAHTLAUW prodiit etiam *klaare bewys dat het berugte geheim in de Vroedkunde van* ROGIER ROONHUYSEN *ontdekt door* J. P. RAHTLAUW *volſtrekt vals en het inſtrument onnut en gevaarlick en doedlyk is.* AMSTERDAM 1747. 8. Subſcripſiſſe videntur chirurgi obſtetricii Amſtelodamenſes, qui arcanum ROONHUYSII inſtrumentum, per tra-

ditionem perpetuam ſibi transmiſſum, vindicant. RAHTLAUWIUM vix artem exercuiſſe, niſi in artificiali fœminæ corpore. Ejus inſtrumentum ſpeculum eſſe uteri nimis voluminoſum, hinc noxium, quod & uterum comprimat, & caput fœtus. *Van der* SWAMMIUM, cui ab aliis ſit impoſitum, RAHTLAUWIO impoſuiſſe.

Idem in *verhandeling van de cataracta* &c. agit de ſuo inſtrumento ad partum expediendum. Forte non fuiſſe idem cum ROONHUYSIANO, ſed eadem certe præſtare. HALLER. V. *ocul. morb.*

HENRICUS FRIDER. DELIUS. Ejus *einige Betrachtungen und Unterſuchungen die Erzeugung und Geburtshülfe betreffend.* NÜRNBERG 1767. 8.

Ejus *obſervationes ad partum faciliorem ſpectantes.* Ibid. 1760. 4. Ad forcipis uſum & Chirurgiam. HALLER. V. *pag.* 137.

NIC. FRID. BERTRAM. Ejus diſp. *de partu difficili ex uteri ſitu obliquo.* LEID. 1747. 4. HALLER.

FRANC. HENR. KELP. Ejus diſp. *de convulſionibus parturientium.* ARGENT. 1747. 4. HALLER.

L. KNORRS *der bey dem Frauenzimmer vernünftige kurirende Medicus.* LEIPZ. 1747. 8. HALLER.

FRIDER. ERASMUS. Ejus diſp. *de partu difficili ex capite fœtus etiam prævio.* ARGENT. 1747. 4.

Idem in *N. E. N. C. obſ.* 3. Fœtus ſervatus & verſione ereptus, cui brachium egrediebatur. *Obſ.* 4. 5. partus alii difficiles etiam forcipe expediti. HALLER.

E. DAVIS in *Phil. Tranſ. n.* 483. refert de fœtu nato cum omnibus ſuis oſſibus loco motis & ad anchyloſin diſpoſitis.

HERMAN. SCHÜTZER. V. *pag.* 138.

ERDMAN KUPITZ civitatis GUBEN poliater, in *ſelectis Francofurtenſibus* T. IV. Vol. IV. agit de nonnullis ad mala puerperarum pertinentibus. De uteri condylomatibus & prolapſu, deque inverſione uteri. HALLER.

BENJAMIN PUGH, chirurgus in oppido *Chelmsford.* Ejus *treatiſe of midwifery chiefly with regard to the operation, with ſeveral improvements in that art.* LONDON 1748. 8. ſed ea editio ſucceſſu caruit, & ipſe liber demum vere prodiit 1754. 8. Bis mille parturientibus noſter adſtitit. De tactu: ad eum duobus digitis uti mavult, quam uno. Os uteri poſteriori loco poni, quam vulgo putetur, hinc non adeo facile reperiri. Partum expeditum ſperare licet, quoties oſtium uteri planum, tenue, latumque eſt, & a quoque dolore dilatatur. Aquas mature ruptas nocere, quod uterus circa fœtum ſe conſtringat. Optime parere matrem, quæ genubus robuſti viri inſideat (id aliquoties ſe expertum teſtatur HALLERUS). Præcoces partus

morandi

morandi venæ ſectione, opio. Coccygem noſter repellit, ſicuti caput progreditur. Quando dolores lenteſcunt, utile fuerit, manibus utrinque abdomini adpreſſis caput deorſum promovere. Placentam digitis inter eam uterumque datis, ad utrumque latus motitatis ſolvi, neque enim debere in utero relinqui. Id ſi caſu factum fuerit, & putredo acceſſerit, oportere amara injicere medicamina & aromatica. Ad extrahendum fœtum, matrem in latus ſiniſtrum debere decumbere, genua ſurſum adducere, capite eſſe humiliori. Unicum pedem ſe ſubinde coactum & invitum extrahere, præſtare utrumque. Anſam dat circa digitos, deinde circa pedes, quo firmius fœtum extrahat. In tranſitu per vaginam enixe ſuadet os fœtui aperire, & linguam deprimere, ut reſpirare poſſit: eo artificio multorum ſe parvulorum vitam ſervaſſe. Debili infanti aërem in os per tubulum inflat. Caput grandius non debere aperiri, manibusque potius deorſum premi, id auxilium nunquam fallere. Optime fœtum inverti continuo, poſtquam aquæ ruptæ fuerunt. Non debere uncum ori fœtus inmitti. De ejus morte difficile judicium eſſe. Prolapſum vaginæ uterive facile corrigi. Forcipe opus eſſe, quando obſtetrix ſero acceſſit, vires puerperæ diminutæ ſunt. Forcipem curvam anno 1748. deſcripſit, etiam tunc idoneam, quando caput altiori loco hæret; rectam convenire, quoties caput humilius deſcendit. Forcipem in univerſum valde laudat, fatetur tamen, quoties pelvis nimis arcta eſt, caput BURTONI extractore aperiri debere, & cranium elidi, raro tamen eo neceſſitatis nos adigi. Faciem oſſi pubis obpoſitam in ampla pelvi vix nocere, in anguſta utique. Quando pedes extrahit genu jubet flecti. Cum tumor de vagina excreſcens partum moraretur, ei vinculum injecit, eumque reſecuit. Hydropicæ puerperæ aquam per paracenteſin eduxit. Connatam vaginam late diduxit, turundis apertam tenuit. Inſtrumenta. Diverſæ forcipes. Inſtrumentum ad caput in vaginam demerſum educendum, ex quatuor laminis chalybeis factum, quarum ope quatuor faſciæ circa caput dantur, inque anſam conſtringuntur. HALLER.

ANDR. PASTA. Ejus *diſcorſo del fluſſo di ſangue dall' utero delle donne gravide.* BERGOMI 1748. 8. Non ſemper a ſoluta placenta gravidarum hæmorrhagias oriri, neque ſemper debere partum præcipitari. HALLER.

CHRISTIAN. KISTER. Ejus diſp. *de morbis puerperarum.* LEID. 1748. 4. HALLER.

CORNELIUS V. NIEL. Ejus diſp. *de cauſis partus difficilis & auxiliis requiſitis.* LEID. 1748. 4. HALLER.

J. REDMAN. Ejus diſp. *de abortu.* LEID. 1748. 4. HALLER.

PHIL.

PHIL. JAC. WALTHER. Ejus diſp. *de partu naturali ejusque vera cauſa.* ARGENT. 1748. 4. HALLER.

FRANCISCUS DRAKE in *Phil. Tranſ. n.* 485. retulit de oſſibus fœtus per abſceſſum umbilici egeſtis.

JACOB MOUNSEY ibid. *n.* 486. de fœtu ex tuba Fallopiana exciſo. HALLER.

THOISON in *Hiſt. de l'Acad. des ſc.* 1748. de puella, quæ cum anguſtiſſima vagina conceperit, & pepererit, cum ea in ipſo partu obſequioſe ſe laxaſſet. HALLER.

Le BLANC in *Journal de Med.* T. XXXV. agit de placentæ particulis retentis, & LEVRETI inſtrumentis eductis. HALLER. V. *vulnera.*

J. B. FELICE in *diſputationibus* VENET. 1748. 8. agit de fœtu, qui per rupturam perinæi feliciter eductus fuerit. HALLER.

DANIEL WILHELM. TRILLER in *Clinotechnia* FRANCFURT 1774. 4. egit de lecto puerperarum, de ſella obſtetricia, de ſcamno & lectulo HIPPOCRATIS. HALLER. V. *pag.* 884.

J. JULIUS WALBAUM. Ejus LEVRET's *Wahrnehmungen von den Urſachen und Zufällen vieler ſchweren Geburten, mit neuen Handgriffen und Werkzeugen vermehrt.* LÜBEK und ALTONA 1758. 8. In præfatione inque notis editor agit de LEVRETO, in dijudicandis aliorum meritis acri viro, qui pauca legit, & multa pro novis habet, ab aliis dudum dicta & publicata. Inſtrumenta nimis artificioſa eſſe. Forcipem a RUFFIO dictam eſſe & a SLEVOGTIO. BOEHMERUM GREGORII forcipem depictam dediſſe, non CHAMBERLAYNII. Paſſim etiam editor in caſu graviori ſua dat conſilia. In appendice inſtrumenta nova deſcripſit, dilatatorem ex veſica factum, quam inflat, & impacta expedit: paulo poſt idem inſtrumentum perficit. Forceps pro capite aperiendo: pro ventre: chirotheca; laqueus ad pedes adprehendendos. In alia appendice VOIGTI diſſ. de capite abrupto, unaque de rupto utero programmata reperias.

T. II. Ibid. 1761. 8. Pauciores notas adjecit, LEVRETI extractorem, uncum vaginatum & forcipis curvæ iconem addidit.

Ejus *die Beſchwerlichkeiten der Geburtshülfe aus Beyſpielen erwieſen.* BUZOV und WISMAR 1770. 8. Cum pelvis deformis eſſet, & caput prægnum, id avulſum in utero reſtitit, funeſto eventu. Culpa ab aliis medicis noſtro imputata eſt. Inciſo cadavere os ſacrum vehementer in pelvim prominens repertum eſt; caput fœtus perrupta vagina in vulvam exiverat, & prædurum erat. Carpſerunt quod ſectionem cæſaream non eſſet expertus. HALLER. V. *venæ ſect.*

CHRIST.

Christ. Frid. Daniel. V. pag. 139.

Ernest. Anton. Nicolai. Ejus *Abh. von der Geburts-hülfe mit Zuſätzen.* Halæ 1751. 8. 1762. 8. Haller. V. pag. 493.

J. Christ. Frensdorf. Ejus diſp. *de partu præternaturali ac difficili ob procidentiam funiculi.* Argentor. 1749. 4. Haller.

Gerhardus Armbster. Ejus diſp. *de paragomphoſi capitis fœtus in partu.* Götting 1749. 4. Cauſam mali in laboribus præcipitatis po-nit. Caput nimis profunde in vaginam deſcendit, cum uteri oſtio circa id caput conſtricto. Laxantia primum experitur, deinde caput verſus ſynchon-droſin oſſium pubis manu levat, tum uterum tollit, & ab iis oſſibus removet. Haller.

Barthold Wichmand. Ejus diſp. *de partu difficili ex funiculo umbilicali.* Hafn. 1749. 4. præſide B. J. de Bucwald. Bona diſputa-tio. Haller.

William Millner in *Phil. Tranſ.* a. 1749. *n.* 493. de puero nato pedibus introrſum ductis, ſola ad ſartorum modum adſidua decuſſatio-ne pedum curato. Haller.

J. Georg. Roederer *de artis obſtetriciæ præſtantia* edidit Göt-ting. 1752. 4. cum novam cathedram primum conſcenderet, & noſodo-chii obſtetricii ad Halleri conſilia conſtituti curam ſuſciperet. Quantus ſit artis ambitus, quam multa parum confecta eo pertineant. De capite ni-mis grandi uterum conterente. Dignitas artis, quæ cariſſima capita ultimæ miſeriæ eripiat. Facit artis difficultas, & obſtetricum imperitia, ut viro & exercitato, opus ſit, qui formidoloſorum uncorum dexteritate manus ſuæ fa-ciat vacationem.

Ejus *elementa artis obſtetriciæ in uſum prælectionum Academica-rum.* Götting. 1752. 8. 1759. 8. 1766. 8. Gallice Paris 1765. 8. Ex Friedii Smellii atque Antonii Petit ſcholis, & propria experientia natus, bonus liber. Non putat oſſa pubis in partu diſcedere, cum plerum-que pelvis diameter capitis diametro ſufficiat. Quare nec coccygem partum morari. Partus naturalis. Partus laborioſus. Lectulum ſellæ præfert. Pla-centæ particulam nimis valide adhærentem mavult in utero relinquere. Si-tus obliquus uteri eſt fere a placentæ adhæſione. Situs vitioſi fœtus varii, & auxilia, quæ ars in his malis offert. In partu ventrali ſpem omnem eſſe in ſectione cæſarea.

Editio

Editio ſecunda paſſim aucta eſt. De mutationibus oris uteri fuſius. Dolores nimis præcipites partum faciunt periculoſum. Perſæpe placenta a ſola natura ſolvitur. Signa gangrænoſi uteri. Tres gradus impacti capitis, & monita quando forcipe expediri poſſit, quando terebra, & aperto capite ſit opus. De variis forcipibus. Signa diverſæ obliquitatis uteri. Caput obliquum Roonhuyſianis vectibus expediri poteſt. Quando partu cæſareo ſit opus.

In editione tertia, quæ poſt mortem Cl. viri prodiit, editor Henricus Augustus Wrisberg pluſculia minime inutilia adjecit. In præfatione Roedererum tuetur, quem Galli plagii reum fecerant. Deinde paſſim notas addidit etiam chirurgicas. Pelvis oſſa præter naturam curvari. Caput fœtus ſenſim ſe præceps dare, non ſubito. Partum integri ovi non eſſe undique naturalem. Dari exempla impacti capitis, quæ forcipe expediri nequeant, & in quibus terebra non poſſit careri.

Ejus *obſervationum medicarum de partu laborioſo decades duæ.* Götting 1756. 4. Manus cum facie elapſa, feliciter in ordinem redacta; alias manus aut brachium, in quibus caſibus noſter laqueo crus firmavit, pedibusque fœtum extraxit. Fuit ubi caput humeri ex acetabulo excidere neceſſe fuit. Caſus infelix mortis poſt felicem partum ſubitæ, cum pelvis ampla, vaſa lacera eſſent. Mors ex anguſta pelvi & utero obliquo. Partus lentus ob uterum circa cervicem fœtus contractum. Vecte expeditus partus, in quo facies præibat, & alias, ejusmodi partus forcipe adjutus; qua etiam eductus fœtus eſt, cui bis circumvolutus funiculus. Caput prægrande terebra apertum, ut tamen mater ſervaretur. Infelices caſus adhibiti unci, partus præcipitati, avulſæ ſecundæ.

Ejus *de non damnando uſu perforatorii in paragomphoſi ob capitis molem.* Götting. 1758. 4. Gradus paragomphoſeos. Forcipi locum non eſſe, quando genitales partes rigidæ, inflammatæ, aut ab ore uteri caput arctiſſime contractum. In malo nondum adulto caput poſſe forcipe expediri experimento oſtendit. In capite præalto loco poſito opus fuit perforato cranio, ut forcipi locus daretur. Alii caſus, in quibus neceſſe fuit cranium aperiri.

Ejus *programma de ulceribus utero moleſtis.* Götting. 1758. 4. Ex plagis gravidæ fœminæ inflictis funeſta uteri ulcera. Sæpe cum ſcirrhis uteri conjungi ulcera. Pus non naſci ex adipe, ſed ab humore critice depoſito. Ut ex pure uteri vitia naſcantur.

Ejus *icones uteri humani obſervationibus illuſtratæ.* Ibid. 1759. fol.

Ejus *de partu laborioſo.* Ibid. 1760. 4. Exempla varia: ex utero prolapſo eductus fœtus.

Ejus *de infantibus in partu ſuffocatis.* Ex funis ſtrangulatione: ex capite oblique in anguſta pelvi eliſo, aliquoties.

Ejus *opuſcula medica* ſparſim prius edita. Ibid. 1763. 4. Priora hic redeunt. Accedunt ad progr. *de uteri ſcirrhis* aliqua. Redeunt etiam hic STEINII, CHUDENII, SCHÆLII, ZEISII, LIENMANNI, & LINDEMANNI diſputationes, quarum pleræque absque præſide fuerunt; in unica ROEDERERI nomen adparet, ut tamen qui defendit peritia obſtetricia ſe auctorem nominat. HALLER. V. *terebrat.*

SAMSON GABRIEL GUENIN, chirurgus in oppido *Crepy en Valois.* Ejus *hiſtoire de deux operations Ceſariennes faites avec ſuccés en* 1746. & 1749. PARIS 1750. 8. Cum fœmina parere non poſſet, noſter uterum inferius quam fundus eſt aperuit, inciſionem dilatavit, fœtum extraxit, ventrem ſutura clauſit, fere ad modum, quo fœminæ thoraces ſuos balænarios ſtringunt. Die decimo & nono mulier convaluerat, ut iterum pepererit. In altera muliere gaſtroraphiam etiam adhibuit, felice pariter eventu. HALLER.

ANTONIUS de MEDINA. Ejus *Cartilla nueva para iſtruire las madronas que ſe llaman lomadre.* MADRIT 1750. 8. HALLER. V. *pag.* 142.

J. GODFR. JANKE, Profeſſor Lipſienſis, quem ante diem ars anatomica amiſit. Ejus *de forcipe ac forfice ferramentis a Bingio chirurgo Hafnienſi inventis, eorumque uſu in partu difficili.* LIPS. 1750. 4. Inſtrumenta, de quibus noſter quærit, pertinent ad eum partum difficilem, qui fit a capite fœtus ad cunei quaſi modum in pelvim impacto, ut neque progredi poſſit, neque verti. Hujus infortunii exitum natura vix invenit. Hic ergo locus eſt forcipibus, neque enim manus acceſſum obtinet. Noſter CHAPMANNI forcipem laudat & BINGII. Hujus forceps duo brachia habet, quorum utrumque in duas partes dividi poteſt, iterumque componi. Caput fœtus cavo chalybeo quaſi cochleari, in utroque brachio ſuo conprehenditur. Minus facile nocere, firmius apprehendere. In LEVRETI forcipem: ejus brachia, quæ caput apprehendunt, minus firmiter conjungi. Denique forceps ad caput fœtus aperiendum, cujus crus unum calvariam perforat, alterum oſſis partem ſcindit. Paragomphoſin ipſius ſubinde naturæ & male formatæ pelvis eſſe vitium, non obſtetricis. HALLER.

FRIDERICUS BOERNER, brevis ævi medicus. Ejus *die gebährende Frau ſamt ihrer Leibesfrucht zum leichtern Begriff und Verrichtung der nöthigſten Handgriff in der Hebammenku ſt.* FRANKF. und LEIPZIG 1750. 8. 1756. Machina fœminam repræſentans, curante MOHRIO medico Gienſi fabrefacta. Deinde obſtetrix ad artis ſuæ adminiſtrationem in hac ipſa machina inſtituitur. Uteri in partu ſubſidentiam cauſam eſſe partus difficilis; conſtringi uterum quando aquæ effluxerunt. Ut coccyx reprimatur, ſecundæ educantur. HALLER.

Ejus *Kinderarzt.* LEIPZIG 1751. 8.

Augſpurgiſche erneuerte Hebammenordnung. AUGSP. 1750. 4. GUTERMANNI opus putat eſſe HALLER.

CASIMIR CHRISTOPH. SCHMIEDEL. Ejus *pathologia dolorum gravidarum parturientium & puerperarum.* ERLANG. 1750. 4. HALLER.

ABRAHAM SZELI *damna graviora ex abortibus præcipue frequentioribus oriunda eorumque geneſis.* ALTDORF 1750. 4. Diſputatio. HALLER.

In *Journal des ſavans* a. 1750. *Fevrier; Lettre au ſujet du livre de* M. LEVRET *intitulé obſſ. ſur les cauſes des accouchemens laboreux.* Male Gallis forcipem inventam adſcribi. Levretiana forcipe caput fœtus non poſſe in utero apprehendi. Rectas forcipes auctor rejicit. Vitio dat, quod LEVRETUS non accurate definiverit, quo in rerum ſtatu forcipe ſit utendum.

Reſpondit LEVRETUS Ibid. idque ſcriptum cum ejus operibus dictum eſt. Utique in BELGIO inventam eſſe forcipem. In pelvi fœtum ſe omni modo diſpoſitum vidiſſe. Ita varium eſſe modum, quo idem ſe ad exitum offert. Placentam non eodem loco adnaſci. HALLER.

G. E. HERMANN. V. *pag.* 143.

JOHANNES BURTON, medicus & obſtetrix Eboracenſis, in *Phil. Tranſ.* deſcripſit *n.* 495. ut carnem de utero in vaginam prominentem ligaverit, reſecuerit.

Ejus *eſſay towards a compleat ſyſtem of midwifery* &c. LOND. 1751. 8. nuper a D. le MOINE Gallice verſum PARIS 1771. 8. Experientiam ſeptemdecim annorum laudat. Fœminam, ut pariat, vult in latus decumbere; OULDII tamen opinionem refutat, qui fœtum ſecundum naturæ leges oblique de utero prodire docuerat. Non vult coccygem repelli, qui non absque luxatione cedere poſſit, neque partui obſtet: humeris retineri fœtum, ſi vagina anguſta fuerit. Fœtum demum ſub primos dolores ſe cernuum dare, tunc continuo aquas colligi. Membranas, quoties neceſſe videtur, noſter digitis lacerat inter uterum & ovum datis. Porro de auxiliis in partu difficili. Nocere frigus, ſi ſedens parturiverit, & ab ea cauſa multa mala eſſe. Os uteri in partu manu dilatat. Non debere obſtetricem in elevando utero, ſ. ore ſurſum repellendo, nimis eſſe præcipitem; poſſe enim matrem lædere, paralyſin facere. Os uteri durum & craſſum difficilem partum portendere. Obſtetricem vaginam prolapſam pro placenta laceraſſe. De ſitu uteri obliquo varia, quem corpore in alterum latus inclinato ſtudet corrigere. Situs vitioſus fœtus, quem fere pedibus adreptis corrigit: forcipe tamen opus eſſe poſt longum laborem, partibusque ſiccis. Nunquam brachium elapſum aut detorqueri debere aut abſcindi. Bacillo proprio ſub axillam dato brachium repellit. Eſſe ubi ſectio cæſarea vitari nequeat. Quousque forceps poſſit adigi. Caput fœ-

fœtus pharyngotomo aperit, duabus alis munito, quæ, ne noceatur, caveant & os uteri diducant. Ouldii terebram occultam & Mauricæi tiretête rejicit, & annulatum ſcalpellum Simsoni. Suo etiam inſtrumento utitur ad fœtus caput extrahendum, quod in utero manſerit. Si os uteri induratum fuerit, ſpem fere eſſe in cæſarea ſectione, ſic in partu ventrali, tubario. Poſt eductum priorem gemellum debere membranas rumpi; alterum gemellum extrahi. Poſt partum neceſſe eſſe uterum manu inmiſſa inanire ſanguine: intra uterum aliquamdiu manum tenere, quoad grumis cruoris ſe liberaverit. Placentam continuo extrahere jubet, os uteri aperire, ſi nimis clauſum fuerit. Uterum nimis in pelvim delapſum, qui veſicam fecerat pleniſſimam, repoſuit & peſſo continuit. Fœminas minoris ſtaturæ æque facile parere, neque anguſtiores ipſis pelves eſſe. Per anguſtam etiam pelvim grande caput poſſe extrahi, pedibus adreptis. Nimis ampla pelvis facit, ut uterus prolabatur: debere tunc repelli ſitu ſupino, duabusque manibus uterum ſuſtentari, dum infans extrahitur. Uterum in dextra inclinatum, fœminam in idem latus decumbentem, tamen fœtu liberavit. Nam cæterum fœminam in alterum latus jubet decumbere, ſi uterus obliquus fuerit. Inteſtina prolapſa, abſurde evulſa, eventu funeſto. Denique de abortu. Si os uteri peranguſtum fuerit; id digitis in gyrum tortis dilatat, aut ſuo, quod dictum eſt, inſtrumento. In appendice forcipem ſuam deſcribit, manubrio unico, cochlearibus duobus chalybeis. Extractor, ſ. forceps quatuor maxillis dentatis, qui intra uterum & aperiri poteſt & claudi. Pro cranio perforando torta lanceola & pharyngotomus cum alis, quæ poſſint expandi, ut nihil poſſit niſi cranium perforari.

Ejus *a letter to Will. Smellie containing critical and practical remarks upon his treatiſe on the theory and practice of midwifery*. London 1753. 8. Satis acre ſcriptum, in quo conſilia & encheireſes Smellii minutatim conciduntur. Non bene ſcriptores obſtetricios a Smellio lectos & excerptos. Avicennam tenaculam primum propoſuiſſe, qua fœtus educatur, neque idem occidatur. J. Guillemeau juſſiſſe fœtum minante hæmorrhagia educere, & rupti uteri meminiſſe. Parum plenum ſcriptorum obſtetriciorum catalogum eſſe, quem Smellius dat. Pro Deventerio. Ut poſſit fœtus evulſio nocere, quæ fit apprehenſis pedibus. Poſſe uterum anguſtum & aquis inanem lacerari, aut certe contundi; eam ob cauſam fœtus mortui caput debere evacuari. Caput nimis grande aliquando melius educi mento ſurſum verſo: capita dari 18 & 19. unciarum ambitu. Caput ſibi abruptum fuiſſe, id ſuo extractore ſe eduxiſſe. Reticuli & habenæ uſum defendit. Vitia Smellianæ forcipis: corium improbat; ab ea nimis uterum diduci. Suam præfert forcipem, cujus in caput preſſionem poſſit pro lubitu moderari. Adminiſtrationem Smellii fere ubique carpit. Faſcia a partu ventrem ſtringere laudat. Contra uncum. Caput, ubi id neceſſe videtur, non

non debere poſterius aperiri. Dolores a partu retento in utero pugno occupat. PARÆI forceps Anglicæ ſimilis, & aliqua priſcorum inſtrumenta. HALLER.

JOH. JACOB. THURNEISEN. Ejus diſp. *de cauſis hæmorrhagiarum uteri in gravidis*. BASIL. 1751. 4. MEUSEL.

GUILIELMUS SMELLIE, celebris in arte obſtetricandi & immenſæ experientiæ vir, qui 1150. parturientibus adſtiterit, & 280^{es} artem ſuam docuerit. Ejus *treatiſe on the theory and practice of midwifery*. LONDON 1752. 8. oportet autem a 1751. prodiiſſe, ex BURTONI verbis. Gallice PARIS 1754. 8. Germanice ALTENBURG 1755. 8. Belgice vertente MATTH. van der HAGEN cum notis AMSTERDAM 1765. 4. Introductio primum, in qua decerpit, quæ quisque ab ipſis retro HIPPOCRATIS temporibus utiliter in obſtetricia arte invenerit aut conſuluerit. Nimium obliquo ſitui uteri DEVINTERIUM tribuiſſe, vix enim veram in pariendo difficultatem ex ea cauſa naſci. Non potuiſſe non infelicem nonnunquam ſui auxilii exitum eſſe expertos, qui absque inſtrumento omnem partum voluerint expedire. Sibi enim ſæpe contigiſſe, ut absque eo præſidio non potuerit ſuo officio defungi. Puellæ quæ rachitide laboraverit, etiam ſi adoleſcat, & corpore videatur bene formato eſſe, vitioſam tamen pelvis figuram eſſe & periculoſum partum. Exiguas fœtus in enitendo partes eſſe. Placentam in utero relictam creſcere non poſſe. Hernia, in qua inteſtina in imam pelvim inter uteri collum & ultimum inteſtinum deſcendant. Hydropicis uterum in parturiendo facile lacerari. Inter centum partus ſeptem eſſe ſitu non legitimo, unicum tamen auxilium & inſtrumenta requirere. In partu naturali præſtare mulierem decumbere, in difficili erecto eſſe corpore. Parum eſſe periculoſam placentæ adhæſionem. Sæpe eos partus difficiles eſſe, in quibus caput aut ob nimiam molem ſuam, aut ob anguſtam pelvim retinetur: eo in caſu forcipis auxilium omnibus præſtare, qualem noſter ad ipſam pelvim fabricari curaverit. Reticuli in eo ſalutarem uſum eſſe. Dari ubi anguſta pelvis ne forcipis quidem uſum permittat, & ubi unco ſit opus. Fractura in fœtu nuper edito difficilior curatur decubitu in unum latus. Cauta adminiſtratio forcipis, pro vario fœtus ſitu. Caput nimis alto loco retentum neceſſitatem facere unci, tum ejus hydropem, & præmaturam oſſeam naturam. Noſter eo in ſtatu caput fœtus forfice aperit, & uncum inmittit, unum duosve. Porro de partu, in quo alia præter caput pars fœtus præcedit, quos inter caſus deterior eſt, quando uterus circa fœtum ſe conſtringit. Caput relictum digitis expedit aut unco.

Ejus *a collection of caſes and obſervations on midwifery* LOND. 1754. 8. quod volumen pro ſecundo totius operis Tomo numeratur. Tituli triginta, adnotationes ad quemque numeroſæ, partim collectæ, partim auctori propriæ. Utique in difficili partu os ilium ab oſſe ſacro etiam

cum

eum dolore & detrimento motus diſcedere. In alio caſu, a SMOLLETO communicato, pubis oſſa deſeruiſſe. Sæpe fœtus pro mortuis haberi, quod nullum motum edant, qui tamen ſani & robuſti in lucem prodeant. De uteri & vaginæ fungis ac cancris. Morbi gravidarum, urinæ retentio frequens. Hernia inter uteri rectique inteſtini exitum elapſa ſponte rupta, ut chylus proflueret, a partu conferbuit. Sæpe bis circa fœtum convolutus funiculus fœtum ſtrangulat. Oſſa fœtus per anum deceſſiſſe. Hæmorrhagiam noſter repreſſit cannabe in oxycratum tincta, inque vaginam data. Cum calculus ante fœtum præceſſiſſet, manſit urinæ incontinentia. Maximus vaginæ polypus vinculo interceptus & amputatus. Sic tumor ad latus oris interni uteri, ſed eventu lethali. Secundas poſt abortum reſides unco obtuſo eduxit. Ad OULDII leges poſitum fœtum non raro vidit. Partus naturalis. Partus lentus. Duras & fœtum morantes membranas ungue laceravit. Præcox membranarum ruptura utique nocet. Partus difficilis ab oſſe frontis, quod in cavum oſſis ſacri non poteſt deſcendere: in eo caſu SMELLIUS os verticis a chirurgo frangi vidit. De partu difficili nato ab oris duritate aut pravo ſitu. Ea ex cauſa noſtro accidit, ut ſua culpa perinæum finderetur. In hæmorrhagia noſter digito os uteri dilatavit, membranas cathetere muliebri rupit, ita ſecutæ ſunt aquæ, & ſanguis ſtetit. Placentam utique ad os uteri poſſe adnaſci. Convulſiones perinde ut dolores fœtum eniti. Ut incommodo a circumvoluto funiculo naſcenti ſubvenerit, ex OULDII conſilio. Uterum etiam circa fœtus humeros conſtringi, fœtum retinere: tunc digito poſſe dilatationem oris uteri tentari. Prægrande caput lentum partum requirit: eo in caſu noſter fœtum pedibus extrahit, ut tamen ſola præſtet patientia. Cum extractionem eam ſæpe funeſtam eſſe expertus eſſet, denique noſter rejectis priorum forcipibus ſuam ad pelvim fictam inveniſſe. Varia pelvis vitia. Lento partu fœtum enixum, cum pelvis intra quartum pollicem lata eſſet. Funiculum enixo fœtu digitis ſolvit, quem raro neceſſe ſit ferro reſecare. Placenta in cellula uteri. Caput incuneatum, quod forcipe expeditur. Ut forceps admoveatur; brachia ſingulatim, cochlear invertatur, & verſus inguina ducatur cordisve ſcrobiculum: tum alterum brachium &c. Alii caſus, in quibus forceps profuit. Uncus obtuſus facile perinæum lacerat &c. Sed abundantia rerum vetat omnia perſequi. Redierunt Germanice ALTENBURG 1763. 8.

Ejus *a collection of præternatural caſes and obſervations in Surgery*. LOND. 1768. 8. Germanice ALTENBURG 1770. 8. Gallice omnes tres tomi vertente D. PREVILLE. PARIS 1770. 8. 4. Vol. Poſthumum opus ſeu tertius Tomus. Ingens numerus partuum, in quibus inſtrumentorum, forcipis, etiam forficis & unci ope & diviſa calvaria, partus expeditus fuit. Uterum frequenter circa fœtum conſtringi. In capite incuneato, ſi verſionem magna vi moliaris, poteris placentam avellere, hæmorrhagiam facere, ſi

ſi nihil tentes, matrem a contuſione necari. Turundis in vaginam datis ſanguinis fluxum compeſci. Et ſponte os uteri vidit lacerari, & de induſtria absque malo diviſit. Laqueo tamen aliquando pedem apprehendit, ut fœtum educeret. Frequens cauſa partus difficilis, ipſiusque mortis, anguſta pelvis eſt aut vitioſe fabrefacta. Sic retenta urina & ampla veſica. Uterum ruptum vidit & aliquoties.

Ejus *a ſet of anatomical tables with explanations and an abridgment of the practice of midwifery.* London 1754. fol. maj. Icon pelvis vitioſæ. Situs fœtus Ouldianus, altera aure oſſa pubis tangente, altera ſacrum os. Uteri ſitus vitioſi & penduli. Iter fœtus, ut capite ſuo in partum procedit. Icon forcipis brevioris & longioris & ejus uſus in diverſis partus ſtadiis; ſitus fœtus vitioſi varii. Uncus obtuſus, anſa cum balænariis bacillis; peſſi cavi, qua ori uteri reſpondent, infundibuliformes ad cingulum firmati. Haller.

Brudenell Exton, M. D., qui & obſtetriciam in oppido *Kingſton upon Thames* exercuit, diſcipulus Chapmanni. Eum tamen magiſtrum ſuum monet (i) nimium tribuiſſe forcipi, eique inſtrumento nimium dediſſe volumen. Non forcipi fratres Chamberlaynios ſuam debere celebritatem, ſed extractioni eo ævo parum notæ, quæ fit adreptis pedibus. Forcipi locum fere unice eſſe, quando caput in pelvim prolapſum hæret: ſed etiam eo in caſu ſe ſola manu uti, puerperam in ſiniſtrum latus jubere decumbere, coccygis os repellere, volaque manus caput deorſum premere. Dolores miſti, in quibus opio ſpurios dolores jubet compeſcere, ut veri ſoli operentur. Uteri ſitus obliquus, cui multum tribuit. Pelvis anguſta, quæ cogit inſtrumentis uti, caput etiam ipſum nonnunquam aperire. Reticulo caput in pelvim prolapſum extrahit. Placentam a contracto utero retineri, id malum patientia ſuperare. Haller.

J. Clarke. Ejus *province of midwifery in the practice of their art.* Lond. 1751. 8. Haller.

The petition of the unborn babes. London 1751. 8. Satyra contra viros obſtetricios. Haller.

Cornelius Plevier, Gregorii diſcipulus. Ejus *gezuyverde vroedkonſt.* Amsterdam 1751. 4. Poſthumum opus & a J. Dan. Schlichting editum. Ipſe auctor artem exercuit. Recte monet, uterum ab ambulatione deſcendere & oſculum, veſperi propiorem videri. Pelvim nimis amplam perinde nocere, ut anguſta nocet. Et oſſa pubis diſcedere & a ſacro oſſe os ilium. Partus naturalis. Partus difficilis. Ad hæmorrhagiam com-

(i) Titulum operis, quem in Hallero fruſtra quæſiveris, hic ſubjungo, deſumtum ex ipſo, quem ad manus habeo, auctore: *a new and general ſyſtem of midwifery. In four parts. By Brudenell Exton, M. D. Phyſician & Man Midwife to the Midleſex Hoſpital.* London 1753. 8. maj. Tertia editio; primum ignoro. Obſtetriciam ſe Londini a. 1737. & 1738. ſub Chapmano exercuiſſe ipſe pag. 2. fatetur.

compeſcendam forcipe jubet fœtum extrahere. Situs uteri obliquus varius, peſſimus in quo antrorſum propendet, ut a doloribus ad oſſa pubis urgeatur. Forcipe utitur GREGORII, a cujus patre ſuam CHAMBERLAYNIUM ſuſpicatur habuiſſe: hanc omnibus præfert. Manu tamen mallet ſola uti, cujus ſecundum varias difficultates auxilium exponit. Contra laminas ROONHUYSII. Si quando uterus ſe circa collum uteri conſtrinxerit, fiſſa & circa caput data anſa id extrahit. Ut partum incuneati capitis promoveat, opio utitur, quod ſæpe ſolum ſufficiat. Placentam adhærentem naturæ relinquit, cum non adeo facile putreſcat. Si facies præiverit, fœtus forcipe melius extrahitur, ſic quoties brachium elapſum eſt. Pedes ſe offerentes contra DEVENTERUM apprehendit, fœtumque extrahit. In perangusta pelvi ſolam ſupereſſe ſectionem cæſaream; aliquantum tamen in lento partu eſſe præſidii. Caput optime forfice aperiri. HALLER.

THOMAS DEBENHAM. V. *pag.* 144.

DETRAHAM, chirurgus, in *Gentlem. Magaz.* 1751. *Jun.* agit de fœtu in utero per annum retento, & denique fruſtatim exciſo, felici eventu, etiamſi inteſtinum ſauciatum fuerat. HALLER.

J. FRANC. CLEMENS MORAND. Ejus & CAR. SALLIN *E. in partu difficili ſola manus inſtrumentum.* PARIS 1762. 4.

Idem MORAND in *Journal de Medecine* T. II. oſtendit inſtrumentum chirurgi RIGAUDEAU non eſſe illud ROONHUYSII celebre arcanum, eoque multo deterius. HALLER. V. *oſſ. morb.*

J. JACOB. LUDOV. HOIN. Ejus *lettre à M.* LEVRET de utilitate volſellæ Levretianæ ad educendas partes placentæ reſides, etiam putridas, eſt in *Journ. de Med.* T. XXXV. HALLER. V. *ocul. morb.*

GEORGIUS COUNSEL, chirurgus, qui artem obſtetriciam exercuit. Ejus *the art of midwifery, or the midwifes ſure guide.* LONDON 1752. 8. Icon pelvis deformis, in qua ultima lumborum vertebra ad os pubis proxime acceſſerat, inde periculum in partu potiſſimum imminet. In omni encheireſi digitos præſtare pone caput fœtus dare, non ante idem. Capite non obſequente aut pedes adripiendi, aut forcipe utendum. Juvatur capitis extractio mento verſus pectus flexo. Bonos dolores potiſſimum medicamentum emeticum ſuſcitat. Mortis ſubitæ aut apoplexia ex nixu, aut ſubitus ſanguinis in abdomen torrens in culpa eſſe videtur. Oſſa pubis non diſcedere niſi in vitioſo partu. HALLER.

A. TOLVER. Ejus *preſent ſtate of midwifery at Paris, with a theory of the cauſe and mechaniſm of labours.* LONDON 1769. 8. 1770. 8. LEVRETUM nimium ſibi ipſi placere, invidum eſſe. In PAYEN aliquid eſſe ridiculi. HALLER. V. *pag.* 658.

F. THOM-

T. THOMSON. Ejus *vindication of man midwifery*. LONDON 1752. 8. HALLER.

Kurzgefaſste Gedanken von dem verderbten Zuſtande der Hebammen. LÜBEK 1752. 8. HALLER.

NICOL. BOERNER. Ejus *Kinderarzt*. FRANKF. u. LEIPZ. 1752. 8. Agit de partu, de obſtetricis officio, de morbis puerorum. HALLER.

GEORG. EISENMANN. Ejus *tabulæ anatomicæ quatuor uteri duplicis obſervationem rariorem ſiſtentes, ex decreto Facultatis medicæ Argentoratenſis in lucem editæ*. ARGENTOR. 1752. fol.

GEORG. WOLFG. GILG. Ejus diſp. *de exploratione gravidarum*. ARGENTOR. 1752. 4. HALLER.

CHRIST. GEORGI. Ejus diſp. *de inverſo uteri ſitu*. REGIOMONT. 1752. 4. HALLER.

JOH. MICHAEL HOFFINGER, Vienna-Auſtriacus. Ejus diſp. *de doloribus parturientium*. WIEN 1752. 4. Delineat FRIEDII inſtrumentum obtuſo globulo præpilatum, de ſiphone exiens, tunc aliud vaginatum, pharyngotomi ſimile, ad perforandam calvariam idoneum; ſerram dentatam pro eodem fine, cochlear pro eximendo cerebro. HALLER.

RUNGIUS, chirurgus Bremenſis, in *Hamburger Magazin* T. IX. eſt ejus felix exciſio fœtus ex tuba Fallopiana. HALLER.

DELAISSE. V. *pag*. 145.

STEPHANUS GASPARETTI in *oſſervationi* &c. Secundinæ 27. a partu hora ſponte deceſſerunt. HALLER. V. *pag*. 145.

JAYME ALCALA y MARTINEZ. Ejus *diſſertacion ſobre una operacion ceſarea exercitada en muger y fœtos vivos*. VALENCIA 1753. 4. HALLER.

GEORG. DANIEL BOESSEL, medicus. Ejus *Grundlegung zur Hebammenkunſt vor die Wehmütter und vor Frauen, die Wehmütter werden wollen*. ALTDORF. 1753. 8. FLENSBURG 1756. 8.

Ejus *das Hauptwerk in der Hebammenkunſt*. FLENSBURG 1763. 8.

Ejus *von der Wendung, ob die Wehmütter bey gefährlichen Geburten dem Kopf zuerſt zur Welt zu verhelfen verſuchen, oder ohne ſolchen Verſuch das Kind, ſobald das Waſſer ſpringfertig iſt, wenden, und bey den Füſſen herausziehen ſollen?* FLENSBURG. 1764. 8. Quibus in occaſionibus inſtrumentis ſit opus, quibus poſſimus eo auxilio carere. Impedimenta majora & minora partus. In omni partu vel paulum dubio, debere, quam primum aquæ ad ruptionem paratæ ſunt, fœtum pedibus apprehendi & educi. Caſus aliqui rariores, uteri laceri, vaginæ connatæ.

Ejus

Ejus *das angenehme und unangenehme bey Ausübung der Geburtshülfe.* QUEDLINBURG 1764. 8.

Ejus *kurzer Unterricht für die Wehmütter.* FLENSBURG 1770. 8. Danice, *kord underrettning för jördmoderne.* Ibidem 1770. 8. HALLER.

CARL GOTTLOB KESSLER (vel KESSEL). Ejus *kurzer Inhalt der geſammten Hebammenkunſt, nebſt nöthigen Unterricht, wie ſich eine Badmutter vor und nach der Geburt zu verhalten hat.* LANDSHUT 1753. 8. HALLER.

J. F. R. *phyſicaliſche und mediciniſche Abhandlung von den äuſſerlichen Verletzungen, von dem Kinderabtreiben, und andern Mitteln.* NÜRNBERG. 1753. 8. HALLER.

GERARDUS ten HAAF. Ejus *ſiphra en pua naar den derden druck vertaalt met anmerkingen.* AMSTELODAMI 1753. 8. In notis varia ſua habet. De incommodis ſuſtentaculi; quod Belgæ vocant *Sluytband.* Caput incuneatum fieri vitio præproperi laboris. Cauſæ, per quas perinæum laceratur. Dari fœminas genitalibus rigidis. Uterum ſe vehementer circa caput retentum contraxiſſe. Partus impoſſibilis, ob pelvim duabus unciis non latiorem, ut neceſſe fuerit caput ſeparari. In SIEGMUNDAM animadverſiones. De partu, qui fit fœmina in genu nitente, quem præfert, & quæ eo in ſitu aliter ſint agenda. Fœtum non invertit. Perinæum dextra dextrorſum contra anum removet, dum digiti capiti ſubjecti id elevant, & contra chirurgum premunt, ita lacerationem vitari docet. HALLER.

J. GEORG. STOCK. Ejus diſp. *de concrementis uteri.* BASIL. 1753. 8. HALLER.

J. NICOL. WESSEL. Ejus diſp. *de partu cum hæmorrhagia ob placentam orificio uteri adhærentem.* BASIL. 1753. 4. HALLER.

ACHILLES FRANC. FONTAINE. Ejus *tumor abdominis ex ſcirrho ovariorum, præſertim ſiniſtri, inſigni.* BASIL. 1753. 4. Eſt diſputatio. HALLER.

PETRUS CAMPER edidit *vroedkundiger Verhandelingen* cum verſione MAURICÆI Belgica AMSTELODAMI 1759. 8. una dedit ſex diſſertationes, quas inter egit de uſu vectis ROONHUYSIANI, & de forcipe Anglica, quam pro SMELLIO delineavit.

Idem in T. V. *der nieuwe lettre œffeningen,* & in edita cum tr. *de variolis* epiſtola ad DAVID de GESSCHER de miro conſilio in partu difficili incidendorum in ſynchondroſi oſſium pubis. In animalibus ſic ſatis bene ſucceſſit. HALLER.

Ejus porro *Betrachtungen über einige Gegenſtände aus der Geburtshülfe über die Erziehung der Kinder, und die Urſachen der verſchiedenen Brüche bey neugebohrnen Kindern*, von PETRUS CAMPER. *Aus dem Holländiſchen mit Kupfer.* I. Theil. LEIPZIG. 1776. 8. V. *pag.* 721.

JACOB de VISSCHER & HUGO van der POLL, medici, ediderunt *het Roonhuyſianſch geheim in de vroedkunde ontdekt, tegens de weder ſtrevers verde digt. . . de beſchryving van de wyze naar de welke alleen de Roonhuyſianſche vroedmeeſters worken . . . een voorredem van Huig* CHAMBERLAYN *en eenige vroedkundige aanmerkingen van* WILLOUGHBY, LEIDEN 1754. 8. Fuſe adverſus adverſarios ſuos hi duo medici, poſſeſſores arcani Roonhuyſiani declamant. CHAMBERLAYNIUM laminis potius ROONHUYSIANIS uſum eſſe, quibus ſolis id parturienti auxilium adferri poſſit, quod non aliter adferri queat: Fratres de WIND forcipis uſum in GALLIA doctos; tamen arcanum ROONHUYSII parata pecunia redemiſſe. Se ſuum arcanum a chirurgo de BRUYN habere, in ejusmodi caſibus felici, in quibus alii viri obſtetricii fruſtra laboraverint. ROONHUYSIO eum a ſervitiis fuiſſe, ab eo a. 1709. arcanum habuiſſe, ab ejus filia manu viri deſcriptam adminiſtrationem & inſtrumentum accepiſſe, quæ omnia noſtri nunc ipſi ſpretis ſuis commodis publicent. De adminiſtratione: uſum laminarum eſſe, quando caput poſt aquas elapſas in anguſtiori pelvi hærens, & immobile expediri debet: chirurgus autem ſuturam lamdoideam tangit, & fœtus paulum oblique ſitus eſt. Vectis ipſe curvula eſt lamina, malleo tuſa, quadrata, a media parte ad finem emplaſtro obvoluta, in corium caninum incluſa. Fœmina ad oram lectuli ita decumbit, ut coccyx liber ſit, & pedes dependeant. Obſtetrix vectem introducit ad frontem fœtus, inque uterum, ut curva pars frontem contingat. Tunc vectem dextrorſum & ſiniſtrorſum motitat, donec occiput in cavam partem vectis recipiatur; inde vectem lene elevat, ita caput in partem inferiorem pelvis ducit, coccygem reprimit, & caput porro elevando & deprimendo cum inſtrumenti parte cava deducit & extrahit. Ita fœmina intra duo triave horæ minuta liberatur. Hydrocephalus ea adminiſtratione eductus. Parcendum tamen, ne in levando vectis vis nimia ſit.

In *tweeleedige verhandeling* contra RAHTLAUWIUM oſtenditur, nimis curvum ab eo vectem proponi. Jam BOEKELMANNUM vectem paulum mutaſſe, addidiſſe manubrium & annulum. PLAATMANNUM partem mediam utiliter deorſum flexiſſe. ALBERTUM TITSING curvitatem diminuiſſe, manubrium rectum feciſſe, cochlear deorſum flexiſſe, & latius paraſſe. Lex, qua a magiſtratu cavetur, ut obſtetrix auxilium chirurgi invocet.

Beyla-

Beylagen &c. Aſpere de RAHTLAUWII ſcriptis, & alio hoc anno AMSTELODAMI edito folio, quo quatuor varietates vectis ROONHUYSIANI delineantur. Viduæ BOEKELMANNI & fabri teſtimonium additur, RAHTLAUWIUM non veram poſſidere machinam. Teſtimonia publica, ſe verum vectem proponere. HALLER.

GILES WATT. Ejus *reflections on slow and painfull labours and other ſubjects in midwifery.* LONDON 1755. 8. Parvus libellus. Apologia GUILIELMI SMELLIE contra BURTONUM. Quando aquæ præmature effluxerunt, caput non ſubit in os uteri, idque os ante ſe promovet. Eo in caſu noſter digitum dat in os uteri, & dolores arte excitat. Partem etiam anteriorem & inferiorem uteri, quæ ſub occipite fœtus tanquam in plica ponitur, noſter repellit, & facilem partum obtinet. Alio in caſu aquæ nimis ſero rumpuntur. In fœtu ſemianimi vetat prius funiculum reſecare, quam clamores ediderit. Non repellendum in fœtus corpuſculum ſanguinem. In hydrope gravidarum veſicas de cruribus ciet. HALLER. V. *pag.* 704.

PETRUS PAULUS TANARON. V. *pag.* 146.

J. DANIEL MITTELHÄUSER. Ejus *praktiſche Abhandlung vom accouchiren.* LEIPZIG. 1754. 8. Medicus Saxo, magnus uncorum, terebrarum & ſeveriorum adminiſtrationum patronus. Non poſſe his auxiliis careri. Brachium prolapſum raro verſo fœtu expedit, plerumque detruncat, & in mortuo fœtu ſemper. Caſu aliquo ad encheireſes obſtetricias coactus acceſſit, & proprium genium ſecutus eſt, fere autodidactus. Libere cum ferramentis uteretur, ſæpe ſe ipſum læſit, admiſit etiam, ut vivum fœtum divideret. Forcipem ab HÆNELIO communicatam non ignoravit, perraro vero videtur adhibuiſſe. Caput incuneatum fere cultro aperit, evacuat, conprimit. Fœtum mortuum etiam diſſecat, quando alter pes in lucem prodiit. Fœtum OULDIANO more oblique poſitum ſæpe vidit, tantum, ut pro vitioſo poſitu habeat. In partu retardato fœtum difficulter verti. Quando placenta absque ſanguine diſcedit, triſte eſſe præſagium; non adeo nocere detractam, dum ſanguis fluxerit. Maximam ſæpe in extrahendo vim adhibuit, aliquando non bono eventu, ut pag. 86. Eſt ubi membranas rupit, nimis firmas. Circumvolutum funiculum diſſecuit, in ipſo partu ligavit. Fœtum humeris retentum cranio aperto demum obtinuit. In eo medicamentis calidis fere uſus eſt. Partum difficilem ſæpe fieri ab oſſe ſacro vitioſe formato. Fœtus 24. lib. Funiculus umbilicalis ſanguine turgidus, ut fere duæ libræ effluxerint, cum incideretur, quæ res nova eſt. Singultus fere funeſtus eſt. Tunica intima recti inteſtini decedens. Sic tunica intima uteri (non membrana HUNTERI). Capite fœtus grandiori prodeunte tamen pedes feliciter adrepti. Ventus ex capite fœtus erumpens & ex pectore (a

putredine). Femur luxatum, cum fœtus ſubito partu ederetur. Omnino oſſa pubis & coarticulari, & in partu diſcedere. Caput cum brachio prævium, ſolis naturæ viribus editum. Partus a morte matris, ex aliorum relatione, quem ulceri & putredini tribuit. Placentæ gemellorum alias duæ, alias unica. Funiculum de placenta pendulum non ligaſſe præſtat, ſanguinis enim evacuatio placentæ diſſolutionem adjuvat. Non probat retentas ſecundas, quas ſubita mors ſecuta ſit, minime quando nullus ſanguis manavit. Nunquam ſibi placentam reſtitiſſe, cum continuo a partu ſoleat manum in uterum dare, digitos diducere, contractionem uteri moderari, ut ſenſim a ſummo fundo contrahatur: eſſe tamen ubi placentam neceſſe fuerit deglubere. Servatas fœminas, quibus putrida educta fuerit. Fuſa hiſtoria reſecti brachii fœtus vivi, & defenſio chirurgi. A calculis veſicæ difficilis partus. Mors lenta ex lacerata veſica urinaria. Urina nigra ex veſicæ inflammatione non funeſta. Fœtus a morte matris per quinque horas vivus. Abortus, ut putat, 3. hebdomadum jam articulatus. HALLER.

CASPAR LUDW. von ERB. Ejus *die in Kindesnöthen ſeufzende Baurenfrau.* COSTANZ 1754. 8. HALLER.

GOTT. OELSNER. Ejus *vom ſchädlichen Misbrauch der Schnürbrüſte und Planchetten.* BRESLAU. 1754. 8. HALLER.

JOSEPH RAULIN, medicus in AQUITANIA, nunc vero LUTETIÆ clinicus, edidit primum *obſervations de medecine, où l'on trouve des remarques ſur le préjugé ſur l'uſage du lait dans la pulmonie.* PARIS 1754. 12.

Ejus *von Erhaltung der Kinder von dem erſten Augenblicke ihres Entſtehens an, bis zu ihrer Mannbarkeit, aus dem Franzöſiſchen.* 2. Bände. LEIPZ. 1769. 8. Editionem gallicam ignoro.

Ejus *inſtructions ſuccinctes ſur les accouchemens.* PARIS 1770. 8. YVERDON 1770. 8. Germanice vertente M. F. ALIX, qui & aliqua addidit, LANGENSALZA 1772. 8. (k). HALLER.

Ejus *traité ſur les maladies des femmes en couche.* PARIS 1771. 12. Germanice vertente & notas cum præfatione adjiciente DAN. CHRIST. BURDACH. LEIPZ. & AMSTERD. 1773. 8.

SIREJEAN. Ejus *obſervations ſur une hydropiſie enkiſtée de l'ovaire gauche.* NANCI 1754. 4. HALLER.

LUDOV. GOTTFRIED KLEIN in *interprete clinico* &c. tit. ſterilitas. Infantum & puerorum morbi. Mola uteri. Partus labores. Parturientium & puerperarum ægrimoniæ. Uteri morbi ceteri. V. *pag.* 283.

THI-

(k) Reperio etiam ERFURT 1771. 8. *in* MEUSEL *gelehrten Deutſchland.* Germanice etiam WÜRZBURG 1775. 8.

Augusт. Christian. Langbein *ſpecimen embryulciæ antiquæ* ex Tertulliano *de anima.* Halæ 1754. 4. Docta & copioſa diſputatio. De embryo ſphacto ſ. thlaſte, de veterum adverſus malum fœtus ſitum præſidiis: de nuperorum auxiliis. Experimenta propria. Mala a rudi tractatione uteri reſidua. Uterus inverſus & ſaucius repoſitus. Synchondroſis oſſium pubis in partu difficili ſoluta. Capite demum evacuato extractus fœtus. Ipſe coactus fuit funiculum diſſecare, quo fœtus impediebatur, adeoque fœtum occidere. Haller.

Anton. Wilh. Platz. Ejus *de partu debili reficiendo.* Lips. 1754. ...

Ejus *de non ſemper mortifera umbilicali intermiſſa deligatione.* Ibid. 1774. .. Meusel.

Christian. Gotthelf Kiesling. Ejus diſp. *de utero poſt partum inflammato.* Lipsiæ 1754. 4. Caput abruptum ad vigeſimum diem in utero hærens, exiit putridum absque inflammatione. Hiſtoria ulceris uteri cum ſcirrho conjuncti. Veſica ab ulcere occupata plena ſanguine grumoſo. Uterus poſt partum gemellorum inflammatus, alterius gemellorum caput inpactum, alterius brachium, ut uterus non poſſet dilatari. Haller.

Gustav. Christian. Handtwig. Ejus diſp. *de puerpera partu difficillimo laborante.* Rostock. 1757. 4. Haller. V. *pag.* 496.

J. Jac. Perthes. Ejus diſp. *de doloribus parturientium.* Erford 1754. 4. Haller.

Westman Jacobson. V. *pag.* 148.

Thibault. V. *pag.* 149.

Du Verget. V. *pag.* 151.

Isaac Henr. de Bruas. Ejus *het gebruyk des lepels herſtellt, of kort berigt omtrent eenige inſtrumenten dienende in de vroedkunde.* Middelburg 1755. 8. Inſtrumenta varia propria. Uncus obtuſus, quo in inguen acto fœtum repellit, qui natibus in pubem nititur. Furca obtuſa, quam ſub alam dat, corpusque levat, ut pedes quæri poſſint, tunc quam primum altera tibia prodiit, eadem furca ad inguen admovetur, & corpus ſurſum pellitur, ut pedes apprehendi poſſint. Sic quando nates præcedunt. Cochlearia duo, quorum alterum emarginatum, eo caput in utero relictum educit; caput incuneatum utroque cochleari conprehenſum expedit. Dudum ante Rigaudeau ſe hæc inveniſſe, & nimis debiles eſſe laminas Roonhuysii. Nunquam ſe fefelliſſe artificium, ut vola manus ſecundum mentum deinde ſecundum faciem data, digitis denique verticem capitis fœtus conprehendat, dum altera manu pedes extrahit. Haller.

J. Andr. Harnisch. Ejus *Gedanken wie Hebammen ihr Amt und Pflicht in acht nehmen, ingleichen, wie Schwangere ſelbſt bey ihrem Zuſtand ſich verhalten ſollen.* Leipz. 1755. 8. Haller.

Der

Der Stadt Nürnberg verneuerte Hebammenordnung. NÜRNBERG 1755. 4. HALLER.

WILH. BROUGHTON, Ejus diſp. *de ulcere uteri.* EDINBURG 1755. 8. HALLER.

CHRISTIAN LUDW. SCHÆBL. Ejus diſp. *de funiculi umbilicalis deligatione non abſolute neceſſaria.* GÖTTING 1755. 4. Ex ROEDERERI placitis, pene continuo a partu pulſum in funiculo umbilicali ceſſare. Poſſe tamen hæmorrhagiam fieri, ſi funiculus continuo & proxime a partu abruptus fuerit. HALLER.

ANDREAS LINDEMANN. Ejus diſp. *de partu præternaturali, quem ſine matris aut fœtus ſectione abſolvere non liceat operatori.* GÖTTING 1755. 4. Eos caſus definit ad anguſtam pelvim, partes genitales induratas; iſto in caſu mavult os uteri incidere, quam partum moliri cæſareum. Porro huc refert prolapſum per herniam uterum: fœtum ventralem, tubarium. Sed etiam fœtum violare cogit caput incuneatum; pelvis anguſta, fœtus hydropicus, monſtroſus, fœtus transverſus cum elapſo brachio &c. HALLER.

JOHANNES TACK. Ejus *ſpecimen obſtetricium de partu difficili capite infantis prævio.* LEID. 1755. 4. Ejusmodi partum difficilem fieri, vel pelvis vitio, vel capitis fœtus malo ſitu ad pelvim non recte accommodato. Porro a fœtus humeris caput retinentibus, demum a duro ore uteri, vagina conſervente, aquis nimis præcociter effluentibus. Ejusmodi caput expediri vectibus Roonhuyſianis, quos non valde probat, aut forcipe SMELLII curva, quam valde laudat. Ad fœtum altius poſitum tamen aliam forcipem requiri: ſed rectam forcipem minus eſſe idoneam, quæ non facile ſubeat. Curvam etiam LEVRETI forcipem probat, quæ pelvis curvitatem ſequatur, & commode brachia ſua conjungat. Forcipes in univerſum vectibus hactenus præſtare, quod in ſe ipſis ſuum hypomochlion habeant. Recuſa eſt cum alio titulo. HALLER.

CORNELIS JACOB TIEBOEL. Ejus *theſes medicæ ad artem obſtetriciam chirurgicam* &c. LEID. 1755. 4. HALLER.

CHRISTOPH GOTTLIEB TRAUTMANN. Ejus diſp. *de neceſſitate accelerandi partus.* LIPS. 1755. 4. HALLER.

J. BALTHAS. JANTKE. Ejus diſp. *de præmaturo aquarum parturitionis ex utero gravido effluxu.* ALTDORF. 1755. 4. HALLER.

GEORG GOTTFRIED REICHARD. Ejus *de hæmorrhagia uteri inſequente.* ARGENTOR. 1755. 4. HALLER.

ANDR. LUD. SAURE' & F. HENR. DUBOIS. V. *pag.* 909.

RIGAU-

RIGAUDEAU. V. pag. 153.

PETRUS SANNIE. V. pag. 154.

B. FUUN. V. pag. 155.

HENRICUS JO. NEPOMUCENUS (Lib. Baro) de CRANTZ, in BELGIO LUXEMBURGI natus, acutiſſimo ingenio, ac firmo judicio præditus, magni SWIETENI, LEVRETI & PUZOS poſtea diſcipulus fuit, VIENNAM reverſus Sac. Cæſar. Reg. Ap. Maj. in Excelſ. Reg. inferioris Auſtriæ Conſiliarius, Artis primum Obſtetriciæ, deinde Inſtitut. Med. & Mat. Medicæ Profeſſor publicus ordinarius, nec non Acad. Imp. Nat. Cur. Societ. Botan. Florent. & Litter. Roboret. ſodalis creatus eſt. Celeberrimus hic Vir merito iis adnumeratur (k), qui ſtudia ſalutaris artis in Univerſitate Vindobonenſi reſtaurarunt. Plurima enim bona & ſcientiis & Reipublicæ adtulit, tum docendo, tum opera plura perquam utilia in lucem edendo: quare ab AUGUSTISSIMA novis etiam honoribus, Lib. Bar. nempe titulo fuit nuper ornatus. Nunc autem otium ſibi fecit, & ſuperſtites vitæ ſuæ dies, vitæ rurali, ut in fereniori quaſi muſarum climate tranquillus eos conſumeret, ſacros dixit. Hujus tanti viri ex prælectionibus phyſiologicis, per biennium avide exceptis, plurimum profeciſſe me gratus recordor, nec recordari unquam deſinam. Inter ea, quæ vir Illuſtriſſimus ſcripſit, ſequentia huc pertinent): ejus *commentarius de rupto in partus doloribus a fœtu utero*. WIEN & LEIPZ. 1756. 8. & excerpt. in *Journal de Med.* T. V. Tum Belgice cum PUZOS, AMSTERD. 1768. 8. Præter alia, quæ collegit exempla, & ipſe fœtum in ventre vidit, uterum ruptum. Moles fœtus inſolita omnino 23 ℔. Sectionem cæſaream hoc in caſu licitam eſſe putat, ejus adminiſtrationem deſcribit. HALLER.

Ejus *Einleitung in eine wahre gegründete Hebammenkunſt.* WIEN 1756. 8. (Italice vertente JOH. MICH. de MENGHIN Medicinæ Profeſſore Oenipontano, INSPRUCK 1768. 8. Belgice HAARLEM 1772. 8. Primum de partibus fœminarum genitalibus; deinde de fœtu, graviditate varia, uteri gravidi mutatione, ejusque exploratione digiti ope; de partu naturali fuſe; de partu gemellorum; de partu fœtus mortui; de partu difficili; ut tactu illico dignoſcas, quanam ſui parte exitum de utero fœtus moliatur. Partus difficilis ratione tum matris tum fœtus, tum utriusque ſimul. Fœtus inverſio. Incommoda a retentis ſecundis. Nutrix demum qualis ſit eligenda). Paſſim propria ſunt conſilia: non debere coccygem valde urgeri: tumores labiorum vulvæ non eſſe parvi faciendos, qui ſanguine ſuffuſi periculum habeant: gemellorum priori educto, placenta non prius educenda, quam & alter in lucem ſit editus. Cæterum non debere placentam prius educi,

(k) *In dem gelehrten Oeſterreich* P. I. pag. 80. edit. VIENN. a. 1776. 8.

educi, quam uterus ad pyri magnitudinem ſe contraxerit. Non præmendas genitales fœtus partes, unde gangrænæ ſit periculum. Male SIEGMUNDIAM membranas divulſiſſe. Pedes non ſimul, ſed deinceps educendi. Ut fœtu in uteri ore verſante, poſitus ejus poſſit cognoſci, fuſe. Os uteri vix niſi in male nata fœmina poſſe ad os pubis declinare. Brachia fœtus corpori parallelo ſitu debere educi. Placenta præpropere evulſa funeſta de funiculo hæmorrhagia.

Altera editio a. 1768. & 1770. 8. aucta eſt. Præcipua præcepta & conſilia hic proprio typo diſtinguuntur, ut facilius ſe offerant. Auxilia, quæ manu parienti præſtantur, dilucide exponuntur. Non debere uterum obliquum datis in oſtium digitis corrigi, ne rumpatur.

Ejus *de re inſtrumentaria in arte obſtetricia cum tribus obſervationibus*. NÜRNBERG 1757. 4. & in *appendice Vol. I. Novorum Act. Acad. Nat. Cur.* Agit de inſtrumentis, quibus veteres partum expediebant. Obſtetriciam illam forcipem RUFFIO deberi, in ANGLIA, deinde PARISIIS perfectam fuiſſe. SMELLIANAM forcipem nimis parvam eſſe, neque magno capiti, cui deſtinatur, extrahendo ſufficere. Uncos & alia, quæ ſcindunt, inſtrumenta improbat, neque ullo modo fœtum violari permittit. Forcipem etiam in arctiſſimis rebus tamen aditum invenire, a recto tamen forcipe uterum lædi poſſe. Eſſe ubi ob maximum caput ROONHUYSIANO vecte opus ſit. Caput in utero relictum unco obtuſo educit, quem SMELLIE delineat. Adjectæ ſunt adnotationes, & exempla unco occiſorum infantum.

Ejus *adverſaria de præcipuis artis obſtetriciæ auxiliis*. LIPS. 1760. 4. recuſ. in *Nov. Act. N. C.*

Idem in *Eph. Nat. C. N. Vol.* I. *obſ.* 62. retulit infantem ex defectu congenito palati periiſſe. HALLER.

J. EHRENFRIED THEBESIUS. Ejus *Hebammenkunſt*. Edit. prima... 1756. 8. Ed. ſecunda LIEGNIZ 1759. 8. quæ editio aucta dicitur, titulum vero immutatum habet. Præter ea, quæ ipſe eſt expertus, uſus eſt ROEDERERI compendio & FRIEDII prælectionibus, & potiſſimum GUILIELMO de la MOTTE. In fœminis, quæ pepererunt, fere cicatrices & inciſuras in uteri oſtio decuſſatas reperiri. Ad partum lectum præfert. Oſſa pubis in partu non difficillimo non ſecedere. Hæmorrhagiam a funiculo male ligato tamen exſpectat. Magnam varietatem partuum parum naturalium deſcribit, tum auxilia, quæ manu præſtantur. Forcipe etiam ſubinde utitur, cujus varias figuras exhibet, & caput FRIEDIANA terebra aperit, utraque ſi avulſum caput in utero hæſerit, forcipe in partu inpacto. De obliquo utero fuſe, ad DEVENTERII modum. Partum cæſareum perfeliciter in ptochodochio *Bicetre* vidit adminiſtrari. De ROONHUYSII laminis. De ruſticis auxiliis partus

partus in SILESIA receptis. A primo partu, & a partu pedibus promoto, non ſupereſſe dolores. In duplici labio leporino futura clavata opus fuit. Eſſe ubi neceſſe ſit frenulum incidere.

De ejus *meritis & ſcriptis* ſcripſit J. CHRISTIAN LERSCHNER. HIRSCHBERG 1758. 4. HALLER.

BERCHELMANN. Ejus ſunt in *Actis Philoſophicis Haſſiacæ*..... aliquæ relationes de utero prolapſo non feliciter inciſo. Nymphas, aqua tumidas bene incidi. (An non idem BERCHELMANN qui *pag.* 570. ?) HALLER.

JOACH. LUDWIG MÜLLER *von Verbeſſerung der Hebammen auf dem Lande*. ROSTOK 1756. 4. HALLER.

Auszug aus Roonhuyſens Geheimnüſs in der Geburtshülfe. NÜRNBERG 1756. 8. HALLER.

BALTHASAR LAURENT. ZEIS. Ejus diſp. *de cauſis neceſſario mortem in partu inferentibus*. GÖTTING 1756. 4. Eſſe ubi puerpera retentis doloribus ſibi necem inferat. Puerperas pleraſque ſua culpa perire, aut curantium. HALLER.

DANIEL FRID. SCHIFFER. Ejus præſide BUCHNER diſp. *de difficultate partus ex mala conformatione pelvis*. HALÆ 1756. 4. HALLER.

ERNEST GOTTLOB BOSE (inſtitutionum medicarum Profeſſor Lipſienſis). Ejus & FRID. ANGERMANN diſp. *de conatuum pariendi regimine*. LIPS. 1756. 4. HALLER.

Ejus *de venæ ſectione in puerperis*. Ibid. 1768. 4.

Ejus *de diagnoſi vitæ fœtus & neogeniti*. Ibid. 1771. 4. MEUSEL.

J. GEORG. HASENOEHRL, nunc LAGUSI, Archiatri Florentini, diſp. *de abortu ejusque præſervatione*. VIENNÆ 1756. 4. Durus uterus, qui negabat extendi, fotibus emollientibus ita correctus, ut abortus ſoliti ceſſaverint. Hæmorrhagias gravidarum ſub ultima tempora ſubnaſcentes, eſſe fere a ſoluta placenta, eamque eductionem fœtus poſcere, neque digitorum operam a PUZOS commendatam, neque enim GERARDUM V. SWIETEN unquam vidiſſe, funeſtam fuiſſe. HALLER.

MARTIN. V. *pag.* 157.

DUPUY de la PORCHERIE. V, *pag.* 159.

BOCHARD. V. *pag.* 160.

Verordnung das Hebammenweſen betreffend. BRAUNSCHWEIG 1757. 4. HALLER.

ANTONIUS (Lib. Bar.) de STÖRCK, dominus in *Jetelſee*, Auguſtiſſimis, Imperatori & Imperatrici a conſiliis, archiatrorum comes, ſtudii medici atque Facultatis medicæ Vindobonenſis præſes, ac director perpetuus, per univerſas AUSTRIÆ provincias proto-medicus, noſocomii civici Pazmaniani phyſicus, Societatis Edinburg., botan. Florent., Acad. ſcient. Sien., Acad. princip. Haſſ., inſtit. Bonon., & Acad. Nat. Curioſ., degli Agiati di Roveredo membrum. Ill. Vir ac in arte celeberrimus, deque Republica literaria optime (1) meritus anno 1765. & 1766 Decani, anno autem 1768 Rectoris magnifici munere ornatus fuit, ac demum a. 1772. magno SWIETENIO ſucceſſit. Ejus opera varia ſunt: huc vero potiſſimum facit. Ejus diſſ. inaug. *de conceptu, partu naturali, difficili, & præternaturali.* WIEN 1757. 4.

Idem in *mediciniſch-praktiſcher Unterricht* &c. agit quoque de gravidarum, parientium, puerperarum, & infantum morbis. V. *pag.* 161.

J. MICHAEL WECHSUNG. Ejus diſp. *de capitis abrupti & in utero relicti variis extrahendi methodis*, Præſide FRANC. JOS. OVERKAMP. HEIDELBERG 1757. 4. cum variis iconibus forcipum, forficum, extractorum, uncorum. HALLER.

HENR. LANDIS. Ejus præſide CAR. FRID. KALTSCHMIDT *varia partus impedimenta ex capite prævio.* JEN. 1757. 4. HALLER.

J. CHRISTIAN STOK. Ejus *partus difficilis ex brachio fœtus primum ex utero prodeunte, & delirio a medicamenti partum provocantis abuſu* &c. JEN. 1757. 4. Diſputatio. HALLER.

Ejus *de doloribus partus innocuis.* Ibid. 1757. 4.

GEORG LUD. ALEFELD. Ejus diſp. *de diſſectione fœtus in utero.* GIESS. 1757. 4.

Ejus *de doloribus in partu ſilentibus variiſque eos excitandi modis.* Ibid. 1770. 4. Secundi gemelli craſſæ membranæ acu FRIEDIANA laceratæ, & eſſe etiam alias ubi digitis nequeant lacerari. HALLER.

HERMANNI NICOL. KIENMANN diſp. *de verſionis in extrahendo partu præſtantia & adminiculis.* GÖTTING 1757. 4. Vix poſſe absque evidenti matris periculo, fœtum intra uterum diſſecari. Verſionem debere continuo tentari, poſtquam aquæ eruperunt. Eſſe ubi laquei utiliſſime adhibeantur, quando pedes altiori loco poſiti ſunt. HALLER.

HENR.

(1) Merita hujus Illuſtriſſimi Viri in *dedicatione mea* fuſius recenſentur.

Henr. Reiz. Ejus *theſes medicæ.* Utrecht 1757. 4. Oſſa pubis in partu naturali non luxari, neque fere os femoris. Haller.

Georg Rud. Mohr. Ejus *gebährende Frau ſammt ihrer Leibsfrucht in Lebensgröſſe.* Hirschfeld 1757. 8. 1778. 8.

Frid. Rud. Christian Cropp. V. *pag.* 162.

Caille. V. *pag.* 164.

Deydier. V. *pag.* 164.

J. Wilhelm Baumer. V. *pag.* 166.

Ejus porro *obſervationes de placentarum uterinarum in molas veſicarias mutatione.* Giess. 1776. 4.

Wilhel. Lud. Willius *Grundlegung eines nöthigen Unterrichts vor Hebammen in Frag und Antwort verfaſſet.* Basil. 1758. 8.

De embryulcia, ſ. fœtus vivi extractione per uncos non illicita. Veronæ 1758. Uncos in caſu ſummæ neceſſitatis excuſat: quibus puer occidatur alioquin periturus. Eſſe tamen, ubi fœtus ſaucius convaleſcat, & ſupervivere hominem, cui in partu caput ab aure ad verticem fiſſum fuerat. Inter viginti pueros unco eductos duos vitales ſuperfuiſſe. Haller.

Bicuet. Ejus *obſervations ſur les accouchemens.* Paris 1758. Haller.

Petrus Samuel de Chauffepié. Ejus *neuer Hebammenwegweiſer, oder deutlicher Unterricht wie eine Wehmutter bey allen in Geburtshülfe vorkommenden Umſtänden ſich zu verhalten.* Lübek und Altona 1758. 8. Haller.

Benedict (vel Bern.) Pelizaeus (vel Pelicæus). Ejus diſp. *de partu difficili & poſitura uteri obliqua.* Argentor. 1758. 4. Haller.

J. Petrus Nordmann. Ejus diſp. *de iſchuria gravidarum.* Argentor. 1758. 4. Haller.

J. God. Lavall & Franc. Ang. Deleurye *de utero inverſo.* Paris 1758. 4. Haller.

Anna Car. Lorry & Jac. Savery *E. parturienti accedente hæmorrhagia uterina partus diverſa pro diverſo caſu encheireſi promovendus.* Paris 1758. 4. Haller.

Le Nicolais de Saulsay. V. *pag.* 168.

Campardon. V. *pag.* 168.

Collin. V. *pag.* 169.

Chemin. V. *pag.* 169.

Laugier. V. *pag.* 169.

Le Boursier du Coudrai, obſtetrix Pariſina, ſed quæ in provincia artem exercuit. Ejus *abrégé de l'art des accouchemens avec pluſieurs obſervations interreſſantes ſur des cas ſinguliers.* Paris 1759. 12. Nihil quidem valde novi, niſi quod in Gallia inprimis diſcipulas ſuas in coriaceo utero manus auxilia docuerit. Adnotationes variorum caſuum collectitiæ. Cæterum compendium eſt ad uſum docentis magiſtræ. Partus difficilis ex obliquitate uteri, ex prolapſu. Obliquitati pro ſua diverſitate ſitu matris medetur, aut manu. Caput relictum ſacculo lineo apprehendit. Ad hæmorrhagias poſt partum laudat laccam ſigillarem in pulverem contuſam. Haller.

J. Car. Gehler, (Botanices Profeſſor & obſterix Lipſienſis). Ejus *de ſanguine in partu profluente.* Lips. 1759. 4. & 1760. 4.

Ejus *de partu difficili ex hydrope fœtus.* Ibid. 1762. 4.

Ejus *de utero ſecundas expellente.* Ibid. 1765. 4.

Ejus *de partus naturalis adminiculis* Sectio I. Ibid. 1772. P. altera Ibid. de forcipibus, vectibus Roonhuysianis & aliis ſimilibus præſidiis. Haller.

Ejus *de prima fœtus reſpiratione.* Ibid. 1773. 4.

Ejus *de eclampſia parientium, morbo gravi quidem, neque adeo funeſto.* Ibid. 1777. 4. Meusel.

Christ. Jos. Berger, vir obſtetricia arte celebris. Ejus præſide B. J. Buchwald diſſ. *de perfectiſſimi enixus ſignis.* Hafn. 1759. 4. Haller.

Quarré, medicus, in *Journ. de Med.* T. X. retulit de polypo uteri ligato & reſecto, felici eventu. Haller.

Des Gaux de Fobert, medicus, in *Journal de Med.* T. XI. uterus totus oſſeus, & fungus vaginæ ejusdem duritatis. Haller.

Lammersdorf. Ejus lectus obſtetricius deſcribitur in *Hannöveriſchen Magazin a.* 1759. Haller.

Claud. Pouteau, filius, in *Journ. de Med.* T. XXIV. quærit de cauſis dolorum parturientium a diſtractis fibris nerveis. Haller. V. *pag.* 170.

Herm. Henr. Chr. Schrader. Ejus *obſervationum rariorum ad rem medicam & obſtetriciam ſpectantium faſc.* I. Wolfenbüttel 1760. 8. 1770. 8. Magna pars opuſculi chirurgici eſt argumenti. Tres caſus obſtetricii: partus præeunte manu expeditus. Caput prævium ſed oblique poſitum perforatum, tum fœtus manu extractus. Natibus præviis fœtus unco tractus, in pubem impacto. Haller.

Galli-

Elisabeth Nihell *treatiſe on the art of midwifery ſetting forth warious abuſes therein, eſpecially as to the practice with inſtruments.* Lond. 1760. 8. Contra obſtetricios viros, & potiſſimum Smellium, & contra inſtrumentorum uſum. Derident Crit. Rev. IX. Annon idem Gallice *la cauſe de l'humanité referée au tribunal de la raiſon ou traité ſur les accouchemens par les femmes.* Paris 1771. 8. Ita Haller.

Blakey. V. *pag.* 814.

Giuseppe Vespa, chirurgus. Ejus *dell' arte oſtetricia.* Firenza 1760. 4. Haller. V. *tend. adfect.*

J. Christ. Bruns. V. *pag.* 171.

J. Frid. Krügelstein. Ejus diſp. *de noxio pellentium uſu in partu difficili.* Halæ 1760. 4. Meusel. V. *pag.* 198.

Georg Albrecht Fried. Ejus *diſſ. qua fœtum inteſtinis plane nudis intra abdomen propendentibus deſcribit.* Argentor. 1760. 4.

Ejus *Anfangsgründe der Geburtshülfe zum Gebrauch ſeiner Vorleſungen.* Strasburg 1769. 8. Celebris obſtetricii viri filius, & ipſe artem exercebat. Partus naturalis & vitioſus, quem frequenter obliquitati uteri tribuit. Forceps Levretiana requiritur, quoties diameter pelvis diametro capitis non ſufficit. Situs vitioſi fœtus. Sella obſtetricia Deventerii emendata, tum correcta forfex ad caput aperiendum, & terebra. Inſtrumenta demum Friedii patris varia, etiam ad continendam urinam. Ita Haller. Artis compendium aphoriſtice ſcriptum, captui bene accomodatum, nec incompletum, ſi præcipua rerum momenta ſpectes. Caſus, qui aut ſolius manus operam, aut inſtrumentorum applicationem exigunt, accurate determinantur: verſio fœtus, aliæque adminiſtrationes diſtincte, quantum verbis fieri poteſt, explicantur. In rebus dubiis, de quibus obſtetricantes adhuc diſceptant, auctor media utcunque via incedit. Auxilia, quæ hic requiruntur, generalia ſaltem, juxta quamlibet indicationem, ſuppeditat. Ordinem, ut fatetur, eundem ſervat cum Thebesio, qui quidem ex Friedii antiquioris fontibus hauſit. Bene notat ſe a Thebesio ſæpe receſſiſſe; ſuperaſſe etiam videtur brevitate, accuratione, perſpicuitate. Ita in *deutſcher allg. Bibl.* 13. *Band.* 2. *St.* pag. 498.

Joh. Traugott Adolph. Ejus diſp. *de funiculo umbilicali vel intra uterum diſſecando.* Helmstadt 1767. 4. Memorabilis diſſertatio phyſiologici potius argumenti. Haller. V. *pag.* 885.

Chri-

Christoph Henric. Böttger. Ejus diſp. præſide Cl. Timmermann *de inflammatione uteri cum ſubjuncta obſervatione de uteri ſarcomate.* Rinteln. 1760. 4. alii 1761. 4. Bona diſputatio cum hiſtoria ejusmodi ſarcomatis ſex libras pendentis, fundoque uteri adnati. Haller.

Joseph. Lallemant & Cl. Fr. Gasp. Humbert *E. ubi partus difficilis ac deſperatus tentanda etiam in matre viva ſectio uteri cæſarea.* Paris 1760. 4. Haller.

Georgius Wilhelmus Stein, Profeſſor Medicinæ, Chirurgiæ & obſtetriciæ Artis Caſſellanus. Ejus diſp. inaug. *de ſignorum graviditatis æſtimatione.* Götting. 1760. 4. Agit de cauſis ſterilitatis etiam chirurgicis. De morbis graviditati analogis, etiam clauſo oſtio uteri, ut ſanguis menſtruus retentus in tumorem uterum urgeat.

Ejus *de verſionis negotio pro genio partus ſalubri & noxio & viciſſim.* Cassel 1763. 4. Hiſtoria partus periculoſi cum hæmorrhagia conjuncti, cum placenta ad dextra uteri adhæſiſſet, ruptis aquis expediti. Levreti converſio, qua caput ita dirigitur, ut minor corporis diameter minori diametro pelvis reſpondeat, major majori: neque eam tamen ſemper ſuccedere. Non debere fœtum converti, quando clunes præcedunt. Paragomphoſis forcipe expedita.

Ejus *de mechaniſmo & præſtantia forcipis Levretianæ.* Cassel 1767. 4. Quæ Levretus in forcipe perfecerit, novam depreſſionem brachiorum, inventionem forcipis, quæ antrorſum fit, crura propius ad axin fiſſa. Axin tortilem fungiformi præſtare. Ut peccet forceps Smellii in incurvatura, in vacillante brachiorum conjunctione.

Ejus *theoretiſche Anleitung zur Geburtshülfe zum Gebrauch der Zuhörer.* Cassel 1770. 8. (auctius ibid. 1777. 8. cum iconibus). Levreti diſcipulus in noſodochio nuper ad eum finem conſtituto obſtetricatur, artemque in ſtatua docet. Aliqua de partu naturali: de utili manus opera, qua perinæum ita apprimitur, ut idem fulciatur, & una caput ſurſum prematur. In partu *clavato*, ubi nullus digitis acceſſus patet, vectes Roonhuysiani adhiberi poſſunt, & digitis etiam in anum datis fœtus ſuſtentari. De educendis ſecundis, & de encheireſi, quam probat, Sigmundiæ. De ligando funiculo. Ita Haller. Opus profecto, quod cum aliis omnibus huc uſque notis vario modo comparatum, de palma præripienda certat. Præterquam quod noſter a natura ipſa quaſi ſolus præ omnibus ad obſtetricandum deſignatus eſt; etiam præcepta a Röderero, & Levreto feliciter hauſta artemque ſibi adamatam multis divitiis, ex ingenio alioquin fertili profluentibus, auxit. Præceptores quidem ille ſuos magna ex parte ſecutus eſt; ſed ita ſecutus, ut nihil minus quam ſervilis eorum fieret imitator. Etenim in prima jam hacce parte multa nova, propria, minime vulgaria reperiuntur. Ordinem ſervat ſyſtematicum, ubi omnia pulcherrime inter ſe ſe connexa

xa ſunt. Proponendi methodus brevis eſt, ſolida, diſtincta, denique talis, ut quemlibet artis gnarum fateri oporteat, librum eſſe & lectu jucundiſſimium, & ad uſum prælectionum aptiſſimum. Ita in *deutſcher allg. Bibl.* 14. *Band.* 1. St. pag. 95.

Ejus *de præſtantia forcipis ad ſervandam fœtus in partu difficili vitam.* Cassel 1771. 4. Tabulæ verſionis cum uſu forcipis comparatæ. Forcipis uſus multo felicior fuit.

Ejus *praktiſche Einleitung zur Geburtshülfe in widernatürlichen und ſchweren Fällen.* Ibid. 1772. 8. 1777. 8. Practicus liber hominis experti, & ſubtiliter in ſuo negotio verſantis, qui omnis generis partus difficiles in claſſes, genera, & ſpecies dividit, omnium ſigna dat & auxilia. Ut ea pars fœtus dignoſcatur, quæ præcedit. Ut obliquus uteri ſitus isque varius dignoſcatur. Sellam in partu præfert: eſt tamen ubi lecto egeas, & ipſa proſtratione puerperæ. Omnium inſtrumentorum optimum Levreti eſſe forcipem. Brachio prodeunte neque unco opus eſt, neque exſtirpatione artus. Caput clavatum iterum Levreti forcipe optime expedit, eſſe tamen etiam Roonhuysii vecti ſuum nonnunquam uſum. Tricrure inſtrumentum Levreti ad extrahendum caput relictum utile eſſe. Ut humeri expediantur nimis lati. Pro ſectione cæſarea certis in caſibus neceſſaria. Propria auctoris inſtrumenta ad rumpendas membranas; ad adligandos pedes.

Ejus *kurze Beſchreibung eines neuen Geburtsſtuhles und Bettes ſamt der Anweiſung zum vortheilhaften Gebrauche derſelben, mit Kupfern.* Ibid. 1772. 4. Sellæ uti periculoſos partus fecerint. Sella Cl. viri facile in lectulum mutatur, brachiis pedibusque neceſſariam firmitatem præſtat, femora cum tibiis in angulo obtuſo legitimo ſuſtinet. Quatuor tempora puerperii, ſecundum quæ lectus mutatur, quorum alterum aquarum eruptionem excipit, tertium eſt, quando fœtus nunc capite ſuo in vaginam deſcendit, quartum paulo ante perfectum partum.

Ejus *kurze Beſchreibung einer Bruſt oder Milchpumpe, ſamt der Anweiſung zu deren vortheilhaften Gebrauche bey Schwangern und Kindbetterinnen, mit.* 1. *Kupfer.* Ibid. 1773. 4. Sipho, quo lac ex mamma a puerpera absque ejus incommodo trahitur. Eundem ſiphonem 7. vel 14. diebus ante partum quotidie mammæ noſter applicat, ſic papillam ducit & elongat. Haller.

Ejus *kurze Beſchreibung eines Baromacrometers und eines Cephalometers, als nützlicher Werkzeuge in der Entbindungskunſt; nebſt einer Einladung.* &c. Ibid. 1775. 4. Inſtrumenta, quæ hic deſcribuntur & delineantur, utilitate omnino non carent. Baromacrometrum eſt compendioſa & portatilis bilanx, qua & longitudo & pondus fœtus ſimul æſtimatur. Cepha-

phalometrum eſt inſtrumentum quoddam circulare, capiti foetus menſurando deſtinatum. Horum uſum & utilitatem propriis obſervationibus noſter oſtendit. RICHTER.

Ejus *kurze Beſchreibung eines Pelvimeters, als eines in der Entbindungskunſt nützlichen Werkzeuges, mit einem Kupfer.* Ibid. 1775. 4.

Ejus *praktiſche Abhandlung von der Kaiſergeburt in zwo Wahrnehmungen.* Ibid. 1775. Ex infelici ſectione cæſarea, ſero nimis tentata, mortua puerperarum altera tertio die, altera octavo.

Ejus *Hebammencatechiſmus zum Gebrauche der Hebammen in der Grafſchaft Lippe.* LEMGO 1776. 8. Ad normam novi ibidem ſtatuti pro obſtetricibus ſcriptus liber. Bona catecheſis. Nihil enim reperitur, quod aut ſcitu neceſſarium, aut clare diſtincteque non ſit explicatum. Capitibus conſtat quatuor. In primo agitur de partibus foeminarum genitalibus. In II. de graviditate. In III. de ſecundinis & foetu. In IV. de partu naturali. RICHTER.

CAROLUS WHITE *a treatiſe on the menagement of prégnant and lying in women.* LOND. 1773. 8. Germanice ERFORD. 1775. 8. Major pars medici eſt argumenti, aliqua ad Chirurgiam faciunt. In partu difficiliori non ſatis de humeris cogitari, qui ſæpe foetum morentur, & quorum converſio ſit contraria ejus, quæ eſt capitis, ut omnino nunquam caput in eadem cum humeris directione debeat educi. Male pugnum a partu in uterum dari. Ob lentum partum foeminas ſpurios foetus felicius eniti. Non debere puerperæ ſecundas educi. Et tamen 3. 4. uncias ſanguinis de funiculo non ligato emitti poſſe. Foetum in puerpera reſidem OULDIANO in ſitu jacentem vidit. HALLER. V. pag. 723.

REGIS. V. pag. 172.

TOUZAIN. V. pag. 172.

AGASSE. V. pag. 173.

ANSELIN. V. pag. 173.

CAROL. NICOL. JENTY. Ejus *demonſtratio uteri prægnantis* &c. Germanice vertente CASIMIRO CHRISTOPH. SCHMIEDEL, NÜRNBERG 1761. Egregius & procul dubio perfectiſſimus in ſuo genere labor. Summa totius operis ex titulo præfixo abunde apparet. Icones affectum variis modis uterum exactiſſime exprimunt. Explicatio typo Latino, & Germanico juxta ſe locatis data eſt. Ita in *deutſcher allg. Bibl.* 3. *Band.* 2. *St.* pag. 274.

TOEL. Ejus diſp. *de forcipis uſu in paragomphoſi capitis.* LEID. 1761. 4. HALLER.

Gottlob Thomas Hermann. Ejus diſp. *de remediorum quorumdam ad placentam uterinam expellendam commendatorum tam inſufficienti quam noxio uſu.* Halæ 1761. . Haller.

Jac. Nic. Weis & Andr. Godofr. Trezel *hiſtoria partus impediti ex membrana tendinea os uteri internum arctante.* Altd. 1761. 4. diſputatio. Haller.

Dettil in *Journal de Medecine* 1761. *Vol.* XIV, agit de molæ partu. Haller.

J. Christoph Hennicke. V. *pag.* 176.

Wolfgang Jacob Mullner. V. *pag.* 176.

De la Vergne. V. *pag.* 177.

Muteau de Roquemont. V. *pag.* 177.

Leberecht. Ehregott Schneider. V. *pag.* 178.

J. Petr. Eberhard & J. Sigmund Sachs diſp. *de doloribus partum promoventibus.* Halæ 1762. 4.

Theod. Ger. Timmermann. Ejus *de inflammatione uteri cum ſubjuncta obſervatione de uteri ſarcomate.* Rinteln 1762. 4. V. *pag.* 668.

Frid. Seidelin, Claudii filius. Ejus præſide B. J. de Buchwald diſp. *de incontinentia urinæ ex rupto collo veſicæ inſtante & peracto partu.* Hafn. 1762. 4. Haller.

Ballexserd. Ejus *wichtige Frage, wie ſoll man Kinder von ihrer Geburtsſtunde an, bis zu einem gewiſſen mannbaren Alter, ſo allhier in das 15te oder 16te Jahr geſetzt wird, der Natur nach erziehen?* Strasburg 1763. 8. Ex Gallico verſum opus, quo auctor præmium ab Acad. Scient. Harlem in Hollandia a. 1762. propoſitum meruit.

Ejus *Abhandlung über die wichtige Frage: welche ſind die Haupturſachen, daſs ſo viele Kinder ſterben? und welches ſind die leichteſten und ſicherſten Mittel, ſie beym leben zu erhalten?* Ex Gallico verſum Strasburg 1776. 8. Et hoc tractatu præmium a. 1772. ab Acad. Reg. Mantuana reportavit.

J. David Grau *Anfangsgründe der Hebammenkunſt.* Lemgov. 1765. 8. alii 1764. 8. Haller. V. *ſuppurat.*

Joh. Bard. V. *pag.* 181.

Costes. V. *pag.* 182.

Raffalin. V. *pag.* 182.

Galandat. V. *pag.* 182.

Gualther v. Doeveren. Ejus *obſervationum academicarum ad monſtrorum hiſtoriam, anatomiam, pathologiam, & artem obſtetriciam præcipue ſpectantium.* Goring. 1765. 4. Egregium in univerſum opus. Huc pertinet uterus ruptus & fœtus in ventrem erumpens. Polypus vaginam impediens ligatus, reſectus, ſic partus expeditus. Servata fœ-

mina, cui ſanguis ex ſoluta placenta erumpebat. Obliquus uteri & fœtus ſitus, placenta in propria uteri fovea. Tumor durus in oſſe ſacro partum impediens. HALLER. V. *pag.* 596.

SIMON PALLAS. V. *pag.* 183.

PINÆANI *Manes, ſive dilucidationes uberiores circa ſigna virginitatis atque perſpicua hymenis illibati teſtimonia.* ROST. 1763. 4. HALLER.

ATHANASIUS SCHAFONSKI. Ejus diſp. *de gravidarum, parturientium, & puerperarum convulſionibus.* ARGENTOR. 1763. 4. potius clinici argumenti. HALLER.

J. ALB. LUCIE. Ejus diſp. *de partu difficili in gravidis aſciticis.* HALÆ 1763. 4. HALLER.

FRANC. GUILL. le VACHER & P. SUE *de ſectione cæſarea.* PARIS 1763. 4. Sed opus eſt reſpondentis SUE. Ex ætate auctoris putat celeberrimus HALLER eſſe filium. Sectionem cæſaream D. SOUMAIN alias recenſet. V. *pag.* 183.

DAVID SCHULZ in *K. Sw. Wet. Acad. Handl.* 1763. retulit de puero, cui omnes ventres patebant velaminibus deſtituti.

Idem ibid. a. 1767. de fœtus oſſibus nono anno demum decedentibus. HALLER.

DU FOUR in *Journ. des ſavans* 1764. refert de infante partu cæſareo nato, qui aliquamdiu vixit. HALLER.

IGNAZIO MONTI. Ejus *aringa medica.* PAVIÆ 1764. 8. Num fœtus ex moriente fœmina a chirurgo extractus, & hinc inde læſus, vixerit, eas cum injurias paſſus eſſet.

Idem in *giudizio di Radamanto.* PAVIA 1767. 8. hunc ſermonem contra GANDINIUM aliumque adverſarium tuetur. HALLER.

JOHN MEMIS *midwifes pocket companion.* LONDON. 1764. 12. 1766. 12 Compendium, in quo præcipuæ adminiſtrationes artis obſtetriciæ proponuntur. Os uteri digitis in coni ſpeciem adunatis dilatat. Nonnunquam membranas duritate ſua erupturis aquis reſiſtere. In difficili partu forcipe aut obtuſo unco utitur. Situs vitioſi varii fœtus. HALLER.

Midwifery analyſed and the tendency of that practice detected. LOND. 1764. 4. HALLER.

ERN. GOTTFRIED BALDINGER. Ejus & C. FRID. HELD, auct. *de partu laborioſo & cauſis quæ caput in pelvi retinent præcipuis.* JEN. 1769. 4. Quinque partus difficiles enarrantur feliciter expediti, ſemel Roonhuyſiano vecte, alias forcipe & unco. Caſus abrupti capitis. Vectem illum non poſſe, niſi capitis ſitum mutare. Contra forcipem: caput comprimere, minus reddere, apprehendere, educere, locum non habere quando caput altius hæret.

Ejus

Ejus *de doloribus poſt partum & agendi modo remediorum eos aut levantium, aut excitantium.* Ibid. 1770. 4. HALLER. V. *pag.* 185.

JOH. FRID. ZÜCKERT, medicus. Ejus *Unterricht für rechtſchaffene Eltern zur Diätetiſchen Pflege der Säuglinge.* BERLIN. 1764. 8.

Ejus *von der diätetiſchen Erziehung der entwöhnten und erwachſenen Kinder bis in ihr mannbares Alter.* Ibid. 1765. 8. Uterque liber non ſine laude & commendatione recenſetur in *deutſcher allg. Bibl.* 2. *Band.* 1. *St.* pag. 259.

Ejus *Diät der Schwangern und Sechswöcherinnen.* Ibid. 1767. 8. Scopus auctoris omnino laudabilis eſt. Etſi vero quæ tradit nova non ſunt, ea tamen, ſimplici ac blanda dictione ita perpoliuntur, ut ſexum ſequiorem, cui unice ſcribit, non poſſint non oblectari. In cap. 1. ſigna graviditatis vulgo nota breviter percurrit. Cap. 2. dat regulas obſervandas contra aëris injurias. Cap. 3. de veſtimentis. Cap. 4. de cibo & potu. Cap. 5. de corporis motu & quiete. Cap. 6. de vigiliis & ſomno. Cap. 7. de menſibus, qui in gravididis interdum obveniunt; de retentione urinæ &c. Cap. 8. qui oriantur effectus ex animi pathematibus, atque imaginatione; id quod haud levis eſt apud fœminas momenti. Cap. 9. de cauſis præmaturi & irregularis partus, ad quem præcavendum remedia denique ſuppeditantur. Multa hoc in capite bene fundata judicia, ac ſalutaria monita reperiuntur. Sequitur diæta puerperarum: in cap. 1. agitur, ſed minus plene, de obſervandis ante & poſt partum; regulæ ſunt tantum generales pro obſtetricibus & puerperis. In cap. 2. de puerperarum diæta. Animadverſiones etiam circa lactis ſecretionem, circa lochia, circaque ea, quibus nutricum mammæ obnoxiæ ſunt. Ultimo matrum propria infantibus ubera præbentium laus expenditur. Ita in *deutſcher allg. Bibl.* 12. *Band.* 1. *St.* pag. 254.

DELEURYE *die Mütter nach der Anweiſung der Natur, nebſt Abhandlung der Kinderkrankheiten.* FRANKF. und LEIPZ. 1764. 8. (Editionem Gallicam ignoro). Nihil hoc in opere reperies, quod non ſit jam pridem a ZÜCKERTO dictum. Verſionem hancce Germanicam, adeo erronea cum ſit, vix credas a viro medico factam: ſic e. g. pag. 247. in formula pro clyſmate leges unciam unam olei ſtillat. aniſi, cum guttæ x. aut xx. ſatis fuiſſent. In parte II. morbi infantum etiam chirurgici docte utiliterque pertractantur. Ita in *deutſch. allg. Bibl.* 28. *Band.* 1. *St.* pag. 178.

Ejus *Abhandlung über die Geburt nebſt der Behandlung der Krankheiten der Schwangern, Kindbetterinnen, und kleinen Kinder. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt.* BRESLAU 1778. 8.

Martin Fr. Ludwig Eisfeld *das Angenehme und Unangenehme bey Ausübung der Geburtshülfe.* Quedlinburg 1764. 8. Querelæ de immorigeris mulieribus, de ignorantia obſtetricum, de invidia medicorum. Obiter caſus difficilis partus narratur. Ita in *deutſcher allg. Bibl.* 1. *Band.* 2. *St.* pag. 258.

Brouzet *Abhandlung von der mediciniſchen Erziehung der Kinder.* 2. *Bände.* Altenburg 1764. 8.

Christoph. Weber. V. *pag.* 186.

Lebrecht Frid. Benjam. Lentin. V. *pag.* 186.

Matthias Saxdorph *Erfaringar ſamlade paa de Kongelige for jordemoder huus aangaande den fuuldſtandige fœdſel ſamt deres theoretiſche lærdom* Soroe 1764. 8. Germanice *Erfahrungen die vollſtändige Geburt betreffend, ſo auf dem k. freyen Geburtshauſe in Koppenhagen angeſtellt worden.* Koppenh. 1766. 8. Bonus libellus, cujus contenta difficile eſt decerpere. Ut abdomen fœminæ gravidæ poſt ſummam dilatationem ſuperne minuatur, inferne augeatur, pudendum in tumorem elevetur. Dolores prædictorii. Vagina inde latior, rugæ anteriores fere evaneſcunt, pars poſterior altior eſt, ſuperior finis ad uterum amplior, angulus cum ore uteri auctior: os uteri minus, molle, & circulare: per id os membranæ & caput fœtus tangitur. Dolores veri. Os uteri in convulſione dureſcit, membranæ tenduntur, remittente dolore flacceſcunt. Caput fœtus deſcendit, pars anterior urgetur in cavum os ſacrum, ſutura ſagittalis in eadem cum eo oſſe linea eſt: neque nunc ſupereſt os uteri: humor rubicundior effluit. Partus fit cum tremore matris, clamore, perinæum finditur, occiput in arcum oſſis pubis ſub eo tamquam axi procedit, tandem fœtus erecta facie expellitur. Poſt partum per aliquot horas tamquam laxum inteſtinum in vaginam propendet. Prima ſe cervix uteri contrahit: os uteri a placenta dilatatum dolorem facit.

Idem in *collectaneis ſoc. Med. Hafnienſ.* Hafn. 1774. 8. egit de nodis funiculi umbilicalis. De uſu forcipis ad caput incuneatum. Smellii forcipem præfert, quod Levreti forceps non omni in pelvis ſede applicari poſſit, quod ejus viri emendatæ encheireſes difficillimæ & periculoſæ ſint. Forcipem non debere niſi per latera pelvis introduci. Iterum de periculo, quod ab adhærente ad oſtium uteri placenta oritur.

Ejus præſide Christ. Joh. Berger defenſa diſp. *de diverſo partu.* Hafniæ 1771. 8. Bona diſputatio periti viri. De via fœtus. Machinas non probat, in quibus aliqui doctores artis obſtetriciæ encheireſes demonſtrant. In ſuperiorem aditum pelvis fœtus caput oblique ingredi debere, ut ejus ſutura ſagittalis obliquam lineam teneat, quæ a ſymphyſi oſſium pubis ad oſſis ſacri cum oſſe ilium conjunctionem ducit. Et anguſtia pelvis ſua

ſua habet pericula, & graviora, quæ nimis ampla eſt. Sæpe oſſa pubis in partu diſcedere, ut etiam greſſus fuerit inde impeditus. Difficilis partus ab oſſibus capitis præmature perfectis: periculoſus etiam ſi imperfecta nimis fuerint, ut cerebrum comprimi poſſit. Neceſſe eſſe ad partum expediendum, ut oſſa verticis figuram mutent. Malum eſſe partum in quo facies præcedit. Quibus in caſibus fœtum convertere oporteat, in quibus minime. De contactu oris uteri. Contra laqueum FRIEDIANUM. Fœtus repulſionem poſſe vehementiſſime nocere, ut etiam uterus de vagina ſecedat. Ut caput cunei modo impactum expediatur. Non debere ad modum LEVRETI brachia pueri ſolvi, neque vivo puero digitos in os dari. Et rectam SMELLII forcipem, & curvam LEVRETI ſua habere commoda, ut tamen utraque emendatione egeat. Quando forcipi locus ſit, quando eo auxilio rectius abſtineatur. Periculo plenum ejus uſum eſſe, quando totum caput pueri nunc oſſeum eſt, non requiri dum dolores præſto ſunt, & nondum, quando caput non pelvim ſubiit; eſſe ubi forceps adhiberi nequeat. LEVRETI conſilia aliqua in coriacea fœmina rectius reſpondere, neque poſſe regulas dari, quæ omnibus caſibus conveniant. Ut in gravibus caſibus forcipe ſit utendum. ROONHUYSII vectes raro locum habere. Inſtrumenta ad caput terebrandum, ad caput fœtus educendum.

Ejus *plan til förlaſningerne over jordemoders widenskaben I. Dal.* KOPPENHAGEN 1772. 8. HALLER. V. *pag.* 240.

CHRISTIAN LODBERG FRIIS & CHRISTIAN ELOVIUS MANGOR *de exploratione obſtetricia.* HAFNIÆ 1764. 4. Bona diſputatio. Frequenter pubis oſſa ſecedere. De BOESSELII exploratione, in qua digitis in conum datis uterus ipſe pertentatur. De exploratione ſolius oris uteri. De ea quæ fit per anum. Non ſemper furculam in primo partu rumpi. Uterum tertio menſe aſcendere, & ſuum oſtium ſecum rapere. Eſſe ubi numi argentei (Coronæ) amplitudine ſex ante partum hebdomadibus patuerit. Durani tanquam pilam fœtum ſexto demum menſe tangi. Tormina adnoſci, quod os uteri non mutent; ſpurios dolores, quod conſtringant. Ruptis membranis tamen quaſi veſicam ſe poſſe offerre. HALLER.

FRANCISCUS SCHOENMEZLER. Ejus *progr. in quo uſus forcipum in arte obſtetricia diſquiritur.* HEIDELBERG 1764. 4. Inutile eſſe inſtrumentum, & compreſſo cerebro nocere. HALLER.

J. MICHAEL THIERRY. Ejus diſp. *de partu difficili a mala conformatione pelvis.* ARGENTOR. 1764. 4. Partus difficilis a tumore cartilaginis inter primam oſſis ſacri & ultimam lumborum vertebram. HALLER.

CAR.

Car. Lud. Franc. Andry & præſ. Ant. Ferrein E. *in partu mortuo ſectio poſt ſiderationem.* Paris 1764. 4. Haller.

J. Petrus David. Ejus præſide A. Louis diſp. *de ſectione cæſarea.* Paris 1764. 4. Chirurgus Ferrand mediis in doloribus partus ſcirrhum prope oſtium uteri ſcalpro excidit. Haller.

Jos. Thadd. Klinkosch. Ejus *programma quo hydrocephalum fœtus rariorem ejusque cauſam proponit.* Pragæ 1773. 4. V. *pag.* 845.

Grundlage zum Unterricht einer Hebamme. Rostock und Leipzig 1765. 8. Compendium, in quo regulæ obſtetricibus, ante partum in partu & poſt partum obſervandæ, ac puerperis diæta optima præſcribitur. Partus naturalis hic reſpicitur tantum. Obſtetriciæ ignaris etiam libellus hicce inſervire poterit, ad mediocrem ſaltem ejus artis ideam adipiſcendam. Ita in *deutſch. allg. Bibl.* 3. *Band.* 1. *St.* pag. 244.

J. B. Freyer. Ejus diſp. *de partu difficili propter funiculum umbilicalem fœtus collum ſtingentem.* Halæ 1765. 4.

Ejus *caſus continuatio.* Ibid. 1766. 4. Haller.

J. Phil. Nonne. Ejus diſp. *de abortu.* Erford 1768. 4. Haller. V. *pag.* 871.

Georg Rudolph Boehmer. Ejus diſp. *de naturalibus fœminarum clauſis.* Witteberg. 1768. 4. Haller.

Ejus *de cauſis uterum imprægnatum diſtendentibus.* Ibid. 1768. 4. V. *pag.* 284.

J. Christoph. Sommer. (Medicinæ & Chirurgiæ Profeſſor Braunsvicenſis). Ejus diſp. *de partu laborioſo ſelectæ obſervationes.* Götting. 1765. 4. Septem narrat partus difficiles; inter eos caput ad modum clavi impactum, forcipe ſolutum, absque artis adjumento in lucem prodierunt pueri, in quibus facies aut præivit, aut ad os pubis converſa eſt. Oblique ſito fœtu & utero, caput terebratum.

Ejus *Beobachtungen über die in der Gebährmutter zurückgebliebene und in einem Sacke eingeſchloſſene Nachgeburt.* Braunsweig 1768. 4. Ut ii ſacci oriantur, quando aliqua uteri pars minus contractilis eſt, ut ei malo chirurgus medicetur: aliquot hiſtoriæ ſimilium caſuum. Haller.

Franc. Georg. Wildes. Ejus diſp. *de adminiculis chirurgicis ante partum adminiſtrandis.* Götting. 1765. 4. Balnea, clyſteres &c. Haller.

Alex. Bernh. Kölpin. Ejus *ſchediaſma anatomicum de ſtructura mammarum.* Berol. 1765. 4.

Franc. Lud. Joseph. Solayres de Renhac. Ejus *elementa artis obſtetriciæ.* Monspel. 1765. 4. Minime inutilis diſputatio. Haller.

Nol-

Nolleson. V. *pag.* 189.

Martinus. V. *pag.* 190.

Renard. V. *pag.* 190.

J. Bapt. Colombani. V. *pag.* 191.

Antonius Matani. V. *pag.* 191.

Caspar Lucas *die in Kindes Nöthen ſeufzende Bauren Frau, oder kurze Unterweiſung, wie eine Hebamme auf dem Lande einer Frau in der Schwangerſchaft, Geburt, und Kindbett geſchicklich abwarten ſoll.* Costanz 1766. 8.

Johannes Mich. de Menghin, protomedicus Tyrolenſis, Præſes & director Facult. Med. Oenipontanæ, Profeſſor inſtitutionum medicarum & Mat. medicæ. Ejus diſp. *de lactatione infantum.* Oenniponti 1766. 4.

Robert, medicus. V. *pag.* 192.

Valentin. Brusati. Ejus diſp. inaug. *de morbis fœminarum.* Wien 1766. 8.

Sabbas Leontowytsch. Ejus diſp. *de partu præternaturali ex vitiis trunci fœtus orto.* Argent. 1766. 4. Haller.

J. Paul. Hoffmann. Ejus diſp. *de forcipe Smellii in praxi obſtetricia anteponenda vecti Roonhuyſiano.* Leid. 1766. 4. Haller.

De Lunel. V. *pag.* 194.

Mareschal de Rougeres. V. *pag.* 194.

Le Clerc. V. *pag.* 194.

Joly. V. *pag.* 194.

Dupont du Mesnil. V. *pag.* 194.

Christoph. Gottlieb Buttner. V. *pag.* 195.

Josephus Jacob. Plenck. Ejus *Anfangsgründe der Geburtshülfe.* Wien 1768. 8. (& 1774. 8. cum inſtrumentorum iconibus). Liber minime ineleganter ſcriptus, & viri exercitati. (Etiam Berolinenſes laudant (n).) Coccygem ad unciæ diſtantiam reprimi poſſe. In partu fœtum oblique prodire, ut humeris potius ad rectum inteſtinum & antrorſum ad os pubis vergat. Tota manu absque maximo incommodo os uteri explorari poſſe. Dolores tunc potiſſimum ſævire, quando caput fœtus primam vertebram oſſis ſacri nunc ſuperat. De partu naturali, deque gradibus cujusque vitioſi ſitus. Pelvis nimis ampla periculoſa, uterum poteſt rumpere. Non valde probat eos, qui uterum a partu manu everrunt. Caput una uncia legitimam diametrum absque periculo ſuperat, alteram unciam ars poteſt ſuperare, ad tertiam vincendam forcipe opus eſt. Frequentiſſimus inter partus vitioſos is eſt, in quo manus

(n) In *deutſcher allg. Bibl.* 11. *Band.* 1. *St. pag.* 219.

manus ſe offert: idem inter difficiles. Laqueum hic noſter pedi circumjicit. Non facile aliqua cum violentia placentam educit, cum uteri læſiones periculoſiſſimæ ſint. Inſtrumentorum icones. Levreti longiorem forcipem Smellianæ præfert. In Roedererum ob fœtus intra uterum diſſectionem, quam noſter improbat. Sella ad parturitionem. Placenta potius in utero relinquenda, non nocere etiam ad 7. vel 15. diem retentam. Haller. V. *pag.* 1031.

Ontleed en heelkondige verhandeling over de uytzakking en uytwaſſen der lyfmœder en ſcheede. Utrecht 1767. 8. Ab eadem ſocietate chirurgorum ſcripta. Uterum utique vere elabi, quem ſodales repoſuerint, & oſtium internum manifeſto diſtinxerint. Eo in caſu annulari peſſo opus eſſe, qui partes contineat. Fuſe de peſſis: divitibus ſolis petiolatos convenire. Laudant peſſum elaſtro inſtructum, ex Commentariis Haarlemenſibus ſumtum. De uteri inverſione, periculoſo malo. Demum de inverſione vaginæ in genere, quæ & ſola elabatur, & uterum elapſum nunquam non comitetur. Membranam internam vaginæ aut totam, aut non integram elabi poſſe. De uteri fungis, & ſarcomatibus. Intorquendo exſtirpari, quibus gracilis ſit petiolus: reſecari, qui in ima vagina pullulent, reliquos ligari. Gangræna lethalis uteri, ex elapſo fungo uterino, qui undique ad internam uteri ſuperficiem adhærebat. Haller.

J. Gottfr. Morgenbesser *de fœtus non vitalis partu dirigendo.* Francofr. ad Viadr. 1767. 4.

Ejus *von der Nothwendigkeit des Zufühlens.* . . . 1773. Haller.

Hebammenordnung für das H. Hollſtein Kön. Antheils die Herrſchaft Pinneberg. Altona, und Glückstadt 1767. Haller.

John Harvie. Ejus *practical directions ſhewing a method of preſerving the perinæum in birth and delivering the placenta without violence.* London 1767. 8. Perinæum vola manus ſuſtinet. Non debere funiculum adtrahi. Ut placentam ex inverſo utero eduxerit, quæ tamen fœmina tabida periit. In abortu placentæ expulſio naturæ debet relinqui, per felicia exempla. Haller.

Valli. Ejus *trattato del parto naturale, dei parti divenuti difficili per la cattiva ſituazione del feto.* Paris 1767. 8. Haller.

Wilh. Augustinus Koster. Ejus diſp. *de partu difficili & præternaturali ex ſitu capitis fœtus iniquo orto.* Leid. 1767. 4. Haller.

David Spence. Ejus diſp. *de ſanguinis ex utero gravidarum & puerperarum profluviis.* Edinburg 1767. 4. Tode.

Guil.

GUIL. COOPER. Ejus diſp. *de abortionibus.* LEID. 1767. 4. HALLER.

ANDREÆ NUNN & CHRIST. THEOPH. HOFMANN, auctoris, diſp. *de dyſtocia ſ. partu difficili in genere.* ERFORD 1768. 4. HALLER. V. *pag.* 285.

CHRIST. FRID. JÆGER & THEOPH. CONR. CHRISTIAN STORR *obſſ. de fœtubus recens natis jam in utero mortuis & putridis, cum ſubjuncta epicriſi.* TUBING. 1767. 4. HALLER.

P. S. J. U. D. *de divis obſtetricantibus & circa partum recens editum occupatis.* FRANCOFURT. 1767. 4. Multa habet eo ſpectantia, ex veterum legibus, tum de Diis, qui parturientibus opem ferre credebantur, etiam de Prometheo, Pygmalione. HALLER.

PETR. JOSEPH. OBERLIN. Ejus diſp. *de hæmorrhagia uteri.* ARGENTOR. 1767. 4.

GODFRID KEYSERLIZ (vel GEORG KAYSERLIZ) diſp. *de partus Agripparum difficultatibus.* LIPS. 1767. 8. Se vidiſſe fœminam non puerperam, omnibus oſſibus pelvis mobilibus. Exempla, in quibus puerpera inſtrumentis debet ſervari. Novum *tiretête* LEVRETI, quod in magnum occipitis foramen datur, & de quo tranſverſa trabecula prodit, quæ ad oſſa ſe firmat. Forcipes elaſtro inſtructæ. Utraque caput reſes aperitur, & educitur. HALLER.

CHRISTIAN RIKMANN & J. J. DOPPELMAIER diſp. *de partu legitimo.* JEN. 1767. 4. HALLER.

CHARLES KELLY. V. *pag.* 197.

WILLIAM HAY. V. *pag.* 198.

CORNELIUS PEEREBOOM. V. *pag.* 198.

PETRUS de WESTEN. V. *pag.* 198.

LUDOV. BUXTORF. V. *pag.* 199.

SAUCEROTTE. V. *pag.* 199.

PIET. V. *pag.* 199.

QUEQUET. V. *pag.* 200.

BENEDICTUS MAJA. V. *pag.* 201.

PHILIPP. THIKNESSE *midwifery analyſed.* LONDON 1768. quæ tertia eſt editio. HALLER.

MORITZ (vel MARC.) GERHARD THILENIUS. Ejus *kurzer Unterricht für die Hebammen und Wöchnerinnen auf dem Lande.* CASSEL 1768. 8. alii 1769. 8. & auctius 1775. 8. De inſcitia obſtetri um rure degentium denuo queritur. Ei malo remedium, ſæpe alias fruſtra tentatum: opponere ſtudet: puta tractatum, quem methodo plana conſcriptum dedit, unde obſtetrices ſcitu neceſſaria depromant. Sed nonne libri jam dudum exſtant, qui ſimilia quo-

que ſuppeditare valent, dummodo diſcendi cupidæ magis eſſent obſtetrices. Ita in *deutſch. allg. Bibl.* 14. *Band.* 1. *St.* pag. 199.

AUG. DIETR. G. PRANGE *die wohlunterrichtete Hebamme in Frag und Antwort.* HAMBURG 1768. 8. alii 1769. HALLER.

JOANN. PAUL. KNOFLER, Tyrolenſis. Ejus diſſ. inaug. *de ſterilitate.* WIEN 1769. 8.

JOH. ARMSTRONGS *Abhandlung von Kinderkrankheiten.* ZELLE 1769. 8.

J. van WAERT. Ejus diſp. *de utero gravido devio cauſa partus difficilis & laborioſi.* LEID. 1768. 4. HALLER.

DAN. CHRISTIAN BURDACH, qui obiit menſe Junio 1777. Ejus diſp. *de læſione partium fœtus nutritioni inſervientium abortus cauſa.* LIPS. 1768. 4.

LUD. ALB. APUHN. Ejus diſp. *de non acceleranda ſecundinarum extractione.* GÖTTING. 1768. 4. Rariſſime placentam in uteri cellula occultari. Quæ cauſæ ſint nimis validæ adhæſionis. Retentam placentam non adeo valde nocere, niſi per hæmorrhagiam, ſi pars ejus deceſſerit. Non debere utero vim inferri. Non facile manum debere admoveri, niſi ex hæmorrhagiæ metu. HALLER.

PAQUIE'. V. pag. 202.

DUMONCEAU. V. pag. 204.

DUMORIER. V. pag. 204.

VETILLARD. V. pag. 204.

J. B. SAURA. V. pag. 205.

ROBERT WALLACE JOHNSON, diſcipulus HUNTERI medicinam exercet & obſtetriciam. Ejus eſt *new ſyſtem of midwifery in* 4. *parts, founded on practical obſervations.* LONDON 1769. 4. Uterum ruptum incidit. Abortus acidam diætam requirit, quod placenta relicta in fœtidum liquamen abeat. Partus. AVICENNAM forcipem habere ad fœtum mortuum educendum. Nonnemo, nomine DRINKWATER, qui ab a. 1668. obſtetriciam exercuit, forcipe & ipſe utebatur. SMELLIUM curvitatem forcipis LEVRETIANÆ imitatum eſſe; quam ipſe JOHNSON emendavit, ut accurate ad pelvis fabricam ficta ſit. Non malos partus eſſe, in quibus nates præcedunt, recte. Quando caput in commodo ſitu prodit, neque manibus pedes poſſunt adripi, laqueum injicere ſuadet, & docet. Difficillimus eſt partus capitis incuneati. Si vertex præceſſerit, forcipe uti convenit. Sic in anguſta pelvi, & frontis ad os pubis obverſione. Ut forcipe utendum eſt. Raro neceſſe videri fœtum dividere niſi ob male factam pelvim. Inſtrumenta varia, conductor, uncus manubrio tranſverſo, laqueus. Nunquam cæſaream ſectionem quemquam in ANGLIA eſſe molitum, niſi in partu ventrali.

Mor-

Morbi puerperii. Ulcus uteri aptis liquoribus injectis ſuperatum. Uteri prolapſus, inverſio, hæc fere obſtetricis vitio. HALLER.

Man midwifery analyſed and the tendency of that practice, detected and expoſed Third Edition. LONDON 1769. 8. HALLER.

F. TOMLINSON. V. *pag.* 205.

J. AUGUST. UNZER. V. *pag.* 206.

HANS BERNHARD LUDWIG LEMBKE *Beantwortung der Schrift von der Beſchwerlichkeit der Geburtshülfe.* LUBECK 1769. 4. Adverſus libellum WALBAUMII. Ita HALLER.

CAR. FRID. CHRISTIAN. HENNEMAN. Ejus diſp. *de obliquitate uteri & poſitura infantis obliqua & iniqua.* GÖTTING 1769. 4. Non debere obliquum uteri ſitum cum obliquo poſitu fœtus confundi, ut quidem vulgo ſoleat. Qui dudum ante DEVENTERIUM de ea obliquitate cogitaverint. Ejus mali varietates. Fœtus obliquus, qui non eſt in ductu axis uteri. Poſitura iniqua, in qua facies non reſpondet oſſi ſacro. HALLER.

CHARLES FREDERIC REHFELD & ANTOINE MORIEN *traité mechanique & raiſonné ſur l'art de l'accouchement.* GREIFSWALD 1769. 4. Gallice ſcripta diſputatio. HALLER.

Ejus nempe REHFELDI, Profeſſoris *de ſitu fœtus in utero materno.* Ibid. 1770. 4. MEUSEL.

CHRISTIAN LUDW. SCHWEIGHARD *obſervationes de non neceſſaria funiculi umbilicalis deligatione.* ARGENTOR. 1769. 8. Cum absque injecto vinculo funiculum reſecuiſſet, nullum effluxiſſe ſanguinem. HALLER.

Le CRAN. Ejus diſp. *de omnibus partibus Chirurgiæ, de extractione placentæ.* CADOMI 1769. 4. HALLER.

JOUBERT de la MOTHE V. *pag.* 206.

KECK. V. *pag.* 207.

DAN. WILH. NEBEL in II. Volumine *Actorum Academiæ Palatinæ* refert de fœtu 34. annis in utero manente, cujus exterior ſuperficies indurata erat. HALLER.

SAMUEL de WIND. V. *pag.* 207.

J. AUGUST RIDDER. Ejus *obſervatio rarior de fœtu ſeptem menſium per inteſtinum rectum, matre ſalva & ſuperſtite excluſo.* ANNABERG. 1770. 4. Partum ad fœtus ventrales refert extra uterum conceptos. HALLER.

F. A. de LEURYE, chirurgus. Ejus *traité des accouchemens en faveur des éléves.* PARIS 1770. 8. maj. (Germanice BRESLAU 1778. 8. ſi idem eſt. V. *pag.* 1213.) Artis compendium, cujus magna pars collecta-

nea eſt. In præfatione vectem ROONHUYSIANUM rejicit. Omnino ex naturæ nutu cartilagines pelvis laxari. A nimis laxa pelvi uteri prolapſus fieri. Ab erepta violentius placenta ligamenta uteri vim pati. Per ſuperius pelvis fretum fœtum progredi altera aure poſteriori, anteriori altera. De tangendo uteri oſtio. Aquæ ſpuriæ. Partus. Extractio, quæ fit adreptis pedibus: Verſio. De forcipe; eſſe ubi uncus præferri debeat. De utero obliquo: retrorſum non vergere, niſi pelvis male facta ſit. Secundas continuo ab enixu extrahit, reliquias naturæ curæ committit, neque valde metuit, ſi fragmenta placentæ in utero manſerint. HALLER.

DIDELOT, chirurgus. Ejus *inſtruction pour les ſages femmes ou methode aſſurée pour aider les femmes dans les accouchemens laborieux.* NANCY 1770. 12. YVERDON 1771. 12. Germanice AUGSP. 1772. 8. Breve compendium, quod tamen auctor ſuis curationibus miſcuit. Secundas continuo poſt fœtum educit: & ſi natura ceſſat, manum in utero relinquit, ne claudatur. Abortus placentam naturæ committit. Oblique mavult fœtum prodire, ut F. OULD. Puerum, qui mortuus videbatur, refecto funiculo refocillavit. In uterum inflammatum mollientia medicamenta injicit. HALLER.

J. FRID. SCHÜTZE, medicus. Ejus *gründliche Anleitung zur Hebammenkunſt. Mit Kupfer.* HILDBURGHAUSEN 1770. 8. In partu coccygem ad unciæ diſtantiam diſcedere. In partu fœtus ſani tamen aliquas partes eſſe. In ſella melius pari, recte. De malo fœtus poſitu, & uteri. Ita HALLER. Ordo ſyſtematicus utcunque, omnia ſatis perſpicue, fuſius tamen, quam ut obſtetrices commode uti poſſint. Icones THEBESIANIS ſimiles. Ita in *deutſch. allg. Bibl.* 15. *Band.* 1. *St.* pag. 214.

Wegweiſer der Geburtshelfer oder der Meiſter in der Kunſt die Entbindung der Weiber zu befördern. GLOGAU 1770. 8. HALLER.

LUDWIG RUDOLF PEYBERT *kurzer Auszug aus der Lehre von der Hebammenkunſt.* ULM 1770. 8. HALLER.

D. LUD. R. *Auszug aus der Lehre von der Hebammenkunſt zum Behuffe der Hebammen.* ULM 1770. 8. HALLER. (An idem?)

Baſeliſche Hebammenordnung. BASIL. 1770. 4. HALLER.

SAMUEL FRIDERIC SCHEFFEL. Ejus diſp. *de fœtu natibus in partu prodeunte obſervationes & analecta.* GOTTING 1770. 4. Quinquageſimum quemque infantem natibus edi præviis. Non debere inter partus præter naturam numerari. Niſi a natura expediantur, fœtum debere pe-

dibus

dibus adreptis extrahi, etiam cum unci aut forcipis adjumento. HALLER.

FRANC. ARAND. V. *pag.* 208.

CHRIST. FRID. JÆGER & auctoris WILLARD diſſ. *de metaſtaſi lactis.* TUBING. 1770. 4.

J. CAR. HOFMAN. V. *pag.* 209.

GEORG. HERBINIAUX, chirurgus, in *Journal de Medecine* T. XXXII. agit de facili modo ligandi polypi uterini. Tubulo utitur argenteo, duobus terminato foraminibus, per quæ duo fila cannabina trajiciuntur: circa polypum anſam factura.

Ejus *parallele de differens inſtrumens avec les methodes de s'en ſervir pour pratiquer la ligature des polypes dans la matrice en forme de lettre à M. Roux.* La HAYE 1771. 8. Ad litem cum LEVRETO. Icon inſtrumenti. Anſa fit ope contortæ cochleæ. Aliud inſtrumentum Exempla felicis uſus. In LEVRETI inſtrumenta animadverſio. HALLER.

CLEMENT, chirurgus. V. *pag.* 209.

Du BOUEIX. V. *pag.* 210.

GUIOT. V. *pag.* 210.

La MARE. V. *pag.* 210.

PIETSCH. V. *pag.* 210.

GALLOT. V. *pag.* 211.

DOLIGNON. V. *pag.* 211.

GASQ. V. *pag.* 211.

G. MüLLER. V. *pag.* 211.

J. BRUGMANS. V. *pag.* 211.

J. de REUSS. Ejus *naauwkeeurig onderwys in de vroedkonde.* AMSTERDAM 1771. 8. CAMPERUS præfatus eſt. Ligamenta oſſium pubis vidit in puerpera laxiſſima fuiſſe. Claudis fœminis pelvim parum profundam eſſe facilemque partum. REUSSIUS ipſe de palpatione oris uterini. Quæ morentur, placentam annulum nonnunquam ambientia, eſſe etiam ubi in fovea uteri lateat. Quæ partum retardent. Morantibus humeris caput hinc inde agitandum. Oblique procedens caput ſubinde a natura expediri, alias dilatata pelvi egere. Cum fœtus lateraliter prodiret, noſter digitos in os fœtus dedit, altera manu humeros depreſſit. Craſſiores membranas tamen nocere, vitam fœtus nobis occultare. HALLER.

JOAN. JACOB. TANNER. Ejus diſp. *de polypo feliciter ex utero extrahendo.* ARGENTOR. 1771. 4. Felix exemplum, ut ejusmodi fungi commode ligentur, etiam tubulo, cui inde duo annuli adglutinati ſunt, a MEYERO Tigurino chirurgo inventi. Per tubulum introducitur filum argen-

genteum præter anſam intortum, eam anſam ope ſpecilli ad radicem concrementi auctor adplicat. HALLER.

RICH. MANNING *treatiſe on female diſeaſes in which are comprehended thoſe incident to prægnant and childbed woman.* LONDON 1771. 8. HALLER.

EMANUEL FRIES. Ejus diſp. *de uſu forcipis in partu.* ARGENT. 1771. 4.

J. CHRISTOPH. UNZER. Ejus diſp. *de fœminis Europeis & illuſtribus, an earum præ aliis gentibus partus ſunt laborioſiores.* GÖTTING 1771. 4. DRESDÆ partus mortui geniti ſunt 5½ ex 100. Mortes parturientium plurimæ ſunt LIPSIÆ. In toto orbe terrarum fœminæ felicius pariunt, quam in culta Europa. HALLER.

SALOMO v. EMBDEN. Ejus diſp. *de partu çæſareo.* LEID. 1771. 4. HALLER.

HERMAN DIETRICH DUNKER. Ejus *ratio optima adminiſtrandi partus cæſarei.* DUISBURG 1771. 4. diſputatio. HALLER.

J. WILH. MÖLLER. Ejus *critica partus olim enixi diagnoſtica.* GÖTTING 1771. 4. Diſputatio. HALLER.

NIC. du BERTRAND & FRANC. LUD. JOS. SOLAYREZ diſp. *de partu viribus maternis abſoluto.* PARIS 1771. 4. experti juvenis. Recte dilatus partus, cum oſtium uteri peranguſtum eſſet. Facilius fœminam parere, ſi faciem fœtus ad latus ſiniſtrum matris converteris. HALLER.

G. COOPER & H. THOMPSON. V. *pag.* 215.

J. LYNNE. V. *pag.* 215.

EDUARDUS ALANSON. V. *pag.* 215.

De TRESSAN. V. *pag.* 216.

MAUSSION. V. *pag.* 216.

MANGIN. V. *pag.* 216.

ENAUX. V. *pag.* 216.

ROBIN. V. *pag.* 216.

The danger and immodeſty of the cuſtom of unneceſſarly employing man midwives By a man midwife. LONDON 1772. 8. HALLER.

La PEYRE, chirurgus, qui in ANGLIA vixit. Ejus eſt *inquiries whither women with child ougth to prefer the aſſiſtance of their own ſex to that of man midwives* &c. LONDON 1772. 8. Obſtetrices raro ea eſſe peritia, ut in difficili e ſu ſufficiant. Errores obſtetricum. Nullum eſſe immodeſtiæ periculum. HALLER.

A treatiſe on the diſeaſes of infants. LONDON 1772. 8. Anonymi ſed practici hominis minime malum compendium. Chirurgica pauca. Atre-

tæ

tæ omnis generis aperiendæ, frenum linguæ incidendum. Herniæ, HALLER.

In *nouveau dictionnaire* &c. V. *pag.* 217.

PERRET, V. *pag.* 886.

Obſervations ſur le danger & l'inutilité de préparer pendant la groſſeſſe le ſein des femmes qui ſe propoſent de nourrir leurs enfans. PARIS 1772. 12. HALLER.

NATH. HULME *Abhandlung vom Kindbetterinnen-Fieber.* LEIPZ. 1772. 8.

FRANC. XAV. SCHWEDIAUER. V. *pag.* 217.

J. PHIL. HAGEN. V. *pag.* 218.

LEVRETS *kunſt der Geburtshülfe nach den Geſetzen der Bewegungen aus der Naturlehre.* GERA 1772. 8. Varia addita. HALLER.

MATTH. FRANC. ALIX. V. *pag.* 218.

ROY. V. *pag.* 225.

GUILHERMOND. V. *pag.* 225.

CHAUSSIER. V. *pag.* 226.

DANIEL GOTTHELF DIETERICH PEGOLOW. Ejus diſp. *de fœtu brachio in partu prodeunte.* ARGENTOR. 1772. 4. Partuum difficilium maxime frequens eſt brachii unius aut utriusque prolapſus: ſeptem ejusmodi mali genera. Primum PETRUM FRANCO in partu difficili fœtum pedibus extraxiſſe. Non debere caput rotari, ut reducatur, & pedes apprehendi poſſint: cum periculo id molimen conjungi, neque FRIEDIO ſucceſſiſſe. Varia abſurda conſilia rejecta. Adminiſtrationes utiliores in brachii prægreſſione. Uteri contractionem prævalidam venæ ſectione leniri. HALLER.

J. BAPT. du FOUR, & GUIDO FELIX ALLAN *de methodo partus præternaturalis ſpeciem in naturalem convertendi.* PARIS 1772. 4. Ruptis aquis nonnunquam prominere acuminatum quid, & caput cum magno periculo incuneatum eſſe. Hic forcipe caput debet liberari, expulſio naturæ relinqui. HALLER.

CLAUDIUS ANDREAS GOUBELLY & FLORENTIUS CAR. BELLOT *E. capite incuneato vectis forcipibus anteponendus.* PARIS 1772. 4. In omni capitis impacti varietate vectem adhiberi poſſe, cum in multis, & capite in ſuperiori pelvis parte hærente, forceps locum non habeat. Ut vecte ſit utendum. HALLER.

J. GOTTL. THAU & præſ. PHIL. ADOLPH BOEHMER. Ejus diſp. *de abortu habituali.* HALÆ 1772. 4. HALLER.

JUST.

Just. Frid. Lind. Ejus diſp. *de ruptura uteri ejusque ſequelis, & methodo medendi.* Erford. 1772. 4. Fundus uteri ad duas uncias craſſus, latus dextrum vix cultri dorſi, a pedibus fœtus perforatum. Haller.

The modern practice of midwifery conſidered. Lond. 1773. 8. Scopus eſt oſtendere, poſſe viris obſtetriciis careri, moribusque cautum fore, ſi eorum uſus aboleretur, qui neceſſariam modeſtiam fœminarum corrumpat, ut dediſcant erubeſcere. Inſtrumenta ad partum promovendum nullius eſſe uſus; forcipes vel non admoveri poſſe; vel eo tempore admoveri, quo natura ſola labori ſufficiat. Expectatione partus felicius expediri, a viris obſtetriciis male præcipitari &c. Haller.

Wahre Beſchreibung zweyer aneinander gewachſenen Kinder mit einer Kupfertafel. Frankfr. 1772. 8.

John Leake, medicus. Ejus *lecture introductory to the theory and practice of midwifery.* London 1773. 4. Germanice Leipz. 1778. 8. Huc pertinet diſſertatio de forcipibus. Contra forcipem Levreti: non poſſe uſui eſſe, quando maxima ejus ſit neceſſitas; ob brevitatem conveniere, quando pueri caput profunde nunc in pelvim deſcendit, ſed eo in rerum ſtatu naturam ipſam partum expedire: quando pelvis perangusta, caput peramplum eſt, vires exhauſtæ ſunt, & periculum imminet, forceps longa, & curva laudatur, a Leakio inventa, cujus tria crura ſunt, & crus tertium eſt pro vecte, uterumque defendit, ne vim patiatur. Duo crura ſolita utrinque lateribus capitis fœtus adplicantur, tertium inter occiput & os pubis: idem caput ab eo oſſe ſemovet, & intercedit, ne forceps labaſcat. Haller.

J. C. Breithaupt, medicus Caſſelanus. Ejus *Nachricht der von dem Herrn Profeſſor* Stein *zu Caſſel beſchriebenen Bruſt oder Milchpumpe.* Cassel 1773. 4. Laudatur in *deutſcher allg. Bibl. 23. Band. 2. St.* pag. 501.

P. G. van Bareghem *aanmerkingen over de berugten kayzerſnee.* Dendermonde 1773. 8. Haller.

Kort onderwys in de Vroedkunde by vragen en antwoorden. Leeuwaarden 1773. 8. Haller.

Jodocus Ehrhard, phyſicus Memmingenſis. Ejus *Sammlung von Beobachtungen zur Geburtshülfe.* Frankf. und Leipz. 1773. 8. Medici artem obſtetriciam exercentis bonum opus. Varii ſitus obliqui fœtus, a ſitu obliquo capitis diverſi, aliquando cum eodem conjuncti. Situs obliqui forcipe expediti. Quibus in caſibus eo inſtrumento utendum ſit, quibus præſtet pedes adripere, fœtum invertere, quæ adminiſtratio ab auctore frequentius exercetur. Uterus ruptus, quod dexter humerus ad os pubis adliſus & fractus eſſet. Oblique poſiti fœtus, ſervati expeditis humeris; neque

neque enim ſemper ſufficere caput expediiſſe. Mortua, cui ob hæmorrrhagiam graviorem fœtus extractus fuerat. Obliquum uteri oſculum partum non impedire, niſi una ipſe fœtus oblique poſitus fuerit. Inverſio in omni obliquitate utilis. Lentiſſimo & retardato partu metus lacerati uteri ſuperatus. Signa ejus periculi; neque abdomen diminuitur, neque dolores partum promovent, etiam acres & frequentes: eo in caſu oſſa pubis cum crepitu diſcedere. Periculoſi partus a præcedente placenta, & nonnunquam lethales. Fœtus collo in partu prodiens debet pedibus educi. Umbilicus præcedens & brachium: & præter neceſſitatem, & fruſtra, brachium detruncari. Partus præcedente cubito: mento ad os pubis retento. Secundinæ reſides: patientiam noſter commendat, neque ullum inde urgens eſſe periculum, & placentam nunquam absque periculo evelli. Expectatione etiam retenta in fovea placenta ſolvitur. Partus difficilis a transverſis humeris, in quo caſu caput auctori aperiri neceſſe fuit. Ita HALLER. Præfatio & catalogus auctorum deſideratur. Obſervationes numero quadraginta, nihil notabile præſeferunt, præter theoriam novam eamque erroneam. Praxis itaque auctoris, tali theoriæ innixa, mala ſit oportet. Ita in *deutſcher allg. Bibl.* 23. *Band.* 2. *St.* pag. 497.

Idem in *N. A. Nat. Cur. Vol.* V. *obſ.* 5. retulit de utero in partu rupto ob hærentem humerum. HALLER.

CAR. JOS. OEHME. Ejus diſp. *de morbis recens natorum chirurgicis.* LIPS. 1773. 4. Minutiſſime. Tumor capitis, abſceſſus, caries. Hernia cerebri anguſta vitta curanda. Spina bifida. Ancyloblepharon. Frenuli linguæ vitia. Hernia congenita. Atretæ feliciter apertæ. HALLER.

J. HENR. BLUMENTHAL. Ejus *iſchuria hyſterocyſtica.* LEID. 1773. 4. In hac diſputatione retentionem urinæ deſcribit, quæ fit in prægnantibus, parturientibus, & puerperis, illam quidem a fœtu & utero veſicam comprimente oriri, cui malo partim manu ſubvenit, ex conſilio MOTTII, partim cathetere pene duplo longiori, novem pollicum, tum introducto peſſo. A partu uterus inverſus aut prolapſus poteſt iſchuriam facere: deque ejus indole agit. HALLER.

J. THOMAS PHIL. HENR. DUPARC. Ejus diſp. *de partu difficili.* MONSPEL. 1773. 4. HALLER.

JOHANNES STEYRER, Muravo-Styrus. Ejus diſſ. inaug. *ſiſtens animadverſiones in uteri inflammationem.* WIEN 1773. 8.

CHARNAUX. V. *pag.* 228.

MAUSSION. V. *pag.* 229.

DELAGARDE. V. *pag.* 229.

FRANC. ZANETTI. V. *pag.* 229.

F. Bell in *Med. Comment.* II. *n.* 1. retulit de fœtibus poſt fere 21. menſes exciſis.

Thomas Percival ibid. poſt 22. annos fœtum per alvum vidit egeri. Haller.

Hagen. V. *pag.* 235.

Riesenbach. V. *pag.* 235.

Giesemann. V. *pag.* 235.

Dibbel. V. *pag.* 235.

J. Philip. Royert. V. *pag.* 236.

H. Augustus Wrisberg in *Gött. Anz.* 1774. *n.* 42. & procul dubio in *T. V. Comm. Soc. Reg. Gott.* dixit prolapſum vaginæ, labia calculoſa cruſta obducta, calculum in abſceſſu, qui videtur per ulcus ex veſica elapſus fuiſſe. Tantum tamen malum ſanatum. Haller.

A. Figuet. V. *pag.* 236. & 239.

Jean Noe'. V. *pag.* 237.

Claud. Hilar. Laurent. Ejus diſp. *de uſu & abuſu inſtrumentorum in arte obſtetricia.* Argentor. 1774. 4. Haller.

Joh. Wilhelm. Gulbrand. Ejus *de ſanguifluxu uterino.* Hafniæ 1774. 8. alii 1777. 8. Laudatur a celeberrimo Tode.

Hebammenkunſt zum Nutzen und Gebrauch ſowohl für die Hebammen, als die Gebährende in Kürze vollkommen verfaſſet. Lüneb. 1774. 8.

J. Jac. Belletete, & auctoris J. Matthæi du Frasne *E. ligaturæ polyporum uteri inſtituendæ nova methodus anteponenda.* Paris 1774. 4. Cum icone inſtrumenti. Haller.

Theobaldus Stephanus Lauveriat præſide P. M. Bottentuit in hæc verba diſputavit *E. utilia in graviditate, in partu, & poſt partum balnea.* Paris 1774. 4. Balneum uteri evolutionem ante partum adjuvare: in partu relaxare uterum, cujus ſtrictura princeps partus impedimentum ſit: poſt partum inflammationis & gangrænæ uteri periculum tollere. Haller.

Barbault *traité theorique & pratique des accouchemens.* . . . . Seculi XVII. Ita Haller.

Vespre. V. *pag.* 237.

Milleret. V. *pag.* 237.

Giroud. V. *pag.* 238.

RAPHAEL JOHAN. STEIDELE, (Tyrolenſis Oenipontanus, Noſocomii Hiſpanici chirurgus ordinarius, Anatomiæ, Chirurgiæ, & Artis Obſtetriciæ Profeſſor extraordinarius Vindobonenſis, qui etiam Medicinæ ſtudioſos tum artem obſtetriciam, primum in ſtatua & in machinis aliis aptiſſimis, quas expertiſſimus vir ad hunc finem excogitavit, & poſtea in cadavere, tandemque ad ipſos parturientium lectos; tum etiam praxin & operationes chirurgicas publice docet). Ejus eſt *Unterricht für die Hebammen*. WIEN 1774. 8. (auctius & cum titulo *Lehrbuch von der Hebammenkunſt*. Ibid. 1775. 8. cum iconibus). Minime malum compendium. Cum pro obſtetricibus ſcripſerit, quas non oporteat inſtrumentis uti, omnino in tota arte de eorum adminiſtratione ſilet, eaque auxilia ſola docet, quæ manu absque alio adminiculo poſſunt præſtari. Omne genus partus difficilis ſolicite exponit, ut ab ore uteri oblique poſito, ab anguſtia pelvi, a malo ſitu fœtus, a nimia alicujus partis mole, a præcedente placenta vel funiculo, ab aliis cauſis partus retardatus fuerit. Signa, diſcrimina, encheireſes plenius fere tradit, quam alius quisquam. Amplæ pelvis pericula, etiam elabentis ſubito fœtus mortes. Sæpe in difficili caſu expectat mortem infantis, poſtquam collapſæ partes facilius expediantur: ſecundas retentas non facile manu adgreditur, multumque a natura ſperat. HALLER.

Ejus *Abhandlung von dem unvermeidentlichen Gebrauch der Inſtrumenten in der Geburtshülfe*. Ibid. 1774. 8. Majores laudes ſibi meruit (o) auctor hocce opere, quam præcedenti. Regulæ practicæ, & methodus applicandi forcipem curvam. De excerebrando cranio. Ut abruptum caput fœtus in utero retentum inſtrumentis ſit extrahendum. De modo aperiendi thoracem. De ruptura uteri. De ſectione cæſarea. De uſu inſtrumenti Roonhuyſiani, quem non valde probat. Proprio inſtrumento incuneatos fœtus nates expedit.

Ejus *Sammlung merkwürdiger, und für Aerzte, Wundärzte, hauptſächlich aber für Geburtshelfer und Hebammen nützlicher Beobachtungen von der in der Geburt zerriſſenen Gebährmutter, mit Anmerkungen*. WIEN 1774. 8. Obſervationes ſunt quatuor lectu dignæ, cum icone. Judicium ſuum ubique interponit.

Ejus *Nachtrag zur Sammlung merkwürdiger Beobachtungen* &c. Ibid. 1775. 8. Brevis quidem at utilis obſervatio cum animadverſionibus, cumque icone adjecta. Ita in *deutſcher allg. Bibl.* 31. *Band.* 1. *St.* pag. 193. & 194.

THOMAS REINDEL, medicus. Ejus *kurzer Unterricht für die Hebammen und Wöchnerinnen in Städten und auf dem Lande*. EISENACH 1774. 8. MEUSEL.

(o) In *deutſcher allg. Bibl.* 31. *Band.* 1. *St.* pag. 191.

Antonius Stodolny, Sileſius Blendovicenſis, medicus breviſſimi ævi. Ejus eſt diſſ. inaug. *de doloribus poſthumis.* Wien 1774. 8.

Sabini Secundi *Verſuch eines Hebammen Examinis über die vornehmſten natürlichen Puncte, und zum Accouchement.* Chemnitz 1774. 8. Compilatio nullius momenti. Ita in *deutſch. allg. Bibl. 26. Band. 2. St.* pag. 448.

Die Erzeugung der Menſchen und Heimlichkeit der Frauenzimmer, von Tiſſot. Zweyte Auflage. Frankfurt 1774. 8. Temere congeſtus labor nonneminis, qui Tissoti nomen impudenter titulo præfigere auſus eſt. Ita in *deutſch. allg. Bibl. 28. Band. 1. St.* pag. 177.

Die Kunſt, das menſchliche Geſchlecht fruchtbar zu machen. Langensalza 1774. 8. Farrago remediorum adeo ineptorum, ut his deteriora vix poſſint ab ulla impoſtorum fraude effingi. Conſilia tamen quædam chirurgica ex Platnero ſumpta, nec non ſententiam Hippocratis de ſterilitate mulierum reperies. Ita in *deutſcher allgem. Bibl. 28. Band. 1. St.* pag. 179.

Georg. Chr. Arnold, Medicinæ & artis obſtetriciæ practicus Lesnæ in Polonia majori, A. N. C. ſocius. Ejus *tractatus de partu ſerotino CCCXXIV. dierum, ex œdemate uterino cum ſingulari graviditate & puerperio.* Lips. 1775. 8. Caſus memorabilis, ab auctore obſervati, exacta deſcriptio; unde patet virum in arte obſtetricia non male eſſe verſatum. Ita in *deutſcher allg. Bibl. 28. Band. 1. St.* pag. 185.

Ejus *Gedanken von der Zuläſſigkeit der Meynung, die Mutter würke in die Bildung ihrer Frucht durch die Einbildung, nebſt einigen dahin gehörigen Beobachtungen.* Leipz. 1775. 8.

Franc. Ferdinand. Neureiter, Bohemus Nettolitzenſis. Ejus diſſ. inaug. *de depoſitionibus lacteis.* Wien 1775. 8.

Busch. Ejus diſp. *de partu naturali difficili propter humerorum iniquum ſitum.* Strasburg 1775. 4. Tode.

Thomas Josephus Aliprandini, Tyrolenſis Valeſoletanus, egregius nunc phyſicus Leitæpontanus. Ejus *diſſ. inaug. ſiſtens generalia circa parturientes, & puerperas.* Wien 1775. 8.

Gisi. Ejus diſp. *de neceſſario inſtrumentorum in arte obſtetricia uſu.* Strasburg 1775. 4.

Ruhland. Ejus diſp. *de partu præternaturali ac difficili ob procidentiam funiculi umbilicalis juxta caput.* Strasburg 1775. 4. Laudat celeberr. Tode (p).

Boun-

(p) In *mediciniſch chirurgiſche Bibl. 5. Band. 1. St.* pag. 118.

BOUNDER. Ejus *nova methodus removendi a partu omnia, quæ prævideri poſſunt, obſtacula.* STRASBURG 1775. 4. Diſputatio. Minime laudat TODE (q).

JACQUEREZ. Ejus diſp. *de partu quodam naturali laborioſo propter gangrænam in utero præexiſtentem & rupturam.* STRASBURG 1775. 4. Memoratu dignam hujus partus hiſtoriam eſſe SERINI teſtatur TODE (r).

Le BLANC. V. pag. 311.

JALOUSET. V. pag. 239.

JUVILLE. V. pag. 240.

EDWARD RIGBY. Ejus *an eſſay of the uterine hæmorrhagie, which precedes the delivery of the full grown fœtus. Illuſtrated with caſes.* LONDON 1775. 8. Etſi pervulgata jam omnia, lectu tamen digna. Ita TODE (s).

J. J. GARDANE, medicus, & Rector Facultatis medicæ Pariſienſis. Ejus *detail de la nouvelle direction du bureau des nourrices de Paris; pour ſervir de modele à de pareils établiſſemens. On y a joint deux conſultations medico-legales relatives a cet objet.* PARIS 1775. 8. Utilis liber. Relationes eæ ſunt de infantibus lue venerea infectis. RICHTER.

GUST. F. JÆGERSCHMID, qui obiit a. 1775. Ejus *Unterricht für Hebammen in dem Badiſchen Lande.* CARLSRUHE 1775. 8. Partem ſecundam adjecit CHRISTIANUS LUDOVICUS SCHWEIKHARD. Ibid. 1776. 8. MEUSEL.

CHRIST. HENR. SCHREYER. Ejus *cautelæ nonnullæ circa ſecundinarum eductionem.* ERLANG 1775. 4.

HELM. V. pag. 241.

HENCKEL. V. pag. 241.

HOUSSET. V. pag. 241.

COOPER. V. pag. 242. & 244.

BERNARDUS GUERARD, Medicinæ & Chirurgiæ doctor, Profeſſor Anatomiæ, Chirurgiæ & artis obſtetriciæ Strasburgenſis. Ejus *Anfangsgründe der Geburtshülfe, zum Gebrauch ſeiner Vorleſungen, und Vortheil aller Geheyratheten.* DÜSSELDORF 1775. In cap. 1. brevis deſcriptio anatomica partium genitalium fœminæ. In 2. & 4. morbi prægnantibus, & puerperis proprii. In 3. de partu. In 5. ſive ultimo de iis, quæ circa recens natos infantes obſervanda veniunt. Inſtrumenta etiam aliqua. Vectis Roonhuyſianus nonnihil emendatus. Adjectæ ſunt aliquot formulæ medicamentorum. RICHTER.

COCK-

(q) Ibid. pag. 123. (r) Ibid. pag. 126. (s) Ibid. 6. *Band.* 2. *St.* pag. 327.

Cockson. V. *pag.* 242.

Alexander. V. *pag.* 243.

Macbride. V. *pag.* 244.

Hooper. V. *pag.* 244.

Bird. V. *pag.* 244.

Gartschore. V. *pag.* 244.

Hunter. V. *pag.* 244.

Le Roux *obſervations ſur les pertes de ſang des Femmes en couches, & ſur les moyens de les guérir.* Dijon & a Paris 1776. 8. Opus practicum viri plurima experti. Cauſæ hæmorrhagiæ uteri variæ. Ut ea ſiſtatur. Ut inverſus uterus reponatur, fuſe. Richter. V. *pag.* 184.

Girand. V. *pag.* 245.

Johannes Melchior Æpli. Ejus *die ſichere Zurücklaſſung der Nachgeburt in beſtimmten Fällen, mit Gründen und Erfahrungen bewieſen und den Hebammen auf dem Lande gewidmet.* Zürich 1776. 8.

Johan. Gottlieb Walter, Profeſſor Anatomiæ & Artis obſtetriciæ Berolinenſis. Ejus *Betrachtung über die Geburtstheile des weiblichen Geſchlechts; vorgeleſen in der königl. Academ. der Wiſſenſchaften. Mit Kupfer.* 1776. 4. Scribendi occaſionem præbuerunt tres anatomici caſus rariores ab ipſo auctore obſervati, quos hic deſcriptos iconibus etiam exactis illuſtrat. Prima obſervatio, oppido rara, eſt de utero *bifido, bicorni.* Altera de membrana præternaturali, orificium vaginæ penitus occludente, retro quam hymen adhuc integrum repertum, ut tamen veſtigia quædam ad uteri orificium conſpicerentur, ex quibus conjici poſſet, vel abortum paſſam aliquando fœminam, vel molam, natam forte ex ovo non impræegnato & in uteri cavitate retento, geſtaſſe, quæ mola per exiguum vaginæ orificium denique excluſa fuerit. Tertia tandem obſervatio eſt de fœtu ventrali, qui placenta, funiculo umbilicali, aliisque membranis deſtitutus, extra uterum viginti tres circiter annos retentus, in lapideam fere duritiem abiverit. Ejus deſcriptionem alia occaſione ſe daturum promittit auctor. De ſignis virginitatis. Negat dari veras fibras uteri muſculares, etſi maximi anatomici, imo & ipſe Hallerus & Hunterus viderint & delineaverint: nunquam enim eas detegere noſter potuit. Vim contractilem uteri maximam a vi muſculari copioſarum arteriarum uteri repetit. Alias etiam phyſiologicas quæſtiones & ratiocinia proponit: cur fiat, ut viragines ſæpe ſteriles ſint: cur fœminæ quædam ſtatis ſemper graviditatis temporibus abortum patiantur, &c. Sed auctorem ipſum, omnia pro acuto ſuo ingenio abunde dilucidantem, oportet legere. Reliqua egregii hujus operis

pars

pars promiſſa avide expectatur. Ita in *deutſcher allg. Bibl.* 29. *Band.* 2. *St.* pag. 493.

CAROLUS STRACK, in Univerſ. Mogunt. inſtitutionum medicarum Profeſſor publicus ordinarius, Acad. Erford. & Acad. ſoc. Haſſ. Gieſſen. ſocius. Ejus *ſermo academicus de fraudibus conductarum nutricum habitus in Auditorio Univerſitatis Moguntiae die* 21. *Auguſti*, *anno* 1776. prodiit FRANCOF. ad MOENUM 1779. 8. Conducendi nutrices morem, olim non niſi infirma vel mortua matre uſitatum, eo degeneraſſe, ut hodie matres praebere proli ſuae ubera plebejum quid ac vile putent, merito queritur celeb. auctor. Fraudes nutricum, propria etiam experientia detectas exponit: vulgaris nutrices explorandi modus nequaquam ſufficit ad labem in iis mature detegendam; accuratiorem autem explorationem conſcia labis foemella non fert ob pudicitiam, quam aſtute ſimulat; aut ſi conſcia non ſit, in ejus tamen corpore fomes latere poteſt, relictus a morbo, quem in tenera aetate forte paſſa fuerit: puta tineam, cruſtam lacteam, ſcabiem, ſcrophulas &c. Praeter ſuſpicionem labis, aliae fraudes ſubeſſe poſſunt, vel quod ſuam nutrix prolem minoris atque eſt aetatis mentitur; vel alienam, optime valentem, pro ſua imbecilli obtrudit; vel penuriam lactis ingenioſe, antequam ſe inſinuet, compenſat, negatis proli ſuae per 24. horas uberibus, ac deinde creditam ſibi prolem alio quopiam, ob lactis penuriam, alimento clam infarcit. Aliae nutrices opiatis, paneve ſaccharato, nodulis indito, ſomnum proli conciliant; aliae puellum in eodem ſecum lecto, periculoſe utique, detinent: ſic praecavere ſtudentes, ne aut ſuctione infantis moleſta defatigentur, aut vagitu de ſomno excitentur.

ALPHONSE le ROY, medicus, & Profeſſor artis Obſtetriciae. Ejus eſt *la pratique des accouchemens, contenant l'hiſtoire critique de la doctrine & de la pratique des principaux Accoucheurs, qui ont paru depuis Hippocrate juſqu'à nos jours: pour ſervir d'introduction à l'etude & à la pratique des accouchemens.* PARIS 1776. 8. Sunt praeliminaria magni completique de arte obſtetricia operis, quod auctor molitur, & cujus adumbrationem hic adjecit. Continent hiſtoriam Artis ab origine uſque ad noſtra tempora, cum criticis in quemlibet auctorem animadverſionibus. Ac omnium primo HIPPOCRATEM regulas ex obſervationibus natas in formam artis redegiſſe: contineri enim in ejus libro *muliebrium* regulas ſane eximias, quarum pleraeque hodie paſſim male negliguntur: multum divum ſenem fuiſſe ſolicitum in praeparandis ad partum genitalibus, dum ea emolliret tum vaporibus tum unguentis; foetum in utero ſitum triplici modo conſideraſſe: 1. tranſverſim obliquum, 2. capite & 3. pedibus praevium; partum, in quo foetus pedes primo obtulerit, tanquam periculoſiſſimum metuiſſe; iniquum infantis ſitum ſitu vario parienti imperato emendare conatum fuiſſe, quod crederet foetum libere

libere in utero locari, ut quaquaverſum ſe movere poſſit; putaſſe etiam fœtum propriis viribus partum non parum adjuvare, quare, mortuus ſi fuerit, nunquam ſine artis auxilio excludi poſſe. GALENUS, theoriæ & quæſtionibus immorans phyſiologicis, praxin obſtetriciam ne attigit quidem; *culpute* ſtatuit. AETIUS eſt compilator. PAULUS ÆGINETA, vir optime de arte obſtetricia meritus, fœminas artem publice docuit, in adminiſtrationibus adeo felix, ut patientium auxiliator diceretur, pauca tamen ſcripta reliquit: ejus eſt conſilium, ut ſi pedes fœtus obtulerit, iis adreptis extrahatur; caput fœtus præmagnum dividi jubet. AVICENNA rerum inſolitarum amans ex ÆGINETA omnia deſcripſit, primus tamen forcipis quamdam ſpeciem exhibuit. ALBUCASIS ſpretis naturæ conaminibus ad inſtrumenta confugit. RHODIUS poſt longum temporis, quo ſcientiæ jacebant, intervallum, primus artis reſtaurator exſtitit: totus practicus, theoriæ oſor. Multi eo uſi fuere, quin nominarent, non pauci eum vituperarunt, quin intelligerent aut legerent. Primus partum præviis fœtus pedibus non adeo metuendum eſſe cenſuit. Nemo ante illum tam diverſos fœtus in utero ſitus deſcripſit. Inſtrumenta rejicit. PARE', GUILLEMEAU, MAURICEAU oblivioni fere RHODIUM tradidere: nullibi enim ſuis in operibus RHODIUM citant, ex quo tamen plurima ita deſcripſerunt, ut ne latum quidem unguem ab eo diſceſſerint. Quidquid PARÆUS de arte obſtetricia protulit, mera ſunt fragmenta ex Græcis, Arabibus, & ex RHODIO collecta. Magno artis obſtetriciæ damno PARÆUS inſtrumentorum excitavit libidinem. GUILLEMEAU inepte compilavit. MAURICEAU, ſoli obſtetriciæ arti deditus, laudum ſuarum præco parum verecundus, fontes, ex quibus hauſit, ſuis in ſcriptis reticuit. Conceptum in tubis Fallopianis fieri negabat. Inſtrumentum invenit inutile & formidabile, ad caput fœtus extrahendum. Opinionis præconceptæ adeo tenax erat, ut rebus manifeſte veris contradiceret. Mechaniſmum partium generationi inſervientium ignoravit, ideoque inſtrumenta amabat. Eodem hoc tempore CHAMBERLAIN in ANGLIA forcipem invenit, quam pro arcano vendendam in GALLIAM attulit; ſed MAURICEAU invidia ductus obſtitit, ne vendere poſſet, hinc CHAMBERLAIN rebus infectis GALLIAM reliquit. Majora cæteroquin merita ſibi MAURICEAU tractatu de morbis fœminarum, quam adminiſtrationibus obſtetriciis comparavit. Iis temporibus vixerunt etiam PEU, DIONIS, PORTAL, VIARDEL, vix bene de arte obſtetricia meriti. Hos inter & DEVENTER fuit; ſed hujus viri inventa, opusque incomparabile, epocham hiſtoriæ de obſtetricia conſtituunt. Ab inſtrumentis abhorrebat. Ei tanti momenti doctrina de obliquitate uteri debetur, quam tamen pauciſſimi intellexere. Is artem obſtetriciam genuinis principiis ditavit. La MOTTI opus, perquam utilia continens, applauſum meretur. RUYSCHIUS & ROONHUYSIUS arcanorum ſordidi negotiatores,

res, qui inventum a CHAMBERLAINO inſtrumentum emerint, occultaverint, vendiderint denique magno pretio, ſed ita immutatum, ut quot emtores, tot inſtrumenta diverſa exſtiterint, genuinum tamen nemo poſſederit. Hac verſutia ROONHUYSIUS effecit, ut ipſius hæredes, tanquam magni arcani poſſeſſores fama inclaruerint. PALFYN quotannis LONDINUM iter ſuſceperat luſtrandi cauſa, ut, ſi quid novi ibidem expiſcaret, id PARISIIS pro ſuo invento obtrudere poſſet. CHAPMANS edidit opus, quod fere nihil in ſe continet præter laudem inſtrumenti CHAMBERLAINI & eriſim in DEVENTERUM. DAWKES, diſcipulus DEVENTERI, magiſtrum ſuum ejusdemque præcepta tuetur. Varios fœtus ſitus exactius quam DEVENTERUS recenſet: ſic & tranſitum capitis per anguſtiam pelveos. Circa hæc tempora Gallorum ſtudium, neglectis artis principiis, maxime fervebat in inſtrumentis aut novis inveniendis, aut antiquis emendandis, cum interim in ANGLIA principia & incrementa artis ſolicite quærebantur, a Gallis acriter quidem tum oppugnata. MANNINGHAM eſt auctor claſſicus. OULD menſuram pelvis accuratiſſime determinavit; ſed obliquitatem uteri, rem manifeſte veram negavit. MENARD ſcriptor ſumme methodicus, ſed inſtrumentorum fautor immoderatus; ejus emendatio forcipis Anglicanæ nullius eſt momenti. ASTRUC eſt mere theoreticus, nullius rei inventor, ex antiquis ſua collegit; artem tamen ad ſaniora principia revocare tentavit. Iisdem fere temporibus erecta eſt PARISIIS ſchola artis obſtetriciæ publica: PUZOS cathedram primus conſcendit. Hic vir mechaniſmum partium generationi dicatarum ignorans, de iis, quæ partum conſequuntur magis, quam de ipſo partu erat ſolicitus; morbos mulierum potius excolebat, quam ipſas artis encheireſes. De LANDES ſcripta a PUZOS inordinatiſſima relicta in ordinem redegit. RÖDERER principia LEVRETI combibit, & vel ideo quoad vixerit ineptus factus ad obſtetricium munus rite obeundum. Ejus *obſervationes de partu laborioſo* horrorem incutiunt, & terribiles produnt effectus inſtrumentorum tam pertinaciter admoveri ſolitorum. Ejus porro liber in GALLIA gallice verſus eſt, & LEVRETO attributus; nempe fluminis aquæ ad fontem verſæ recurrerunt. SMELLIE unus ex præſtantiſſimis in hac arte viris. Felix eo magis, quod errores & præjudicia, quibus in GALLIA imbutus erat, tempeſtive provideque depoſuerit: varias pelvium capacitates, & ſitum fœtus recte, exacteque definit; forcipem emendat, ejusque uſum oſtendit; cæterum inſtrumenta vitat. Inter 600. obſervationes ejus vix 12. caſus invenies, in quibus inſtrumento uſus fuerit. LEVRET, nullis imbutus principiis, ipſe ſibi contradicit, arcanorum & inſtrumentorum venditor; abſurdam defendit opinionem *culbute*; falſo ſibi perſvadet ſitum fœtus varium a varia placentæ ad uterum adhæſione dependere. ANTOINE PETIT dignus DEVENTERI & SMELLIE ſucceſſor. KAMPERUS ſpernitur. HUNTERUS & LEAKE

Rrrrrrr 2 uter-

uterque magnus, perſpicax, expertus, ac firmi judicii vir obſtetrix. (Gallorum nemo unus adhuc tam libere ſentiens de ſuis, tam Anglis favorabilis ſcriptor exſtitit. Equidem nemo inficias ibit, judicii maturitatem ex hac dijudicatione emicare, abhorrentem ejus ab inſtrumentis animum applauſum mereri, ipſum denique obſtetricem eſſe, quem lectio, meditatio, experientia commendant: ſed tamen magna ſuſpicio eſſe poteſt, an non forte inveteratum medicorum in chirurgos odium aliquam hujus tam ſeveri judicii partem ſibi vendicet. Ita Richter).

Carol. Franc. Hopfenstok, Bohemo-Pragenſis. Ejus *diſſ. inaug. medico-chirurgico-obſtetricia de hiſterotomia.* Wien 1776. 8.

Joseph Gerson. Ejus præſide Murray *ſylloge obſervationum de partu laborioſo.* Gótting. 1776. 4. Egregius vir (Tode ſuum antea diſcipulum fuiſſe ait) majora longe præſtitit, quam quæ ſpeciminis academici nomine veniant. Res magni momenti, quæ in hac diſputatione continentur, dictioque pura & elegans, ornatus denique libelli externus lectorem valde oblectare valent. Obſervationes 15. notatu dignæ. In prima agitur de perforatione cranii in hydrocephalo. *Obſ.* 2. & 3. de modo applicandi forcipem ad caput fœtus male locatum extrahendum: auctor eſt Saxtorph; qui de his egit in T. I. *collect. ſociet. med. Hafnienſis.* In *obſ.* 4. partus ob præcedens brachium difficilis, facta inverſione expeditus. *Obſ.* 5. & 6. partus a convulſionibus retardatus. *Obſ.* 7. lethalis uteri & veſicæ ruptura. De hac retulit Rogert in T. II. *collect. ſociet. med. Hafnienſis:* noſter vero ſuam potius eſſe obſervationem contendit, quod & partui adfuerit, & ſectionem cadaveris peregerit; hinc & accuratius eam deſcribit. *Obſ.* 8. iſchuria, quæ partum facillimum ſequebatur, octavoque die convulſiones, aliaque graviſſima ſymptomata excitavit. *Obſ.* 9. a reſtitantibus in utero ſecundinarum reliquiis febris putrida, quæ & in T. II. *collect. ſoc. med. Hafn.* deſcribitur. *Obſ.* 13. &c. de hæmorrhagiis uterinis. Tode (t).

Armbruster. Ejus diſp. *de felici uteri poſt partum inverſi repoſitione.* Strasburg 1776. 4. Eſt obſervatio Profeſſoris Siebold. Ita Tode (u).

Gutsch. Ejus diſp. *de eclampſia parientium, morbo gravi quidem, neque adeo funeſto.* Leipzig 1776. 4. Tode.

Askow. V. *pag.* 250.

Maximilianus Stoll. V. *pag.* 251.

W. C. Alberti, medicus Berolinenſis. Ejus *kurzgefaſster Hebammenkatechiſmus, oder deutlicher und faſslicher Unterricht in der Entbindungskunſt — nebſt einem Anhange von Krankheiten junger Kinder.* Berlin 1777. 8. Meusel.

Recit

(t) In *mediciniſch-chirurg. Bibl.* 5. *Band.* 1. *St.* pag. 107. (u) Ibid. 3. *Stück* pag. 609.

Recit de ce qui s'eſt paſſé à la Faculté de Medecine à Paris, au ſujet de la ſection de la ſymphiſe des os pubis, practiquée ſur la Femme Souchot. Paris 1777. 4. Ut Sigaultio tum ſectio cæſarea plena periculi, tum oſſa pubis manifeſte in partubus naturalibus diſcedere obſervata cogitationem ſuppeditaverint, poſſe ſectionis cæſareæ loco tutius longe ſectionem ſynchondroſeos oſſium pubis inſtitui, ad fœtum arcta nimis in pelvi hærentem expediendum. Ut Academia chirurgica Pariſina novum hocce inventum ab auctore propoſitum ſpreverit, ſolum ſi Camperum (vide *pag.* 1195.) excipias, qui, certius aliquid ut ſtatueret, experimenta in animalibus cepit, nec vano eventu. Ut noſter, accepta ea repulſa, ſuam defenderit opinionem binis diſputationibus tum Pariſiis tum Andegavi publicatis, confirmaverit denique operatione, quam caſus obtulit in fœmina 39 annos nata, nomine Souchot. Quater ſe jam antea huic fœminæ, corpore undique deformi & cacochymico, parienti adſtitiſſe, totiesque fœtum nonniſi arti auxilio & difficulter & mortuum de utero extraxiſſe. Ut Levretus, dum quarta vice parturiret fœmina, minorem pelveos diametrum menſuraverit, 2½ uncias habere deprehenderit, nec tamen aut ipſe aut alii, qui una aderant medici & chirurgi, ſe perſuaderi paſſi ſint ad inſtituendam ſectionem ſynchondroſeos, jam tum a noſtro propoſitam; quin potius verſionem magna vi & fruſtra moliti fuerint ſinguli ad fatigium uſque, donec fœtus capite penitus complanato, prælongo, mortuus de utero extraheretur: confeſſi demum pelvim eſſe ejusmodi, de qua fœtum absque cæſarea ſectione expedire nequeas. Ut ſectionem noſter calendis Octobr. inſtituerit poſtquam ad parturientem quinta jam vice fœminam eandem accerſitus eſſet: perſciſſa ſcilicet primo fuit cutis & adipoſa ſupra oſſa pubis, deſcendendo ad commiſſuras fere labiorum, inciſi deinde muſculi pyramidales & linea alba, per quam aperturam inmiſſus index ſiniſtræ manus longitudinaliter juxta ſuperficiem ſymphiſis internam, reſectum demum ligamentum & cartilago, ut mox oſſa pubis ad 2½ uncias diſſilirent. Hoc facto, ruptæ membranæ, quæſiti pedes, & his adreptis fœtus vivus eductus. Capitis infantis diameter erat 3½ unciarum; unde concludas, nullam naturalem fœtui viam patuiſſe. Operatio non ultra quinque minuta protracta. Excuſandam eſſe tum ſectionem cartilaginum a recto itinere ſiniſtrorſum flexam, tum factam veſicæ in collo læſionem, ex qua urinæ incontinentia; duos hoſce errores, alias facile evitabiles, hic evitari non potuiſſe ob lucem obſcuriorem, ob inſtrumentum parum aptum, obque cætera impedimenta. Ægra nihil grave poſt operationem paſſa. A vulnere, paucos per dies dolente, moleſtus in latus cubitus, urinæ incontinentia. Oſſa pubis 16. die ab operatione conferbuerunt. Trigeſimus quartus dies deligationis erat ultimus, & 47. dies gradiendi initium. Ut noſter ſequenti poſt operationem die illico ad facultatem medicam Pariſinam de

caſu hoc retulerit petieritque & obtinuerit duos, qui rem toto curationis tempore ſuis uſurparent oculis. Eorum hic teſtimonia adjunxit. Fœmina ipſis calendis Decembr. in Conſeſſu Facultatis Medicæ ut reſtitutam ſe teſtata ſit, unica excepta, dum erecto eſſet corpore, urinæ incontinentia; ut tamen & hæc moleſtia in dies minueretur. Infans vivus ſanusque. Ut Facultas medica, novitate rei permota, hiſtoriam expenſis propriis typo mandaverit, diſtribuerit, numiſma etiam percuti curaverit argenteum, in quo ſignatus ſit annus & dies ejus operationis. RICHTER.

REUSS (an idem qui *pag.* 1223.). Ejus diſp. *de partu difficili ex prævia facie fœtus, fronte laterali.* STRASBURG 1777. 4. Caſus duo a RÖDERERO obſervati hic deſcribuntur, in quos animadverſiones proprias REUSS adjecit. TODE (x).

IGNAT. WLTCZEK, Bohemus. Ejus diſp. *de utero retroflexo.* PRAGÆ 1777. 8.

GUILIELM. HILL de HILSBOROUGH. Ejus diſp. *de utero deficiente.* PRAGÆ 1777. 8.

W. L. KAMPF. Ejus *Denkbuch vor die Hebammen.* FRANKFR. 1777. 8.

FRANC. ALOYS. BLAHA, Moravus Crumlovienſis. Ejus diſp. *de ſeligenda lactantium nutrice.* WIEN 1777. 8.

SOUVILLE. V. *pag.* 255.

ANDREAS WOLFF, Saxo-Tranſſylvanus. Ejus eſt diſſ: inaug. *de vecte Roonhuyſiano emendato.* TYRNAVIÆ 1777. 8. Præmiſſa brevi inſtrumenti ROONHUYSIANI hiſtoria, uſu, & utilitate, novum vectem emendatum deſcribit, quem in icone adjecta ſecundum longitudinem, & latitudinem exhibet, ſed non ſatis exacte, ut & ipſe fatetur; etenim nec concavitates, nec excavationes, debite exprimuntur. Inſtrumentum hoc compoſitum eſſe partim ex forcipe Anglica, partim ex vecte Roonhuyſiano. De inventore RECHBERGERO ſibi incertum eſſe. (Certum eſt: vide *pag.* 1214.) Agit deinde de genuino hujus inſtrumenti uſu, & de methodo illud applicandi; omnes vectes, inquit WOLFFIUS, in re obſtetricia occurrentes uſum communem habent, nec unus præ alio quidquam peculiare poſſidet; idque unicum vectis emendati utilitatem multiplicat, quod, quum ſeneſtratus ſit per totam longitudinem, partes ſenſiliores non ita premat. (Verum longa experientia edoctus RECHBERGERUS aliam quoque non communem huic inſtrumento utilitatem adſcribit, quod ſcilicet, dum in uſum trahitur, non modo urethræ, clytoridi &c. parcat, & caput incuneatum liberet, ſed & vices forcipis Anglicanæ quodam modo agat, cum ſua concavitate oſſi occipitis fœtus ita ſeſe accommodet, & ſuis excavationibus caput fœtus ita firmiter teneat, ut ejus.

(x) Ibid. 6. *Band.* 1. *St.* pag. 198.

ejus ope non ſolum illud deorſum, ſed & antrorſum & extrorſum ſumma vi ex anguſtiis pelveos feliciter urgeri poſſit).

SIEBOLD. Ejus ſectio ſynchondroſeos oſſium pubis (y) majorem præ SIGAULTIANA meretur attentionem. Fœmina enim ex rachitide male formata, ſeptem partus difficiles lentosque experta, nunquam vivum fœtum enixa eſt, ut ſemel etiam neceſſe fuerit fœtum fruſtatim extrahere. Pelvis etiam præter-naturaliter longa. Operatio quarto a ruptis aquis die, ſcalpello forti, diffi-culter ad dimidium perducta, tandem ſerra in ſui extremitate nodulo obtu-ſo inſtructa reliquum, quod naturæ erat oſſeæ, reſectum, nulla cum læſione veſicæ, urethræ, clytoridisve, & hæmorrhagia vix notabili. Nullus ab inſtru-mento dolor excitatus, niſi quando cutis a ſerra tangeretur. Peracta ſectio-ne, diſtractis per miniſtros ad 1½ uncias oſſibus pubis, oſtium uteri clauſum inventum; quod apertum, & fœtus ob ſcapulam ſiniſtram præviam in pedes converſus, non ſine difficultate, quod uterus aquis diu inanitus valide jam contractus fuerit; infans adreptis tandem pedibus, ſecuto facile capite, mor-tuus eductus. Vivusne is in utero fuerit, an non, incertum: exacte ſe non indagaſſe ideo, quod obſtetrices vivum eſſe identidem adfirmarent. Octavo ab operatione die urina omnis per vulnus prodire, nihil de urethra, ne per immiſſum quidem catheterem. Febris ſuperveniens nec venæ ſectioni ceſſit licet quater iteratæ. Flocculi poſt tres hebdomadas membranacei, gangræ-noſi per vulnus cum urina egrediebantur; ſic per urethram, quoties injectio fieret. Non potuiſſe id incommodum naſci ex operatione ante octo dies prægreſſa, ſed a violenta illa oſſium pubis diſtractione, qua veſica forte aut ejus collum vehementer tenſum fuerit; unde harum partium inflamma-tio, gangræna, & demum partis mortuæ a viva ſeparatio. Elapſis tribus hebdomadis urina per catheterem immiſſum commode evocari, vulnus ſenſim conſolidari, & fœmina convaleſcere cœpit. Exfoliatio etiam oſſium ſucceſſit. Faſcias initio curationis ad pelvim applicare prohibuit tenſio, & tumor ab-dominis, poſtea autem nec ſatis tutum, nec neceſſarium noſtro videbatur. V. pag. 205.

JUSTUS CHRISTIANUS LODER, medicus, Profeſſor Anat., Chir., & art. Obſt. in Academia Jenenſi, *ſynchondroſeos oſſium pubis ſectionem in partu difficili inſtituendam denuo expendit.* GÖTTINGÆ 1778. 4. Magna diligentia a digno bene meriti NEUBAUERI ſucceſſore elaboratum opus ce-leberr. RICHTERUS lectoribus commendat. Duabus comprehenditur ſectio-nibus; quarum in prima auctor oſſa pelveos in prægnantibus ac parturienti-bus diſcedere, inde pelvim ampliari; in altera utilitatem ſectionis ſynchon-droſeos oſſium pubis in quibusdam difficilis partus caſibus oſtendere adniti-tur. Argumenta ſunt hæc: cartilagines oſſium pelveos in fœminis, præſer-tim

(y) In RICHTERI *chirurgiſch. Bibl.* 4. Band. 3. St. pag. 578.

tim partum jam expertis, ſunt latiores, flexiliores, molliores ac in viris; ligamenta tenuiora, debiliora, flaccidiora: utraque hæc tempore graviditatis a valido humorum ad genitalia & pelvim affluxu maxime irrorantur, flacceſcunt, intumeſcunt; unde oſſium remotio & pelveos major capacitas. Porro natura, nihil fruſtra moliens, cum pelvim non unico, ſed pluribus ex oſſibus formaverit, ejus augendæ rationem habuiſſe videtur. (Sed quæ ratio in viris?). Prægnantes circa pelvim latiores fieri manifeſte obſervantur, & quæ ſemel pepererunt, fœminæ nunquam virgineam hac corporis parte gracilitatem recuperant. Gravidæ & parturientes ſæpiſſime in juncturis oſſium pelvis ſenſui dolorifico obnoxiæ ſunt. Greſſus etiam harum fœminarum titubantes docent, ea oſſa minus nunc firmiter, quam alias, cohærere. (Titubatio hæc potius ob centrum gravitatis, loco motum.) Ex dictis pelveos cartilaginibus, per ætatem ita rigidis, ut humores ad neceſſariam ſui intumeſcentiam combibere nequeant, rationem reddi poſſe, cur annoſæ primiparæ partum plerumque laborioſum experiantur. Oſſa pelvis quandoque poſt partum difficilem omnino fuiſſe disjuncta, teſtantur SMELLIE, LOUIS, CAMPER, & ALIX. Etiam in non gravidis ſubinde imo & in viris, vim externam paſſis, obſervatam fuiſſe eorum oſſium disjunctionem. Male objici: partum difficilem futurum nullum, ſi oſſa pelveos diſcederent. Pelvis enim nec infiniti capax eſt augmenti, nec ea quantumvis aucta partum facilitat, ſi iniquum fœtus in utero ſitum teneat. Ex eo autem, quod fœminæ aliquæ poſt partum brevi ad ſolitos labores alacriter redierint, id ſolum ſequi, quod pelvis poſſit ſubinde tam ampla, ac ſimul fœtus tam parvus eſſe, ut oſſa pelveos tunc ſejungi non ſit neceſſe. Pelvis capacitatem viri quidam celeberrimi menſurarunt in ſceleto, non attenti, minorem eam eſſe in vivente fœmina, utpote carnibus inveſtitam: hinc tali menſuræ innixi adverſarii male contendunt, pelvim ſatis per ſe amplam eſſe, ut dilatatione in partu naturali non egeat. Nec majoris eſt momenti objectio, qua contenditur, caput fœtus & pelvim in ſe mutuo agere, unde fieri, ut caput debilius a pelvi fortiori neceſſario comprimatur; itaque pelvim dilatari non poſſe. Nec inde quidquam evincitur, quod in ſceletis fruſtra gravia pondera appenſa fuerint, fruſtra etiam vis magna adhibita ad oſſa pelveos ſeparanda. Nam utique oſſium diſceſſionem poſt partus difficiles contigiſſe, patet ex obſervationibus: infantis autem caput comprimitur quidem, ſed non in infinitum; pelvis in prægnante, ob cartilagines & ligamenta emollita, facilius ac in ſceleto dilatatur: corpus firmius ſubinde cedere debiliori clarum eſt per obſervata: ſic fortiſſima calvaria diffringitur a piſis ex imbibito humore intumeſcentibus. (Gutta cavat lapidem: polypus cava narium ingentem in molem dilatat; ita pus cavitates oſſium &c. RICHTER). Qui objiciunt: augmentum pelveos eſſe inutile, quod ab intumeſcentibus cartilaginibus major tantum diameter, nequaquam *conjugata*, una tamen ex præcipuis partus

partus difficilis cauſis, elongetur; eos noſter refutat demonſtratione mathematica, ex conſiliario viro KESTNERO ſumta. Argumenta etiam ſuæ ſententiæ faventia plane ex ipſo HIPPOCRATE, GALENO, & AVICENNA derivat. In Sect. II. defendit novam ſynchondroſeos oſſium pubis operationem. Quippe in partu difficillimo duplex olim genus fuiſſe auxilii: nempe terebrationem cranii & ſectionem cæſaream: hæc potiſſimum matrem, illa ſemper infantem necat. Nova nunc opitulandi methodus, tum proli tum matri ſalutaris, inventa; ſectio ſcilicet SIGAULTIANA, quæ nec dolorem, nec hæmorrhagiam, nec gravia ſymptomata excitat, id quod experientia ſua CAMPER, SIGAULT, & SIEBOLD teſtantur. Cartilago oſſium pubis, mollis cum ſit, facile perſcinditur: ſi tamen oſſeæ fuerit duritiei, tunc ſerra, exemplo SIEBOLDI, adhibenda. Clitoris non facile hic cultro læditur, nec dilaceratur, tametſi oſſa pubis in SIGAULTI caſu ad $2\frac{1}{2}$ uncias diſceſſerunt. Collo quidem veſicæ vis aliqua ob tunicam celluloſam violenter hic tenſam infertur, ſed absque periculo inflammationis; ſi tamen ea ſequatur, facile ſupprimes. Cartilago perſciſſa iterum conſervet. Callus ex priori operatione natus, non prohibet operationem altera vice peragendam: nam tunc cartilago, aliunde ſatis lata, juxta callum perſcindi poteſt; ſi id fieri nequit, ſerra utendum. Separatis ſectione oſſibus pubis, fit etiam poſterius oſſium pelveos relaxatio, absque tamen ligamentorum aut cartilaginum laceratione, ut docent obſervata SIGAULTI & SIEBOLDI in fœminis de dolore circa os ſacrum conquerentibus. Etiam *conjugata* tunc elongatur, quam noſter ad $\frac{1}{2}$ unciam auctam vidit, poſtquam oſſa pubis ad $1\frac{1}{2}$ unciam remota fuerint. Auctam ab operatione pelveos capacitatem etiam SIGAULT & SIEBOLD obſervarunt. Operatio hæc indicatur, quando aut vecte incuneatum fœtus caput expediri nequit, aut *conjugata* tribus unciis Pariſinis minor eſt; ſi vero *conjugata* infra duas tantum ſit uncias, operatio erit fruſtranea, quia pelvis non eam capacitatem lucratur, quæ fœtui vivo tranſmittendo ſit ſufficiens. Ultimo operationes SIGAULTI & SIEBOLDI deſcribit. Cura poſt operationem abſolvitur faſciatione, quiete & diæta antiphlogiſtica. RICHTER.

J. KAZENBERGER. Ejus *Hebammencatechiſmus, hauptſächlich zum Gebrauch für Wundärzte und Hebammen auf dem Lande.* MÜNSTER 1778. 8.

J. A. HEMMAN. V. *pag.* 256.

PIET, vir obſtetricius. Ejus *reflexions ſur la ſection de la ſymphyſe du pubis.* La HAYE & PARIS 1778. 8. Eam operationem minimæ eſſe utilitatis, & nocere ſemper, neque eum, quem inde ſperas, effectum producere,

ducere, neque a Sigaultio in fœmina Souchot utiliter peractam, neque ægram tam feliciter, ut quidem narratur, reſtitutam fuiſſe, oſtendere adlaborat. Etſi pelvis in partu naturali augeatur ſubinde, idque lente fiat dimotis æquabiliter oſſibus pelvis; eventus tamen non ſemper felix obſervatur. Quid igitur ab operatione & violenta & oſſa ſolum pubis dimovente ſperandum? Experimentum in cadavere non niſi magna vi diſtractorum ad 24. lineas oſſium pubis, ubi ſimul oſſa ilei a conjunctione oſſis ſacri lineas 3½ diſceſſerant, tenſis admodum & pro parte etiam laceratis eorum ligamentis; nec tamen diameter pelveos minor multum inde aucta. (Hoc experimentum utpote in cadavere fœminæ non gravidæ inſtitutum non convincit; ligamenta enim in prægnantibus adeo laxa ſunt, ut magnam etiam absque dilaceratione extenſionem facile ſuſtineant. Hæc autem diſtenſio, ut ſine noxa fiat, caute & ſenſim peragi debet; itaque ſi cita, immoderata, violentaque oſſium pubis ſeparatione eæ partes dilacerentur, quid mirum? Ipſa denique experientia docet, conjunctionem oſſium ilei cum oſſe ſacro in hac operatione non ſolvi, ut obſervationes Sigaultii & Sieboldi teſtantur. Hæc itaque operationis difficultas certe leviſſima eſt, aut talis, quæ facile removeri poſſit; ſed aliæ dantur gravioris momenti. Ita Richter). Ut aliquid ab operatione ſperari poſſit, oſſa pubis fere 16. vel 24. lineas patere debent; at quam violenta ſic colli veſicæ & urethræ tenſio fiat! unde inflammatio, ſuppuratio & gangræna ſequatur neceſſe eſt. (Graviſſimum hocce videtur adverſarii eſſe argumentum, quod & ipſe Siebold confirmat. Verum cum conſtet has partes aliis in operationibus, ut v. g. in ſectione calculi, a valida quamvis tenſione non affici; probabile fere eſt, & in hac, ubi eæ partes laxiores eſſe ſolent, a lenta & gradatim aucta diſtenſione non lædi. Richter). Frequentiſſima malæ conformationis pelveos cauſa eſt parvitas minoris diametri; hæc tamen ſectione oſſium pubis vix augetur. Rarius accidit, ut diameter pelveos major longitudine parva peccet. Quo in caſu a ſectione augeri quidem diameter videtur; cum autem id ſolummodo anteriora verſus fiat, manet nihilominus mala pelveos in reliquis partibus conformatio. Ergo & hic parum utilis eſt operatio. In caſu, ubi ad juſtam diametri pelveos longitudinem obtinendam tres tantum lineæ requiruntur, diductis ad 24. lineas oſſibus pubis (tum enim diameter tres lineas lucratur) aliquid ab operatione forte ſperari poſſet; ſed tamen & hic ea inutilis eſſet, cum forceps Anglicana tutius idem præſtet. (An tamen ut matri ſic & fœtui innoxia forceps? Ita Rictter). Si fœtus in ſitu præternaturali locatus, & pelvis ita anguſta eſt, ut manum obſtetricis non admittat; tum forte operatio viam manui patefaciet, at incertum tamen manet de capite fœtus expediendo. (Ratio eſt: quia ingreſſum manus pollex impedit; qui quidem per rimam, a diductis nunc oſſibus pubis factam, facile tranſibit, caput vero fœtus, utpote ſphæri-

cum,

cum, eandem per rimam nequaquam egredietur. RICHTER). Pelvi non peccante, data in uterum manu, & facta inverſione fœtus, caput egredi renuens forcipis ope expediri poteſt. Ergo & hic ſectio inutilis. Igitur, ubi ſectio cæſarea indicatur, ſectio ſynchondroſeos oſſium pubis nihil juvat; ubi autem hæc juvat, juvat & forceps. (Prima ſequela vera eſt: altera vero limitanda. Ubi tribus tantum lineis augenda eſt cavitas pelvis, operatione tunc inſtituta fœtus vitalis utique expedietur: quo in caſu ſi forceps adhiberetur, caput fœtus ad molem duabus lineis minorem eſſet compreſſione redigendum; poteſtne autem tanta compreſſio ſemper, & præſertim ubi caput fœtus jam diu incuneatum hæſerit, & a partus doloribus jam antea valde compreſſum fuerit, tuto locum habere? Caſus pro ſectione ſynchondroſeos oſſium pubis ſtatuitur, ubi diametro pelveos minori tres quatuorve ſolum lineæ ad juſtam magnitudinem deſunt, ſimulque caput fœtus incuneatum deprehenditur. Verum an facile quiſpiam id determinabit? Qui parturientis pelvim, nonniſi incuneato jam capite fœtus, perluſtrat, accuratene ſtatuere is poterit, tres aut quatuor lineas ad juſtam diametri longitudinem requiri? Si tribus plures lineæ defuerint, operatio erit funeſta; ſi pauciores tunc forte inutilis. Tantis ergo difficultatibus obnoxia cum ſit, vix communem approbationem hæc operatio obtinebit. RICHTER). Neque ex caſu fœminæ SOUCHOT neceſſitas poteſt, aut utilitas ſectionis evinci. Pelvis ejus fœminæ juſtam habuit capacitatem. Partum, cui ipſe PIET aderat, nec prima nec ſecunda vice tam difficilem fœmina, contra ac SIGAULT vult, eſt experta. Utroque in caſu caput fœtus erat prægrande. In primo caſu funiculus umbilicalis de utero prominens, in altero tarditas auxilii mortem intulerunt. Caput vero, quod in eadem fœmina, iterum pariente, ſectione SIGAULTIUS ſe expediviſſe gloriatur, ſat parvum fuit, ut forcipe Anglicana commode eduxiſſes. Sed nec fœminam SOUCHOT tunc ita plane, ut narratur, reſtitutam eſſe docet greſſus difficilis, & fiſtula veſicæ urinariæ in ea ſuperſtes. RICHTER.

ARNOLDUS BAMPS, Lugduno-Batavæ Facultatis Medicinæ doctor. Ejus *tractatus de anteponenda ſectione cæſarea ſectioni ſynchondroſeos oſſium pubis.* GENUÆ & PARISIIS 1778. 8. Contra SIGAULTIUM iisdem fere, ac PIET argumentis pugnat. Pelvim fœminæ SOUCHOT non ita anguſtam fuiſſe, uti a SIGAULTIO perhibetur. Negat capacitatem pelveos exacte omnino determinari poſſe, ut inde quolibet in caſu de neceſſitate operationis peragendæ certo conſtet. Experimentum proprium in cadavere fœminæ octo a partu horis mortuæ, ubi poſt ſectionem, veſica & vagina illæſis, oſſa pubis non niſi 7. & ½ lin. ſponte ab invicem diſceſſiſſe obſervavit; diſtantiam vero duorum pollicum non abſque magna vi, qua ligamenta partim lacerata, partim violenter tenſa fierent, obtinere potuit. Capacita-

pacitatem deinde pelveos carnibus denudatæ, diductis oſſibus pubis auctam, & iisdem iterum unitis imminutam menſuravit, ac ſubducto calculo differentiam unius tantum, vel ſummum duarum linearum deprehendit. Inde conclufit: ſectioni forcipem Anglicanam præſtare, cujus ope caput fœtus ad diametrum duabus lineis minorem facile & ſine periculo redigatur. In alia fœmina ſimile fere experimentum. SIGAULTII narrationem ſpontaneæ oſſium pubis ad duos pollices ſeceſſionis in fœmina SOUCHOT obſervatæ ſuſpectam ſibi videri; cum ſeceſſionem talem ſuis in experimentis non niſi vi illata obtinuerit. Sectionem ſane cæſaream non majori cum dolore fieri, quam ſectionem ſynchondroſeos oſſium pubis, contra SIGAULTIUM, qui hanc citra dolorem ægræ ſe inſtituiſſe teſtatur, etſi muſculos pyramidales, lineam album, clitoridem, nymphas, & ureteres perſciderit. Fœminam SOUCHOT pelvim certe tam exiguam non habuiſſe, utpote cum in eam vir obſtetrix DESTREMEAU manum ſuam non certe ſubtilem facile induxerit. RICHTER.

JOACHIM SCHEYRING. Ejus *differt. inaug. medico-chirurgica de ſectione ſynchondroſeos oſſium pubis.* FRIBURGI 1778 8.

ANT. JOH. RECHBERGER, chirurgus antea primarius & obſtetrix noſocomii S. MARCI, nunc Auguſtiſſimæ MARIÆ THERESIÆ Perſonæ chirurgus; vir in arte optime verſatus, ac plurima certe expertus. Ejus eſt *Bekanntmachung einer beſonderen Art von Hebel, und deſſen Anwendung und Nutzen in der Geburtshülfe.* WIEN 1779. 8. Latine diſſertationis inauguralis loco MARTINUS SCHMID edidit ibid. 1779. 8. Cum noſter chirurgi munere in noſodochio divi MARCI VINDOBONÆ annos amplius viginti fungeretur, ſimulque artis obſtetriciæ tum exercendæ tum docendæ ibidem cura ipſi incumberet; non defuiſſe ſibi occaſionem ſive libros obſtetricios legendi, ſive inſtrumentorum uſum explorandi, dijudicandi, eorumque vitia detegendi. Parturientes in noſocomium receptas alias fuiſſe corporibus vario modo, puta a rachitide &c. deformibus, alias valetudinarias, alias, quæ arctis veſtibus, graviditatis celandæ cauſa, fuerint abuſæ, alias denique duris laboribus ad extremam uſque graviditatem vivere coactas. Hinc mali fœtuum ſitus; hinc & partus plerumque erant laborioſi. Decem circiter millia partuum ſibi obveniſſe. Raro inſtrumentis, etiam obtuſis, opus ſibi fuiſſe. Scindentia inſtrumenta horret; horrori iſti felicitatem ſuæ praxeos adſcribit. Eſſe tamen ubi evitare nequeas: ter ad ea recurrere noſter debuit. In primo caſu caput hydrocephalicum, prægrande, perforatum & forcipe eductum. In altero caſu ſimile caput, ſed paulo aliter, nempe unco obtuſo per orbitam adacto, aquis exoneratum; nec enim dabatur acceſſus ad caput alio in loco aperiendum, ideo quod ab obſtetrice, poſt factam verſionem cætera fœtus membra, adreptis pedibus, de utero jam erant extracta. In tertio caſu pedes & brachia, cum funiculo umbilicali reſecto, de utero prominen-

minebant. Id factum fuiſſe imperitæ culpa obſtetricis, quæ abſurda verſione, ductis retro dorſum fœtus pedibus, partum reddiderit impoſſibilem; fruſtra per 24 horas fatigata ab obſtetricibus miſera, tandem ad noſocomium fuit delata: cauſam eum partum morantem in brachio dextro identidem, quoties pedes attraheret, prolabente noſter detexit; eo exſtirpato, fœtum adreptis pedibus facile expedivit. Inſtrumenta obtuſa ſe vitare non potuiſſe 1mo. quoties funis umbilicalis aut juſto brevior, aut collo infantis circumvolutus eſſet, quo in caſu caput fœtus poſt ſingula partus conamina ſurſum rapitur, 2do. in ſitu capitis prævii obliquo, aut, capite naturaliter quidem locato, ubi vel dolores partus penitus exſtincti ſunt, vel fœmina ob fractas vires nixibus neceſſariis edendis impar. 3tio. ubi facies prævia ad oſſa pubis obverſa eſt, vel oſſa ilium reſpicit, ut humerus alter oſſibus pubis, alter oſſi ſacro innitatur, 4to. quando caput vel præ mole ſua vel præ anguſtia pelveos incuneatur, 5to. quando pelvis deformis capiti tranſitum negat. His quinque in caſibus LEVRETIANA forcipe, vecteque ROONHUYSIANO ſæpe matrem una cum prole morti a ſe ereptam fuiſſe. Fuiſſe tamen, ubi horum inſtrumentorum applicatio fruſtranea, impoſſibilis, aut etiam fœtui matrique periculoſa fuerit. Vectis ROONHUYSIANUS, non ſatis latus, facile a puncto ſuo in oſſibus pubis fixo, dum apprimitur, lubrice reſilit, motus urethram contundit, unde urinæ incontinentia. Hæc contuſio vitari nequit, quando caput fœtus oblique deſcendit, præſertim ſi occipite lateri alterutro oſſium pubis inſiſtat. Univerſim is vectis adeo tenuis difficulter manu operantis regitur, ob ejus extremitatem a fœtus occipite, cui unice applicari & firmari eum oporteret, ad maxillam inferiorem potius aberrantem, ut docet in ea maxilla nata contuſio. Tenui hoc inſtrumento operator nequaquam vires, quibus indiget, ut caput impactum expediat, exerere poteſt, quin integumenta capitis nimium contundat, vel ipſum cranium periculoſe utique deprimat: exigua enim cranii pars ei vecti ſubjacens tantam preſſionem ſuſtinere nequit. Hanc ob cauſam laminam unam ex LEVRETI forcipe ſumtam vecti ſe ſubſtituiſſe, felici quidem ſucceſſu: ea enim utpote latior, incurva, & perforata caput fœtus firmius tenet, deorſum & extrorſum majori vi urget, urethram non comprimit. Hoc tamen incommodi habet, quod, cum & introrſum & ſurſum inflexa ſit, minime valeat fœtum juxta directionem axis pelveos deducere, unde partus retardatio. Laminam forcipis rectæ pariter inutilem noſter deprehendit, ſic & chirurgi PEU cochlear imperforatum. Quæ cauſa fuit, cur RECHBERGERUS novum excogitaverit inſtrumentum, quod vecti ROONHUYSIANO & forcipi LEVRETIANÆ par eſſet perfectione, vitio autem neutrius peccaret. Deſcriptio & delineatio novi hujus inſtrumenti. Vectis eſt, per totam ſui longitudinem, quemadmodum lamina forcipis LEVRETIANÆ, apertus, ad evitandam urethræ contuſionem: extremitates arcuatæ; & latiores, ne capitis oſſa deprimant: ſuperficies externa totius

vectis convexa, interna concava, cujus marginem in toto vectis ambitu limbus tumidulus coronat, ne facile, cum traxeris loco cedere vectis poſſit. Exempla tum propria tum ab aliis communicata partuum hoc inſtrumento feliciter expeditorum.

(De ſectione frenuli linguæ in recens natis aliqua. Vide *linguæ morb.*)

OCULORUM MORBI.

HIPPOCRATES in *aphoriſmis* agit etiam de oculorum morbis.

Ejus L. περι οψιος, qui utique breviſſimus, totus a HIERONYMO MERCURIALI rejectus eſt, minime tamen inutilis. Cataracta in principio uſtis venis ſanatur. Palpebrarum nuper renovatam uſtionem hic docet, etiam intus adurit, tum venas dorſi. In amauroſi trepanum admovet, partem cranii excidit. Reperitur in editione MACKII.

Idem in L. περι διαιτης οξεων (a) adverſus trichiaſin crudelem illam veterum tranſutionem palpebræ ſuadet.

Idem in *Epid.* VI. (b) obſtructio meatuum ab oculi majori angulo ad palatum tendentium. HALLER. Vide. *pag.* 286.

ARISTOTELES in *probl.* V. cap. 31. agit de oculorum morbis. HALLER. V. *pag.* 588.

HERACLIDES palpebram albo oculi connatam ſcalpello reſecabat (c), quam ipſam adminiſtrationem negat CELSUS unquam feliciter ceſſiſſe. HALLER.

CASSIUS FELIX de pterygiis ad mare frequentioribus. HALLER. V. *pag.* 984.

DEMOSTHENES, ALEXANDRI diſcipulus, cujus in ophthalmicis magna fama fuit. Codicem ſcripti de *ophthalmicis* ſuum citat SIMON JANUENSIS (d). Locum ex eo de chemoſi habet ORIBASIUS (e); & apud AETIUM exſtat de oculorum inflatione (f); de obfuſcatione; tum de glaucedine, ſuffuſione, de everſione palpebræ, de ſuppuratione conjunctivæ, de ectropio, de oculorum duritie, de palpebrarum abſceſſu; ad carbunculos; ubi MASSILIOTA dicitur (g). Ejus remedium *viride ad lichenes* GALENUS citat (h); habet & ad veteres oculorum adfectiones ORIBASIUS (i), ejusdem Ni-

(a) Etiam hicce liber habetur inter minus certo HIPPOCRATICOS. (b) Eſt etiam incertus liber HIPPOCRATIS. (c) CELSUS L. VII. c. 7. (d) Male vertitur Genuenſis. (e) *Synopſ.* L. VIII. c. 40. (f) L. VII. c. 12. &c. (g) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V. (h) *Compoſ. ſec. loc.* L. V. (i) *Synopſ.* L. III.

Nileum (k), collyrium dicenteton (l), aromaticum (m), chiacum (n), ſpediacum (o). Nileum ex roſis (p). Ita HALLER.

EUELPIDES, ocularius. Ejus baſilicon ad palpebras ſcabras omnibus præfert CELSUS (q). Ejus pyxinum ad oculos (r); liquidum collyrium (s), & phynon collyrium (t), & ſphærion (u), & *μεμιγμενον* (x), & *τρυγωδες* (y). HALLER.

MEGES fatetur palpebræ adhærentis ſeparationem nunquam ſibi ex voto ſucceſſiſſe (z). HALLER. V. *pag.* 504.

A. C. CELSUS in L. VI. morbos oculorum tractat. Multa collyria ad oculorum mala collegit. Aciem oculorum læſam per ſe ipſam ſanari, quem bonum eventum in hirundinibus herbæ tribuant. In L. VII. oculorum vitia, quæ manu curantur: cap. 7. cataractæ depoſitio. Græcorum inciſiones crudeliſſimæ cutis capitis in oculorum malis. Afrorum aduſtiones. Cap. 14. n. 8. ſi cataracta noluerit deſcendere, eam diſſipare oportet. HALLER. V. *pag.* 287.

SCRIBONIUS LARGUS. V. *pag.* 990.

Medici ocularii, quorum ætas partim ignoratur, partim definiri poteſt, conjuncti hic ſequuntur. Frequens eorum & in marmoribus memoria eſt & in libris. In magnis enim urbibus ſolent chirurgi aliis & aliis artis partibus ſolis ſe dicare. In uno MARTIALIS epigrammate dentarius medicus dicitur CASSELLIUS; & uvam curans FANNIUS; & herniarius chirurgus HERMES; denique qui oculorum pilis proſpiciat HYGINIUS, & qui ſervorum ſtigmata deleat, HEROS, SEX. POMPEIUS SEX. L. POMPEII TONSOR.

Q. CLODIUS Q. L. NIGER MEDICUS OCULARIUS legitur in teſta apud RHODIUM ad SCRIBONIUM.

T. LYRIUS TI. CÆS. AUG. SER. CELADINUS MEDICUS OCULARIUS (a).

ILLUSTRIUS TIBERII CÆS. AUG. CELADIANUS TIBERII AUG. medicus ocularius ſervus (b).

Apud FULVIUM URSINUM legitur SILICIUS MEDICUS AB OCULIS.

CN. HELVIUS CN. L. JOLA MEDICUS OCULARIUS apud eundem RHODIUM legitur.

Tum P. NUMITORIUS P. L. ASCLEPIADES VI. VIR MEDICUS OCULARIUS SIBI ET SEMPRONIÆ L. F. GALLÆI &c.

Et

(k) Ibid. (l) AETIUS L. VII. c. 111. (m) Ibid. c. 109. (n) Ex APOLLONIO AETIUS L. VII. c. 109., (o) Ibid. c. 104. (p) ORIBASIUS ad EUSTATH. L. III. (q) In L. VI. cap. 6. (r) Ibid. (s) Ibid. (t) Ibid. (u) Ibid. (x) Ibid. (y) Ibid. (z) Apud CELSUM L. VII. cap. 7. (a) Apud le CLERC pag. 568. (b) GRUTER legit TIBERIUS T. I. CÆS. AUG. L.

Et P. Decimius P. L. Eros Merula Medicus Clinicus Chirurgus Ocularius VI. Vir (c), cujus erogatæ in publica commoda non minimæ pecuniæ in marmore memorantur, qui idem forte Galeni Eros. Erotem habet, qui ſervorum ſtigmata tollat, Martialis.

Tiberius Claudius (d). Tiberius Julius Cutisonus Aug. lib. (e).

Atimetus Cassii medici ſervus, legatus, ut certe vis vocis ipſa vult Tiberii (f). Ejusdem medicamentum exſtat ocularium (g), & marmor cum inſcriptione P. Attius Atimetus Aug. Medicus ab Oculis (h).

C. Capito Sabinianus, cujus pſoricum & chloron, & chelidon ad claritatem in ſigillo apud Sponium. Idem fuerit Capito Galeni, cujus citatur medicamentum ad ſcabritiem palpebrarum (i).

M. Julius Charito (k), cujus eſt iſiochryſon, diaſmyrnium, diarrhodon, diampſoricum.

M, Julius Heracles, cujus diarrhodon & cycnarium.

M. Ulpius Heracles, cujus in ſigillo dicitur melinum, diamyſum, ſtratioticum, thalaſſa, roſa, cycnarium, alia.

In variis lapidibus a Walchio citatis legitur P. Colius P. L. Philogenes.

Q. Colius. Q. L. Nicomedes Vir & Faustin.

Q. Cælius Niger.

Q. Cærillius Quintilianus, cujus ſunt ſigillum, & medicamenta ſtacte ad claritatem, crocodes, diaſmyrnium, & dialepidium in ſigillo.

C. Domitius Demetrius (l).

M. Latinius medicus ocularius Hermes (m).

M. Jul. Secundus (n).

Cn. Julius Dionysiodorus, cujus etiam ſigillum exſtat cum diamiſy.

Hermes.

M. Peutuca.

Silicius medicus ocularius.

C. Sulpitius Hypnus, cujus ſigillo inſcriptum eſt cænon ad claritatem, ſtactum opobalſamatum, lypſiponum ad ſuppurationem, dialepidium ad aſperitudinem.

C. Sta-

(c) Mercurial. *var. lect.* p. 79. Eros Augustæ Medicus Sposianus: Gruter. (d) Apud Muratorium. Walch. (e) Ex Grutero p. DCXXXI. (f) Scribonius cap. 29. (g) Apud Galenum *compoſ. ſec. loc* L. IV. (h) Apud Gruterum p. DCXXXI. (i) a Galeno *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (k) Apud Maffeium. (l) Ex Fabretto. (m) Gruter. (n) Ex Maffeio.

C. Statius Sabinianus, cujus ſigillo inſcribitur diacherale.

Q. Julius Murranus, cujus eſt melinum ad claritatem & ſtagium opobalſamatum.

Sextus Asclepiades P. Numitorii libertus. Ejus medicamentum ad oculos ex marmore (o).

C. Rutilius Euthetus (p).

Phronimus periodeutes, cujus ſigillum Walchius exponit, cui inſcriptum eſt, diapſoricum opobalſamatum ad oculorum claritatem: diaſmyrnion, ad lippitudines, & euodes. In nupera editione aliam dedit hujus ſigilli iconem.

C. Cintius Minius Blandus, cujus eſt euodes, diapſoricum opobalſamatum. Ejus diſpon cleni, forte ex ſpongia. Ejus diaſmyrnes. Ejus euodes ad aſpredinem.

Magnum hic laboris compendium nobis, inquit celeberrimus Haller, fecit J. Ern. Immanuel Walchius in *ſigillo medici ocularii Romani*, qui fere omnia huc pertinentia antiquitatis monumenta lapidea, & oculariorum medicorum ſigilla congeſſit. Jenæ 1763. 4. Ocularios idem medicos ab oculariis ſeparat, qui oculos pro ſtatuis metallicos inſererent. Idem in nova editione ſuæ diſſertationis Jen. 1772. 8. multa ſigilla oculariorum adjecit.

Nempe: ſigillum anonymi ex Seguierii collectione, in quo pſoricum, aromaticum, melinum, crocodes.

Aliud ſigillum, crocodes, galbaneus.

Aliud a Comite Caylus acceptum, *poſt aſpredinem*, *poſt impetum*, *ad caliginem*, *lene* (lenimentum).

Aliud Duronii Ctesiæ chelidonium ad caliginem.

Aliud apud C. Caylus L. Sacci Menandri Thalasseros de Lac. (lachrymali).

L. Sacci Menandri chelidon. ad calig.

L. Sacci Menandri melinum de lacr.

L. Sacci Menandri diapſoric. ad ſc.

Apud eundem Decimi P. Flaviani collyrium lene ad aſpritudinem oculorum, & collyrium mixtum.

Apud Galenum porro legitur Stoli Britannici, celebris ocularii medici, collyrium cinnabarinum (q).

Sergius Ocularius Babylonius, cujus oculare medicamentum (r).

Gaius

(o) Ex Walchio. (p) Ex Fabreto. (q) Galen. *Compoſ. ſec. loc.* L. IV. (r) Ibid.

GAIUS OCULARIUS (s). Putes antiquiorem eſſe, ſi AGGRIPÆ medicamentum miſit (t). Idem eſt Neapolita (u), cujus ſunt ſphragis (x), paſtillus ſtypticus (y), paſtillus (z), ocularia medicamenta varia (a), collyrium (b); ex cornu cervi (c); phanium (d); malagma (e); aſianum (f).

ZOILUS ocularius (g). Ipſum medicamentum nardinum *Zoilum* vocat AETIUS (h). Collyrium habet TRALLIANUS (i).

EPHEMERUS ocularius (k).

EUEMERI pſoricum GALENUS habet (l).

PYRAMUS.

ANTIGONI collyrium ſphragis apud MARCELLUM.

HORI collyrium.

Demum GALENI ætate JUSTUS (m) ocularius in hypopyo caput concutiebat, ut pus ſubſideret.

Plures ſuperſunt medici, quorum ocularia medicamenta (Vide *pag.* 981.&c.) GALENUS citat, ſed non continuo celeberrimus HALLER, ut ipſe ait, auſus eſt medicis ocularius accenſere.

DIOSCORIDES in *facile parabil.* L. I. cap. 32. & 34. ad ulcera oculorum. Cap. 33. ad oculorum dolores. Cap. 37. 38. ad contuſiones, & ſuffuſiones oculorum. Cap. 39. ad prolapſum oculi. Cap. 41. & 43. ad hebetudines oculorum. Cap. 42. ad cicatrices oculorum. Cap. 45. ad pterygium. Cap. 46. ad palpebras aſperas. Cap. 49. ad oculorum pruritum. Cap. 51. ad pediculos in palpebris & ſuperciliis. Cap. 52. ad pilos palpebrarum luxuriantes. Cap. 54. ad ægilopem remedia. Cap. 55. ad grandines palpebrarum. Cap. 56. ad ſugillata & livorem oculorum. WALTH. V. *pag.* 996.

SEVERUS. Ejus locus de ulceribus in oculo curandis, de carbunculis (n) palpebrarum; aſpredine, ſycoſi & callis (o); de ægilope (p); de ulcere ad magnum angulum, quem urere jubet. HALLER.

RUFUS in L. *de medicamentis popularibus* aliqua habet ad ophthalmiam; ſic in L. *de morbis oculorum* (q). HALLER. V. *pag.* 415.

ANTYLLUS. Curationem eroſæ palpebræ ex ANTYLLO AETIUS habet, quæ duabus ſit inciſionibus (r). De morbo palpebræ ſuperioris: de ungula exciſa nihil relinqui debere: cataractæ depoſitio; nominat aliquos, qui ſub pupillam operati cataractam extraxerint: apoſtema ſacci lacrumalis non

(s) Ibid. (t) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (u) Ibid. L. IV. (x) Ibid. (y) Ibid. L. V. (z) Ibid. (a) Idem *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (b) ACTUARIUS *meth. med.* L. VI. cap. 5. (c) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (d) Ibid. (e) Idem *compoſ. ſec. gen.* L. VII. (f) Ibid. L. VI. (g) SCRIBONIUS L. III. (h) L. VII. cap. 114. (i) L. II. cap. 5. (k) SCRIBONIUS L. IV. (l) *compoſ. ſec. loc.* L. IV. (m) GALENUS *meth. med.* L. XIV. cap. 19. (n) Apud AETIUM L. VII. cap. 15. (o) Ibid. cap. 30. (p) Ibid. cap. 83. (q) Apud RHAZEUM. (r) L. VII.

non ſparſum neque ad nares neque ad oculum: in trichiaſi palpebræ tranſuuntur (s). HALLER. V, *pag.* 406.

PHILUMENUS agit de oculorum obſcuritate (t). HALLER. V. *pag.* 1090.

PAPIAS, medicus, ut trichiaſin curaverit (u). HALLER.

ALEXANDER APHRODISEUS, (quem HALLERUS in ſua *Bibl. Med. pract.* ante GALENUM, in *Bibl. chir.* vero poſt eundem ponit). Cur ulcera pupillæ cicatrice clauſa alba ſint. Ophthalmiam contagioſam eſſe. HALLER. V. *pag.* 416.

GALENUS. Ejus L. *de morbis oculorum*, cujus eſt codex in B. R. P. n. 2275.

Idem *de compoſit. medicam. ſec loc.* in L. IV. Medicamenta ocularia. Morbi oculi & palpebrarum per ſingulos. HALLER. V. *pag.* 1002.

ORIBASIUS *de loc. affect.* L. IV. cap. 8. de nyctalopia. Cap. 13. de oculorum taraxi. Cap. 14. de inflammatione oculorum. Cap. 15. ad fluxionem oculorum. Cap. 33. ad ægilopem cap. 49. 50. ad oculorum ſugillationem.

Idem in *ſynopſis* L. VIII. cap. 24. albuginem oculorum celeriter ſanat nitrum cum oleo lævigatum & inunctum. Cap. 38. de inflammatione oculorum. Cap. 39. de dolore oculorum. Cap. 43. de carbunculo oculi. Cap. 45. de phthiſi oculorum. Cap. 46. de nyctalopia. Cap. 47. de glaucomate. Cap. 51. ad contuſionem oculorum. Cap. 54. de encanthide. WALTHER. V. *pag.* 264.

AETIUS in L. VII. plurima medicamenta ad oculorum mala, fere ex GALENO. Cap. 32. habet etiam HORI collyrium. Cap. 43. multa SEVERI ocularia. Cap. 86. ad ægilopem. Cap. 87. ad aſpredinem. Cap. 90. crudeles illas veterum operationes, ut periſcyphiſum, ſ. cranii excoriationem. HALLER. V. *pag.* 265.

ALEXANDER TRALLIANUS in L. II. oculorum morbos percurrit, cum infinitis collyriis. HALLER. V. *pag.* 369.

PAULUS ÆGINETA in L. III. cap. 22. agit de oculorum nonnullis morbis. Veteres ſuffuſionem cum glaucomate conjunxiſſe; nuper diſtingui utramque, quod glaucoma inſanabilis ſit lentis cryſtallinæ morbus; ſuffuſio humor effuſus inter eam lentem & inter corneam tunicam. In L. VI. adverſus ophthalmiam os ipſum in vertice exurebat. De tranſuenda palpebra ſuperiori adverſus duplicatam ciliorum ſeriem, quam curationem ait ſecuram eſſe, cum CELSUS rejeciſſet: de alia ejus mali curatione; de medico, qui ſolo medicamento eſcharotico utebatur. Pterygii reſectio, accurate. Negat adminiſtratione chirurgica ſtaphylomatis viſus uſum reddi. In fiſtula la-

(s) Apud PAULUM L. VII. cap. 17. (t) Apud AETIUM L. II. cap. 123. (u) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. IV.

crumali eſſe, qui terebra viam in nares aperuerint: ſufficere vero adurere, ut ſquama decidat. Uſtio palpebræ: ſolere ſuo ævo id fieri cauſticis. De ſuffuſione & depoſitione cataractæ, fere ut ad initium uſque hujus ſeculi factum eſt. HALLER. V. *pag.* 293.

LOROR ACOS agit de morbis oculorum (x). HALLER.

LATHYRION de cataractæ depoſitione (y). HALLER.

SYMON vel SYMEON docet, quando cataracta apta ſit deponi (z). HALLER.

JOHANNES ACTUARIUS in *meth. med.* L. II. agit de oculorum morbis. HALLER. V. *pag.* 358.

AARON, Arabs, de curatione trichiaſeos (a). HALLER.

JOHANNES filius MESVE, ſenior. V. *pag.* 1010.

JOHANNITIUS, veriori nomine HONAIN, cum illo nomine citatus a RHAZEO, & cum altero corrupto in ONON (b). Ex eo viro catalogum (c) morborum oculi RHAZEUS habet, ex ejusdem libro *memoriæ & ex l. oculorum.* Habet & locum de cataracta, alium de cancro oculorum (d). HALLER.

ALKINDUS, EL KHINDI, cujus habemus aliqua a RHAZEO citata; de curata nyctalopia; ſtrabiſmum corrigebat panno nigro in latere altero ſuſpenſo. HALLER.

JOHANNES SERAPIONIS filius, in L. III. agit de oculorum morbis. HALLER. V. *pag.* 265.

RHAZEUS in L. II. agit de oculorum morbis. Quando puſtulas palpebrarum fricare neceſſe fuit, monet eas non debere claudi, niſi plumaceolo interpoſito. Eodem modo ubique mitiora ſolet curationum artificia præferre. Venam frontalem & angularem in multis oculorum morbis utiliter incidi, ſuo experimento. Plumbea medicamenta ad oculorum dolores commendat, balneum, purgantia, deinde *ſcief* album, cum endiviæ ſucco. Oculos ſiccos cum venis inflammatis curavit vino pene puro, & balneo, fatetur tamen periculoſam eſſe medicationem. Ut viderit in noſodochio a medico pterygium excidi; nihil ejus debere reliquum fieri. In pruritu oculorum collyria fellea convenire. Ipſa unguis excíſio, quem hamulo elevat, tunc exiguis forficibus reſecat, & inſtrumento, quod ob ſtyli barbariem non intelligas; adverſus diuturnam ſcabiem hirudines palpebris admovet. Fiſtulæ lacrumalis curatio. Findit, & in parte ima perforat ad nares, & uſtionem imperat, etiam repetitam. Poſſe etiam perforando absque cauterio (*coctura*) curari, docetque, ut perforetur. Fiſtulam, deligato per triduum oculo, deinde fricato, ſanavit. Reſudatio, ſ. lacrumarum non reſorptarum ſuper oculum effuſio. Chirurgos in noſodochio palpebram inverſam curaſſe, reſe-

(x) Apud RHAZEUM L. II. (y) Ibid. (z) Ibid. L. XV. (a) Ibid. L. X. cap. I. (b) Ejus liber *de dentium morbis.* (c) *Cont.* L. I. cap. 2. (d) Ibid.

reſecta parte cartilaginis, tunc trajectis filis, extenſa in rectum palpebra. Ipſe excogitavit ferramentum flexum, quo radices ciliorum vitioſorum exurebat. Tabulis etiam duabus vidit palpebram comprehendi & tantum reſecari, quantum nimis ciliis exuberat, deinde palpebram tranſui duobus vel tribus punctis.

Idem in L. IX. *ad* ALMANSOREM agit etiam de morbis oculorum. HALLER. V. *pag.* 265.

HALY ABBAS in *practicæ* L. V. agit de morbis oculorum. In *theoriæ* L. IX. etiam oculorum vitia percurrit. HALLER. V. *pag.* 295.

AVICENNA in L. III. *fen.* 3. tract. 1. cap. 1. &c. agit de oculorum morbis. Nonnullos ait diſrumpere inferiorem partem corneæ, & extrahere aquam (cataractam) per eam tunicam, quam adminiſtrationem ipſe non probat, nuper a DAVIELIO reſtitutam. HALLER. V. *pag.* 267.

JOHANNES MESVE, junior, in fragmento operis, cujus pars major interiit, & quo omnes corporis humani morbi a capite ad calcem debebant contineri, ſed in morbis pectoris abrumpitur hoc opus, & reliquæ partes perierunt, noſter in re medicamentaria fere potiſſimum verſatur: fiſtulam tamen lacrumalem ſe perforato oſſe ſanaſſe, ſibi teſtis eſt, etſi id rarum ſit, & foramen carne ſubnaſcente fere obturetur. Prodiit cum aliis MESVES junioris, DAMASCENI *operibus* VENET. 1602. fol. & alias. HALLER.

AVENZOAR etiam de fiſtula lacrumali agit, quam ſola compreſſione, abſque inciſione ſanat. HALLER. V. *pag.* 295.

ALBUCASIS in L. II. ancyloblepharon minus diffidens cultro ſolvit. Venas in oculo tumidas elevat & reſecat. Cataractæ depoſitionem vel unica punctione molitur, vel duabus, & duobus inſtrumentis; poſt operationem dabat hypnoticum. Eſſe, qui ex Alnyrach (forte Alkahirah fecunda cæcorum nutrice) veniant, qui corneam tunicam perforent, atque aquam (lentem cryſtallinam) exſugant, quam adminiſtrationem negat ſe vidiſſe aut legiſſe.

Idem in L. *theoriæ* &c. pag. XCVIII. b. incipientem cataractam ſe vidiſſe medicamento curatam, quod mel receperit; pag. XLVII. aquam (cataractam) depreſſam adſcendere: alcanninam nunquam, quæ craſſiorum ſit partium. HALLER. V. *pag.* 267.

ALBUCASEMI L. *de curandis oculorum morbis* Hebraice vertit NATHAN MENTHÆUS apud HOTTINGERUM. HALLER (e).

(e) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 407.

MAIMONIDES habet etiam morbos oculorum. HALLER. V. *pag.* 267.

ISSA BEN ALI al CABHALI, ocularius, incerti ævi auctor eſt, non continuo filius HALY ABBASSIDÆ dicendus. Citat JOHANNITIUM filium SERAPIONIS. Sæpe a GUIDONE citatur. Titulum fecerat: TADHKERAT ALKAHHALIN, ſ. *de oculis*, continet eorum organorum mala atque curationes. Nihil habet proprii. In fiſtula lacrumali ut reliqui Arabes urit. Plurimus tamen eſt in medicamentis, & integram recenſet materiam medicam. Prodiit VENETIIS 1499. fol. 1500. fol. cum ALBUCASI, & a. 1506. fol. cum GUIDONE. In editis vocant JESU filium HALI.

Codex M. S. eſt in Bibl. Regia HERBELOT p. 649. & in B. R. P. n. 7131. Latinus.

An idem *Iſa Ala Eddin*, cujus experimenta ad oculorum vitia M. S. ſunt inter libros NARCISSI Dublin. n. 1836.

CANA MUSALI de BALDACH una cum ESU. f. (f) ALI prodiit a. 1499. fol. 1506. fol. Plurimum ſe laborem poſuiſſe in *translatando de* libris *Chaldæorum* & *Hebræorum medicorum*, & CABASSI de INDIA, eorumque flores ſe collegiſſe, inque hunc contuliſſe librum. Antiquiorem fuiſſe putes, certe ſe coram admiralio KALIFÆ BAGDADI ſtetiſſe dicit, quorum Kalifarum imperium vergente ſeculo XIII. everſum eſt. Citat ALMANSOREM, JOHANNEM DAMASCENUM. Ipſe artem exercuit, & in utroque oculo cataractam depoſuit. Subnatas convulſiones caſtoreo compeſcuit. Multus eſt in medicamentis, habet tamen & chirurgicas adminiſtrationes. Sæpe citatur a GUIDONE. Ita HALLER.

ALCOATIM, ſæpe a GUIDONE citatus, videtur ocularius fuiſſe. Quinquaginta oculorum morbos deſcripſit (g). HALLER.

Anonymi tractatus *de oculorum morbis*, cum collyriorum formis & medicamentis, quæ res chirurgica ſolet adhibere. Aliqua etiam chirurgica inſtrumenta ruditer delineantur. Eſt in Bibl. CASIRI n. 871. HALLER.

CONSTANTINUS *de morborum cognitione* &c. etiam oculorum morbos habet.

Idem in L. *Chirurgiæ* etiam crudeles PAULI inciſiones ad oculorum mala repetit. HALLER. V. *pag.* 263.

EROS in L. *de paſſionibus* &c. agit etiam de nonnullis oculorum malis. HALLER. V. *pag.* 418.

GEN-

(f) ABULFARAI pag. 605. (g) ARGELATA pag. 90.

GENTILIS de FULGINEO in *conſiliorum med. conſ.* 5. 6. de ophthalmia. *Conſ.* 7. ad nyctalopiam. WALTHER. V. *pag.* 418.

GUIL. de SALICETO in *Chirurgia* &c. veſicantia medicamenta in ophthalmia laudat. HALLER. V. *pag.* 268.

LANFRANCUS in *Chirurgiæ magnæ* doctr. 3. tract. 3. cap. 1. de oculorum morbis. WALTH. In fiſtulæ lacrumalis curatione ferrum ignitum erodentibus medicamentis præfert. HALLER.

Idem in *Chirurgiæ parvæ* cap. 15. de morbis oculórum. WALTH. V. *pag.* 2.

BERNARD. GORDON in *Medicina* &c. habet etiam morbos oculorum. HALLER. V. *pag.* 270.

ARNALD. de VILLANOVA in *breviarii* L. I. cap. 25. de lippitudine. Cap. 26. de lachrymis oculorum. Cap. 27. de fugillatione oculorum. Cap. 30. de albula, panno & maculis oculorum. Cap. 32. de fiſtula lachrymali. WALTH. V. *pag.* 256.

NIC. BERTRUCCIUS in *meth. cognoſc.* L. I. agit de nonnullis oculorum morbis. WALTH. V. *pag.* 371.

GUIL. de VARIGNANA in *ſecretorum* &c. tract. 3. cap. 1. &c. agit de palpebrarum pilis, de hordeolo, de aſperitatibus palpebrarum, de livore oculorum a percuſſione, de nyctalopia, de dolore oculorum, de cura ulcerum oculi, de albugine, de fiſtula lachrymali. WALTHER. V. *pag.* 371.

JOH. de GADDESDEN in *roſa Anglica* &c. oculorum etiam mala habet. Adparet neminem eo ævo medicorum & chirurgorum cataractam ſciviſſe deponere, quare noſter non male monet, utile eſſe, ut in cane quis ſe exerceat. HALLER. V. *pag.* 2.

GUY de CHAULIAC vulgo GUIDO de CAULIACO in *Chirurgiæ magnæ* tract. 3. doctr. 1. cap. 2. de vulneribus oculorum; de illapſis in oculos. In tract. 4. doctr. 2. cap. 2. de fiſtula lachrymali (fiſtulam lachrymalem cum perforatione ad nares ſe non vidiſſe ſanari. HALLER.); de oculorum ulcere. In tract. 6. doctr. 2. cap. 2. de ſtrabiſmo, epiphora, morbis corneæ & maculis, prolapſu oculi, relaxatione palpebrarum, ungue, grandine, encanthide, hordeolo, & pilis inverſis. WALTH. V. *pag.* 297.

BALESCON de THARARE in *philonio* fuſe agit de oculorum morbis. Medicos honoris ſui ſtudioſos cataractæ depoſitionem non adgredi, & junioribus circumforaneis relinquere. Eam tamen deſcribit adminiſtrationem, & non ſine ſuperſtitione. HALLER. V. *pag.* 299.

J. MATTH. de FERRARIIS in *practicæ* &c. Parte I. cap. 15. &c. agit de ophthalmia, ulcere oculorum; de his, quæ ingrediuntur oculum; de albugi-

bugine, ungue, macula rubra, debilitate viſus, nyctalopia, & fiſtula lachrymali.

Idem in *conſiliorum ſecundum vias* &c. *conſ.* 19. pro ungue oculi. *Conſ.* 20. in obſcuritate viſus. WALTH. V. *pag.* 372.

BARTH. de MONTAGNANA in *conſiliorum* &c. *conſ.* 6. de fiſtula lachrymali. *Conſ.* 62. de palpebra inverſa. *Conſ.* 63. de ophthalmia. WALTH. V. *pag.* 372.

ANTON. GUAINERIUS in *operis medici* in addition. Cap. 1. agit de ophthalmia. WALTH. V. *pag.* 372.

ANTON. CERMISONUS in *conſilior. med. conſ.* 9. 10. contra viſus debilitatem ex panno. *Conſ.* 13. contra pruritum oculi. WALTH. V. *pag.* 372.

J. MICH. SAVANAROLA in *practicæ majoris* &c. tract. 6. cap. 2. rubr. 2. de ophthalmia. Rubr. 4. de ungue. Rubr. 5. de ſebel, ſ. panno. Rubr. 4. de prolapſu oculi. Rubr. 10. de fiſtula lachrymali. Rubr. 11. de inordinato lachrymarum fluxu. Rubr. 13. de ulceribus corneæ. Rubr. 15. de albugine. Rubr. 17. de pupillæ dilatatione. Rubr. 20. de atrophia oculorum. Rubr. 22. de difficultate claudendi palpebras. Rubr. 30. de debilitate viſus. Rubr. 31. de nyctalopia. Rubr. 36. de gutta ſerena. WALTH. V. *pag.* 373.

JOH. BAVERIUS de BAVERIIS in *conſiliorum* &c. *conſ.* 62. de ungue quaſi totum oculum comprehendente. *Conſ.* 76. de fiſtula lachrymali. WALTH. V. *pag.* 3.

BENEDICTUS GRAPHEUS. Ejus *de oculorum affectibus.* VENET. 1497. fol. HALLER.

GEORGIUS VALLA, literator & medicus, Placentinus. Ejus ſunt *univerſæ Medicinæ, ex Græcis potiſſimum, contractæ, libri* VIII., qui efficiunt *libros* 24. *ad* 30. *operis expetendorum & fugiendorum.* VENET. apud ALDUM 1501. fol. quæ ſplendida eſt editio. Collectio eſt ex Græcis, etiam ad verbum exſcripta. In L. XXVIII. mala oculorum & remedia.

Ejus *de natura oculorum. Ariſtotelis problemata eo pertinentia.* ARGENT. 1529. 8. Perinde ſemper ex veteribus collectio. HALLER (h).

MARCUS GATTINARIA *de curis ægritudinum* &c. ophthalmias, cataractas & oculorum morbos habet. Albuginem ſaccharo cando ſanavit. HALLER. V. *pag.* 420.

ANTON. BENIVENIUS *de abditis morborum cauſis* &c. cap. 74. Puellæ, cui a vulnere aqueus oculi humor effluxerat, is humor ſponte reparatus eſt. HALLER. V. *pag.* 362.

JOH.

(h) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 488.

Joh. de Vigo in *practicæ* &c. pag. CLII. b. cataractæ depoſitionem deſcribit, ut viderit ab expertis exerceri. Haller. V. *pag.* 270.

Joh. Arculanus in *practicæ medicæ* &c. cap. 13. de nyctalopia. Cap. 19. de ulceribus oculorum. Cap. 20. de his, quæ in oculos illabuntur. Cap. 21. de albugine. Cap. 24. de ungue. Cap. 25. de ſugillatione oculorum. Cap. 26. de nimio lachrymarum fluxu. Cap. 28. de debilitate viſus. Cap. 29. de inverſione palpebrarum, phalangoſi, & trichiaſi. Cap. 33. de fiſtula lachrymali. Walth. V. *pag.* 373.

Alexand. Benedictus *de omnium a capite ad calcem* &c. L. II. agit de ophthalmia, egilope, grandine, epiphora, prolapſu oculi, carcinomate & ulceribus oculi, tracheomate & ſcabie palpebrarum, hypopio, ectropio, encanthide, lachrymationibus, mydriaſi, nyctalopia, glaucomate, grandine, madaroſi & mylphoſi, phthiriaſi, trichiaſi. Walth. V. *pag.* 300.

Galeac. de S. Sophia in *operis medicinæ practicæ* &c. *de curat. morbor. particul.* cap. 15. &c. de ophthalmia, ulceribus oculorum, de his, quæ in oculos cadunt, de albugine, de converſis palpebrarum pilis, de panno, lachrymis involuntariis, nyctalopia, fiſtula lachrymali, ſtrabiſmo & prolapſu oculi. Walth. V. *pag.* 373.

Godofr. Steghius in *arte medica* &c. agit etiam de nonnullis oculorum morbis. Walth. V. *pag.* 313.

Joh. Stockerus in *praxis medicæ* L. I. cap. 9. &c. agit de ophthalmia, ungue, albugine, vulneribus & prolapſu oculi, fiſtula lachrymali, effluxu lachrymarum. Walth. V. *pag.* 374.

Petrus de Bayro *de medendis* &c. L. III. cap. 1. &c. fuſe de morbis oculorum. Walth. V. *pag.* 374.

Leonhard. Fuchs. Ejus *tabula oculorum morbos comprehendens.* Tubing. 1538. fol. Haller (i).

Joh. Manardus in *epiſtolarum* &c. L. XIV. *epiſt.* 4. de epiphora. L. XV. *epiſt.* 2. de nyctalopia. In L. XX. *epiſt.* 1. de lachrymarum effluxu. Walth. V. *pag.* 421.

Andr. Vesalius in *paraphraſis* &c. cap. 16. 17. &c. de variis oculorum malis. Walth. V. *pag.* 375.

Magiſter Zacharias, cujus ætas ignoratur. Ejus ſcripta *de paſſionibus oculorum* ſunt in Bibl. Sloan. n. 8970.

Bona-

(i) Ibid. pag. 523.

BONAMICI GRAFTON *ars probatiſſima de ægritudinibus oculorum* eſt in Bibl. BODL. n. 2063. nonne idem fuerit GREPHEUS (*pag.* 1256.). HALLER.

Anonymi L. IV. *de morbis oculorum, herniis, tinea, & antiquis ulceribus* Germanice ARGENTOR. 1538. 4. HALLER.

Ein neues Büchlein von Kenntniſs der Krankheiten der Augen. STRASBURG 1538. HALLER.

Anonymi tract. *de morbis oculorum* eſt in Bibl. R. Par. n. 6888. HALLER.

JOHANNES GUINTHERUS in *commentariorum* &c. T. I. agit etiam de vitiis oculorum. HALLER. V. *pag.* 421.

JOH. DRYANDER *der ganzen Arzney* &c. caput etiam de cataracta habet. HALLER. V. *pag.* 421.

SEBAST. AUSTRIUS *de infantum, ſ. puerorum morbis* morb. 15. de glaucedine oculi. WALTH. V. *pag.* 421.

JOH. FERNELIUS in *univerſæ Medicinæ* &c. L. V. cap. 5. de morbis oculorum. WALTH. V. *pag.* 273.

ANTON. FUMANELLUS. V. *pag.* 590.

GUALTHER HERMANN RYFF. Ejus *nützlicher Bericht wie man die Augen und das Geſicht ſcherfen, und geſund erhalten ſoll.* WÜRZBURG 1548. 4. HALLER. V. *pag.* 422.

VIDUS VIDIUS *de curatione membratim* L. IV. cap. 3. de morbis oculorum. WALTH. V. *pag.* 375.

DIONYS. FONTANONUS in *practicæ* &c. cap. 25. &c. agit de ophthalmia, de lachrymarum ex oculis emanantium curatione, de fiſtula lachrymali. WALTH. V. *pag.* 422.

JUL. ALEXANDRINUS in *ſalubrii, ſ. de ſanitate tuenda* L. XXVII. cap. 12. de ſtrabiſmo. WALTH. V. *pag.* 642.

AMBROSIUS PARÆUS in collectione *operum* L. IX. ſetaceum ad oculi mala laudat, cum viderit manifeſto acutius ægrum vidiſſe, quando pus fluebat, & pene cæcum fuiſſe, quando ſubſiſtebat. In L. XVI. agit de ophthalmia, oculi prolapſu, ungue, ægilope. Fiſtulam lachrymalem urit. Acum habet ad cataractam planiuſculam ſcindentem. HALLER. V. *pag.* 301.

BENED. VICTORIUS in *medicinal. conſil. conſ.* 4. de ophthalmia. WALTH. V. *pag.* 789.

AMATUS LUSITANUS in *curat. med. centuria* IV. Carbunculus palpebræ inferioris, gangrænam minitans, ferro curatus & refectus, ut tota pene palpebra inferior periret. HALLER. V. *pag.* 314.

CASPAR

CASPAR PEUCER in *Medicinæ practicæ* &c. cap. 5. de morbis oculorum. WALTH. V. *pag.* 423.

CHRISTOPH. a VEGA in *artis medendi* L. III. cap. 1. &c. de oculorum morbis. WALTH. V. *pag.* 376.

DONAT. ANTON. ab ALTOMARI in *artis medendi* &c. cap. 20. &c. aliqua oculorum vitia percurrit. WALTH. V. *pag.* 376.

FRANCISCUS VALERIOLA. V. *pag.* 629.

PETRUS FRANCO in *traité des hernies* &c. agit etiam de cataracta; queritur depoſitam ſibi ſæpe adſcendiſſe. Ungulæ exſtirpatio. In fiſtula lacrumali præfert uſum medicamentorum eſcharoticorum. Alii oculorum morbi. HALLER. V. *pag.* 801.

J. B. MONTANUS in *conſultat med. conſ.* 26. de ulceribus oculorum. *Conſ.* 34. de ægilope. *Conſ.* 73. 74. 77. de ophthalmia. *Conſ.* 81. de lachrimis involuntariis. WALTH. V. *pag.* 424.

REINERUS SOLENANDER in *conſiliis* &c. etiam de ungue oculi. HALLER. V. *pag.* 383.

ANTON. CHALMETHÆUS in *enchiridii chirurgici* &c. L. III. cap. 16. de oculorum vulneribus. Cap. 19. de oculorum ulcere. Cap. 20. de fiſtula lachrymali. WALTH. V. *pag.* 274.

GABRIEL FALLOPIUS in tract. *de ulceribus* cap. 3. 4. de ulceribus oculorum. Cap. 6. de fiſtula lachrymali. WALTH. V. *ulcera.*

J. P. PERNUMIA in *therapeutices* &c. L. VII. aliqua habet de oculorum morbis. WALTH. V. *pag.* 377.

GUIL. RONDELET in *methodi curandorum* &c. L. I. agit de pterygio, ulcere oculi, albugine, fugillatione, nyctalopia, oculi prolapſu, epiphora, ægilope. WALTH. V. 377.

JAC. DALECHAMP in *Chirurgie Françoiſe* &c. CLAUDIUM CHARPENTIER ocularium Regium ad oculi fluxiones cucurbitula uti, quam chirurgus ſugendo adtrahat. HALLER. V. *pag.* 9.

JOH. FRAGOSUS in *Chirurgia univerſal* L. II. uſtiones in cranio ad antiquas ophthalmias felices. HALLER. V. *pag.* 9.

HIERONYM. MERCURIALIS in *variar. lection.* de venarum temporalium uſtione ad oculorum mala. HALLER. V. *pag.* 851.

Ejus *prælectiones de oculorum morbis* &c. V. *pag.* 377.

VOLCHER COITER in *obſervationibus* &c. vulnera corneæ tunicæ cum jactura humorum utique ſanati. HALLER. V. *pag.* 10.

J. ANDR. della CROCE in *Chirurgiæ* &c. L. V. agit etiam de cataracta. HALLER. V. *pag.* 10.

NIC. le GRAND & NIC. LAMBERT *non E. ſuffuſionum omnium eadem curatio.* PARIS 1574. 4. HALLER.

HORAT. AUGENIUS in *epiſtolarum medic.* T. III. L. XI. *epiſt.* 42. de pterygio & ungue oculi. WALTH. V. *pag.* 427.

VICTOR TRINCAVELLUS in *enchiridii medici* &c. L. III. cap. 1. &c. agit de oculorum morbis.

Idem in *commentar. de compoſ. medicament.* L. IV. cap. 8. medicamenta ad morbos oculorum. WALTH. V. *pag.* 378.

DOMINIC. LEONUS in *artis medendi* &c. Sect I. L. IV. morbos oculorum tractat. WALTH. V. *pag.* 378.

OMNIBONUS FERRARI *de arte medica* &c. L. III. cap. 20. de ſtrabiſmo. WALTH. V. *pag.* 1101.

JOH. RIOLAN in *particul. med. meth.* ſect. 1. tract. 2. de morbis oculorum. WALTH. V. *pag.* 378.

CASPAR WOLFIUS in *viatici novi* &c. cap. 14. de ophthalmia. WALTH. V. *pag.* 428.

NICOLAUS PISO *de cognoſcendis & curandis* &c. L. I. aliqua interponit de morbis oculorum. HALLER. V. *pag.* 379.

JUST. ORTLOPH. MAROLDUS in *practica medica* &c. pag. 61. ad nebulas oculorum. WALTH. V. *pag.* 379.

MICHAEL SCHENK. Ejus *de ophthalmia.* HEIDELBERG 1582. 4. HALLER.

GEORGIUS BARTISCH, chirurgus ocularius & herniotomus Dreſdenſis ex pago Königsbruk. Ejus ὀφθαλμοδουλεία, *oder Augendienſt oder Bericht von Urſachen aller Schäden, Gebrechen, Mangel der Augen.* DRESDEN 1583. fol. NÜRIMBERG & SULZBACH 1686. 4. Longo uſu exercitatus homo; ſuperſtitioſus idem, qui gravem oculorum inflammationem pro morbo magico habeat. Inſtrumentum invenit, quo palpebras nimis productas conprehendebat & abſcindebat, a VERDUYNIO & RUYSCHIO correctum, quod ipſum fuit litis cauſa RUYSCHIUM inter & RAVIUM agitatæ. Pluri- ma inſtrumenta depicta dat, morborumque oculi numeroſas, novo inſtituto, icones dedit. In cataracta deponenda tritam viam ſequitur: acu ſubit ad duorum, ubi plurimum, dorſorum cultri diſtantiam a cornea tunica. Exemplum habet ſubito natæ cataractæ. In medicamentaria re potius nimius eſt, & teſtimonia, non ſatis cordata conſilia ſecutus, longo ordine excudi fecit.

Latinæ verſionis codex M. S. erat inter codices FRANCISCI BERNARD Bibl. Brit. n. 3680.

Idem edidit etiam *teſtimonia wie er mit innerlichen und äuſſerlichen kuren vielen menſchen gerathen* a. 1599. 4. HALLER.

JOH. MARQUARD in *practicæ theoricæ* &c. L. I. cap. 16. de ophthalmia. WALTH. V. *pag.* 379.

HIE-

Hieronym. Klein. Ejus *de præcipuis adnatæ adfectibus.* Basil. 1583. 4. Haller.

Joh. Heurnius. V. *pag.* 380.

Jacques Guillemeau. Ejus *traité des maladies de l'œil* primum prodiit Paris. 1585. 8. Germanice vertente Martino Schurig, Dresd. 1706. 8. 1710. 8. Belgice a Johanne Verbrugge verſum Amsterdam 1678. Non utiliſſimum opuſculum, etſi 113. morbos oculi diſtinguit. Veteres ubique ſequitur, & in re verſatur medicamentaria. Editor Verbrugge aliquas non malas adnotationes adſperſit, ut de animalculis conjunctivam tunicam adrodentibus. Haller. V. *pag.* 11.

Joh. Crato in *periochè methodica* &c. pag. 369. de oculorum affectibus. Idem in *conſiliorum* &c. L. V. *conſ.* 5. in dolore oculorum. *Conſ.* 60. 61. de ophthalmia. Walth. V. *pag.* 380.

Roder. a Fonseca in *conſultationum* &c. T. I. *conſ.* 18. de ophthalmia. In T. II. *conſ.* 13. de fiſtula lachrymali. *Conſ.* 55. de gravi ophthalmia. Walth. V. *pag.* 381.

Georg. Bertinus in *Medicinæ* &c. L. XII. cap. 4. de vitiis oculorum. Walth. V. *pag.* 12.

Petrus Forestus. In ejus *obſervationum* &c. Liber XI. eſt de oculorum malis datus a. 1591. Ophthalmia varia. Lacrumæ ſanguineæ in vetula diuturnæ refrigerantibus & adſtringentibus repreſſæ. Oculi eminentes & humore pleni vino euphraſiato ſanati. Presbyopia pro morbo curata: myopiæ vitra concava obponit, forte medicorum primus. Viſus duplex duobus oculis utenti, ſimplex ſi unico. Corneæ membranæ ruptura, & ſtaphyloma non ſanatum: ita neque aliud; ſuffuſionis aliqua exempla: eam noſter tentabat medicamentis adgredi. Ectropii ſanationes, nonnullis unguentis perfectæ. Haller. V. *pag.* 381.

J. Thom. Minadous *de corporis humani turpitudinibus* &c. L. III. cap. 15. &c. de oculorum morbis. Walth. V. *pag.* 644.

Eustach. Rudius in *artis medicæ* &c. L. I. cap. 20. &c. de oculorum morbis. Walth. V. *pag.* 382.

Hieronym. Capivaccius in *meth. pract. med.* L. I. de oculorum affectibus. Walth. V. *pag.* 382.

Hercules Saxonia in *Medicinæ practicæ* &c. L. I. cap. 19. de affectibus oculorum. Walth. V. *pag.* 362.

Hieronym. Fabricius in *pentateuchis* &c. bis cultro cataractam depoſuit, & ſenſit, vitium pone uveam poni: & denique tota adminiſtratione porro abſtinuit, quod intelligeret, fieri non poſſe, quin acus cryſtallinam lentem perforaret. In fiſtula lacrumali aut ferro radit, aut urit. Lagophthalmum emplaſtris glutinantibus ſanat. Haller. V. *pag.* 302.

Guiliel. Fabricius in *obſervationum* &c. *centuria* I. *obſ.* 1. ficus cancroſus oculi exſtirpatus. Oculus a ſagitta perforatus, ſed humor aqueus, & ipſe demum viſus reſtitutus. In *cent.* II. *obſ.* 13. quomodo arena, aliaque corpora ex oculis extrahenda. In *cent.* III. *obſ.* 23. de nubeculæ curatione. In *cent.* IV. *obſ.* 14. ophthalmiæ curatio. *Obſ.* 17. ſcoria ferri adnatæ infixa. *Obſ.* 18. ulcera oculi. Ita Walther. In *cent.* V. cataracta ex vulnere & impacta oculo feſtuca ſubito orta. Venæ frontis ſectione levata gravis ophthalmia. Uxor Hildani micam ferri corneæ impactam magnete evocavit. In *cent.* VI. prolapſus oculi & exciſio, & contra Georgii Bartisch inſtrumentum. Coalitus palpebræ ſuperioris cum oculo, quem Celsi tempore nemo ſanaverat, curatus ſpecillo & filo, quo palpebræ diſtenduntur pondere appenſo firmatis.

Idem in tribus voluminibus, in quibus multum eſt ineditorum &c. de palpebra ab adamantis cuſpide fiſſa ægre, ſed tamen curata, canali æneo naſo impoſito, cui adfixa fila palpebras unientia, emplaſtro admoto glutinata, Haller. V. *pag.* 274.

Christoph. Stymmel. Ejus *de ophthalmia*. Basil. 1593. 4. Haller (k).

Nic. Abr. Frambesarius in *canonum* &c. L. III. cap. 1. de ophthalmia. Walth. V. *pag.* 14.

Joh. Costæus *de igneis* &c. palpebrarum craſſitiem melius igne tolli, quam ferro. Amauroſin ſanatam tegula in caput illapſa. Haller. V. *pag.* 591.

Univerſæ Medicinæ ſynopſis oculique paſſionum enumeratio. Vicentiæ 1595. fol. Haller.

Durantes Scacchius in *ſubſidii Medicinæ* &c. L. I. agit de oculorum morbis. Inſtrumentum lunatum ad palpebras relaxatas urendas. Aquam mirabilem triplicem adjuncto pretio & auri & balſami ad oculorum vitia deſcribit. Acus cataractæ deponendæ deſtinata, & ipſa depoſitio: ipſe autem depoſuiſſe videtur. Unguis ut tollatur deglubendo penna anſerina, aut crine; linctum etiam laudat. Staphyloma vinculo intercipit, & ſecat. Fiſtulam igne etiam adgreditur, oculo proprio cochleari defenſo. Haller. V. *pag.* 15.

Andreas Laurentius, archiater Regius, Cancellarius Monſpelienſis, Dureti diſcipulus. Ejus *diſcours de la conſervation de la vue, des maladies melancholiques, des catarrhes, de la vieilleſſe.* Paris 1597. 12. (l) 1600. 8. 1692. 8. Italice Fr. Gio Germano vertit Napoli 1666. 4. De cataracta agit, cujus ſedem in utraque oculi camera ponit. Haller.

Thom.

(k) Ibid. pag. 311. (l) Ita Haller in *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 275.

THOM. FIENUS *de præcipuis artis* &c. L. II. de cataracta. In L. III. de ungue agit. HALLER. V. *pag.* 591.

FRANC. RANCHIN in *opuſculis medicis* &c. in *gerocomio* agit etiam de ſuffuſione. HALLER. V. *pag.* 315.

ALEXAND. MASSARIA in *practicæ medicæ* L. I. agit etiam de ſuffuſione; recte monet, in ſuffuſione ophthalmica medicamenta non prodeſſe, & laudat cauteria. HALLER. V. *pag.* 384.

JOH. JESSENIUS in *inſtitut. chirurg.* ſect. 3. cap. 4. de excreſcentiarum in palpebris ablatione. Cap. 5. de ægilope. WALTH. V. *pag.* 384.

ANDR. CÆSALPINUS in *ſpeculo artis medicæ* &c. agit etiam de morbis oculorum. HALLER. V. *pag.* 384.

THEODORUS GRAMMÆUS. V. *pag.* 385.

FELIX PLATERUS in tr. *de functionibus læſis* cap. 7. de ſtrabiſmo, nyctalopia, pterygio.

Idem in tr. *de doloribus* cap. 4. de oculorum morbis.

Idem in *obſervationum* &c. L. II. pag. 356. de ægilope, & fiſtula lachrymali. WALTH. V. *pag.* 385.

Idem in *praxis med.* L. I. tit. de viſus læſione. HEISTER. V. *pag.* 322.

CLAUD. DEODATUS in *panthei* &c. L. III. cap. 21. de oculorum affectibus. WALTH. V. *pag.* 385.

SEBAST. MÖLLER. Ejus *de ſuffuſione.* FRANCOF. 1603. 4. HALLER.

FRANCISCUS PLAZZONUS. Apud RHODIUM reperitur in *obſervat.* n. 82. ejus curatio oculi, cujus humor aqueus reſtitutus eſt. HALLER. V. *vulnera.*

CASP. HOFMANUS in *inſtit. med.* L. III. cap. 114. de pterygio. WALTH. V. *pag.* 434.

JUL. CÆS. CLAUDINUS in *empiricæ rationalis* &c. L. III. tract. 2. part. 1. cap. 1. &c. de oculorum affectibus. WALTH. V. *pag.* 386.

LÆLIUS a FONTE in *conſultat. med. conſ.* 50. de ophthalmia. WALTH. V. *pag.* 434.

J. HIERONYM. PULVERINUS in *Medicinæ practicæ* &c. cap. 20. &c. de pterygio, oculorum obfuſcatione, ægilope &c. WALTH. V. *pag.* 435.

RUDOLPH. GOCLENIUS in *experimentirbuch* &c. cap 81. de ophthalmia. WALTH. V. *pag.* 352.

CHRISTOPH. GUARINONI in *conſil. med. conſ.* 25. ad fiſtulam lachrymalem incipientem. *Conſ.* 406. de puero ægilope affecto. WALTH. V. *pag.* 436.

JEAN GIRAULT in *quelques traitez* &c. ut in fiſtula lacrumali ignis admoveatur, ferramento in fine latiori. HALLER. V. *pag.* 303.

SE-

Sebast. Cortilio *de chirurgica inſtitutione* L. I. cap. 10. de hordeolo. Walth. V. *pag.* 17.

Henr. Smetius in *miſcellaneis* &c. Enormis encanthis. Ruſtici per nares videntis hiſtoria pene incredibilis. Cæcitas a lente cryſtallina glauca (anno 1578.) Haller. V. *pag.* 436.

Daniel Sennertus. Ejus diſp. *de ophthalmia.* Witteberg 1608. 4.

Idem in *Medicinæ practicæ* &c. L. V. agit etiam de oculorum vitiis. Haller. V. *pag.* 17.

Wolfg. Oswald Gabelchoverus in *curat. med. centuria* II. *cur.* 41. 61. 81. ophthalmia. In *cent.* III. *cur.* 100. imbecillitas videndi. In *cent.* IV. *cur.* 3. nyctalopia. *Cur.* 10. caligo oculi. *Cur.* 37. 38. ophthalmia. *Cur.* 39. conglutinatio palpebrarum. Walther. V. *pag.* 352.

Gregor. Horst in *obſervationum* L. II. *obſ.* 16. 31. 32. de ophthalmia. *Obſ.* 34. de nyctalopia. *Obſ.* 39. de nubecula oculi. In L. IX. *obſ.* 7. vulnus oculi & gutta ſerena. *Obſ.* 11. ecchymomata rara oculorum. Walth.

Idem in *centuria problematum* &c. agit de ſetaceo & cauterio in ophthalmia, & ſetaceum præfert. De ſanguinis columbarum ad oculorum mala utilitate; de ſuffuſione per vomitum curanda. Haller. V. *pag.* 276.

Joh. Gellius. Ejus συζήτησις *medica de internis oculorum affectibus.* Basil. 1613. 4. Haller.

Lud. Septalius in *animadverſionum* &c. L. III. p. 142. de epiphora. Walth. V. *pag.* 18.

Joh. Vigier in *operum* &c. L. I. cap. 30. de hydatide palpebrarum. Cap. 31. de anchilope. In L. II. cap. 26. ad guttam ſerenam. Cap. 29. de oculorum vulnere. In L. III. cap. 33. 34. de oculorum ulceribus. Cap. 38. de cicatrice tunicæ corneæ. Cap. 39. de ægilope. Walther. V. *ulcera.*

Petr. Poterius in *inſignium curationum* &c. *centuria* III. etiam ophthalmias. Haller. V. *pag.* 387.

Theod. Collado in *adverſariis* &c. cap. 34. de ophthalmia. Walth. V. *pag.* 353.

J. Phil. Brendel in *conſil. med. conſ.* 33. ad oculorum rubedinem. *Conſ.* 34. in ophthalmia. *Conſ.* 35. in lippitudine. *Conſ.* 49. in oculorum rubedine. *Conſ.* 51. in ægilope. *Conſ.* 53. in lippitudine. Walth. V. *pag.* 387.

Jaco-

JACOBUS SCHALLING, Winſhemius. Ejus *diſp. hermetico-Galenica de natura oculorum, cenſuræ ordinis Roſatæ crucis oblata.* Germanice & Latine ERFURT 1615. fol. Abſurdus liber, ut ex ipſo titulo adgnoſcas. Multa habet inaudita, ut hamulos nervi optici. Multa ad magiam refert. Cæterum in medicamentis ſe continet, quorum ubertatem recenſet. HALLER.

J. CLEMENS CUNO. Ejus diſp. *de ophthalmia.* BASIL. 1615. 4. HALLER (m).

GUIL. BALLONIUS in *conſiliorum* &c. L. II. *conſ.* 18. de oculi albugine. WALTH. V. *pag.* 387.

FRANC. PECCETTI in *Chirurgiæ* &c. L. I. cap. 36. de grandine. Cap. 37. de hordeolo. Cap. 38. de ægilope. In L. II. cap. 26. de oculorum vulnere. In L. III. cap. 15. de oculi ulceribus. WALTH. V. *pag.* 18.

FRANC. JOEL in *operum omnium* T. II. L. II. ſect. 1. agit de oculorum morbis. WALTH. V. *pag.* 18.

THEOD. CORBÆUS in *pathologiæ* &c. L. II. ſect. 2. cap. 30. &c. de oculorum affectibus. WALTH. V. *pag.* 315.

HENR. PETRÆUS in *Hanabüchlein* &c. tract. 3. cap. 16. de oculi vulneribus. Tract. 8. cap. 4. de oculum artificialem reponendi modo, Tract. 10. cap. 4. de ungue; de pediculis ſuperciliorum. WALTH. V. *pag.* 18.

LAZAR. RIVERIUS in *praxis medicæ* &c. L. II. agit de oculorum morbis. WALTH. V. *pag.* 388.

JOH. VINCENT. FINKIUS in *enchiridii* &c. cap. 8. de ophthalmia. WALTH. V. *pag.* 389.

MATTH. LUD. GLANDORP in *ſpeculo* &c. de palpebra futura confirmata. Læſa tunica cornea oculi convaluit, viſusque reſtitutus eſt; ſic etiam vitreus humor reparatus. HALLER. V. *vulnera.*

MELCH. SEBIZ. Ejus diſp. *de ophthalmia.* ARGENT. 1662. HALLER.

Idem in *manualis*, *ſ. ſpeculi* &c. T. I. parte 2. ſect. 4. fuſe agit de oculorum morbis. WALTH. V. *pag.* 364.

HENR. ab HEERS in *obſervationibus* &c. Aquei humoris & partis vitrei jactura reparata, amiſſus tamen viſus. HALLER. V. *pag.* 364.

J. KNYPHÆUS. Ejus *Augentroſt nüzlich Kunſt und Vortheile zu den Augen.* DARMSTADT 1622. 8. HALLER (n).

FABRI-

(m) Ibid. pag. 447. (n) Ibid. pag. 510.

FABRICIUS BARTOLETTI, Profeſſor Bononienſis, inde Mantuanus. Ejus *duo conſilia de ophthalmia, & de corneæ oculi tunicæ ulceribus* exſtant in FRANCISCI BRUSCHII, Comitis, Archiatri Mantuani, *promachomachia jatro-chymica* &c. MANTUÆ 1623. fol. HALLER (o).

J. RUD. CAMERARIUS in *ſylloges memorabilium* &c. *centuria* XI. part. 43. humor aqueus deperditus poteſt reſtitui. ALBERTI. V. *pag.* 19.

J. CAR. ROSENBERG in *roſæ nobilis* &c. Parte III. cap. 33. de ophthalmia. WALTH. V. *pag.* 1015.

PHIL. SALMUTH in *obſervat. med.* pag. 116. de oculo ob malam curam ſuppurato; pag. 119. prolapſus oculi. WALTHER. V. *pag.* 442.

ARNOLD. WEICKARDUS in *pharmacopœæ* &c. L. I. cap. 4. de affectibus oculi. WALTH. V. *pag.* 389.

J. ANT. LAMBERT in *commentaires* &c. L. III. fiſtulas lacrumales calloſas dilatat, deinde totas aperit, & cauſtico ſanat. HALLER. V. *pag.* 20.

ZACUTUS LUSITANUS *de medicorum princip. hiſtoria* L. I. *obſ.* 41. ophthalmia ſæva copioſa venæ ſectione curata. *Obſ.* 42. ophthalmia ſalvatellæ ſectione curata *Hiſt.* 52. &c. de ophthalmia.

Idem in *praxis admirandæ* &c. L. I. *obſ.* 55. de encanthide male curata. *Obſ.* 56. de gutta ſerena. *Obſ.* 60. ad albuginem remedium. *Obſ.* 62. de epiphora admirabili. *Obſ.* 65. de phthiriaſi. WALTH. V. *pag.* 389.

SAMUEL HAFENREFFER in πανδοχειον &c. L. II. cap. 6. agit etiam de ægilopis curatione. Cap. 14. etiam de ungue & ægilope. WALTH. V. *pag.* 412.

JACOB. PRIMEROSIUS in *enchiridii* &c. Parte II. agit de oculorum morbis. WALTH. V. *pag.* 443.

MART. BLOCHWIZ in *anatomia Sambuci* ſect. 3. cap. 8. de affectibus oculorum. WALTH. V. *pag.* 443.

MARC. AUR. SEVERINUS *de efficaci medicina* Parte II. agit de morbis oculorum, ut de hypopio, de exciſione ægilopis, leucomate, pterygio &c. WALTH. V. *pag.* 303.

VOPISCUS FORTUNATUS PLEMP, Amſtelodamenſis, Profeſſor Lovanenſis, non videtur (quæ GUIDONIS PATINI eſt narratio (p)), religionem mutaſſe, ut cathedram aucuparetur, eadem conditione ad deſerta caſtra

(o) Ibid. pag. 514. (p) Ep. 547.

caſtra rediturus, videtur enim inter catholicos & in ſcholis ejus religionis educatus fuiſſe; vir ceterum minime indoctus. Ejus eſt *ophthalmographia*, *ſ. tractatio de oculi fabrica, actione & uſu præter vulgatas opiniones.* AMSTERDAM 1632. 4. LOVAN. 1648. fol. 1659. fol. In prima editione continetur & phyſiologia, præter nonnulla, quæ de morbis viſus & de vitioſis apparitionibus accedunt. Liber V. demum ad adfectiones oculorum ſpectat. Eæ adfectiones perbreviter traduntur, & ſecundum oculi partes, quibus infeſtæ ſunt. In editione noviſſima morbi oculi fuſius tractantur, chirurgici pariter & interni, cataracta, etiam ſtrabiſmus. Myopiam & preſbyopiam recte interpretatur, in ſolvendis problematibus acuti & perſpicacis ingenii vir. HALLER (q).

NICOL. FONTANUS in *reſponſionum* &c. L. I. pag. 48. de gutta ſerena; pag. 50. de ophthalmia. WALTH. V. *pag.* 579.

JOH. THEOD. de BRY in *introductionis* &c. tract. 2. cap. 11. ad oculorum morbos. WALTH. V. *pag.* 444.

JOH. AGRICOLA in *Chirurgiæ parvæ* &c. tract. 2. pag. 15. de vulneribus oculorum; pag. 174. ad fiſtulam lachrymalem. WALTH. V. *pag.* 21.

WOLFG. HOEFER in *Herculis medici* &c. L. I. cap. 28. de oculorum vitiis. WALTH. V. *pag.* 390.

PHIL. GRULING in *Medicinæ practicæ* &c. L. I. parte 2. cap. 1. &c. de oculorum affectibus. WALTH. V. *pag.* 391.

JOH. RHODIUS in *obſervationibus* &c. PLAZONUM oſtendiſſe, corneam inter & uveam tunicam lamellam quaſi corneam, veram cataractam. Eundem PLAZONUM puerum curaſſe, cui per corneæ tunicæ vulnus aqueus humor effluxiſſet: eum feliciter eſſe reſtitutum. ALDRIGHETTUM cucurbitula oculo admota oculum prolapſum reſtituiſſe, quam curationem in TURCIA didiciſſet. HALLER. V. *pag.* 447.

THEOD. TURQUET in *praxi* &c. Humor aqueus turbidus emiſſus, ſanus & limpidus reparatus. HALLER. V. *pag.* 1118.

NIC. TULPIUS in *obſervationum* &c. L. I. a tumore cum carie oculus de capite expulſus. Vulnus tunicæ corneæ ſanatum, reparatus cum aqueo humore viſus. HALLER. V. *pag.* 22.

PETRUS GASSENDUS in *ſyntagmatis philoſophici*.... parte, quæ ad ſenſus pertinet, novam de cataracta opinionem a celeberrimo, ut ſcribit, chirurgo Pariſino propoſitam adoptat. Sedem nempe in lente cryſtallina habere, neque ea lente educta viſum perire. Eſſe a chirurgo LASNIER putant. HALLER.

(q) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 1596.

GUERNER ROLFINK. Ejus diſp. *de cataracta.* JEN. 1664. 4.

Idem in *anatomicis diſſ.....* habet iterum ſedem cataractæ in lente cryſtallina. HALLER. V. *pag.* 860.

THOM. BARTHOLINUS in *hiſtor. anatom. centuria* I. *hiſt.* 37. de pterygio ſingulari. *Cent.* II. *hiſt.* 71. oculi vulnus. *Cent.* V. *hiſt.* 84. ægilopis curatio. *Cent.* VI. *hiſt.* 6. encanthis oculi. · WALTHER.

Ejus *de oculorum ſuffuſione epiſtola.* HAFNIÆ 1664.

Idem in *Actis Hafnienſibus* Vol. I. *obſ.* 29. de cataractæ depoſitione. *Obſ.* 132. & 133. de oculis reſtituendis BURRHI experimenta & promiſſa. In animali, cui omnes humores eruti, oculus quidem repletus, neque tamen in homine reſtitui. Ipſius BARTHOLINI tentamina ad reſtituendam lentem cryſtallinam incerta. In *Vol.* V. *obſ.* 19. hypopion. HALLER. V. *pag.* 23.

FRID. GNICHV. MONAVIUS. Ejus *affectuum ocularium elenchus.* REGIOM. 1664. 4. HALLER (r). V. *pag.* 408.

JOH. v. HORNE. Ejus diſp. *de ægilope.* LEID. 1659. 4. HALLER. V. *pag.* 23.

JOH. JOHNSTONUS in *ideæ univerſæ Medicinæ* L. VIII. agit de oculorum morbis. WALTH. V. *pag.* 391.

J. PETR. LOTICHIUS in *conſiliorum* &c. L. II. cap. 2. *obſ.* 1. oculi pruritus & dolor. *Obſ.* 4. oculi rubedo. *Obſ.* 5. albugo. *Obſ.* 7. oculi rubedo cum lachrymis. *Obſ.* 9. de palpebris conglutinatis. WALTH. V. *pag.* 23.

J. THEOD. SCHENK. Ejus diſp. *de ophthalmia.* JEN. 1667. 4. HALLER. V. *vulnera.*

JOSEPH. SCHMIDT in *Spiegel der Wundarzney* L. III. aliqua de oculorum morbis. WALTH. V. *pag.* 23.

JOH. VESLING in *ſyntagmate anatomico....* Ophthalmia ſanata inciſa cute oculum inter & aurem: aut emplaſtris plantis pedum admotis. HALLER. V. *pag.* 24.

AUGUST. THONER in *obſervationum* &c. L. II. *obſ.* 1. 2. 3. 4. 5. de ophthalmia. WALTH. V. *pag.* 450.

DOMIN. PANAROLI in *iatrologiſmorum* &c. *pentecoſt.* IV. *obſ.* 9. ad oculorum morbos. WALTH. V. *pag.* 25.

CAR. ARTHUR. PLESSIUS in *enchiridio* &c. PARISIIS hypopion perforata tunica cornea feliciter curari. HALLER. V. *pag.* 277.

JOH.

(r) Ibid. pag. 508.

Joh. Scultetus in *armament.* pag. 127. (s) de cura pterygii; de evulſione pilorum oculos irritantium. In *obſervat. chirurg. obſ.* 20. oculi vulnus. *Obſ.* 34. gutta ſerena ſetaceo nuchæ inuſto curata. *Obſ.* 36. gutta ſerena incurabilis. Walth. V. *pag.* 877.

Petr. Borellus in *hiſtor. & obſervat. centuria* III. *obſ.* 61. de cataracta obſervationes inſolitæ. Alberti. Sedem cataractæ in lente cryſtallina poſuit. Haller. V. *pag.* 25.

Baltass. Timæus in *caſuum medic.* L. I. c. 23. de rubedine oculorum.

Idem in *epiſtolarum* &c. L. I. *epiſt.* 22. de oculorum rubedine. Walther. V. *pag.* 26.

Leonh. Ursinus. Ejus *de ophthalmia.* Lips. 1653. 4. Haller.

Jac. Pancrat. Bruno. Ejus *de ophthalmia.* Altdorf. 1653. 4. Haller.

Tob. Hofer. Ejus *de ophthalmia.* Basil. 1653. 4. Haller.

J. Loesel. Ejus *de ophthalmia.* Basil. 1653. 4. Haller.

Petr. de Marchettis in *obſervationibus* &c. Tumor cyſticus ex orbita exſectus, oculo illæſo. Sæpe ſe fiſtulam lacrumalem perſanaſſe, inuſto, quod corruptum fuerit oſſe, non quidem eo fine, ut via ad nares aperiretur. Haller. V. *pag.* 26.

Oswald Grembs in *arboris integræ & ruinoſæ* &c. L. II. cap. 4. de oculorum affectibus. Walth. V. *pag.* 27.

J. Jacob. Wepfer in *obſervationum* &c. pag. 143. cataracta artificioſe depoſita; cautelæ circa depoſitionem; pag. 776. unguis in angulo majore oculi; pag. 827. oculi dextri cancer exciſus, poſtea recrudeſcens lethalis; pag. 843. 846. prolapſus oculi; pag. 865. nubeculam oculi ut auferas. Alberti. V. *pag.* 27.

Joh. Andr. Smitzius in *Medicina practica* aliqua etiam de oculorum morbis habet. Walth. V. *pag.* 316.

Caspar Reies in *Elyſio* &c. Cataracta ſponte evaneſcens. Haller. V. *pag.* 27.

J. Daniel Major. Ejus *de amauroſi vel gutta ſerena.* Kiel 1673. 4. Haller. V. *pag.* 453.

J. Arnold Friderici. Ejus diſp. *de ſuffuſione.* Jen. 1670. 4. Haller. V. *terebrat.*

(s) Edit. Norimberg. 1657. 8.

Henric. Arenius. V. *pag.* 392.

Cornel. Herls. in *Examen* &c. in lagophthalmia inciſionem reprobat, & palpebram ſuperiorem glutinantibus emplaſtris ad inferiorem jubet adduci. Haller. V. *pag.* 29.

Henr. a Moinichen in *Actis Hafnienſ. Vol.* I. *obſ.* 78. vulnus oculi ſucco chelidonii conſolidatum, ſed viſus non redditus. Haller. V. *pag.* 29.

Mart. Bogdan in *obſervationibus* &c. oculum prolapſum juſſit exſtirpare. Haller. V. *pag.* 29.

Eberhard. Goekel in *gallicinio* &c. Oculus enſe læſus ſanatus. Fiſtula lacrumalis aperta, uſta, curata. Ferri feſtuca poſt quartum menſem de oculo educta. In *appendice* &c. ectropium curatum tenaculo Bartischii.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* V. *obſ.* 51. de gravi oculi vulnere ſanato. *Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 14. mica ferri de oculo quinto menſe extracta. Haller. V. *pag.* 29.

J. Sigmund Elsholz in *Eph. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* VI. VII. de artificioſa oculorum reſtitutione agit. Experimenta fecit, & ſuſpicatur etiam reliquos, præter aqueum, humores reſtitui. Haller.

Olaus Borrichius. V. *pag.* 30.

Job van Meekren in *Heel en genees* &c. acum habet conicam ad aperiendum hypopyon. Haller. V. *pag.* 30.

J. Verbrugge. V. *pag.* 650.

Georg. Hieronym. Welsch in *obſervationibus propriis* &c. de hypopyo a chirurgo Pariſino Guilielmo Quarre feliciter ſanato. Haller. V. *pag.* 30.

Joh. Muraltus in *Schriften von der Wundarzney* &c. In *obſervationibus*, oculus prolapſus multa evacuatione, & exuſtis per eſcharotica carnibus fungoſis, tandem reſtitutus. Fiſtula lachrymalis uſtione ſanata.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 126. oculus prolapſus ſanatus. *Obſ.* 132. 133. fiſtula lacrumalis igne ſanata. Haller. V. *pag.* 30.

J. Freytag in iisdem Muralti *Schriften* &c. cataractam unco de oculo ter extraxit anno 1694. dudum ante ullos Gallos. Cataractæ congenitæ depoſitæ. Vulnus corneæ tunicæ curatum, & oculi ab impacta feſtuca vulnus. Haller.

J. Henr. Meibom. Ejus diſp. *de ſuffuſione.* Helmstadt. 1670. 4. Haller. V. *oſſ. morb.*

Fran-

Francisci Josephi Burrhi *epiſtolæ ad* T. Bartholinum prodierunt Hafniæ 1669. 4. Arcanum venditabat, quo oculorum elapſos humores ajebat ſe reſtituere. Haller.

Franc. de Romanis in *obſervationibus* &c. viam ad nares effodere ſuadet in fiſtula lacrumali. Haller. V. *pag.* 31.

Thomas Fones. Ejus diſp. *de ophthalmia.* Leid. 1669. 4. Haller.

Lettre ſur une nouvelle opinion au ſujet de la cataracte. Rouen 1670. 4. Non reſidere in lente cryſtallina. Haller.

Pierre Joseph Michon. In ejus *converſations* &c. contra ſedem ſuffuſionis in lente cryſtallina. De Burrhi epiſtolis. Haller. V. *pag.* 1044.

Frid. Ferd. Illmer. Ejus *de oculorum morbis.* Wien 1697. 4. Haller. V. *pag.* 32.

Laurent. Wolfstrigel in *Act. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* I. *obſ.* 63. ex vulnere oculi lens cryſtallina ad labia vulneris corneæ tunicæ adnata. Haller.

Paulus de Sorbait. V. *pag.* 33.

Ehrenfried Hagedorn in *obſervationum* &c. *cent.* I. *hiſt.* 53. vulnus oculi, ſed humores amiſſi ſponte reſtituti. Alberti. V. *pag.* 33.

Georg. Wolfg. Wedel. Ejus diſp. *de ophthalmia.* Jen. 1684. 4.

Ejus *de ægilope.* Ibid. 1695. 4.

Ejus *de cataracta.* Ibid. 1706. 4.

Ejus *de ophthalmia.* Ibid. 1713. 4. Haller. V. *pag.* 34.

Franciscus Sylvius. V. *pag.* 35.

Cornel. Solingen in *manual operation* &c. Pterygium numeroſis quaſi chordis oculo adnatum. Smalzium bene duplici uſum acu, altera qua oculum perforaret, altera, qua cataractam deprimeret. Haller. V. *pag.* 304.

J. Nic. Pechlin in *obſervationum* &c. L. II. *obſ.* 34. oculus prolapſus feliciter in orbitam repoſitus. Haller. V. *pag.* 37.

J. Nic. Binninger in *obſervationum* &c. *centuria* IV. *obſ.* 56. cataractæ depreſſio. Alberti. V. *pag.* 37.

J. Valent. Willius. V. *pag.* 39.

Matth. Harder. Ejus diſp. *de cataracta.* Basil. 1675. 4. Haller.

J. Conrad Rasor (vel Reser). Ejus diſp. *de ophthalmia cum fiſtula lacrumali.* Leid. 1675. 4. Haller.

Hiero-

Hieronym. (vel Henr.) Niemand. Ejus diſp. *de ſuffuſione.* Argentor. 1676. 4. Haller.

Nicol. Blegny in *journal des nouvelles decouvertes* &c. ſedem cataractæ in lente cryſtallina non ignoravit. Haller. V. *pag.* 42.

Gerard. Blasius in *Medicinæ univerſæ* &c. Parte IV. ſect. 3. agit de oculorum morbis. Walth. V. *pag.* 365.

J. Valentin. Scheid. Ejus diſp. *de viſu vitiato.* Argentor. 1677. 4.

Ejus *de quibusdam viſus imminuti vitiis.* Ibid. 1720. 4. Haller.

Michael Henr. Horn. Ejus diſp. *de ophthalmia.* Lips. 1677. 4. Haller.

Georg. Abraham Merclin. V. *pag.* 42.

Samuel Ledel. V. *pag.* 43.

Stephanus Blancard in *collectaneis* &c. Rupta cornea tunica, effuſus humor aqueus, cum viſu reparatus. Haller. V. *pag.* 45.

Matth. Godofr. Purmann in *chirurgia curioſa* &c. agit etiam de cataracta, quam & ipſe depoſuit.

Idem in *curioſis obſervationibus* &c. ancyloblepharon utriusque palpebræ, contra quam Celsus putabat, feliciter cultello ſolutum. Haller. V. *pag.* 45.

Carolus Patinus. V. *pag.* 47.

Bernard. Albinus. Ejus diſp. *de cataracta.* Francof. ad Viadr. 1695. 4. Acus depingit varias, inter eas elaſtro præditam, quo preſſo in duo abeat crura, quibus forcipis ad modum lens cryſtallina comprehenditur & educitur.

Ejus *de ægilope.* Ibid. 1695. 4. Haller. V. *pag.* 703.

Dionys van der Sterre in *Genees* &c. Pannus oculi inſperſo hepate antimonii deletus. Haller. V. *pag.* 48.

In *Actis Eruditor. Lipſienſ. ann.* 1686. *Menſ. Mart.* pag. 229. ophthalmia a vermiculis. *Ann.* 1691. *Febr.* p. 59. humor aqueus reſtitutus. *Ann.* 1694. *April.* p. 187. remedium ad oculorum morbos. *Ann.* 1699. *Febr.* p. 51. quænam in cataractæ depoſitione circa acum & locum obſervanda. Methodus curandi fiſtulam lachrymalem. *Ann.* 1700. *Aug.* p. 369. cataracta occaſione fotus calidi frequentioris contracta. *Ann.* 1707. *Apr.* p. 151. oculus artificialis *Ann.* 1708. *Jul.* p. 303. differentia unguis a panno. *Aug.* p. 340. de cataracta. *Ann.* 1709. *April.* p. 163. differentia cataractæ a glaucomate. *Ann.* 1710. *Jun.* p. 207. in cataracta humor cryſtallinus condenſatus. *Ann.* 1712 *Sept.* p. 418. theoria fiſtulæ lacrumalis. Admirandus oculi prolapſus. *Ann.* 1714. *Aug.* p. 379. oculi artificialis deſcriptio. *Ann.* 1715. *Novemb.* p.

477.

477. morborum oculi theoria. *Ann.* 1716. *Oct.* p. 484. 485. de fiſtula lachrymali, ejusque nova curandi methodo. *Nov.* p. 527. &c. cataractæ cauſæ, diagnoſis, prognoſis, depoſitio. *Ann.* 1717. *Jun.* p. 268. 269. cauſæ cataractæ. *Sept.* p. 407. nova cataractam deponendi ratio. *Ann.* 1718. *Jan.* p. 12. 13. de fiſtula lachrymali, ejusque nova curandi methodo. *Jun.* p. 253. nova fiſtulam lachrymalem curandi methodus ANELLIANA. *Ann.* 1720. *Apr.* p. 182. controverſia de cataractæ natura. *Ann.* 1723. *Jan.* p. 43. de ſede cataractæ. *April.* p. 141. cataractæ depoſitio felix. *Ann.* 1725. *Jun.* p. 269. obſervationes de ſuffuſione oculorum. In *ſupplement.* V. p. 509. cataractæ ſubjectum lens cryſtallina. In *ſupplem.* VII. p. 489. cataractarum extractio. ALBERTI. V. *pag.* 49.

J. LAURENT. FEHR. V. *pag.* 50.

GUNTHER CHRIST. SCHELHAMER. Ejus diſp. *de ſuffuſione.* JEN. 1691. 4. Exemplum cataractæ ſubito obortæ. HALLER. V. *pag.* 50.

J. GEORG. SCHLEYERMACHER. Ejus diſp. *de juvene ophthalmia laborante.* GIESS. 1683. 4. HALLER.

MICHAEL BERNARD. VALENTINI. V. *pag.* 51.

VITUS RIEDLIN in *lineæ medicæ* &c. *ann.* III. *Menſ. Jan. obſ.* 23. pag. 50. grando in palpebra cauterio potentiali curatus. ALBERTI. V. *pag.* 52.

THEODORUS ZWINGER. V. *pag.* 52.

J. EBERHARD PAPELIER. Ejus *æger ſuffuſione laborans.* ARGENTOR. 1684. 4. Diſputatio. HALLER.

PAUL. GOTTFR. SPERLING. Ejus *æger ſuffuſione laborans.* JEN. 1684. 4. Diſputatio. HALLER.

DAWBENCY TURBERVILLE, celebris medicus ocularius, in *Phil. Tranſ.* n. 164. pluſculas obſervationes non vulgares dedit breviſſime expoſitas: calculum ex oculi ulcere; magnete eductam de cornea tunica micam ferream; ſabulum cretaceum ex oculi puſtula. HALLER.

JOHANNES MERY in *Mem. de l'Acad. des ſciences a.* 1703. agit de productione corneæ tunicæ, in carnoſum concrementum abeunte. Ibid. a. 1707. de nova cataractæ theoria diſquirit. Exemplum lentis cryſtallinæ opacæ, quæ ſolita fuerit in cameram anteriorem exire, quam CAROLUS de S. YVES inciſa cornea tunica exemerit. Quare glaucoma, ita enim vocat, ſuadet per inciſam corneam educere. Cataractam membranaceam intra iridem vidit & corneam tunicam: iridemque corneæ tunicæ adhærentem: nuperorum theoriam rejicit. Ibid. a. 1708. ut honoratum virum decet, priora ſua revocat, & cataractam, quæ membranacea putabatur, vere fuiſſe vitiatam lentem cryſtallinam candidus fatetur, ut certe glaucomatica lens deponi poſſit. Ibid. a. 1709. etiam manifeſtius adgnoſcit, lentem fuiſſe cry-

ſtalli-

ſtallinam: quæ cataractæ nomine depoſita fuerit. HALLER. V. *pag.* 512.

ANTON. NUCK in libello *de ductu ſalivali* &c. punctum lacrumale coalitum neceſſe fuit reſecare ob diuturnum humoris effluxum. Humorem aquoſum oculi frequenter abundare. HALLER. V. *pag.* 56.

CORNEL. STALPART van der WIEL in *obſervationum rararum* &c. *centuria* II. *obſ.* 9. de prolapſu oculi. ALBERTI. V. *pag.* 56.

J. JACOB. WALDSCHMIDT. V. *pag.* 57.

JOSEPHUS LANZONI. V. *pag.* 59.

MARCUS GERBEZ. V. *pag.* 61.

CHRISTIAN. VATER. Ejus diſp. *de trachomate.* WITTEBERG. 1704. 4.

Ejus *de ſuffuſione oculorum.* Ibid. 1715. 4. HALLER. V. *pag.* 62.

JOSEPH. de la CHARRIERE in *tract. des operations* &c. cataractam eſſe laminam, quæ de lente cryſtallina deceſſerit, ad quam novæ pelliculæ adhæreſcunt. HALLER. V. *pag.* 305.

FRID. RUYSCH in *epiſtola* XIII. AMSTERDAM 1700. 4. inſtrumentum a BARTISCHIANO diverſum depictum dat, a PETRO VERDUYN inventum, aptum ad amputandam cutem palpebrarum vitioſe productam. HALLER. V. *pag.* 63.

J. GODOFR. BERGER: Ejus diſp. *de morbis oculorum.* WITTEBERG 1698. 4. HALLER. V. *pag.* 895.

J. B. VERDUC in *traité des operations* &c. cap. 19. de fiſtula lachrymali. Cap. 20. de operatione cataractæ. Cap. 21. de morbis oculi & palpebrarum.

Idem in *pathologie* de *Chirurgie* &c. cap. 5. 6. 7. 8. 9. 10. de morbis oculorem. V. *pag.* 305.

SAMUEL CRADOK. Ejus *generalia circa ſuffuſionem, guttam ſerenam, & inflammationem.* LEID. 1693. 4. HALLER.

CAR. RUD. ZANDES. Ejus diſp. *de ophthalmia.* LEID. 1693. 4. HALLER.

J. PHIL. EYSEL. Ejus diſp. *de ophthalmia.* ERFORD. 1710. 4. HALLER. V. *paracent. abdom.*

CHRISTIAN. JOH. LANG in *operibus omnibus* inter diſputationes eſt etiam *de ophthalmia.* HALLER. V. *vulnera.*

PHILIPPUS de la HIRE. Ejus *tr. des accidens de la vue.* PARIS 1694. fol. Reperias aliqua contra eorum opinionem, qui ſedem cataractæ in membranacea lamella ponunt, quæ de lente cryſtallina deceſſiſſet.

Idem

Idem in *Mem. de l'Acad. de ſciences* a. 1700. contra Brissaeum contendit, non eſſe in opaca lente cryſtallina cataractæ ſedem.

Ejus *de cataracta.* Ibid. 1706.. Contra Brissæum contendit, ſedem cataractæ non eſſe in lente cryſtallina opaca. Eſſe qui poſt depoſitam cataractam eodem momento viderint, absque lente convexa vitrea. In bove ſe vidiſſe, non poſſe lentem cryſtallinam in fundum oculi detrudi. Fuerunt autem etiam eo tempore ſcriptores, qui cataractam in opaca lentis cryſtallinæ capſula poſuerunt. Haller.

Guil. Cowper in *anatomy* &c. in fiſtula lacrumali os unguis in nares uſque jubet perforare. Haller. V. *pag.* 67.

Guilielmus Homberg in *Mem. avant.* a. 1699. tenaculam ad cataractam evellendam proponit. Haller.

Augustinus Belloste. V. *pag.* 68.

J. Thomas Woolhouse, Anglus, Jacobo II. addictus, ejus medicus ocularius, qui ad magnam ſenectutem pervenit, Halleri temporibus Pariſiis adhuc ſuperſtes. Ejus *catalogue d'inſtrumens pour les operations des yeux.* Paris 1696. 8. Inſtrumentum jam hic putat celeberrimus Haller tradidiſſe ex hordei ariſtis compoſitum, in quo invento noſter valde ſibi placuit, cum tamen periculoſe fragili, & manifeſto dentato penicillo palpebras raderet. Ad hypopyon perforandum inſtrumenta deſcribit.

Idem in *Journal de Trevoux* Febr. 1706. & adminiſtrationes ſuas laudaverat, & aſellorum, non vulgarium ſed aliorum grandiorum 32. pedum ſibi notorum, ſuccum pro ſummo in naſcente cataracta medicamento extollit: debere vivos deglutiri. Lentem flavam & opacam ſuo loco repertam eſſe, cum cataracta depoſita fuiſſet. In equo fungoſam excreſcentiam reperiri, iridi adnatam. *Ann.* 1728. in eodem diario refert de ægroto fruſtra a Petito curato & a Carolo de S. Yves, quem ipſe reſtituerit, qua occaſione hunc ocularium ut plagiarium indoctumque hominem vituperat.

Ejus *experiences des différentes opérations manuelles & des guériſons qu'il a pratiquées aux yeux.* Paris 1711. 8. alii 1712. 8. Genev. 1715. 12. Putes eſſe *groſſe Probſtücke in Augenkrankheiten, die er durch ſonderbare Operationen und ſpeciale Handgriffe jederzeit kurirt, überſetzt durch* Christoph le Cerf, Jena 1715. 4. Latine in *Eph. Nat. Cur. Cent.* VI. *append.*

Ejus *obſervations critiques de W. ſur un livre imprimé en Angleterre.* London 1713. 8. In Kennedy ophthalmographiam.

Epiſtola inter additamenta MAITRE JEANII prodiit LEID. 1714. 4. ad editorem PALFYNIUM data, in qua W. contra ſedem cataractæ in cryſtallina lente pugnat.

Ejus *diſſertations ſavantes & critiques ſur la cataracte & glaucome de pluſieurs modernes.* FRANKFURT 1717. 8. 1730. 8. & Latinæ vertente CHRISTOPHORO le CERF cum titulo, *diſſertationes de cataracta & glaucomate contra ſyſtema Briſſæi, Antonii & Heiſteri.* FRANKFURT 1719. 8. Summa rei eſt, defendere contra nuperos, dari cataractas membranaceas penſiles, in utraque camera oculi, & lentis cryſtallinæ obſtructionem atque opacitatem aliud a cataracta malum eſſe & inmedicabile. Poſſe intra 18. menſem cataractam deponi. Perforandum ad duas a cornea lineas, ad dimidium ſub iridis medio ſpatium, id niſi ſervetur, corpus vitreum perforari; de perforanda multis punctis cataracta: de deponendis, quæ adhærent. Sed etiam de educenda per inciſam corneam cataracta egit. In ſynechia lædi aut lentem aut uveam. Aſpere in ANTONIUM MAITRE JEAN. Libelli ſunt plures.

Nempe *epiſtolæ duæ* a. 1707. ſcriptæ I. P. le BRUN contra BRISSAEUM, quem plagii reum facit. Veterum ſyſtema deſcribit. Gypſeam ſe lentem vidiſſe oculi.

II. *Annotationes in tractatum de cataracta* ANTONII MAITRE JEAN in *Merc. Gall. Oct. Nov. Dec.* 1708. & ibid. *Jan. ad April.* 1709. hic recuſæ. Acerbæ notæ, ut ANTONIUM contra propria ſenſa ſcripſiſſe ajat, & litteratis impoſuiſſe.

III. *Breves adnotationes* in HEISTERI *diſſertationem* ALTDORFI 1713. 8. editam.

IV. Ejus *epiſtola ad* JOHANNEM PALFYN.

V. Illepidum *carmen ad* J. HOVIUM, cum notis, quibus bibliotheca ophthalmica continetur.

VI. DANIELIS GEISLER, Noribergenſis chirurgi, *epiſtola* de cataracta vere membranacea, pupillæ firmiter adnata, in eodem oculo reperta cum lente cryſtallina opaca.

VII. Refutatio apologiæ HEISTERIANÆ.

VIII. Cenſura in G. HOWARD ophthalmiatriam. Aliqua de antiquitatibus Chirurgiæ ocularizæ.

IX. Quadraginta operationum catalogus, quas exercet, græcis nominibus. Inter eas eſt βλεφαροξυσις. Fuſius de ungue.

Ejus *remarques ſur l'avertiſſement de* M. WINSLOW. In *diario Trivultino* a. 1724. acerrimus & inutilis libellus. Speculum ocularium GARENGEOTI ſibi tribuit.

Ejus

Ejus *de cataracta* diſp. in *diario Trivultino* a. 1725. *Menſ. Mart.*

Ejus *reponſe aux difficultés touchant la cataracte membraneuſe.* Ibid. 1726.

Ejus *obſervations ſur le memoire de* M. MORAND *inſeré dans l'Hiſt. de l'Acad. des ſciences.* Ibid. 1726.

A. 1727. lentem cryſtallinam bonam fuiſſe, cum cataracta depoſita fuiſſet ex MORASCHI teſtimonio.

A. 1728. D. WALTHIER etiam membranam pendulam pone uveam vidiſſe; eam ſe apud SANCTORIUM vidiſſe.

Idem in *Journal de Trev.* 1707. agit de lapide medicinali, qui ad externa aliqua oculi mala bene faciat: ad cataractam inutilis. HALLER.

FRIDER. HOFMAN. Ejus *caſus ægri ophthalmia laborantis.* HALÆ 1717. 4. Diſputatio.

Ejus diſp. *de oculorum procidentia.* Ibid. 1722. 4.

Ejus *de morbis oculorum præcipuis.* Ibid. 1728. 4.

Ejus *de cataracta.* Ibid. 1729. 4.

Ejus *de variis viſionis vitiis.* Ibid. 1736. 4.

Idem in *Medicinæ ſyſtematicæ tomi quarti parte tertia* caput de ophthalmia habet, ubi axungiam viperarum laudat. HALLER. V. *pag.* 394.

GODOFREDUS BIDLOO. Ejus *de oculis & viſu variorum animalium obſervationes phyſico-anatomicæ.* LUGD. BATAV. 1715. 4. HALLER.

Idem in *exercitationibus* &c. de nonnullis agit oculorum morbis. V. *pag.* 70.

ELIAS CAMERARIUS. V. *pag.* 70.

J. JAC. DOEBEL in *Act. Litt. Mar. Balth. a.* 1699. eſt ejus redditi ante mortem & ſponte ſeni viſus exemplum.

Ejus *de cataractæ natura & cura.* LONDIN. SCAN. 1727. 4. HALLER. V. *pag.* 305.

J. ERNEST. SCHAPER. Ejus diſp. *de lippitudine cryſtallifera.* ROSTOCH. 1704. 4.

Ejus *de hydrophthalmia intercepta.* Ibid. 1713. 4. HALLER. V. *pag.* 325.

GEORG. ERNEST. STAHL. Ejus diſp. *de affectibus oculorum.* HALÆ 1702. 4. Germanice a WINKLERO verſa BERLIN 1735. 8.

Ejus *de fiſtula lachrymali.* Ibid. 1702. 4. recuſa in Halleri *collectione.* Hic jubet chorda de chely ſumta & in punctum lacrumale immiſſa, malum pertentare; & ad os uſque incidere. Pus per ſolum ſuperiorem ductum exire adnotavit. Haller. V. *pag.* 469.

Hans Sloane in *Phil. Tranſ. n.* 205. eſt ejus medicamentum ad ophthalmias ex mercurio præcipitato rubro & adipe viperina, multoties publice deſcriptum prodiit. Haller.

Alexius Littre. V. *pag.* 73.

Polycarpus Gottlieb Schacher, Profeſſor Lipſienſis, vir eruditus. (Obiit a. 1737. 4. Martii, æt. 63. ann.) Ejus *de cataracta.* Lips. 1701. 4. Docta diſputatio Haller.

Valent. Krautermann. V. *pag.* 76.

Antonius Maria Valsalva tumores palpebrarum ea inverſa reſecabat (t). Inter tres diſſertationes a Morgagno poſt mortem Cl. Viri editas, media agit *de lente cryſtallina opaca*, quæ ſit cataracta. Eandem lentem vidit flaveſcere, indeque vocat glaucoma.

In editione Palfynianæ anatomes chirurgicæ Larberiana exſtat epiſtola, in qua Valsalva ſe ſedem cataractæ in lente cryſtallina reperiſſe teſtatur, ſemel quidem, ut tamen conſtanter rem ita ſe habere ei perſuaſum ſit. Haller. V. *pag.* 394.

J. Lud. Petit in *Mem. de l'Acad. des ſciences ann.* 1734. agit de fiſtula lacrumali. Saccum ejus nominis cultello aperit; ductum naſalem ſtylo liberat, & cereo inmiſſo apertum tenet. *Ann.* 1740. iterum de fiſtula lacrumali. De aperiendis ductibus lacrumalibus & punctis, quæ niſi aperiri poſſint, perpetuam faciunt lacrumationem. Superiorem ductum difficillime aperiri. Cariem ſcalpro eradit, quali tabulæ æneæ ſcalpuntur. Ut ſanaverit puerum, cui malo eventu os unguis fuerat perforatum. *Ann.* 1743. fuſe de morbo ex clauſis punctis lacrumalibus, & pure, ſed miti, in ſacco lacrumali collecto, inque magnum tumorem excreſcente, quem incidit, & hactenus ægrum moleſtiis liberavit. *Ann.* 1745. iterum de fiſtula lacrumali. Inſtrumentum, quo ſaccum comprimas. Verum ea compreſſione ſiccat ſæpe eam ſaniem, & cogit coaleſcere, inde lacrumatio perpetua ſequitur, & punctorum lacrumalium uſus inutilis ſit, & niſi accurate comprimat, ſæpe tumorem auget. Eo vero poſſis inſtrumento hæmorrhagiam compeſcere, ſinum exprimere, aneuryſma ſupprimere, laxitatem ſacci lacrumalis poſt operationem reliquam ſanare, quando canalis naſalis reſeratus eſt.

Idem

(t) Ita Morgagni

Idem in *traité des maladies* &c. T. I. agit etiam de aperiendo ſacco lacrumali, curvo cultello, cujus alterum latus crena inciſum eſt, cereum du- cente. Ita HALLER. V. *pag.* 76.

GERARD. WINDIUS. Ejus diſp. *de ophthalmia.* UTRECHT 1705. 4. HALLER.

J. B. MORGAGNI. V. *pag.* 77.

PETRUS BRISSEAU, Profeſſor Duacenſis. Ejus *nouvelles obſervations ſur la cataracte propoſées à l'Academie des ſciences*, ab ea Academia ſubpreſſæ prodierunt TOURNAI 1706. 12. & *ſuite des obſervations ſur la cataracte.* TOURNAI 1708. 12. quæ conjuncta recuſa ſunt. PARIS 1709. 12. Germanice a J. CASPAR. SOMMER verſa.... 1743. 8. Quam ſententiam D. LASNIER & QUARE' tenuerant quidem, nullis vero experimentis fulciverant, & ne ipſi quidem publicaverant, noſter ita conſtituit, ut poſt ejus experimenta publice ſit recepta. Ipſam nempe cryſtallinam lentem opacam reddi, morbumque eſſe, qui cataracta dicitur, ipſamque eam lentem acu deponi. Vitrei humoris vitium glaucoma eſſe. Ipſe potiſſimum in cadavere cataractam depoſuerat, oculo ſuam reddiderat limpiditatem, deinde inciderat & repererat, lentem cryſtallinam ſitu eſſe motam. In aliis quatuor oculis cataracta adfectis ſimilia vidit. Teſtimonia etiam DODARTI aliorumque celebrium medicorum producit, qui in militis oculo cataractæ in cryſtallina lente ſedem ab eo viderunt demonſtratam. Simile teſtimonium adfert FRANCISCI PETIT. Objectiones PHILIPPI de la HIRE fortiter repellit, & aliqua dubia MERYI ſolvit. HALLER.

WILLIAM READ. Ejus *diſeaſes of the eye.* LONDON 1706. 8. HALLER.

GUIL. COWARD. Ejus *ophthalmiatria.* LONDON 1706. 8. Valde ſpernitur a WOOLHOUSIO. HALLER.

ANTOINE MAITRE JEAN, chirurgus in oppido *Mery ſur Seine*, morbis oculorum curandis peculiarem operam locavit. Ejus *traité des maladies de l'œil & des remedes propres pour les guérir* prodiit TROYES 1707. 4. maj. PARIS 1741. 12. 2. vol. Belgice J. PALFYN vertit. LEID. 1714. Germanice NÜRNBERG 1725. 4. Bonus liber, & qui gradum ſuum, etiam inter nuperos tenet. Quid eſſet cataracta, ANTONIUS deponendo didicit, lentem nempe eſſe cryſtallinam, muco cinctam, ſ. flocculentis appendicibus, cum ipſa ſolidior ſit, & minor, atque contracta, intus flava. Naſcens ſemper lactea eſt. Novus morbus eſt lentis protuberantia. De lentis ſuppuratione; de cataracta tremula. Inter primos adgnovit, cataractæ ſedem eſſe in lente cryſtallina, neque tamen bene capſulam ejus lentis erodi docuit, & ipſam ejus lentis naturam propullulantem, atque efficere flocculos *accompagnemens*, qui eſſentiam cataractæ faciant, cum eam, quam vocant *cata-*

racte,

racte, noſter glaucoma diceret. Negat lentem poſſe capſula manente integra deponi: deinde numeroſas, ut vocant, operationes, & variarum cataractarum curationes & inſtrumenta tradit. Iridem nonnunquam dividebat. Exempla cataractæ ſponte deſcendentis. De lente ſuo loco excuſſa, etiam in anteriorem cameram tranſeunte. Inde omnes alios ſingularium oculi partium morbos exponit, numeroſosque diſtinguit. Hirudines ad tempora admovebat, ut ſymptomata a depoſitione ſupervenientia ſedaret. Subinde errores ſuos fatebatur.

In verſione ſua Belgica J. PALFYN varia adjecit, ex commentariis *Academiæ Pariſinæ*, MERYI & la HIRII patris & filii ſumta; epiſtolam WOOLHOUSII & ANELLII de fiſtula lacrumali. Icones etiam nonnullas undique collectas, aliquas a DUVERNEYO mutuatas. Ita HALLERO

DOMINICUS ANEL. Ejus *nouvelle methode de guérir les fiſtules lacrimales, ou recueil de différentes pieces pour & contre en faveur de la même methode.* TURIN 1713. 4. Magna collectio. Primum *obſervation ſingulaire ſur la fiſtule lacrimale, que la matiere s'en évacue par les points lacrimaux, la methode de les guérir radicalement ſans bandage compreſſif, ni cauſtique, ni fer, ni feu.* TURIN 1713. 4.

II. *Relatio de curatione Abbatis* FIESCHI *fiſtula lacrumali laborantis.* Invenit noſter poſt aliqua veterum indicia, & cogitata STAHLII, tenuiſſima ſpecilla argentea, & perinde flexiles tubulos, quorum ope & aperire vias naturales, & purulentam materiem eluere poſſet, totamque absque ferro & igne fiſtulam ſe ſanaturum ſperavit. In hoc exemplo felix fuit, non perinde ſervaturus, ſi quando os carie fuerit adroſum.

III. Contra ANELLUM *informazione del chirurgo* FRANCESCO SIGNOROTTI, GENOVA 1713. Objectiones aliquæ contra uſum ſpecillorum & ſiphunculorum. FIESCHII malum non fuiſſe fiſtulam.

Les critiques de la critique de M. SIGNOROTTI. Aſpere reſpondet ANELLUS. In duabus epiſtolis FANTONUS oſtendit, SIGNOROTTUM parum fuiſſe anatomicum. Aliæ epiſtolæ fautorum ANELLI, JUGETI, L. TERRANCI, qui matris regiæ curationem laudat, ab ANELLO peractam.

V. In *ſecunda epiſtola* FANTONUS ad medici ocularii Pariſini objectiones reſpondet. Numeroſæ porro ſunt aliorum epiſtolæ, ipſiusque ANELLI, qui paſſim alia curatorum addit teſtimonia.

Ejus

Ejus *traité de la nouvelle methode de guérir les fiſtules lacrimales, ou diſcours apologétique en faveur de cette methode.* TURIN 1714. 4. alii 1716. 4.

Ejus *diſſ. ſur la nouvelle découverte de l'hydropiſie au conduit lacrimal, ſur les cauſes qui la produiſent, & ſur l'avantage que l'on retire de cette découverte; de la cure des fiſtules lacrimales, & la maniere de donner à boire par l'œil.* PARIS 1716. 12. Orificium fere inferius obſtructum eſſe, id debere aperiri. HALLER. V. *vulnera.*

PHILIPP. HECQUET in *lettre ſur l'abus* &c. aliqua habet de cataracta.

Idem cum libro *de digeſtione* quinque epiſtolas, de cataracta etiam agentes, aliamque ad PETITUM & ad quintam editiones. PARIS 1730. 12. HALLER. V. *pag.* 79.

J. MARIA LANCISIUS. In LARBERIANA *anatome* PALFYNI exſtant duæ LANCISII *epiſtolæ*, in quarum prima cataractam in lente cryſtallina ſedem habuiſſe, in altera ſæpiuſcule tamen alias in lente opacitatem, alias ſepties cataractas membranaceas ſe vidiſſe. HALLER. V. *pag.* 340.

GABRIEL PHILIPP. de la HIRE, junior, in *Mem. de l'Acad. des ſciences ann.* 1707. contra ANTONIUM MAITRE JEAN dicit, WOOLHOUSIUM veram cataractam membranaceam depoſuiſſe. Nullam fore viſionem, ſi lens deponeretur, cujus vim refractilem vitreum corpus non ſit ſuppletu-rum, ejus enim vim refractilem humoris aquei vim non ſuperare. *Ann.* 1708. neſcio, quæ dubia ſua circa cataractæ depoſitionem fatetur ſuperaſſe, ut incertum ſit num cataracta ſit, num glaucoma, quod deponitur. Ita HALLER.

HERMANNUS BOERHAAVE. Ejus *de morbis oculorum prælectiones* LEIDÆ 1708. habitæ ex codice J. RUD. ZWINGERI ab HALLERO editæ GÖTTING. 1746. 8. & ex codice HEISTERIANO cura WILLICHII recuſæ 1750. 8. Recuſæ ad primam editionem PARIS 1748. 8. VENET. 1748. 8. Germanice verſæ a GABRIELE FRIDERICO ZWINGER, NÜRNBERG 1751. 8. In primis novam de ſede cataractæ in lente cryſtallina opinionem defendit. Obſtrui ductus lacrumales docuit, & debere aperiri potius, quam novum iter parari, neque os unguis perforari. Morbos etiam corneæ tunicæ, ophthalmiam, aliaque oculi mala recenſet. HALLER. V. *pag.* 79.

HERM FRID. TEICHMEYER. Ejus diſſ. *de ophthalmia.* JENÆ 1732. 4. HALLER. V. *pag.* 607.

GUIL-

Guil. Crosse. Ejus *a brief treatiſe on the eyes.* London 1708. 12. Morbos etiam oculorum tractat, ſuaque medicamenta laudat. Haller.

Lud. Frid. Jacobi. Ejus diſp. *de cataractæ nova pathologia.* Erford. 1708. 4. Haller.

Alexandr. le François & Nic. de la Hire *E. poteſt ſtare viſio absque cryſtallino.* Paris 1708. 4.

Idem Alex. le François in *Journal des Savans* a. 1709. *dec.* de curatis corneæ tunicæ ulceribus medicamentorum ſiccantium & mundantium uſu. Haller.

D. Gandolfe in *Hiſt. de l'Acad.* 1709. narrat exempla corneæ tunicæ inciſæ, quæ absque jactura pelluciditatis coaluerit. Hoc reperitur etiam in *Phil. Tranſ. n.* 322. Haller.

Johannes Palfyn. V. *pag.* 306.

Cornelius Trioen in *obſervationibus* &c. Ab ophthalmia rupta tunica cornea, lens pellucida elapſa. Haller. V. *pag.* 1146.

Franciscus Petit edidit tres epiſtolas, quarum prima oſtendit, *que le cryſtallin eſt fort prés de l'uvée.* Paris 1729. 4. recuſ. in Halleri *ſelectis* T. V. Cataractas membranaceas rariſſime reperiri, debere capſulam lentis cryſtallinæ opacæ a parte poſteriori incidi decuſſata ſectione, ita lentem exſilire, & in partem anteriorem fundi oculi deponi. *Cataracte barrée*, ubi pars lentis pellucida ſupereſt. Valde accuratæ menſuræ pro itinere acus in cataracta deponenda.

Reflexions ſur ce que M. Hecquet *a fait imprimer ſur le maladies des yeux*, Paris 1732. 4. etiam 8. In cataracta aquulam lenti circumpoſitam perinde ſupereſſe, ut in ſano oculo. Molles cataractas non feliciter deponi, neque in iis adminiſtrationem ſe tentare.

Lettre 2. *concernant des reflexions ſur les découvertes faites ſur les yeux.* Paris 1732. 4. Ferrenium eamdem adminiſtrationem proponere, quam ipſe doceat. Lentem mollem de capſula inciſa poſterius exſilire, & in poſteriorem oculi cameram deponi.

Idem in *Memoires de l'Academie de ſciences* multa dedit argumenti chirurgici. *Ann.* 1725. agit de cataracta in genere, quam eodem fere modo ait deponi, quem Celsus dixit. Ut accuratius chirurgi in ea re verſentur, noſter menſuras addit oculi ejusque camerarum. Sedem utique eſſe in lente cryſtallina. *Ann.* 1726. de accurato loco, in quo convenit ad cataractam deponendam, ſcleroticam tunicam perforare, ad lineæ ab ora corneæ diſtantiam, acu oblique antrorſum directa. In omni alia diſtantia cum periculo perforari. *Ann.* 1730. cataractam membranaceam nullam dari, præter lentem cryſtallinam, quæ contabuit, & ad ſuam capſulam adhæſit. Haller. V. *vulnera capit.*

Christ.

Christ. Henr. Erndl. V. *pag.* 82.

Georg. Andr. Dieterichs *de cataracta vom Staar.* Wesel. 1710. 4. Haller.

Laurentius Heister, Francofurtenſis, medicus caſtrenſis, inde per quadraginta & ultra annos Doctor Academicus, manu curavit, magnamque ſibi eo ipſo labore celebritatem quæſivit, cum præterea mechanico eſſet ingenio, & inſtrumenta neceſſaria perficeret, aut nova inveniret. Inter omnes ſcriptores chirurgicos, hic unus plurimos ſcripſit libros.

Ejus *de cataracta in lente cryſtallina.* Altdorf 1711. 4. Ipſe ad Brissæi ductum ann. 1709. in cadavere humano lentem cryſtallinam opacam vidit.

Ejus diſſ. *de cataracta in lente cryſtallina altera.* Ibid. 1712. 4. Ad junioris de la Hire, Littrii & Meryi objectiones reſpondet.

Ejus diſſ. *de cataracta in lente cryſtallina tertia.* Altdorf 1713. 4. De natura & depoſitione cataractæ. Non eſſe ſquamam, quæ de lente cryſtallina decedat. Glaucomatis inſanabilis exempla. Non videri *accompagnemens* Antonii frequenter locum habere.

Ejus *de amauroſi ſalivatione curata.* Altdorf 1713. 4.

Ejus *de cataracta glaucomate & amauroſi tractatio.* Ibid. 1713. 8. Tres ſunt diſputationes recognitæ & auctæ, cum addita hiſtoria amauroſeos ſalivatione ſanatæ. Exempla cataractarum membranacearum expendit. Acus cataractarias comparat, laudat Albinianam, Briſſæanam præfert.

Ejus *apologia & uberior illuſtratio ſyſtematis ſui de cataracta, glaucomate & amauroſi contra objectiones* Woolhousii & *Pariſienſis medicorum diarii.* Ibid. 1717. 8. Lites, quæ circa ea tempora fervebant, fecerunt ut multo fuſius hic doceantur, quibus nunc compoſitis litibus facile careremus. Cataractam nempe in cryſtallina lente ſedem habere, cataractas veras membranaecas aut nullas dari, aut rariſſime, etſi membranæ in oculo ſubnaſci poſſint. Quatuor epiſtolas Woolhousii hic reperias, quas noſter refutat. Exempla cataractæ ſubito & conſtanter evaneſcentis.

Ejus *de vindiciis ſententiæ ſuæ de cataracta, glaucomate, & amauroſi, quæ* Altdorfi 1719. 8. prodierunt. Contra Andryum cenſorem; contra Woolhousii epiſtolas, nuper a C. le Cerf editas. Concedit aliquando tamen membranas vitio natas cataractæ cauſas eſſe. Denique ad Geisleri epiſtolam diario eruditorum inſertam.

Hic etiam pertinet Sinceri Fidelis *kurze critique über des Oculiſten* Woolhouse *Lügen und Schandſchriften zur Defenſion.* H. Heister.

ſTER, LEIPZIG. 1719. 8. Aſperum ſcriptum contra CHRISTOPHORUM le CERF & WOOLHOUSIUM. GEISLERI cataractam membranaceam dubiam reddit.

Anonymi etiam prodiit, *Defenſion der Ehre und Meynung* D. HEISTERS *wegen des Staars in den Augen wider* WOOLHOUSE. FRANCF. & LEIPZIG 1719. 8.

In *actis etiam eruditorum* LIPS. 1719. *Jan.* epiſtola exſtat, qua adverſus cenſuram ANDRYI HEISTERUS ſe tuetur: eadem in *vindiciis* recuſa eſt.

Scripſit porro HEISTER *de nova methodo ſanandi fiſtulas lachrymales.* ALTDORF 1716. 4. De ANELLI inſtrumentis & methodo, quam commendat & defendit, & de curationibus nonnullis relatio; quas ea ipſa methodo perfecit. Tentat ſpecillo curare & injectione; ſi minus ſucceſſerit, tunc perforat os unguis: in carie ſola ignem adhibet.

Ejus *de trichiaſi oculorum.* HELMSTADT 1722. 4.

Idem in *Chirurgiæ* parte II. cap. 42. &c. de oculorum morbis.

Idem in *mediciniſch*, *chirurgiſch* &c. T. II. Cataracta lactea, oculus operatione parum levatus. Fiſtula lacrymalis, injectis aptis liquoribus ſanata. Fiſtula lachrymalis aperta & ſanata. HALLER. V. *pag.* 82.

ANTON. DEIDIER in *Journal des Sav.* a. 1722. epiſtola ad WOOLHOUSIUM, in qua cataractam membranaceam deſcribit, cum uvea tunica connatam.

Idem *in conſultations* &c. De fiſtula lacrumali. Abſque cauterii uſu novaque ad nares via, fiſtulam lacrumalem non ſanari. Cryſtallinam lentem evanuiſſe de oculis, quos poſt cataractam depoſitam inciderit. Vidit tamen etiam membranam ante corpus vitreum protenſam, cum ea lens evanuiſſet, & in utroque quidem oculo. HALLER. V. *tumores.*

ALB. LUDW. CHAPUZEAU. Ejus diſp. *de cataracta* LEID. 1711. 4. Pro cataracta membranacea; eam eſſe quæ deponitur. Acus variæ: duplex, quarum altera alteri eſt pro conductore: alia, quæ poteſt in volſellam mutari. Adnotationes propriæ. HALLER.

GODOFREDUS THOMASIUS. V. *pag.* 86.

GUILIELMUS CHESELDEN. V. *pag.* 86.

SEBASTIANUS MELLI. Ejus *delle fiſtole lacrimali il pro e contra nel nouvo metodo di guarirle propoſto dal* S. D. ANEL, *ed impugnato dal* S. FRANCESCO SIGNOROTTI, *con rifleſſioni chirurgiche ed anatomiche.* VENET. 1713. 8. & vid. 1740. 8. quæ editio non videtur mutata. DOMINICI ANELLI libellum dat recuſum cum titulo, *nuovo methodo di guarire le fiſtole lacrimali.* Notas noſter adjicit criticas, negat ſpecillis hoc malum cedere, ductum potius inde perforari. Non fuiſſe fiſtulam, quam

ANEL-

Anellius ſanaverit, ſed obſtructionem. Pro vulgari curatione, quæ fit trepano, inſtrumento radente, igne. Puncta lacrumalia nonnunquam oculos latere. Trepanum ſe feliciter adhibuiſſe.

Deinde edidit etiam F. Signorotti *informazione fatta ad uno degli Academici di Parigi contro M. D. Anel.* Genov. 1713. Nimis levis & aſper negat poſſe ſetas argenteas per puncta lachrimalia trajici, præſtare porcinas. Noſter tamen fatetur, argenteas ſetas parari & adhiberi poſſe, & aliquas aſperiores notas mollit. Haller. V. *pag.* 86.

Franciscus Signorotti. Ejus *informazione*, quæ mox ante dicta eſt, etiam cum Anello recuſa.

Ejus *critiche della critica convinta.* Genova 1713. 4.

Ejus *lettera nella quale ſi brevemente riſponde al groſſo libro del S. Anel.* Ibid. 1715. 4. Haller.

Peter Kennedy. Ejus *ophthalmographia, or a treatiſe of the eye.* London 1713. 8. Morbos oculi percurrit, palpebrarum primo, deinde oculi interni, & externi breviſſime. In cataractæ natura a nova theoria non recedit. Aliqua ad morbos oculorum.

Ejus *ſupplement to his ophthalmographia againſt Bracken, Porterfield, Cheſelden, Jurin, Sharpe.* London 1739. 8. Subtiles cavilli, & meliorum reprehenſiones, abſque novo invento. Haller.

Alexander. Chr. Gackenholz. Ejus diſp. *de viſione per cataractam impedita.* Helmst. 1713. 4. Exempla habet cataractarum ſponte in melius mutatarum. Cataractas lacteas poſt aliquot dies fundum petere. Haller.

J. Baptista Bianchi, inciſor, & Profeſſor Taurinenſis. Ejus *de ductibus lachrymalibus novis.* Turin 1715. 4. Aliqua reperiuntur de fiſtula lacrumali ejusque curatione Anelliana. Tumores quidem lacrumalium viarum aptis liquoribus injectis curari, fiſtulas egere inciſione, vel aperitione, quæ igne fit: cariem requirere novam ad nares viam arte paratam. Per nares canalem jubet diſſecare. Haller.

Christophorus le Cerf, medicus Francofurtenſis, varia edidit pro cauſa Woolhousii, ut *Probſtücke in Augenkrankheiten des H. Woolhouse.* Jen. 1715. 8.

Ejus *diſſertations critiques de Woolhouse ſur la cataracte & le glaucome* &c. Franc. 1719. 8. Offenbach 1730. 8.

Ejus *am Licht beſehener Staar oder paſquillantiſcher Criticus ſincerus fidelis.* Francof. & Lips. 1719. 8. Haller.

J. Baptist. Gastaldi *an cataracta a vitio lentis.* Avenion. 1718. 8. Negat in lente cryſtallina ſedem eſſe.

Ejus III. *quæſtio medica an cataracta a vitio humoris aquei, vel cryſtallini oriatur, an a glaucomate differat, & aliter quam operatione chirurgica curari poſſit.* PARIS 1719. 8. Negat auctor. Videtur altera editio prioris libelli, cui profecto eundem titulum MAGNETIUS annumque 1718. & AVENIONEM pro loco natali tribuit. HALLER. V. *pag.* 1048.

J. CASPAR REISS in *curioſe anatomiſche* &c. dimidio aqueo humore amiſſo viſum interire. HALLER. V. *pag.* 89.

J. JACOB. JANTKE. Ejus diſp. *de ophthalmia.* ALTDORF. 1743 4. HALLER. V. *pag.* 475.

LAUR. ROBERG. Ejus diſp. *de cataracta.* UPSAL 1722. 4. WOOLHOUSIANUS, vidit in bubone cataractam. HALLER. V. *oſſ. morb.*

JOH. KANOLD. V. *pag.* 90.

De GEISLER in *Hiſt. de l'Acad.* 1718. & in *Journal de Trevoux* 1718. *Maj.* refert de cataracta membranacea; & de oculo a fractura capitis ſe præter voluntatem ad angulum externum detorquente. HALLER.

JOH. ASTRUC. Ejus & ANT. ELIÆ de la POTERIE *E. inciſioni corneæ in curatione corneæ præferenda embroche.* PARIS 1766. 4. Tribuitur Reſpondenti. HALLER. V. *pag.* 697.

FRANCISCUS WIEDEMAN. V. *pag.* 92.

J. ADAM MORASCH. Ejus *blepharographia, ſ. palpebræ plusquam* 50. *morborum nominibus infirmata.* INGOLSTADT 1725. 4.

Idem in *E. N. C. cent.* X. *obſ.* 55. in oculis, de quibus cataracta depoſita fuerat, lentes cryſtallinas loco motas reperit. HALLER. V. *vuln. capit.*

In *Mem. de Trevoux* 1719. *M. Febr.* reperitur WINSLOWI teſtimonium pro cataracta membranacea ſibi viſa, de cujus tamen veritate liceat dubitaſſe, inquit HALLER.

J. CHRISTOPH. SPROEGEL. V. *pag.* 92.

JOH. JUNCKER. Ejus *de defenſione alterius oculi, quando alter quocunque malo viſu privatus eſt.* HALÆ 1743. 4.

Ejus *de ophthalmia.* Ibid. 1744. 4. HALLER. V. *pag.* 93.

J. MICHAEL LICHTMANN. Ejus *Beſchreibung des Staars.* NÜRNBERG 1720. 4.

Ejus *das alte verdunkelte doch wieder ſehende Auge.* Ibid. 1720. 4.

Ejus *geſchickter Augenarzt, Beſchreibung des Staars und Hirnfells.* Ibid. 1721. 4. HALLER.

GOTTLIEB EPHRAÏM BERNER in opere *de aë is efficacia* &c. agit de uſu axungiæ viperinæ in curatione cataractæ. HALLER. V. *pag.* 565.

JANUS PLANCUS (ſ. JOHANNES SIMON BIANCHI), medicus Ariminenſis, ſcripſit *lettera intorno alla cataratta.* RIMIN. 1720. 4.

Ejus *lettera eſaminando una lettera del* COCCHI *gli moſtra alcuni errori; tra gli altri eſſer falſo, che l'umor criſtallino ſia ſempre la vera ſede della ſuffuſione.* RIMINI 1722. 4. plenior eſt editio 1740. 4 PORTALIUS PETRI PAOLI. LAPY, HALLERUS vero PLANCI dicit eſſe opus.

Ejus nempe PETRI PAOLI LAPY *parere intorno la lettera del Giuſp. Mar. Bacchetoni ſcritta al S. Mar. Palici e da eſſo publicata.* LUCCA 1770. 4.

Ejus *riſpoſta ſopra alcune cauſe dategli in un certo manifeſto del S. Benevoli.* Ibid. 1731. 4. HALLER ſuſpicatur PETRUM PAOLI Lucenſem eſſe. HALLER.

J. ANDREAS FISCHER, Profeſſor Erfordienſis. Ejus *tumor oculi ſiniſtri ſcirrhoſus malignus feliciter exſtirpatus.* ERFORD. 1720. 4.

Ejus *de curandis præcipuis oculorum adfectibus.* Ibid. 1723. 4. HALLER.

ALEXANDER CAMERARIUS. Ejus & BREYER diſp. *de ophthalmia venerea & peculiari in ea operatione.* TUBING. 1734. 4. HALLER. V. *tumores.*

J. CONRAD. HENNINGER. Ejus *obſervationes & cautelæ circa oculorum curationem.* ARGENTOR. 1720. 4. HALLER.

JOH. ANISIUS. Ejus diſp. *de ophthalmia in genere, ejusque ſpecie venerea dicta.* LEID. 1720. 4. HALLER.

THEOD. SPROEGEL in *ſelectis obſervationibus* &c. in fiſtula lacrumali naturalem ad nares viam reperit. HALLER. V. *pag.* 94.

J. ZACHARIAS PLATNER. Ejus diſſ. *de fiſtula lacrumali.* LIPS. 1724. 4. & in collectione *operum*, & Germanice a WINKLERO verſa BERLIN 1735. 8. Docta, quales noſter dare ſolebat, diſputatio, qua antiquitates morbi ex Græcis fontibus repetuntur. Curatio ANELLIANA. Auxilia, quæ ſuperſunt, quoties mitis iſta curatio non reſpondet. Inſtrumenta varia. WOOLHOUSIUM totum ſaccum lacrumalem exſtirpare, os un-

guis

guis perforare, turundam inmittere, quæ officio functa per fauces ſit elapſura.

Ejus diſſ. *de ſcarificatione oculorum.* Ibid. 1728. 4. Germanice a WINKLERO verſa BERLIN 1735. 8. Antiquitates ex veteribus & ex HIPPOCRATE potiſſimum repetit; deinde de arcano quærit WOOLHOUSII, eo enim tempore arcanum erat, ex ſecalis ariſtis factum, peſſimum certe inſtrumentum, debile & hamulis ſuis inflammationem aucturum, quod ferreo penicillo multo melius poſſit compenſari. PAULI inſtrumentum, ex tribus quaſi lanceolis compoſitum.

Ejus progr. *de medicina ocularia.* Ibid. 1735. 4. De ulceribus corneæ tunicæ, de uſu ſcarificationis oculorum ad id malum.

Ejus progr. *de vulneribus ſuperciliis illatis, cur cæcitatem inferant, ad locum* HIPPOCRATIS. Ibid. 1741. 4. A nervorum nexu.

Ejus *de noxis ex ſuppuratione cohibita in nonnullis oculorum morbis.* Ibid. 1742. 4. De ophthalmia varia &c. HALLER. V. *pag.* 94.

ANT. CÆLESTIN COCCHI. Ejus *epiſtola ad* MORGAGNUM *de lente cryſtallina oculi humani, vera ſuffuſionis ſede.* ROM. 1721. 8. HALLER.

HENR. HAMPE. Ejus diſp. *de ſcarificatione oculorum* HIPPOCRATICA. DUISBURG 1721. 4. HALLER.

J. HENR. FREYTAG. Ejus præſide J. BOECLER diſp. *de cataracta.* ARGENT. 1721. 4. recuſ. in HALLERI *ſelectis.* Aliqua exempla adfert cataractæ membranaceæ. Contendit patrem ſuum chirurgum ocularium ejusmodi cataractas hamulo extraxiſſe. Subito natas cataractas & lacteas. HALLER.

ANT. FIZES. Ejus diſp. *de cataracta.* MONSP. 1731. 4. in qua mediam fere ſententiam tenet, in nuperam pronior, poſſe tamen etiam membranaceam dari. Contra ANTONII appendices. HALLER. V. *ſuppurat.*

GEORG. CHRISTOPH FROBENIUS. V. *pag.* 95.

SALVATOR. FRANC. MORAND in *opuſcules de Chirurgie* T. I. occaſione DAVIELI dicit de commodis, quæ extractioni cataractæ propria ſunt. Maturitatem requirit Sponte nonnunquam cataractam in anteriorem tranſire cameram, & requirere extractionem, quam PETITUS (uter) primus ſit molitus. Facilitatem adminiſtrationis laudat.

Idem in *Hiſt. de l'Acad. a.* 1722. vidit quidem lentem cryſtallinam vere cataractæ ſedem fuiſſe, ſed putat poſſe etiam membranaceas dari cataractas, capſulam nempe lentis cryſtallinæ, & quæ eam ambiat vitream, quæ de ea lente decedunt opacæ.

Idem

Idem in *Mem. de l'Acad. a.* 1730. retulit de lente cryſtallina in lapidem verſa, & vitreo humore ſpiſſato.

In T. II. *des Mem. de l'Acad. de Chir.* habetur ejus & C. VERDIER diſſertatio de nova ratione extrahendæ cataractæ a POGETO aliisque adminiſtrata, eventu non ſemper felici. HALLER. V. *pag.* 95.

CAROLUS de S. YVES. Duo fuerunt hujus nominis celebres medici oculàrii Pariſini, iſte HALLERO probe notus, & alter filius ejus adoptivus, cum quo de nomine patrui nepos CAROLI ſed depoſitus & abrogatus jure contendit.

Ejus *nouveau tr. des maladies des yeux* prodiit PARIS 1722. 12. AMSTERDAM 1736. 12. 1767. 12. Anglice vertente D. JOH. STOKTON, LOND. 1741. 8. Germanice BERLIN 1730. 8. 1744. 8. RIGA 1767. 8. Inter optima compendia numeratur. De morbis exterioris oculi: de fiſtula lacrumali, quam curat perforato oſſe unguis, cannula & cauterio. Paſſim interſpergit morborum peculiarium hiſtorias, ut fiſtulæ palpebralis. De tumore, quem de orbita exſtirpavit; de pannis & pterygiis. In fiſtula lacrumali inutilem eſſe injectionem, compreſſionem præſtare, cum ſpirituoſo fotu conjunctam. Cannulam debere ad os unguis admoveri, per eam os cauterio perforari; maxillæ etiam carioſæ os aduri. In L. II. traduntur morbi ipſius oculi: de lente cryſtallina ab ictu excuſſa, ophthalmia varia, corneæ tunicæ morbis, ſtaphylomate: de cataracta, cujus ſedem ponit in lente cryſtallina, cujus etiam lapideam degenerationem non ignoravit: de cataracta ex pure coacto nata. De membranacea cataracta, quam ad pus coactum pariter refert: de opacitate capſulæ lentis cryſtallinæ: de cataracta ex vulnere lentis cryſtallinæ orta: de depoſitione, ut vocant: de extractione lentis opacæ per corneæ tunicæ inciſionem, quæ ipſi videtur perfacilis, ex ſuis & ex aliorum experimentis: de ſymptomatibus depoſitionis. Cataractæ, quæ ſponte ſe depoſuerunt, etiam in cane. Lacteam eſſe immaturam. Tremulam eſſe gypſeam lentem, de nonnullis fibris ex iride ſuſpenſam. Aliquas ſero, etiam ſeptimo & decimo anno demum mutari. Si in anteriorem cameram lens exciderit, quod aliquoties vidit, debere corneam findi, ut extrahatur. Lacteam etiam cataractam debere deponi. Retinæ morbi. Seceſſio a choroidea tunica. Atrophia.

Ejus *reponſe à un lettre critique de ſon tr. des maladies des yeux inſerée dans le ſupplement du mercure de Mai* 1722. *ſous le nom de M. Mauchart.* PARIS 1723. 8. Variis a criminibus ſe tuetur; cataractam membranaceam in humore aqueo natam rejicit: lentem depoſitam ipſam ſe in oculo a morte inciſo reperiſſe addit, poſtquam ſua manu cataractas depoſuerat, vitreumque corpus vidit locum a lente deſertum occupaiſſe. Negat vere

re ſanam fuiſſe lentem in oculo, in quo Woolhousius membranaceam cataractam ſe vidiſſe ſibi perſuaſerat. Haller.

Antonius Benevoli, chirurgus Noſodochii S. Mariæ novæ Florentiæ. Ejus *lettere ſopra due oſſervazioni fatte intorno la cataratta.* Firenza 1722. 4. Cinelli ſed non bene 1721. & recuſ. cum *nove propoſizioni intorno alle caruncule.* Ibid. 1724. 8. Ita Cinelli. In duobus hominibus quibus cataracta depoſita fuerat, lentem cryſtallinam opacam reperit in humoris vitrei angulo. Addit rationes minime contemnendas, quare ejus morbi ſedes ſemper in lente ſit, deſumtas ab anguſtia cameræ poſterioris, duritate cataractæ, acus itinere pone lentem, vi reſurgendi & certa curatione ægrotorum, quibus poſt depoſitam cataractam nunquam nova alia renaſcatur.

Reperitur excerpta in *Phil. Tranſ. n.* 373.

Ejus *manifeſto ſopra alcune accuſe contenute in un certo parere del* S. Pietro Paoli. Ibid. 1730. 4. Contra ſententiam Benevoli Petrus Paolus cenſuram ſcripſit objiciens nil novi vel proprii noſtrum proponere. Reſpondit nunc Benevolus, utique ſuam eſſe adnotationem, quod acus pone cataractam lateat, quod ea depoſita nunquam regeneretur, ſuas etiam proprias adminiſtrationes deſcripſiſſe, accurate de lentibus depoſitis dixiſſe.

Ejus *giuſtificazioni dalle replicate accuſe del* S. P. Paoli. Ibid. 1732. 4. Adverſus Paoli *replica.* Fuſa vendicatio, qua multa priorum repetuntur.

Idem in *diſſertazione ſopra l'origine dell'ernia* &c. aliqua habet etiam de oculorum morbis. In maculis corneæ tunicæ mitia collyria ſuadet, rejectis acribus. Haller. V. *pag.* 823.

Georg. Daniel Coschwiz. Ejus *de hypopyo.* Halæ 1728. 4. Haller. V. *pag.* 96.

Amos Lambrecht, qui & obſtetriciam colebat. Ejus *de ophthalmia.* Arnst. 1722. 8. Belgice. Fere in medicamentis. Haller.

Burchard David Mauchart de oculorum malis plurimas edidit diſputationes. Plurimam in iis veterum lectionem reperias, ſubtilem nominum & verborum diſtinctionem, cum rerum geſtarum peritia conjunctam; curationem candide revelatam, quæ vel a manu petitur, vel a medicamentis, & diaria paſſim operationum. Ejus *de ophthalmoxyſi novantiqua, ſ. Hippocratico-Woolhouſiana.* Tubing. 1726. 4. Arcanum præceptoris inſtrumentum hic revelat, ariſtarum ſecalinarum penicillum. In trachomate & ſcirrho utitur equiſeto aſpero. In ſcirrho duro incidit, tunc erodit.

Ejus

Ejus *de ſetaceo nuchæ & ipſius oculi*. TUBING. 1742. 4. Illa quidem auxilia multum in malis oculi emendandis valere: ultimum ex CHINA in EUROPAM perductum deſcribit. De ſetaceo auriculæ ad ulcus corneæ, & epiphoram. Setacei uſus in oculi hydrope, empyeſi.

Ejus *de hypopyo*. Ibid. 1742. 4. Homonymia declaratur hypopyi, onychis, & diverſiſſimi pterygii. Pus paracenteſi, concuſſione, fotu emittendum, aut ad fundum oculi compellendum. Perforatio corneæ, qua pus emittitur, aut lanceola facta, aut acu cataractaria, qua noſter feliciter uſus eſt. Sanguinem effuſum facile diſſipari. Cataractam dari membranaceam, eam in cane ſe vidiſſe. Lentem cryſtallinam non raro in cameram anteriorem prodire, dum cornea tunica perforatur, quam ſpecillo oporteat repelli. Omnino hypopyon inciſione ſanavit.

Ejus *de empyeſi oculi*. Ibid. 1742. 4. alio malo, ubi pus pone iridem habitat. Signa, inſtrumenta, perforatio & in ea cautelæ. Cochleari cavo pus educit.

Ejus *fiſtulæ corneæ*. Ibid. 1742. 4. Subtilis adminiſtratio, qua callus mollitur, ſinus corriguntur. Callum ad naturam fiſtulæ non neceſſario requiri.

Ejus *unguis oculi*. Ibid. 1742. 4. Ulcus lamellis corneæ tunicæ interjectum.

Ejus *ulcera corneæ*. Ibid. 1742. 4. quæ nempe utrinque aperta patuit.

Ejus *de maculis corneæ earumque operatione a potriſi*. Ibid. 1743. 4. Propria de ea macula adnotatio, quæ ſenibus & familiaris eſt & moleſta.

Ejus *Tobiæ leucomata*. Ibid. 1743. 4. Totam hiſtoriolam expendit, & plurima fabulæ veſtigia in ea invenit.

Ejus *de hydrophthalmia*. Ibid. 1744. 4. Pleraque anatomici ſunt argumenti.

Ejus *de paracenteſi oculi in hydrophthalmia & amblyopia ſenum*. Ibid. 1744. 4. Adminiſtratio parum nota. Inſtrumentum a WOOLHOUSIO potius celatum hic proponit, & artificium, quo TURBERVILLE, medicus mechanicus Anglus, humorem aqueum turbidum emittere tentabat, & mutare meliori.

Ejus *de mydriaſi*. Ibid. 1745. 4. rariori morbo, in quo negat objecta apparere minora: neque cum cataracta immobilitatem pupillæ neceſſario conjungi putat.

Ejus *de pupillæ phthiſi & ſynizeſi*. Ibid. 1745. 4. Exempla pupillæ arctatæ, cauſæ variæ, curatio WOOLHOUSIANA & CHESELDENIANA. Vidit arctam pupillam vix capite aciculæ majorem. Utitur ad aperiendam

 pupil-

pupillam acu plana cuſpide tereti. In ſynechia ferro iridem a cornea tunica ſeparat: id malum in cane vidit.

Ejus *conjunctivæ & corneæ oculi tunicarum veſiculæ ac puſtulæ.* Ibid. 1748. 4.

Ejus *de ſynechia.* Ibid. 1748. 4. Malum curatu difficile, alia graviora tamen mala averſurum: chirurgica adminiſtratio, qua ægre ſuperatur.

Ejus *de ſtaphylomate.* Ibid. 1748. 4. In Gunzii de eodem malo diſputationem paſſim animadvertit: diverſas mali ſpecies diſtinguit, uveæ prolapſum per exempla conſtituit, curationes mitiores ſolicite deſcribit, quæ in apto ſitu aut modica compreſſione ſe continent: tranſectionem rejicit, & curationem Woolhousianam ſequitur.

Ejus *oculus artificialis enblepharos & hypoblepharos.* Ibid. 1749. 4.

Ejus *de tumoribus cyſticis palpebrarum & ſingulari ſteatomatico tumore ſcirrhoſo palpebræ ſuperioris exciſo.* Ibid. 1750. 4. Excidit integros.

Ejus *oratio de fama meritisque* Taylori. Ibid. 1750. Æquum judicium de experto homine ſed in promittendo liberaliori.

Idem in *Mercure de France* Paris 1723. edidit *lettre critique ſur le traité des maladies des yeux* Caroli de S. Yves, & forte etiam in *Journal des ſavans a.* 1724. *replique à la reponſe de M. de S. Y.*, niſi ii libelli Woolhousii fuerint. Ita Haller. V. *pag.* 824.

Pinson in *Journ. des Sav.* 1722. retulit de cataracta membranacea vera depoſita, cum lens cryſtallina ſedem ſuam tenuiſſet, ſanaque manſiſſet. Haller.

J. Adam Reimann. V. *pag.* 97.

J. Jac. Scheuchzer. V. *pag.* 97.

Girolamo Marini. V. *pag.* 307.

J. Herm. Fürstenau. Ejus diſp. *de oculorum vitiis præcipuis.* Rinteln. 1748. 4. Haller. V. *pag.* 98.

Christoph. Jacob. Trew in *Comm. Litt. Nor.* a. 1745. h. 36. cataracta in lente cryſtallina. Haller. V. *vuln. capit.*

Chabert fiſtulam lacrumalem absque perforatione curat: acrioribus & rodentibus abſtinet. Fiſtulam lacrumalem absque perforatione ſanavit. Caries in fiſtula lacrumali ſolo linteo carpto ſuperata. In alia fiſtula lacrumali rodentium medicamentorum uſus felix. Haller. V. *pag.* 758.

Jacobus Storch. V. *pag.* 1153.

In *Breslauer Sammlung.* V. *pag.* 160.

Thom.

THOM. ROBIE in *Phil. Tranſ. n.* 384. de inciſione oculi cataracta adfecti. Cui depreſſa cataracta neque membranaceam habuit, neque lentem cryſtallinam. HALLER. V. *pag.* 1049.

JOHANNES RANBY, chirurgus primarius Regis ANGLIÆ, in *Phil. Tranſ. n.* 381. retulit de cataractæ ſede vera, in lente cryſtallina a ſe depreſſa. HALLER.

JACOB. GERING. Ejus *praxis vitia in figura partium oculi cognoſcendi & ſanandi.* MEISSEN 1725. 4. HALLER.

PIERRE VIOLETTE du BOIS. Ejus tr. *de maladies chroniques.* PARIS 1726. 8. 1737. 8. Etiam de morbis oculorum. HALLER. V. *ſcrophul.*

Obſervations ſur le memoire de M. MORAND *fils, concernant les cataractes des yeux.* PARIS 1726. 8. HALLER.

SAMUEL THEODOR QUELMALZ. Ejus *depoſitionis cataractæ effectus.* LIPS. 1748. 4.

Ejus *de linctu oculorum collyrio.* Ibid. 1753. 4. HALLER. V. *pag.* 308.

ANDR. ELIAS BÜCHNER. Ejus & GEORG. HENR. KOENGSDORFER diſp. *de inflammatione oculorum a rachitide cum tuberculis in palpebrarum tunica interiori.* HALÆ 1751. 4.

Ejus *de cataracta omni tempore deponenda.* Ibid. 1753. 4. HALLER. V. *pag.* 479.

Diſſertation ſur une nouvelle methode de faire l'operation de la cataracte par Mr. PETIT in *Mem. de litt. & du* P. des MOLETS. T. III. PARIS 1727. 12. HALLER.

RUDOLPH AUGUST BEHRENS. Ejus *de imaginario quodam miraculo in gravi oculorum morbo, eademque ſpontanea & fortuita ſanatione.* BRUNSWIC. 1734. 4. Nempe epiphora ſebaceà in nobili Hiſpano ſanata. HALLER. V. *pag.* 719.

CANUTUS WIGELIUS. Ejus diſp. *de cataracta.* UPSAL 1727. 4.

ERNEST CONRAD HOLZENDORF in *Miſcell. Berolinenſ. centuria* II. BERLIN 1727. 4. egit de inflammatione oculi cum carie orbitæ conjuncta. HALLER.

BENED. GULMAN. V. *pag.* 102.

J. GEORG BREBIS. V. *pag.* 102.

BENED. FRANC. GRATELOUP *theſes medico-miſcellaneæ.* ARGENTOR. 1728. 4. de cataracta. Contra methodum CHESELDENII. PORTALIUS.

ANTON. le MOINE *ergo deprimendæ cataractæ non exſpectanda maturatio.* PARIS 1728. 4. & in HALLERI *ſelectis.* Firma putat ſe habere teſtimonia, quæ confirment, cataractam nondum inveteratam uſu millepe-

dum ſanatam fuiſſe. Per exſpectationem cataractam dureſcere poſſe, aut corneæ tunicæ adnaſci. HALLER.

PETR. ANTON. LEPY, & DES. CL. FREMONT *non E. fiſtulæ lacrymali cauterium actuale.* PARIS 1728. 4. HALLER.

BENEDICTUS DUDELL, chirurgus ocularius, WOOLHOUSII diſcipulus. Ejus eſt *treatiſe on the diſeaſes of the horny coat of the eye and the various Kinds of cataracts.* LONDON 1729. 4. In præfatione monet, ne fiſtulæ tunicæ corneæ radantur, novam enim ex ea curatione redituram ejus tunicæ opacitatem. De ſcarifatione oculi fuſe, & de morbis, in quibus proficua ſit. De cataracta: etſi WOOLHOUSIUM ſequitur, fatetur tamen ejus morbi ſedem eſſe plerumque in lente cryſtallina. Multa expertus confuſe de variis ejus mali ſpeciebus ſcribit. Lacteas ſanationem non admittere. Non ignorat, capſulæ ejus lentis opacitatem conjunctam. Aliæ in oculorum malis curationes chirurgicæ. Abſceſſus corneæ tunicæ curandi ſcarifando, eluendo, fovendo calide. Cicatrices non debere ſecari,redituras craſſiores, ſed ſcarifari. In ſtaphylomate oculum evacuare jubet, ut humor aquoſus effluat, deinde capſulam imponere, quæ tunicæ corneæ vicem gerat, & ſcarifare tunicam conjunctivam: petiolum ligat. De oculi ſcarifatione, quæ fiat ariſtis hordei & graminis canini. Vaſa diſtenta ſcarifat. De iridis abſceſſu & inde orto pure. De equorum morbo, cujus ſedes ſit in camera poſteriori & qui ſubinde in anteriorem prodeat. Vidiſſe ſe cataractas membranaceas ex camera poſteriori in anteriorem productas: plerumque tamen lentem eſſe in vitio: ſi membranacea fuerit cataracta, ea depoſita viſum continuo redire. Cæcitatem emplaſtro cum cantharidibus ſanatam. Opacam vidit capſulam, alternis particulis pellucidis variam. Cataractam perforavit, ut lucem transmitteret.

Ejus *appendix to the treatiſe of the eye and the cataract, with an answer to Cheſeldens appendix relating to his new operation upon the iris of the eye.* LONDON 1733. 8. Plurima hic dominatur confuſio. De ſacci lacrumalis morbo, quem fatetur ſe ſanare nequiviſſe. Ut ancyloblepharon ſolvat. De lente opaca, per inciſam corneam tunicam extracta, ex aliis. In CHESELDENIUM; infelici ſucceſſu iridem fidiſſe: ipſe arachnoideæ membranæ cum iride connatæ fiſſuram proponit, absque experimento. De capſulæ lentis cryſtallinæ, aut lentis ipſius, ad iridem adhæſione. De opacitate vitrei corporis, ejusque ſignis: in eo malo fruſtra fuerit lentem deponere. Imagines eſſe bullas in anteriore parte tunicæ arachnoideæ. De levi opacitate lentis, ut una mollis ſit, neque aërem ferat: in eo caſu jubet lentem per inciſam corneam tunicam educere. De gelatinoſo in parte anteriori arachnoideæ tunicæ tumore, qui facit, ut omnia majora adpareant. De morbis oculorum in equis. In iis animalibus frequenter corpus vitreum vitiari,

ri, & abire in ſpeciem craſſioris & flaveſcentis membranæ. Connatas ex abſceſſu palpebras curavit trajecta acu, repetito nodis adductis, non tamen curavit undique: alias uſus eſt hamis datis: demum alium ægrotum ſanavit. Separatæ lentes adhærentes. Capſula anterius opaca. Perforatio cataractæ, ut quaſi feneſtra fiat, quæ lucem transmittat. Alia lens in fragmenta diſſecta &c.

Ejus *a ſupplement to the treatiſe of the diſeaſes of the horny coat and cataracts of the eyes, and to its appendix*. LONDON 1736. 8. In TAYLORUM, qui nuper ſuæ artis ſpectaculum exhibuerat: vacillare hominis manum: effluxiſſe vitreum humorem, cum lanceola oculum incidiſſet. Etiam ab ejus curatione cataractas reſurgere. Male ab eo PETITI epiſtolam verſam eſſe. Fruſtra paſſim cataractam tentare. A cornea tunica, obtuſa forfice inciſa, non poſſe non opacitatem ſequi. Admiſcet nunc ſuas operationes. Pro retina: viſum ſuperfuiſſe, cum chorioidea tunica vitiata eſſet. Hippi, amblyopiæ adnotationes. Scarifationis in amauroſeos initio utilitates. Iris in puero rubra. HALLER.

PETRUS CHRISTOPH. BURGMANN. Ejus *epiſtola* ad L. HEISTER *de ſingulari tunicarum utriusque oculi expanſione*. ROSTOCH. 1729. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis*. A morte oculi in ſpeciem longi coni producti. HALLER.

MAURIT. HENR. HENRICI. Ejus diſp. *de cataracta*. LEID. 1729. 4. HALLER.

HENR. FRANC. le DRAN in *Mem. de Chir.* T. I. Vide *pag.* 103.

FRANC. QUESNAI. Ejus *obſervations ſur la conſervation de la vue*. PARIS 1760. 4. HALLER. V. *ſuppurat.*

J. CASPAR SCHOBINGER, HALLERI amicus, qui CAROLUM de S. YVES audiit & WOOLHOUSIUM, diligens vir. Ejus diſp. *de fiſtula lacrumali* BASIL 1730. 4. deſcriptio curationis, quæ fit perforato unguis oſſe. Cauterium a perito viro admotum cæcitatem feciſſe. Utendum acu triquetra, turunda lignea. HALLER.

ÆGIDIUS ADAM & L. P. LEHOC *E. præcavendæ cataractæ oculi paracenteſis*. PARIS 1730. 4.

FRID. JUST. HEIMREICH. V. *pag.* 104.

FRANC. BÜTTNER. V. *pag.* 104.

J. FRID. PAUER. V. *pag.* 104.

J. HENR. FÜSLI. Ejus diſp. *de obſtructione & inflammatione tunicæ oculi adnatæ*. BASIL. 1731. 4. HALLER.

IVO JOH. STAHL. Ejus diſp. *de ophthalmia*. ERFORD. 1731. 4. HALLER.

AN-

ANTON. MAGNOL & LAULANIE' diſp. *an cataractæ confirmatæ operatio chirurgica unicum remedium.* MONSPEL. 1731. 8. Et in lente cryſtallina ſedem eſſe cataractæ, & in membrana. Contra ANTONII MAITRE-JEAN appendices, cataractarum varietates. HALLER.

PETR. PAUL. MOLINELLUS. V. *pag.* 105.

ABRAHAM TITSINGH in *verdonkerde Heelkonſt* &c. membranaceum quid viſum impediens in humore aqueo vidit fluctuare, quod denique evanuit. Exempla humoris aquei facile reparati a ſola quiete. HALLER. V. *pag.* 106.

HENR. VYLHOORN in HEISTERI *inſtitutionibus* &c. fiſtulas lacrumales ſola vidit injectione ſanari, cuneo non utitur: uſtionem absque canale inſtituit. Tumores oculum inter & palpebras totos delet, reliquias vitrioli oleo deſtruit. Pterygium acu ſuſceptum amputat, reliquias ſpiritu vitrioli conſumit. Staphyloma non vult ligari. Corneam tunicam ſæpe feliciter perforari vidit: in magno malo debere & corneam excidi, & proximam ſcleroticam. Fungos oculi exciſos ſæpe redire; acu trajectum exſtirpavit. HALLER. V. *pag.* 106.

JOSEPHUS POZZI. Ejus *commercio epiſtolico.* BONON. 1732. 4. Huc faciunt experimenta, quibus oſtendit humorem aqueum regenerari, non ita cryſtallinum. HALLER.

ANTONIUS FERREIN, celebris inciſor. Ejus *quæſtiones medicæ duodecim.* MONSPEL. 1732. 4. inter quas habetur quæſtio *quinam ſint præcipui, quomodo explicentur, & curentur lentis cryſtallinæ morbi.* Recuſa in HALLERI *ſelectis.* Poſteriorem omnino ſedem cryſtallinæ lentis debere perforari, ut anteriori hemiſphærio capſulæ caveatur.

Ejus *non ergo fiſtulæ lachrymali cauterium actuale.* PARIS 1738. 4. recuſ. in HALLERI *ſelectis anat.* Os unguis tamen perforat. HALLER.

J. ZELLER & ÆGIDIUS CRATO KECK auctor, diſp: *de ectropio, vom überſtülpten umgekerten Augglieде oder Plarrauge. Accedunt de cataracta membranacea obſervationes.* TUBING. 1733. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Duæ cataractæ membranaceæ; altera PINSONI cum opaca lente, altera in vivo puero per pupillam eminens. Ectropii a MAUCHARTO curati diarium. Cum emplaſtra glutinantia in vulnere palpebræ non viderentur ſufficere, labia ſcarificavit & ſutura repetita conſuit. HALLER.

J. CHRISTOPHORUS MAY, inciſor Argentoratenſis, in *Comm. Litt. Nor.* 1733. *h.* 4. de capſula lentis cryſtallinæ opaca, poſtquam particula ejus lentis depreſſa fuerat. HALLER.

J. DANIEL SCHLICHTING. V. *pag.* 108.

THOM. SIMSON. V. *pag.* 109.

ALE-

Alexander Monro. V. *pag.* 110.

J. Petr. Devaux. Ejus diſp. *de præcipuis oculorum affectibus.* Argentor. 1734. 4. Haller.

Mich. Matth. Ludolf in *Miſcell. Berol. cent.* IV. *ſ.* a. 1734. egregiam & accuratam relationem dedit de cataracta, quæ ſponte diſparuit. Haller.

J. Dan. Rucker. V. *pag.* 111.

Albertus de Haller. Ejus *de morbis oculorum prælectiones.* Götting. 1746. 8. 1750. 8. V. *pag.* 112.

Claudius Nicolaus le Cat in *Journal des ſavans a.* 1755. *April.* egit de ſectione fiſtulæ lacrumalis. Introducit in canalem naſalem verum canalem aureum, cum lato infundibulo, inferius tribus orificiis perforatum.

Idem in *Journal de Medecine* T. X. de cereo aptiori ad tranſmittendum a ſacco lacrumali in nares ſetaceum. Haller. V. *pag.* 529.

Johannes Taylor, qui multa ſcripſit, dum longis itineribus univerſam Europam & Asiæ partem peragrabat. (Obiit a. 1772. 6. Junii.) Ejus *traité ſur les maladies de l'organe immediat de la vue.* Paris 1735. 12. Amsterdam 1735. 8. Germanice Berlin 1735. 8. Morbos numeroſiſſimos etiam nervi optici ſubtiliter diſtinguit.

Ejus *new treatiſe on the diſeaſes of the cryſtalline humour of the eye, or of the cataract and glaucoma.* London 1736. 8. Contra cataractam membranaceam. Veram cataractam ſedem habere in cryſtallina lente, & a muſculorum oculi irregulari contractione oriri, quæ partes corporis cryſtallini inæqualiter urgeat. Cataractam ſpuriam fieri lente in humorem reſoluta, lactea, purulenta, & opaca capſula. In glaucomate capſulam eſſe vitiatam, lentem mole auctam. Ut cataractam deponat, lanceola, qua conjunctivam & ſcleroticam perforat, deinde acu ex plana convexa utitur, qua lentem deponit; acu frequenter per pupillam inſpecta; inferiori in parte capſulæ perforata: hæc fuſiſſime, ut vix longum ſermonem ſequaris. Vera cataracta tremula, lens ſede emota. Ut ſpuria cataracta deponatur. Ut capſula acu amputetur.

Ejus *mechaniſme du globe de l'œil avec l'uſage de ſes parties* Paris 1738. 8. etiam Hiſpanice a. 1738. & forſan Anglice 1738. 8. Ducenti ſexaginta tres oculi morbi hic deſcribuntur, & inflammatio toties pro alio alioque morbo recenſetur, quoties in alia parte oculi reſidet. Nomina ſæpe barbara, quæ oportebat eſſe Græca uti *Antoniadula*, *Aichicimy* &c.

Ejus *de vera cauſa ſtrabiſmi* Luſitanice Lisbon 1739. 8.

Ejus *de morbo & curatione* D. A. de SALDANHA Luſitanice LISBON 1739. 8.

Ejus *opinion of the European univerſitaties.* LONDON 1743. 8.

Ejus *the caſes of S. Jeremy Sambrooke*, LONDON 1743. 8.

Ejus *Catalogue of* 243. *diſeaſes of the eyes* EDINBURG 1749. fol. qui idem forte fuerit liber: *deſcription exacte de* 243. *maladies differentes, aux quelles l'oeil, ſes enveloppes & ſes parties contigues ſont expoſées.* PARIS 1766. 4. Germanice recuſ. FRANCFURT 1751. 8. cum tabulis coloratis. Hos morbos ſolebat in vitris depictos oſtendere, quibus multum tribuebat.

Ejus *über abſonderliche Zufälle der Gräfin v. Windiſchgrätz.* 1750. 8.

Ejus *über die menſchlichen Augen und ihre Verdunkelung* &c. BERLIN 1750. 8.

Ejus *unterſchiedene Begebenheiten in dem Auge, ſeine Verdunkelung* &c. FRANKF. 1771. 8.

Ejus *recueil des ſentimens des principales univerſités de l'Europe* &c. AMSTERDAM 1749. 8. quod idem fuerit, *Sammlung von Urtheilen der vornehmſten Academien von Europa über den beglückten Fortgang der Operationen des* R. TAYLORS. FRANCF. 1750. 8. Numeroſiſſima teſtimonia facultatum, & collegiorum medicorum, potiſſimum etiam ex LUSITANIA, & HISPANIA collectorum.

Ejus *détail des motifs pour leſquels le Chev. Taylor ne s'eſt pas arrêté dans le pays de Brandenburg.* 1750. 8. Regem ſe juſſiſſe ſuis terris abſtinere, multos tamen ægrotos ex Brandenburgica ditione ſe Baruthum eſſe ſecutos.

Ejus *über abſonderliche Krankheiten und Wiederherbringung des Geſichts des H. v. Mecklenburg.* 1752. 8.

Ejus *von der Krankheit und Wiederherſtellung des Prinzen von Holſtein.* 1752. 8.

Ejus *accurate Beſchreibung verſchiedener Zufälle der Augen, und wie ſie zu curiren.* COPPENHAGEN 1752. 8. Danice.

Ejus *Beſchreibung des Zuſtandes und Wiederbringung des Geſichts der Gräfin v. Nariskin.* 1753. 8. Ruſſice.

Ejus *Examen von einigen ſonderbaren Zufällen der Prinzeſſin von Georgien.* 1753. 8. Ruſſice.

Ejus *Erklärung von einem Generaltractat von den Zuſtänden des menſchl. Auges.* VENET. 1754. 8. Italice.

Ejus *Tractat von unterſchiedenen Zufällen des Auges.* TRIDENT. 1755. Italice.

Ejus *von der Wiederbringung des Geſichts der Fürſtin Juſtiniani.* ROM. 1756. 8. Italice.

Ejus *Erörterung über die Kunſt das verlohrne Geſicht wiederum her- zuſtellen, ſo durch Krankheit der cryſtalliniſchen Feuchtigkeit verloren ge- gangen.* PESARO 1756. 4. Italice.

Ejus *von der Kunſt das Geſicht zu erhalten.* PESARO 1756. 4. Italice. VENET. 1756. 4. An non idem?

Ejus *diſſ. von der Kunſt der beſtändigen Wiederbringung des Geſichts, und vom Strabiſmo.* MAYLAND 1756. 8. Italice.

Ejus *novus modus confirmandi viſus* ib. 1757. Italice.

Denique *nova noſographia ophthalmica.* LIPS. 1766. fol. in qua ſculpti & picti habentur 243. morbi, quos in vitro pictos oſtendebat. Morborum diſtinctiones nimis ſubtiles, picturæ non laudabiles. Idem putat HALLERUS eſſe opus, quod ſupra.

Ejus *neue Augen-Erhaltungskunſt.* FRANCFR. 1757. Iterum morbos aliquos, ſed paucos recenſet. Alios ſcriptores refutat. Ad finem apologia repetitur TAYLORI.

Ejus *de morbo & reparato viſu Patris Cremonæ.* ROM. 1757.

Ejus *deſcriptio omnium morborum viſus humani & ejus obſervationes.* VENET. 1757. 8. Italice.

Ejus *morbi oculorum ſyſtematice collecti.* ROM. 1754. 4. Italice.

Ejus *lettre à Mrs. de l'Acad. de Chir. ſur l'art de retablir la vue obſcurcie par la maladie connue ſous le nom de cataracte, ou l'on démontre les dangereuſes conſequences de l'operation de la cataracte par extraction.* PARIS 1764. 4.

Ejus *lettre to the gentlemen of the faculty concerning a neuw diſcovery on the art of the reſtoring ſigth when loſt by a cataract.* LONDON 1764. 4.

Ejus *ſeconde lettre à MM. de l'Acad. Roy. de Chirurgie* .... 4. absque anno. Contra DAVIELII extractionem; eam primario chirurgo peſſime ceſſiſſe. Se poſteriorem faciem capſulæ lentis cryſtallinæ incidere, & ipſam ſi opaca fuerit, capſulam absque noxa perforare.

Paſſim idem videtur TAYLORI libellus repeti. Ita HALLER.

GEORG. CHRIST. DETHARDING. V. *pag.* 308.

HENRICH WINCKLER. Ejus *Anleitung zu allen chirurgiſchen Wiſſenſchaften, erſter Theil, von den Augenkrankheiten.* BERLIN 1735. 8. PLATNERI diſp. *de fiſtula lacrumali.*

Ejus *zweyter Theil.* Ibid. 1736. 8. STAHL *de affectibus oculorum in genere.*

Ejus *dritter Theil.* Ibid. 1736. 8. PLATNER *de ſcarificatione oculorum.*

In ejus reliquis tribus faſciculis, qui ad a. 1738. ſucceſſerunt WEDELII diſſ. *de amauroſi* & BURGMANNI, WALTHERI, SCHACHERI diſſ. continentur. HALLER.

CAROL. FRIDER. KALTSCHMIDT. Fjus diſp. *de oculo ulcere cancroſo laborante feliciter exſtirpato.* JEN. 1749. 4.

Ejus *de puero duodecim annorum ancyloblepharo laborante curato.* Ibid. 1764. 4. HALLER. V. *vulnera.*

J. WILH. AGRICOLA in *Commerc. Litt. Nor.* a. 1735. *n.* 18. de cataracta vere in cryſtallina lente reſidente, cum rugoſa videretur & membranacea, quam materies mucoſa a lente ipſa diſtinguebat: ea vero membrana ipſa erat cryſtallinæ lentis capſula. HALLER.

ELIAS FRID. HEISTER, LAURENTII Filius, immatura morte ex cultri particula deglutita abreptus. Ejus ſunt *beſondere Nachrichten wegen des oculiſten* TAYLORS. HELMSTADT 1736. 8. Non favet homini. De ægroto, quem fruſtra curandum ſuſceperat, non levato & multa paſſo fruſtra factis maximis inciſionibus. Ad eam infelicitatem noſter commentatur, nimiaque TAYLORUM promittere monet, temereque amauroſin ipſam adgredi. HALLER.

JOH. FRID. GLASER. Ejus diſp. *de myopia.* HARDEROVICI 1736. 4.

GOTTFR. HENR. BURGHART in *ſat. Siles. ſpecim.* II. 1737. de cataracta retulit poſt lotionem frigida factam ſubito nata. De inflammatione gravi oculi in ſuppurationem tranſeunte, inciſione demum ſanata. In *ſpec.* VII. cataractam putat ex ſanata per corticem Peruvianum febre natam fuiſſe. HALLER.

J. LUDOV. HOMMEL, HALLERI olim profeſſor, in *Comm. Litt. Nor.* 1736. *n.* 11. cataractam cryſtallinæ lentis vidit, de qua capſula ligamento ciliari adhærens ſuperfuit, quam potuiſſet pro membranacea cataracta habere. HALLER.

ANDR. CANTWELL. V. *pag.* 1023.

CAR. WILH. SACHS in *ſelectis Francofr.* 1737. cæcitas ſubita ex hæmorrhagia narium frigidæ uſu ſuppreſſa. HALLER. V. *pag.* 829.

J. ER-

J. Ernest Hebenstreit. Ejus *de oculo lachrymante.* Lips. 1743. 4. Morbi palpebrarum & viarum lachrymalium. A lacrumis rupta conjunctiva, & palpebra, ulcus ſanatum injecta aqua nitrata. Eſſe ubi canalis naſalis in fiſtula non poſſit aperiri, & os unguis neceſſe ſit aperire. Haller. V. *pag.* 1166.

Justus Godofr. Gunz. Ejus diſp. *de ſtaphylomate.* Lips. 1748. 4. recuſa in Halleri *ſelectis.* Nuſquam aut raro uveam tunicam per corneæ vulnus prolabi: ſtaphyloma vero vocat, qui corneæ tunicæ ſit prolapſus. Lapide infernali corneæ labia tangit &c. multæ cæterum bonæ adnotationes intercedunt.

Ejus *de ſuffuſionis natura & curatione animadverſiones.* Lips. 1750. 4. recuſ. in Halleri *ſelectis.* Morbi antiquitates. Non credit, vere Winslowum membranaceas vidiſſe cataractas, dari tamen aliquas fatetur. Inſtrumenta, curatio. Poſteriorem partem capſulæ mavult aperiri ægre admittit. De acus figura & loco, in quo capſula aperitur, ſubtiliter. Solam veram cataractæ membranaceæ hiſtoriam eam videri, quam Duddell habuit. Haller. V. *pag.* 532.

Zacharias Vogel. V. *pag.* 115.

George de la Faye in *cours des operations* &c. palpebræ vulnera ſutura confirmari. Ad trichiaſin laminas duas invenit, ſatis ſimiles Bartischianis. Non alias dari cataractas membranaceas, præter ipſas oculi tunicas opacas. Capſulam de lente ſeceſſiſſe, uveæ tunicæ eam adhæſiſſe. Niſi aperiatur capſula lentis, cito eam adſcendere depoſitam.

Idem in *Mem. de l'Acad. de chir.* T. II. de nova extractione cryſtallinæ lentis. Inſtrumenta ſimpliciora, felices eventus. Haller. V. *pag.* 308.

Elias Col de Villars. Ejus diſp. *ergo vera cataractæ ſedes in lente.* Paris 1742. 4. Haller. V. *pag.* 116.

Joh. Freke. V. *pag.* 117.

Franc. van de Wynpersse. Ejus diſp. *de amauroſi.* Leid. 1738. 4. Haller.

Cornel van Reverhorst. Ejus diſp. *de ægilope ſ. fiſtula lacrumali.* Leid. 1738. 4. Haller.

Petr. Ant. l'Epy & Ant. Ferrein *E. fiſtulæ lacrumali cauterium actuale.* Paris 1738. 4. Haller.

Herm. Paul. Juch. Ejus diſp. *de ſuffuſione.* Erford. 1738. 4. Haller.

Jos. Maria Franc. de la Sone. Ejus & Arcelin diſp. *ſtarcne poteſt viſio absque cryſtallino.* Paris 1743. 4. recuſa in Halleri *ſelectis.* Haller. V. *pag.* 567.

Petrus Demours, medicus ocularius Pariſinus, cum verſione ſua *Actorum Edinburgenſium*. Paris 1740. 12. Amsterd. 1741. 12. Italice verſa Venez. 1751. 8. dedit duas diſſertationes de morbis oculorum, pupilla nimis dilatata, & adparentia objectorum aucta: de utilitate ſacchari, aut partis ejus certe pinguiſſimæ. Porro de iridis ad corneam tunicam adhæſione & ejus mali curatione aliquot exempla. Eſſe ab aliqua corneæ tunicæ ſuppuratione. Haller.

Ejus *lettre à* M. Petit. Paris 1767. 8. De cancroſo oculo, quem Antonius Petit exſtirpavit, recrudeſcente tamen malo. De abſceſſu corneæ tunicæ, quem a noſtro nimium eſſe factum objectum eſt, cum tamen a noſtro curatus ſit.

Idem in *Journ. de Med.* T. XVI. retulit de morbo D. Berger de Forel etiam a Davielio deſcripto, de cataracta nempe congenita cum iride ad corneam tunicam adglutinata poſt extractam lentem. Id ut impediat, jubet gypſo oculum ſuperfundere. Haller.

Samuel Sharp in *treatiſe on the operations* &c. injectiones in fiſtula lacrumali vix alicujus eſſe uſus, ſed potius compreſſionem. Novam viam non debere aperiri, niſi os unguis jam carioſum fuerit. Lacrumalem ſaccum cæterum aperit, & carpto replet. Si neceſſe fuerit, urget ſpecillum per viam naſalem. Pro perforatione ſuum habet inſtrumentum.

Idem in *Phil. Tranſ.* T. XLVIII. P. I. deſcribit Davielii extractionem lentis cryſtallinæ aliis inſtrumentis factam, & gracili ſcalpello. Inde curationes recenſet pleraſque felices. Accidit tamen perito viro, ut iridem vulneraret. Haller. V. pag. 309.

Theodorus Sproegel in *Miſcell. Berolinenſium* T. VI. *ſ. contin.* V. Berol. 1740. 4. egit de cataracta membranacea: ea vero deſcribitur in homine cæco nato, nempe pupillaris membrana ſuperſtes, quæ ſolet circa partus tempora evaneſcere; acu eam noſter diviſit, æger vidit, diſtantias non dignovit. Haller.

Gottwald Schuster. V. pag. 119.

Petr. Idema M. D. Ejus *ontleed en natuurkondige verhandeling van 't oog* Leeuwaarden 1741. 4. Varia ad cataractam, in qua putat ſe membranaceam adgnoviſſe naturam, dum eam deponebat, etſi non vidit. Diſſolutam fuiſſe inter deponendum cataractam, ut per particulas deponere neceſſe fuerit. Haller.

Meninto. Ejus *Augenarzte.* Hamburg 1741. 4. Morbos oculorum breviter percurrit: addit medicamenta.

Nonne idem Henricus Meiners cujus *liſta delle operazioni e ſcielta delle piu ſingulari curazioni fatte in Turino ſulle malatie degli occhi.* Turino 1742. Ambulantis ocularii curationes; pupilla artificialis, cataracta depoſita.

Ejus

Ejus ocularii periodeutæ *liſta delle operazioni fatte a cento e dodeci perſone per la cataratta* &c. PARISIIS nempe factæ curationes.

Ejus *liſta delle operazioni fatte per la cataratta, gotta ſerena, glaucomi, prunelle artifiziali* &c. MILANO 1742. HALLER.

JACOB van VELSEN. Ejus diſp. *de opthalmia.* LEID. 1741. 4. HALLER.

ARCHIBALD CLELAND. V. *pag.* 883.

PERCIVAL POTT. Ejus *obſervations of that diſorder of the cornea of the eye commonly called fiſtula lacrymalis.* LOND. 1758. 8. Belgice vertente H. v. SOMEREN, HAARLEM 1772. 8. Ut vera fiſtula differat a craſſiori ſacco album mucum ſudante. Ut is lacrumalis ſaccus erodi poſſit a pure in celluloſa tela nato. Ut demum ſaccus fungoſa carne repleatur, & oſſa carie corripiantur, quod equidem rarius accidat. Neque a ſiphunculis, neque a ſpecillis multum noſter ſperat, neque fere a preſſione. Quando pus jam natum eſt, neceſſe eſt ſaccum aperire, tunc ductum ad naſum liberare, ſpongia dilatare, apertum tenere, fungoſam carnem argento cauſtico conſumere. Si nativus in nares ductus omnino perierit, & non adfuerit caries; os unguis utique perforandum ſtylo, paulo anterius quam ſit eminens in oſſe unguis ſpina: hoc foramen apertum tenendum, turunda linea; deinde cereo; fungos conſumere oportet lapide infernali. HALLER.

Ejus *chirurgical obſervations relative to the cataract* &c. LOND. 1775. 8. V. *tumor.*

LUDOV. PETR. le HOC & ABR. FRANÇ. LEO COL de VILLARS E. *oculi punctio cataractam præcavet.* PARIS 1742. 4. Cataractam membranaceam defendit, ejusque generationem emiſſo turbido humore aqueo putat præcavere, perforata cornea tunica. HALLER.

J. GEORG SIEGWART, Profeſſor Tubingenſis. Ejus *ſpecimen ophthalmographiæ, ſeu de ſanatione ophthalmiæ, ſive de ophthalmiis externis:* HALÆ 1742. 4.

Ejus diſp. *de extractione cataractæ.* TUBING 1752. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Hiſtoria inventi. De PALLUCCI conſiliis. De Monachi (F. COSMÆ, quem ait infelices curationes ſuſcepiſſe,) Pariſini tentamine. De DD. DAVIEL & MOREAU, de VERMALIO aliisque. De melioribus inſtrumentis, deque adminiſtratione, variisque extractionis commodis. Forficem rectam, inciſionem tunicæ corneæ ſupra ſpecillum, & minus in cornea tunica vulnus ſuadet. HALLER.

ANDR. WESTPHAL in *Eph. Nat. Cur. Vol.* VIII. *obſ.* 66. de oculi inflammatione & prominentia ex difficili dentitione dentium ocularium eruptione nata. HALLER. V. *vulnera.*

JOACHIM.

JOACHIM. FRID. HENKEL. V. *pag.* 128.

Idem *in Abhandlung der chirurgiſchen Operationen, erſtes Stück &c.* nuperorum de cataracta curanda conſilia proponit, & præcepta GUNZIANA ſuis adnotationibus illuſtrat. FERRENIUM ſequitur, & oblique per latus & poſterius capſulam dividit, acu introrſum & deorſum ducta. Retinam neceſſario perforari. Exemplum lentis cryſtallinæ in oculo bubulo loco motæ. LOBSTEINII ſcalpellus ad dividendam corneam tunicam. Non contemnit TAYLORUM. In *zweyten Stück* ad ductum HEISTERI, quem tamen ſæpiſſime refutat, de fiſtulis lacrumalibus agit. Non potuit noſter per ductum lacrumalem inferiorem liquorem inpellere. ANELLI artificia parum proficere. Ductum naſalem argenteo ſtylo nonnunquam aperiri poſſe; alias tamen noſter chordam, etiam turundam, traducit, ad PETITI conſilia. WOOLHOUSIUM perforationem oſſis unguis inveniſſe, ea nihil eſſe opus. In C. de S. YVES. De inſtrumento militis invalidi POPE', ad extrahendam lentem cryſtallinam. HALLER. V. *pag.* 309.

PLANQUE *in bibliotheque* &c. T. III. refert de cataractis aſellorum uſu ſanatis. HALLER. V. *pag.* 130.

OLAUS ACRELL. Ejus *skriſtwäxling om alle brukelige ſätt at operera ſtenen på ögonen.* STOKHOLM 1766. 8. In hac collectione aliqui ſunt ACRELLII libelli. In eorum primo in *Trim. II. a.* 1757. *Act. Suec.* recuſo. CAROLI de S. YVES adminiſtrationem, quam FERRENII faciliorem eſſe docet, & facilius anteriorem capſulæ medietatem ſolvi ab ambito ſuo, luminique aditum aperiri; vitreum etiam corpus minus lædi, acus progreſſum per corneam tunicam conſpici poſſe. Contra, facile retinam & choroideam perforari, quæ ſenſu ſit acutiori; lentem inter has membranas deponi, ejus particulam in anteriorem cameram elabi. Frequentius cataractam mollem eſſe & diſſolutam, in qua FERRENII depoſitio locum non habeat, nec tunicam choroideam minus lædi. De calculo duro, capſula fere pergameni duritate; de diſſiliente cataracta, & inflammatione inde nata pene ægrum excæcante. In DAVIELII adminiſtratione iridem lædi poſſe, & corpus vitreum nimis fluidum elabi. In alia diſſertatione laudes impugnat, quas FERRENIANÆ inciſioni WAHLBOMIUS tribuit. In cataracta adnata noſter partem capſulæ anteriorem perforavit, ſeparavit. In tertia diſſertatione DAVIELIUM fere noſter ſequitur. Craſſam capſulam difficulter ab acu perforari. FERRENII depoſitionem non bene ceſſiſſe, etiam perito, neque ſe eo modo tenacem capſulam potuiſſe aperire &c.

Idem in diſſ. *om nodwändigheten* &c. in fiſtula lacrumali tubulum aureum in ſaccum naſalem deponit. La FAYE DAVIELII extractionem perfeciſſe. HALLER. V. *pag.* 131.

PHI-

Philippe Fichet in *obſervations* &c. injectione ſola fiſtulas lacrumales ſanavit. Haller. V. *pag.* 132.

Treatiſe on cataracta and glaucoma London. 1745. 8. diſcipuli Woolhousiani. Cataractam veram membranaceam in humore aqueo & camera quidem poſteriori naſci. Vitium lentis incurabile eſſe. Deſcribit etiam cataractæ depoſitionem, fiſſionem, extractionem per inciſam corneam tunicam. Haller.

Car. Christoph. Wolfahrt. Ejus diſp. *de inflammatione tunicarum oculi.* Leid. 1745. 4. Haller.

Car. Fridericus Ribbe in *k. Swensk. Wetenk. Handling.* 1745. *Trim.* I. agit de morbis oculorum, cataracta lactea, quæ diſſoluta in humore lacteo colliquata ſit, quæ eadem, cum materies ſponte ima petiiſſet, decimo quarto poſt die arachnoideam tunicam depoſuerit, quæ obſcurata erat, & denſa, ſimilisque cataractæ membranaceæ. In vivo homine ſe lentem glaucomaticam vidiſſe.

Idem in *tal ögonen* Stockholm 1748. 8. agit de cataractæ vera ſede, & ejus inventoribus: de retinæ tunicæ a choroidea receſſione; de corporibus peregrinis in oculum illapſis.

Ejus *oratio funebris* dicta eſt a Rolando Martin, Stockholm 1766. 8. Haller.

Christian Frider. Eschenbach. Ejus *Bericht von dem Erfolg der Operationen des engliſchen Okuliſten Ritter* Taylors *in verſchiedenen Städten Deutſchlands beſonders in Roſtock.* Rostock 1752. 8. Varia in adfectationem titulorum, qui Tayloro non debentur. Non ſanatos fuiſſe, quorum ſanationem T. ſibi tribuit. Nihil eſſe in ejus adminiſtrationibus præcipui. Formulas ejus hominis medicas nimis undique ſui ſimiles excutit. Non vere ſecare arteriam temporalem. Nihil habere in cataractæ depoſitione proprium; ſæpe etiam ne manum quidem adhibuiſſe. Haller. V. *pag.* 133.

Angelus Nannoni. V. *pag.* 134.

Petr. Chevalier & Steph. Pourfour du Petit *E. ſeneſcentibus oculi inflammationibus conjunctivæ ſcarifatio.* Paris 1746. 4. Haller.

Godofr. Hoerle. Ejus diſp. *de ſtaphylomate fungoſo.* Giess. 1746. 4. Haller.

Andreas Levret in *l'art des accouchemens* &c etiam de ulcuſculis corneæ tunicæ oculi lapide infernali ſanatis. Haller. V. *pag.* 1177.

Pe-

PETRUS RAHTLAUW. Ejus *verhandeling van de cataracta, derzelve oorzaaken, kentekenen en gevolgen en inzonderheit de manier der operatie.* AMSTERDAM 1752. 8. & Gallice 1718. Noſter CAROLI de S. YVES & ANTONII FERREIN diſcipulus fuit. Ejus judicium de HILMERO, quem totum rejicit, & TAYLORUM pariter pro impoſtore habet. Hiſtoria cataractæ, quam HIPPOCRATES jam pro lentis cryſtallinæ opacitate adgnoverat, ſic PLEMPIUS. Vidiſſe ſe cataractam membranaceam, nempe lentis cryſtallinæ opacam capſulam, eam ſe diſſecuiſſe, viſum rediiſſe. Nullas dari membranulas, quæ in aquoſo humore cogantur. Opaca capſula, remota lente, tamen poteſt cæcitatem facere; eam oportet findere, eademque eſt membranacea cataracta auctorum. Id malum depoſitum aſcendit, quando capſulam rumpere neglexìmus. Acum non debere planam eſſe, neque ſcindente acie. Non ſemper lentem oculi molleſcere, antequam in cataractam tranſeat. Puncta etiam & araneas ſedem in lente habere. Signa cataractæ veræ, ſigna maturitatis. Ab inflammatione diſſipata cataracta. Contra vulgarem deponendæ cataractæ modum, pro FERRENIANA, quam fuſe deſcribit. De ophthalmia quam metuit. De procidentia oculi infantili. Morborum oculi icones aliquæ. Inter eas capſula opaca, cataracta membranacea connata (nempe membrana pupillaris); glaucoma ſ. tumor cæruleus lentis, quæ ſubinde in cameram tranſit anteriorem. HALLER. V. *pag.* 1181.

HENR. FRIDER. DELIUS. V. *pag.* 137.

JOH. OOSTERDYK SCHACHT. V. *pag.* 138.

JACOBUS DAVIEL, vir indefeſſus & publice utilis, olim amicus HALLERI, in NEUSTRIA natus, chirurgus Maſſilienſis, deinde Regius, morborum ocularium curatione potiſſimum inclaruit. Licet enim non omnino primus per diviſam corneam tunicam lentem cryſtallinam opacam extraxit, longe tamen frequentius ea adminiſtratione uſus eſt, eam inſtrumentis idoneis perfecit, ita demum ornavit, ut nunc a plerisque chirurgis adoptata fuerit. Forfice uſus eſt, quod non placuit, alii ſcalpellum ſubſtituerunt.

Primam epiſtolam de ſuo artificio edidit in *Mercure de France* 1748. & ſeorſim etiam excuſam. *Bibl. Franc.*

Alteram in *Journal de Medecine* 1756. *Fevr.* Seorſim etiam excuſam. In 350. curationibus 305. plene reſpondiſſe. Nullam cataractæ maturitatem ſe deſiderare, nullam anni ætatem, neque cicatrices corneæ tunicæ nocere, neque jacturam humoris vitrei. Nullum ſupervenire ſymptoma, niſi ex ægri errore.

Tertiam epiſtolam ſubjecit in *Journal des ſavans* 1756. *Fevr.* quæ tamen eſt junioris DAVIELI, JACOBI filii. Varias & minime inutiles adnotationes habet. Partem cryſtallinæ lentis poſteriorem opacis lineis percuſſam vidit. Ad objectiones reſpondet. Vulnera corneæ tunicæ facile ſanantur.

túr. Humoris vitrei jactura vix nocet, etiamſi aliquando plus perierit.

In *Journal de Medecine* T. IV. a. 1756. agit DAVIELIUS pater de ſua in curando felicitate. Inter 350. ægros 305. ſanatos iterum. Non infrequens malum eſſe, corneam tunicam a ciliis introrſum verſis compungi, ulcuſcula fieri, ea ſe ſecare.

Idem in *Mercure de France* 1760. *Janv.* reſpondet ad epiſtolam D. HOIN; alia epiſtola, quæ etiam ſeorſim prodiit. Depoſitionem difficilem eſſe, ob duritatem minime raram capſulæ cryſtallinæ. Et molles & duras cataractas ſe frequenter extraxiſſe. Cataractas & ſubito naſci, & poſſe tuto extrahi. Curatio ictuum, quibus aperta fuerat capſula, & ſubito lens opaca reddita. Humorem vitreum utique regenerari, per experimenta.

Idem in *Mem. de Chirurgie* T. II. adminiſtrationem ſuam deſcribit, cultellum ſpathulatum curvum, curvam forcipem aliam, acum quadratam, cochlear.

Idem in *Phil. Tranſact. Vol.* XLIX. p. I. refert de veris cancris, in multis ægrotis de palpebris, naſo, angulo oculi interno & circa oculos exciſis.

Idem *k. Sw. Wet. Acad.* 1759. *Trim.* I. de duabus cataractis adnatis, quas excidit. In priori exemplo lens ocularia oſſea erat, & neceſſe fuit iridem findere. In altero facilius paſſa eſt ſe ſuperare.

Ejusd. epiſtola ad HALLERUM data exſtat in *Journal de Med.* T. XVI. iridem inſenſilem eſſe, & absque noxa lacerari.

Plenum opus de morbis oculorum teſte MORANDO moriens reliquit.

Probatur ejus operatio in *Diction. d'Anat. Chir.* I. p. 222. Refert de eadem in *Phil. Tranſ. Vol.* L. II. *pag.* II. ANDREAS CANTWELL, & felicitatem viri prædicat. Non nocere ſi tantillum vitrei humoris perierit. HALLER.

THOMAS AERY in *Phil. Tranſ. n.* 488. narrat de ſanato vulnere corneæ tunicæ cum uveæ laceratione. HALLER.

FRANCISCUS BOISSIER. Ejus ſub nomine J. DECHEVANE *ſynopſis morborum oculis inſidentium genera & ſpecies exponens* MONSPEL. 1753. 4. Ad botanicæ methodi morem genera morborum & ſpecies conſtituit. Inter hos morbos quatuordecim ophthalmiæ (ex CAROLO de S. YVES). Cataracta ex lente cryſtallina mole aucta. Suffuſio ei eſt macularum & colorum imaginariorum apparitio.

Idem in *noſologia methodica* &c. T. II. etiam de cataracta. In T. III. in DAVIELI curatione nono die dolorem ſupervenire, cujus ſedes ſit in

 choroi-

choroidea tunica (quam Daviel non lædebat). Iterum morbi oculorum. Haller. V. *pag.* 139.

Daniel Wilhelm Triller. V. *pag.* 595.

D'Aubenton in anatome *Coati* T. IIX. adnotat lentem cryſtallinam diminutam corneæ tunicæ adhæſiſſe. Haller.

Janus Reghellini, qui utramque medicinam Venetiis exercens edidit: *Lettera chirurgica ſopra l'offeſa della viſta in una donna, conſiſtente nel raddoppiamento degli oggetti, ſeguito doppo la depreſſione della cataratta.* Venezia 1749. 8. Admittit cataractam membranaceam: ad eam acu utitur ad lanceolæ modum facta. Cataractam membranaceam per ſua ſigna adgnovit. Eam difficillimam eſſe curatu, & fere adhærere atque ægre ſolvi. Deinde de lactea cataracta agit; perforata nempe lentis capſula albus effluit ſuccus, qui humores turbat. In Rosalba, celebri pictrice, cataractam ſquamatam deſtruxit, ut ſquamam poſt alteram detergeret. Humorem vitreum absque periculo perforari. Morbus, de quo hic peculiariter agitur, duplex fuit viſio fœminæ, cui cataractam noſter depoſuerat. Cauſa mali erat nova pupilla interius ad naſum ſuborta (ex uveæ tunicæ, ut videtur, in depoſitione vulnere, etſi R. inflammationi & ſuppurationi tribuit). Pupillam nova inciſione ſuadet in figuram legitimam reduci.

Ejus *oſſervazioni ſopra alcuni caſi rari medici e chirurgici.* Venezia 1764. 4. Cataracta (lentis cryſtallinæ) bis a commotione adſcenderat, in cameram tranſierat anteriorem: a R. vero retrorſum compulſa eſt, ægro ſupinato. Davielii extractionem carpit, & multo plures funeſtos habere eventus objicit. Haller.

Ernest. Anton. Nicolai. Ejus *Abhandlung von den Fehlern des Geſichts* Berlin 1754. 8. De cataracta vera, cryſtallinæ lentis, ejus cauſis, ſpeciebus, capſulæ opacitate, depoſitione varia, extractione Davieliana. De aliis oculorum vitiis. Haller.

Ejus *de nyctalopia* &c. Jen. 1774. 4.

Ejus *de cauſis cataractæ externæ* (an externis?) Jen. 1776. 4. Meusel. V. *pag.* 493.

Berryat in *Hiſt. de l'Acad. des Scienc.* a. 1749. retulit de tranſitu utriusque lentis cryſtallinæ in cameram anteriorem, inqua paulatim utraque contabuit. Haller.

Natalis Joseph. Pallucci, medicus & chirurgus Florentinus, Acad. Scient. & Chir. Pariſ. Acad. Botan. Florent. ſocius, qui Pariſiis etiam & Vindobonæ vixit, nunc in patriam reverſus eſt, vir in excogitandis novis inſtrumentis ingenioſus. Ejus *deſcription d'un nouvel inſtrument propre à abaiſſer la cataracte avec tout le ſuccès poſſible.* Paris 1750.

1750. 12. Germanice Lipsiæ 1752. 8. Acus intra chalybeum tubulum ita adaptata, ut pro lubitu eminere cogas, aut viciſſim retrahas. Acu tunicæ oculi perforantur, cataracta propria illo plano neque pungente tubulo deprimitur. Fatetur ipſe adminiſtrationem difficultate non carere.

Ejus *hiſtoire de l'operation de la cataracte faite a fix ſoldats invalides.* Paris 1750. 12. Dolores & inflammationem a ſanguine in vaſa debilitata ruente, neque ante ſextum menſem tuto oculo uti, cujus cataracta depoſita fuerit. Plus dextrum pati oculum, quod ſiniſtra minus expedita ejus cataracta deponatur. Eſſe ubi per corneæ tunicæ vulnus forcipe opacam capſulam lentis eduxerit, cum ipſa lens pellucida eſſet.

Ejus *methode d'abbattre la cataracte* Paris 1752. 12. Extractionem cataractæ ſibi non bene reſpondiſſe, multaque in ea adminiſtratione eſſe, quæ non probes. Cataractæ variæ: optima, quæ unionis colore eſt, cum pupilla mobili. Rotunditas non bona, quæ ſit ab effuſo humore. Tremula cataracta extractionem poſtulat. In adminiſtratione, qua deprimitur cataracta, non probat perforationem cataractæ Celſianam. Acu utitur ad perforandum oculum, obtuſo ſtylo ad deprimendum; acum, poſtquam tunicæ ſunt perforatæ, elaſtro ſeparat, ſtylo per vitreum corpus viam aperit, apice ſupremam capſulæ partem perforat, deinde ſecunda vice inferne capſulam incidit, tunc lentem ſtylo deprimit in imum corpus vitreum, depreſſam aliquamdiu tenet, iterat depreſſiones, ſi neceſſe fuerit. Inciſio oculorum, in quibus Palluccius cataractam depoſuit, illæſa corona ciliari. Lentem non raro quaſi evaneſcere.

Ejus *Lettre à M. le Marquis de... ſur les operations de la cataracte faites par* M. Palluccı 1751. vel 52. 12. Ut Argensonio perſuaſum fuerit, Palluccium cataractam in militum invalidorum noſocomio deponere. Faventia teſtimonia præcipuorum chirurgorum.

Ejus *methodus curandæ fiſtulæ lacrymalis* Wien 1762. 8. Lacrymas facile in mucum degenerare, hunc fœtere, & pro pure haberi. De curatione fuſe. Neque terebratio oſſis unguis noſtro ſucceſſit, neque cuneus in novam viam datus. Igne uti non ſuſtinet in tanta grandium nervorum vicinia. Ipſe per tenuem tubulum aureum filum ejus metalli per punctum lacrumale in nares ducit, tunc ei ſubſtituit chordam auream tenuem; hujus ope exiguam turundam in ſaccum lacrumalem introducit; emplaſtro, ſi opus eſt, ſuppurante armat: eo modo ſæpe fiſtulam lacrumalem ſanavit. In graviori malo per inciſionem ſpecillum, tunc tubulum, per iſtum filum, denique turundam in naſum trahit, ipſamque ſanat cariem, ut fragmenta oſſis cum turunda prodeant. In majori carie carpto opus eſt. Morbus cæterum Vindobonæ frequens videtur. Cicuta in abſceſſu glandulæ lacrumalis ſpem bonam oſtendit.

Ejus *deſcriptio novi inſtrumenti pro cura cataractæ nuper inventi ac exhibiti.* WIEN 1763. 8. (1764. 8.). Oculi ſtructura. Cataractarum ſpecies variæ, harumque cauſæ. Quibus in caſibus lentis extractio depreſſioni ſit præferenda. Credit noſter, cataractam non cedere unquam reſolventibus (u).) Pro extractione cataractæ inſtrumentum, cui quidem non favet; ſcalpellum in acum lanceolatam exeuns, qua corneam perforat, & vulnus dilatat. Aliud ſimile cultri occulti, cujus acus corneam tunicam perforat, & lamina pro lubitu exeuns vulnus dilatat. Capſulam lentis cryſtallinæ bicruri furcula aperit.

Idem *in nouvelles remarques* &c. acus cataractarias in procemio planas laudat, teretes rejicit, inſtrumentum deſcribit, quod idem & ſipho ſit & acus, quo ſpiſſatam lentem & diluas, ſolvas & deprimas. Addit rationem, qua per nares ſpecillum in fiſtulam lacrumalem ducit. HALLER. V. *pag.* 538.

HUGO RAVATON in *traité des playes* &c. in fiſtula lacrumali calamo ſcriptorio os unguis perforat, canalem plumbeo bacillo tenet apertum. HALLER. V. *vulnera.*

SYLVESTER O HALLORAN, Hibernus, chirurgus, qui alia etiam & hiſtorica ſcripſit. Ejus *a new treatiſe on the glaucoma or cataract.* DUBLIN. 1750. 8. Cenſores Dublinenſes non probarunt. In præfatione colligit, quæ Græci, Arabes, & nuperi de cataracta habent. Morbum eſſe cryſtallinæ lentis, a glaucomate non differre. Membranaceam cataractam lentis eſſe capſulam inanem, poſtquam lens ipſa conſumta eſt. Celeriter humorem aqueum regenerari. In HILMERUM & TAYLORUM. In cataracta deponenda vulnus nervuli ciliaris alicujus non poſſe vitari. A CAROLO de S. YVES coronam ciliarem lædi. Ut per corneæ tunicæ inciſionem iris connata dividatur. HALLER.

J. GEORGIUS GMELIN in *Reiſe durch Sibirien.* GÖTTING. 1750. 8. T. II. agit de medico LAMA, qui oculorum morbos curaverit maximis & 16. unciarum capacibus cucurbitulis uſus. HALLER.

J. FRID. CARTHEUSER. Ejus diſp. *de hydrophthalmia.* FRANCOF. ad VIADR. 1762. 4. HALLER. V. *pag.* 898.

JOSEPH WARNER. Ejus *deſcription of the human eye with the principal diſeaſes.* LONDON 1773. 8. morbos palpebrarum tractat. In ſcirrhis, etiam in cancris exulceratis cicutam bono effectu adhibuit. HALLER. V. *pag.* 142.

RAIMOND de VERMALE, primarius chirurgus Electoris Palatini. Ejus *lettre ſur l'extraction du cryſtallin hors du globe de l'œil, nouvelle* ope-

(u) Ita in *deutſcher allgem. Bibl.* 5. *Band.* 1. *St. pag.* 270.

operation imaginée par. Mr. DAVIEL 1751. 12. & in *Journal de Medecine* T. II. Accedunt epiſtolæ MAUCHARTI & SWIETENII. Valde laudat inventum. Exempla curationum a Cl. DAVIEL peractarum; absque ullo ſymptomate. HALLER.

GEORGIUS HEUERMAN in *vornehmſten chirurgiſchen Operationen* &c. T. II. fuſe agit etiam de oculorum morbis, quos le DRANIUS & GARENGEOTUS omiſerint. Scarifatio oculi commode lanceola inſtituitur. Capſulam lentis cryſtallinæ vidit opacam fuiſſe, & cataractam lacteam liquorem ſuum in aqueum humorem diffudiſſe, neque eum fundum petiiſſe. Depoſitam cataractam frequentiſſime reſurgere. PAULLUCCII acus nocuiſſe; ipſe DAVIELII extractioni favet, ſcalpello paulum magis curvato. Non poſſe ſpecillis Anellianis viam ad nares aperiri, neque per oſtium naſale ductum obſtructum reſerari. Quare ſaccum lacrumalem aperit, & ſtylum flexilem in nares trudit.

Idem in *vermiſchte Bemerkungen und Unterſuchungen* &c. Catracta modo extractione ſanata, modo evulſa capſula opaca. Maculas corneæ tunicæ lapide infernali deſtruit. HALLER. V. *pag.* 310.

CABANIS junior, Chirurgus Geneuenſis in *Mem. de Chirurgie* T. II., inſtrumentum excogitavit, & ſpecillum, quibus in finem inferiorem ductus naſalis chirurgus ſubeat. HALLER.

THOMAS HOPE. V. *pag.* 144.

J. JACOBUS LUDOVICUS HOIN, chirurgus Divionenſis, ſed qui medicinam didicerat. Ejus *lettre concernant quelques obſervations ſur diverſes éſpeces de cataractes. Mercure de France* M. Auguſti 1759. 12. cataractæ anatome: fibræ ex centro in ambitum euntes, a parte interiore in poſteriorem ſe demergentes. Vitreum corpus absque magno malo violari. Veſtigium lentis cryſtallinæ depoſitæ & pene conſumtæ. Pro extractione cataractæ contra depoſitionem. De cataracta molli, fiſſa & diviſa, cujus fragmenta conferbuerunt.

Ejus *ſeconde lettre à* M. DAVIEL *ſur la cataracte radiée, la convexité du chaton du cryſtallin après l'extraction de celui-ci, & une cataracte fenetrée. Mercure de France* 1760. *Mars.*

Ejusdem cl. viri codices etiam multi exſtant, ut recenſio eorum, quæ ab HIPPOCRATE ad ſeculi 17. finem de natura cataractæ ſcripta ſunt. HALLER.

ANTON. de JUSSIEU & J. B. THURANT auctoris, *E. in cataracta potior lentis cryſtallinæ extractio per inciſionem in cornea, quam depreſſio per acum.* PARIS 1752. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Pro DAVIELII extractione. Acu utitur utrinque ſcindente, tunc forfice vulnus dilatat, & acu tantum ad apicem ſcindente capſulam lentis aperit, lentem exſpectat

ſponte

ſponte elapſuram. Ad objectiones reſpondet, & incommoda vulgatæ extractionis expendit. HALLER.

FRANC. POUSSE & CLAUDII JOS. GENTIL, FERRENII diſcipuli, *E. in deprimenda cataracta ipſius capſula inferne & poſtice primum ſecanda*. PARIS 1752. 4. Contra DAVIELIUM pro FERRENII adminiſtratione. Debere per corneam tunicam acum apparere, inter anteriorem & poſteriorem partem capſulæ cryſtallinæ poſitam, tunc depreſſa acu capſulam dividi, & humorem vitreum; inde acu antrorſum pulſa deprimi lentem &c. HALLER.

J. HENR. STELT. Ejus diſp. *de ophthalmia*. LEIDEN 1752. 4. HALLER.

GERARDUS ten HAAFF. Ejus *korte verhandeling nopens de nieuwe wyze van de cataracta to geneezen door middel van het cryſtalline vocht uyt het oog te neemen*. ROTTERDAM 1761. 8. Operationem DAVIELII commendat, quæ nullam faciat neceſſitatem maturationis cataractæ, nullum metum recidivæ. Non nocere, ſi aliquid de vitreo humore effluxerit, qui renaſcatur. Elapſam iridem facile repelli. Scalpellum ſemilanceolatum pro aperienda uvea: tenacula litteram Y referens pro firmando oculo, neque enim probat hamum per conjunctivam trajectum; alia curationum exempla. HALLER. V. *pag.* 1195.

J. MELCHIOR LUTHER. Ejus diſp. *de inflammatione tunicarum oculi*. ERFORD. 1753. 4. HALLER.

GEORG. HENRIC. TROSCHEL. Ejus diſp. præſide BÜCHNERO, *de cataracta omni tempore deponenda*. HALÆ 1753. 4. Noxium eſſe præjudicium, quod maturationem requirit. Aliqua in ea re experimenta fecit. HALLER.

TOUSSAINT BORDENAVE, Profeſſor Chirurgiæ, in *Mem. de Chir.* T. II. pro PETITI ad fiſtulam lacrymalem curandam conſiliis adverſus MOLINELLUM.

De la FOREST ibid. novam rationem curandæ fiſtulæ lacrymalis tradit, in qua ſpecillum & ſipho per oſtium naſale viæ lacrymarum ſubit. Non poſſe quidem in omnibus corporibus humanis adhiberi, ſe tamen in vivis ægrisque hominibus liquores idoneos impuliſſe & ulcera ſanaſſe, ſpecillum etiam & ſetaceum trajeciſſe. Inſtrumenta idonea invenit.

MEJEAN ibid. & ipſe ſetaceum eadem via per totum lacrumalem canalem duxit, ſtylumve, ejusque ope goſſypii globulum. HALLER.

PETRUS PAULUS TANARON. V. *pag.* 146.

J. le BAS & HENRICI DAVIEL, chirurgi, *E. cataractæ tutior extractio forcipum ope*. PARIS 1754. Pro patris operatione.

Idem

Idem Daviel in *Journal des ſavans* a. 1756. *Febr.* agit de extractione cataractæ. Haller.

Lud. Gottfr. Klein in *interprete clinico* tit. oculorum affectus. V. *pag.* 283.

Benjamin Gooch. V. *pag.* 149.

Du Verget in *Anfangsgründe der Wundarzneykunſt* &c. T. II. in morbis palpebrarum muſculum orbicularem debere in transverſum dividi, levatorem ſecundum longitudinem (conſilium ex theoria natum, quod ægre quisquam ſequatur). Ita Haller. V. *pag.* 151.

Diſſ. ſopra l'arte di reſtabilir la viſta. Pesaro 1755. 4. An Taylori?

Roland Martin. V. *pag.* 155.

Christ. Stephan. Scheffel & Jacob. Christian. Vogel auctoris diſp. *de fiſtula lacrumali.* Greifswald. 1756. 4. Haller.

Samuel Aurivillius, Profeſſor Upſalienſis, Halleri diſcipulus. Ejus *P. prior. claſſis primæ remediorum ophthalmicorum.* Upsal. 1756. 4. Theoria inflammationis. Multum ſperat a ſectione arteriæ temporalis. Haller.

Thomas Younge. V. *pag.* 156.

Martin. V. *pag.* 157.

Tilloloy. V. *pag.* 159.

J. G. Wahlbom in *K. Swensk. Wetenk. Acad. Handl.* 1756. agit de cataractæ depoſitione. Ipſe Ferrenium fere ſequitur, ut capſulam lentis cryſtallinæ poſterius aperiat. Eſt ubi neceſſe fuit, transverſa ſectione opacam capſulam dividere. Acus teretes utique rejicit, negatque Carolum de S. Yves contra opacitatem capſulæ lentis quidquam habere conſilii. Haller.

In *collectione Skriftwäxling om alla brukeliga ſätt at operera ſtarren.* Stokholm 1766. 8. pluſculæ diſſ. recurrunt. Prima eſt diſſertatio quæ nunc dicta. In eam cum Cl. Acrellius animadvertiſſet, reſpondit noſter. Facile poſt C. de S. Yves adminiſtrationem cataractam reſurgere. Ab eo viro anterius capſulam aperiri aut una cum cryſtallina lente deprimi. Præſtare Ferrenii adminiſtrationem, quæ proceſſibus ciliaribus non noceat, nec vaſis majoribus choroideæ membranæ; cataractam ab ea minus facile reſurgere, convenire minus maturæ, lentem non diffringi, iridem non lædi. Fatendum eſſe, requirere peritam manum. Sibi melius, quam S. Yvianam adminiſtrationem ſucceſſiſſe. In tertia diſp. perfici utique adminiſtrationem Caroli de S. Y. ſi capſula aperiatur, cæterum eſſe difficiliorem. Ut ipſo eo lacteam cataractam aperuerit. In IV. non poſſe facile capſu-

capſulam a ſola lentis preſſione rumpi. Nullam utique adminiſtrationem ſuis carere incommodis. Adhærentes cataractas a CAROLO de S. YVES vix ſuperari, & vitreum humorem emitti, magis lædi. HALLER.

THOMAS GATAKER. V. *pag.* 1025.

J. CHRISTIAN. STOK. Ejus diſp. *de famoſo unguento ophthalmico Anglico.* JEN. 1757. 4. HALLER. V. *pag.* 1204.

ANT. de STÖRCK in *mediciniſch-praktiſcher Unterricht* &c. agit etiam de ophthalmia. V. *pag.* 161.

JACOBUS CHRISTIANUS VOGEL, ZACHARIÆ filius. Ejus diſp. præſide SCHEFFELIO *de fiſtula lacrymali.* GREIFSWALD 1757. 5. Paterna experientia adjutus, plene agit de omnibus ejus fiſtulæ ſpeciebus. Ut ab aliis ejusdem ſedis malis hoc differat: ab obſtructa etiam lacrumarum ad nares via. Ut ab ægilope & a lacrumali hernia diſtinguatur. Ut fiſtula curetur. Tubulos Anellianos mallet aureos. Preſſionem non valde probat, cum malum in parte inacceſſa ſit, naſalibus oſſibus conprehenſa. Fiſtulam apertam curat filo mundante, medicamento ebrio, a ſacco naſali catheteris ope in nares traducto, ita mundato ulcere. Adjecta exempla felicis eventus. HALLER.

JACOB. RENAT. TENON. Ejus præſide D. ANDOUILLE' *theſes ex anatome & chirurgia de cataracta.* PARIS 1757. 4. Bona diſputatio. Cataractarum in homine, in animalibus, inque equo etiam potiſſimum, anatome. Capſula lentis cryſtallinæ frequenter opaca, anterius, poſterius & utrinque. Deſcriptio extractionis; ad eam acus ſine triangulari cum acie laterali capſulæ incidendæ apta.

Idem in *Mem. preſentés.* T. III. lentem cryſtallinam ad DAVIELII morem extraxit. Opacitatem fere in capſula ejus lentis ſedere, & anterius & poſterius. Floccos ANTONIO dictos eſſe laceræ capſulæ lacinias. HALLER.

SABATIER. Ejus & PETRI DIONYSII MARTIN diſp. *de cataracta extrahendæ variis modis.* PARIS 1759. 4. Inſtrumenta ad extrahendam lentem: ſcalpellum hinc ſecedens cuſpide magis. Vitia ejus artificii aliqua. Pogetiana adminiſtratio. GARENGEOT lentem ſæpe eduxit. Alia inſtrumenta, ſcalpellus hinc ſecedens forceps, hamulus. Ita HALLER.

D'APPLES in *Act. Helvet.* T. V. retulit de morbo D. BERGER, de FOREL, de quo etiam DEMOURS & DAVIEL retulerunt. In T. VI. aliquot exempla felicis extractionis lentis cryſtallinæ. HALLER. V. *pag.* 498.

J. WILHELMUS BAUMER. V. *pag.* 166.

DANIEL

DANIEL PRÆTORIUS. V. *pag.* 166.

The fabrik of the eye, and the ſeveral diſcorders who obſtruct the ſigth. LONDON 1758. 8. Germanice HAMBURG. 1760. 8. tribuitur JOHANNI HILL. De morbis oculorum, de violentia externa, ex nimio lucis fulgore. De inflammatione varia, variolarum reliquiis, cataracta, eaque tremula, glaucomate.

Idem forte, verſum a THEODORO ARNOLD, LEMGOW. 1760. 8. HALLER.

LARBER in *anatomia chirurgica del* D. PALFYN, VENETIIS 1758. 8. maj. 4. vol. varia addidit, collecta ex SHARPIO, HALLERO, aliisque: ſuas etiam adjecit obſervationes: ancyloblepharum ſuperatum. Epiſtolæ LANCISII & VALSALVÆ de ſede cataractæ. HALLER.

C. F. THEROULDE de VALLUN & J. DESCEMET *non E. ſola lens cataractæ cryſtallinæ ſedes.* PARIS 1758. 4. HALLER.

WILLIAM PORTERFIELD (medicus Edinburgenſis, qui obiit 21. Jul. 1771. ita RICHTER.). Ejus eſt *a treatiſe on the eye.* EDINBURG 1759. 8. 2. vol. Cataractam vitium eſſe lentis cryſtallinæ. Magni momenti eſſe recto in ſitu acum tenere, qua id malum deponitur, ne putemus ante lentem eam eſſe, quando pone eam eſt. HALLER.

GIOV. BATTISTA CAMPIANI. Ejus *raggionamenti ſopra dell'apopleſſia ed i veri medicamenti: raggione ſopra tutti i mali degli occhi deſcritti in un caſo prattico.* GENUA 1759.. HALLER.

CLAUD. POUTEAU. V. *pag.* 170.

LOUIS FLORENT. DESHAIS GENDRON. Ejus *traité des maladies des yeux.* PARIS 1770. 12. 2. vol. De morbis ſingularum partium oculi; palpebrarum primum, de quibus cancroſos tumores reſecuit, aut butyro antimonii aduſſit. De reſecanda ob inverſa cilia palpebrarum ora: ſutura mavult abſtineri. De cultello per elaterem moto, quo palpebram adnatam ab oculo ſeparat. Fiſtula lachrymalis, in qua os unguis cariem ſenſit, nullam curationem accipit. Abſceſſus preſſionem non fert. Aquæ injectio ductum naſalem impos eſt aperire: mavult cæterum noſter per nares injici, quam per puncta lacrumalia. Majorem obſtructionem ſecundum PETITI conſilia ſolvit, ſed datur, ubi omnino ductus naſalis nequit aperiri. De educendis feſtucis: magnum uti ligni fragmentum evulſerit, ſed ut viſus non rediret. In T. II. morbi ipſius oculi. Oculi inflammationi calidam puram imponere mavult, quam medicamenta emollientia, quæ acria poſſint reddi. Venas aperit aut reſecat, neque ophthalmoxyſtro utitur. Veſicas ciere non amat. Ab ulcere eroſam corneam tunicam crepuiſſe, & feliciſſime coaluiſſe. Tumores pulvere adſpergit, in quo mercurius ſublimatus admiſtus eſt. Ad vulnera oculorum calente columbarum ſanguine utitur. Facilius integra cor-

neæ tunicæ laceratio confervet, quam partis alicujus laminarum. Staphyloma abſque preſſione, quæ noceat, eodem, quem modo laudavit, ſanguine aut aqua ophthalmica curat. Iridem ad corneam adhærentem ſolvit variata luce, quæ iridem cogat moveri. Iridem imperforatam aperit. In amauroſi veſicatoria laudat & ſetaceum, expertus. Cataracta. Depoſitio. Extractio cataractæ: non valde nocere jacturam aliquam vitrei humoris. Ea ſola curatio ad lentem mole auctam convenit, ejusve abſceſſum. Vitrei humoris nimium incrementum & liquefactio. De tumoribus in orbita ſubnatis. De exſtirpatione. Ad fungos aqua phagedænica. HALLER. V. pag. 1028.

JACOB LUDW. SCHURER. Ejus *num in curatione ſuffuſionis lentis cryſtallinæ extractio depoſitioni ſit præferenda.* ARGENTOR. 1760. 4. Pro extractione cataractæ, pro forfice DAVIELII contra ſcalpella. Adminiſtrationem facilem eſſe, & facile vitari aut iridis vulnus, aut vitrei corporis effluxum. HALLER.

PETR. BASSUEL & STEPHANI le MAIRE diſp. *de hypopyo.* PARIS 1760. 4.

CHEMIN. V. pag. 172.

FRID. AUGUST. WEIZ. V. pag. 175.

LEBERECHT EHREGOTT SCHNEIDER. V. pag. 178.

SIMON PALLAS. V. pag. 183.

J. ERNEST. IMMAN. WALCH. Ejus *ſigillum medici ocularii Romani.* JEN. 1763. 4. De medicis ocularriis Romanis collectio ex inſcriptionibus. Ipſum ſigillum PHRONIMI eſt liberti ocularii, & eo ſuas compoſitiones ſignabat. Redit hicce libellus in *antiquitatibus medicis ſelectis.* JEN. 1772. 8. auctus aliis ſigillis, etiam a SEGUIERIO & a C. de CAYLUS mutuo ſumtis. HALLER. Confer pag. 1249.

FRANC. GUIL. le VACHER. Ejus & P. VICT. CONTOULY diſp. *de cataracta nova ratione extrahenda.* PARIS 1768. 4. Ad modum DAVIELII cum inſtrumento. HALLER. V. pag. 1212.

P. SUE in *dictionnaire* &c. ad exſtirpandum oculum forcipem curvam præfert. HALLER. V. pag. 183.

AUGUST. FRID. PALLAS. V. pag. 185.

FRANC. GEACH, chirurgi, in *Phil. Tranſ. Vol.* LIII. a vulnere in oculo accepto nata ſenſuum deſtructio, denique ſuperata.

Ejus *medical and chirurgical obſervations on the inflammations of the eyes, venereal diſeaſes, ulcers and gunshot wounds.* LONDON 1766. 8. Germanice ZITTAU 1768. 8. Parvus libellus, in quo nimium eſt theoriæ. HALLER.

LEBRECHT FRID. BENJAM. LENTIN. V. pag. 186.

ANTO-

ANTONIUS PORTAL in *précis de Chirurgie* &c. T. II. ſatis videt, vulgares adminiſtrationes cæcis punctis lacrumalibus non mederi. HALLER. V. *pag*. 186.

J. LAUR. ODHELIUS. V. *pag*. 186.

La BROUSSE. V. *pag*. 187.

BOURIENNE. V. *pag*. 187.

BERNARDINUS ASTOLFONI. V. *pag*. 189.

JEAN JANIN. Ejus *obſervation ſur une fiſtule lacrimale occaſionnée par un coup de feu*... 1765. 4.

Ejus eſt inſignis liber *Memoire ſur l'œil & ſur les maladies, qui affligent cet organe*. LION 1772. 8. Germanice vertente C. G. SELLE. BERLIN 1776. 8. Sæpe pro pure haberi mucum ex membranis lacrumalis ſacci ſudantem, qui ſola preſſione reprimitur. A lapſu diſſipata cataracta. Eam noſter extrahit, & nunquam deponit. Iridem quidem, ſed absque periculo violari. Lens oſſea. Ut ea ab uvea tunica ſeparetur, ad quam adhæſit. Hydrops oculi. Capſula lentis opaca. Lens nigra. Poſt eductam cataractam bene conjunctivam reſecari. De fiſtula lacrumali. Saccus a polypo occluſus. Spuria fiſtula, quæ injectione curari poteſt. Inflammati oculi conjunctivam etiam decurtat. Sic palpebræ prolapſum: ſic in trichiaſi. Palpebræ inverſæ. Tumores duri palpebrarum. Prolapſus iridis. Hypopyon. Uveæ membranæ a choroidea ſeceſſio. Emulſio plumbea, quam noſter GOULARDI medicamento præfert.

Ejus in *Journ. de Med.* caſus difficilis fiſtulæ lachrymalis cum oſſis turbinati vitioſa fabrica, tamen dilatato ductu naſali ſanatæ.

Idem in T. XXXIV. cataractam, quæ repetito adſcenderat & fruſtra fuerat depoſita, feliciter extraxit, cum in anteriorem cameram tranſiiſſet. Lens & ſolito minor erat.

Idem in eodem diario a. 1773. *Jan.* retulit de amauroſi per electricitatem curata. HALLER.

JOHANNES COLOMBIER, M. D. Ejus *diſſ. nova de ſuffuſione ſ. cataracta*. PARIS 1765. 12. De variis, quibus oculus cataracta liberatur, adminiſtrationibus. Cuique ſua eſſe incommoda, quæ tamen in depoſitione minus poſſint, quam in extractione vitari. Ut TAYLORUS cataractam lacteam perforatione ſola absque corneæ tunicæ dilatatione curaverit.

Ejus præſide F. L. T. d'ONGLEE *Ergo pro multiplici cataractæ genere multiplex* εγχειρησις. PARIS 1768. 4. Quinque cataractæ genera facit, eorum duo nova, obſcurationem membranæ a D. DESCEMET inventæ; & opacitatem laminæ, quam eidem lenti retina tunica circumjicit. Sed

etiam in aqueo humore membranam ſubnaſci poſſe. De opacitate anterioris & poſterioris partis lentis cryſtallinæ non dubitat, illam quidem ſanat extracta obſcura membranula, poſtquam cornea tunica inciſa eſt, fiſſa in decuſſim capſula, lente deorſum preſſa. Eandem lentem exſiccatam, inciſa tunica cornea extrahit.

Contra D. COLOMBIER ſcriptum eſt *ſomnium, ſ. rêve de* M. COLOMBIER, *ou lettre d'un bachelier de la faculté de Paris à un D. Regent.* PARIS 1768. quæ ſatyra proſcripta fuit. HALLER.

J. GOTTLIEB SCHEFFER, medicus. Ejus *Geſchichte des grauen ſtaares und der neuen Operation ſolchen durch Herausnehmung der Cryſtallinſe zu heilen.* REGENSPURG 1765. 4. WENZELIUM lentem opacam vidit extrahere, ut ſcalpello corneam tunicam aperiret, occulta acu lentis capſulam perforaret. Non abſque dolore ægra fuit, ut tamen abſque cicatrice oculus convaleſceret. HALLER.

CHARLES BISSET. V. *pag.* 191.

Skriftwäxling om alle brukelige ſätt at opera ſtarrenpå ögon. STOKHOLM 1766. 8. Collectio ſcriptorum ACRELLI, WAHLBOMII & MARTINI de cataractæ curandæ variis artificiis. De his libellis, quos continet, ſeorſim dictum eſt.

AUGUST GOTTLIEB RICHTER, vir egregius, Profeſſor Göttingenſis. Ejus *de variis cataractam extrahendi modis.* GÖTTING. 1766. 4. DAVIELIO tamen novam curandi rationem deberi, anno 1745. primum tentatam, a. 1753. publicatam, inde ab ipſo, & ab aliis perfectam. Incommoda depoſitionis. Ut in extractione nonnullis non infrequentibus incommodis provideatur, etiam iridi læſæ, & vitreo humori profluenti. De opacitate capſulæ poſt operationem nata; eam fere ſponte diſſipari. Plerumque extractionem præferri debere; minus tamen facilem ejus uſum eſſe, quando oculus profunde in orbita latet, idem valde mobilis eſt, aut anguſta iris. Inſtrumenta a variis excogitata.

Ejus *operationes aliquot, quibus cataractam extraxit.* GÖTTING. 1768. 4. Corneam tunicam PAMARDI haſta perforat. Non valde nocere corporis vitrei elapſum.

Ejusdem *obſervationum chirurgicarum faſciculus, continens de cataractæ extractione obſervationes.* GÖTTING 1770. 8. Ipſe ſæpiuscule ad DAVIELII modum lentem opacam extraxit. Iris ſenſum facile amittit. Scalpello recto utitur, cui dorſum obtuſum, acies convexa, mucro lente lanceolatus. Fieri ut non integra cornea tunica dividatur. Tenacitas capſulæ lentis facit, ut nonnunquam incidi præſtet, quam perforari. Non prudenter lacinias ejus capſulæ volſella extrahi: cyſtitomo melius aperiri. Non debere fragmenta lentis opacæ in oculo relinqui, ſed eximi, & lentem

tem penitus deſtrui. Utique & frequentem & noxium eſſe vitrei corporis elapſum.

Ejus *von der Auszìehung des grauen Staares.* GÖTTING. 1773. 8. Doctus libellus & experti viri. Cataractæ diverſæ, capſulæ, humoris MORGAGNIANI, lentis cryſtallinæ ipſius; deinde unius harum partium, aut plurium, capſulæ, demum anterioris, poſterioris. Cæcitas levata aperta capſula, emiſſo humore lacteo. Eo in caſu, & quoties aquula MORGAGNI corrupta eſt, lentem cryſtallinam extrahere præſtat, etiam ſi ſana fuerit. Eam lentem etiam totam in ſquamas reſolvi. Quando capſula vitioſe dureſcit, lens cryſtallina difficulter educitur. Eſſe ubi pars lentis in caſeoſum humorem colliqueſcat. Lens, etiamſi unionis eſt colore, non ideo continuo dura eſt. Neque duritas eſt in ratione vetuſtatis. Et decimo quinto anno cataractas aliquando molles eſſe, & ſecundo anno duras. Videri lentem molleſcere, dum opaca fit. Dari albas cataractas, duras eaſdem. Moles lentis augetur in cataracta molli, & eadem ad uveam tunicam propius accedit. Extractio in univerſum depreſſioni præſtat. Quæ lentes margaritarum colore videbantur, extractæ flavæ ſunt compertæ, & viciſſim. Centrum nonnunquam lapideum eſſe. Linea alba, quæ erat in anteriori facie capſulæ, percurſa cataracta. Quando alter oculus cataracta laborat, etiam alter fere vitium concipit: quare continuo eam extrahere præſtat. Ad firmandum oculum obtuſa PAMARDI lanceola, a RUMPELTO emendata, noſtro placet. Cultello utitur, non forfice, quæ contundat. Corneam tunicam unico inſtrumento oportet aperire, eoque ita lateſcente, ut ab apice recedit, ut vulnus corneæ tunicæ repleat, neque aqueus humor præpropere effluat. Suum cultellum aliis oſtendit præſtare. Quo propius ad albugineam tunicam oculus perforatur, eo majus eſt lædendæ iridis periculum. Oculum oportet ſurſum, paulum extrorſum dirigere; cultellum apice recta verſus iridem dirigi, ad rectum cum cornea angulum. Cavendum, ne cornea tunica in duas lamellas ſecedat, & curandum, ut cultellus omnino intra oculum ſubeat. Dum perforatur cornea, dorſum cultelli iridi debere obverti: & vulnus dimidiam corneam metiri. Si inciſio rite facta fuerit, lens continuo ad iridem accedit, non ita ſi vulnus nimis parvum fuerit: ejusmodi vulnus dilatari poteſt. Cicatrices vix diſcinduntur niſi forfice. Palpebræ digitis debent diduci. Quando cornea inciſa eſt, tunc capſula lentis cryſtallinæ debet aperiri, neque enim integra cum capſula lens debet extrahi. Si cum lente capſula una deceſſerit, ſecurum licet eſſe de futura cataracta. Capſulam opacam penitus oportet deſtruere. Cyſtitomum De la FAYE noſter laudat ad capſulam aperiendam. Si pupilla connivens cataractam ægre dimiſerit, oculum oportet premere, quo pupillæ dilatetur. Quam lentiſſime lentem extrahere melius eſt. Irritatione abſtinendum, & nimia preſſione, ne pars inferior lentis in pupillam ſe urgeat, iridem lædat. Malum eſſe, ſi pupilla ſubito

ſubito ſe contraxerit, quando cornea tunica perforata eſt. Anguſta pupilla extractionem non impedit. Macula in media pupilla nyctalopiam facit. Humor aqueus turbidus equidem cæcitatem infert, facile vero ad limpiditatem redit. Ut adnata cataracta ſolvatur, curvo ſpecillo utendum, eam inter & iridem dato, & circa ſuum axin rotato. Humor vitreus facile prolabitur, magis ſi cornea tunica non ſatis ampliter aperta fuerit. Nihil inde mali, ſi tertia pars vitrei humoris perierit. Cataractam etiam poſt operationem elabi, etiam a terrore. Ut vitreum corpus quaſi de pedunculo prodeat ſuper inferiorem partem conjunctivæ tunicæ: eum pedunculum oportere forfice dividere, nam corneam tunicam ſe adſtringere, & eum petiolum quaſi amputare. Acutius videre, quibus media pars vitrei humoris elapſa fuit, iis quibus nulla amiſſa eſt. Iridis vulnera periculo carere, niſi majora ſint. Staphyloma & iridis prolapſum in parte inferiori frequentia eſſe; elabi etiam iridem a convulſione oculi: ſenſu carere. Eum prolapſum preſſionem blandam requirere palpebrarum, & lucem valide irradiantem, poſtquam inflammationis periculum ſuperatum eſt: neque tamen iis cum auxiliis certo iridem ſuum in locum redituram. Raro capſulam ſolam absque lente opacam reddi. Semel ſe vidiſſe membranaceam cataractam: pelliculam nempe albam, quæ per pupillam prodibat, ab ictu natam. Capſulam lentis ab iride tunica non difficulter ſolvi. Frequentior eſt illa cataracta membranacea, quæ eſt opacitas capſulæ poſt operationem per inflammationem natæ. Id malum vitatur, capſula una cum lente educta. Raro extractioni magnam inflammationem ſupervenire. Non debere poſt operationem permitti, ut oculi ſui vires homo experiatur, qui cataracta liberatus fuerit. A die 3. 4. quotidie oculum aqua vegeto minerali humectari poſſe. Hypopyon ob puris viſciditatem amplam inciſionem requirere. Vulnera corneæ tunicæ non absque cicatrice ſaneſcere. Caſus aliqui rariores. Pupilla naturalem figuram ſponte recuperat. Poſt lentem corpuſculum expreſſum: pars lentis, ut videtur. Vitreum corpus elapſum, ſani ſimile, apertum, ita dolor omnis ſublatus. Ita Haller.

Idem celeberrimus Richter, Medicinæ doctor & Profeſſor publicus ordinarius, Societatis Reg. Scient. Götting., & Acad. Reg. Scient. Sueciæ membrum, in *Novis Comment. Soc. Reg.* Götting. T. VI. ad annum 1775. Göttinг. 1776. 4. de ſtaphylomate agit. Duo ſunt morbi natura diverſi, qui ſtaphylomatis nomine communiter veniunt: prolapſus nempe iridis ex cornea vulnerata, vel ulcere adfecta natus, & præternaturalis expanſio corneæ aut ſcleroticæ. Rarum eſt ſtaphyloma ſcleroticæ: ipſe ſemel tantum vidit in angulo externo oculi a contuſione exortum. Corneæ ſtaphyloma ab auctoribus in totale & partiale ſubdividitur: utrumque frequens eſt, illud tamen ſæpius occurrit, de quo ſolo hic noſter agit. Ejus deſcriptio, incommoda

&

& damna. Corneam, dum ſtaphilomate totali afficitur, non diſtendi, ſed potius ab humoribus inter laminas congeſtis intumeſcere, craſſeſcere, ut camerам anteriorem minuat, ſubinde etiam aboleat iridi adhærens. Se vidiſſe vaſa craſſæ illius corneæ ſanguine rubro turgere, eumque, diſciſſa cornea, copioſum fundere. Staphyloma adhuc recens aliquoties inciſum, in quo cornea introrſum tumens lardaceæ naturæ deprehenſa. Ex hac corneæ ab inflammatione præſertim nata & introrſum iridem verſus porrecta craſſitie poſſe non ſtaphylomatis ſolum, ſed & ſynechiæ, absque humoris aquei jactura ſubinde ortæ ac ideo explicatu difficilis, naturam facile intelligi. Cauſas, a quibus morbus iſte communiter derivatur, ſæpe vidit, quin ſtaphyloma ſequeretur; & viciſſim. Quæcunque obſervavit ſtaphylomata corneæ totalia, ea omnia vel variolis, vel oculorum contuſioni & inflammationi ſupervenerunt. Staphyloma totale recens molle, ætate vero tenax fit & durum a diflatis ſubtilioribus humoribus: ejus opacitas a ſtagnantibus humoribus ſenſim ſpiſſeſcentibus. Pellucidum nunquam ſe vidiſſe. Nodi & tubercula, quæ non raro in ſtaphylomate ſuperficiem corneæ occupant, racemoſum ſtaphyloma vulgo dicta, minime ſunt cava aut aqueo humore repleta, ut multi putant, ſed ſolida; nihil aliud ſunt quam excreſcentiæ ab humoribus lymphaticis copioſe hic accumulatis oriundæ. Tale tuberculum ter refectum toties repullulare noſter vidit. Staphyloma totale poſt variolas primum ſe manifeſtare: non igitur a lacrumis, ſub conglutinatis palpebris ipſo variolarum tempore collectis, repetendum. Hoc malum eos potiſſimum invadere, qui poſt variolas non depuratis antea primis viis, præmature carnibus veſcuntur. Curatio: contra Voolhousii & Platneri inſtrumenta compreſſoria; externam compreſſionem quomodocunque inſtitutam contra indicari patet ex morbi natura nunc detecta. Inutilis eſt quoque inciſio corneæ a nonnullis uſurpata ſive ad obtinendam cicatricem, quæ diſtentam corneam conſtringat, ſive ad humorem aqueum emittendum, ut cornea collapſa oportunam ſe ſe conſtringendi occaſionem nanciſcatur; cicatricem enim non obtinebis in vulnere cito & absque fere ſuppuratione coëunte; cornea diſtenta hic non eſt; humor aqueus, clauſo jam altero die vulnuſculo, reparatur. Id caſu noſter confirmat, ubi decies circiter in eadem cornea inciſionem fruſtra tentavit. Adſtringentia medicamenta recenti tantum in malo, ubi cornea adhuc mollis eſt, profunt repellendo humores ſtagnantes, nequaquam vero ubi cornea jam induruerit. Bis aquæ frigidæ, ſemel decocti cort. Peruv. uſu recens hoc malum ſublatum. Lapis infernalis inſigniter profuit: eo applicato fonticulus excitatus, ſpiſſi humores evocati, craſſities corneæ imminuta, & demum ejus pelluciditas reſtituta. Ut cauſticum hocce applicetur: fruſtillo lapidis affunditur tantillum aquæ, ut liqueſcat, & parvum penicillum madefaciat; penicilli cuſpide extrema inuritur ulcuſculum corneæ in loco maxime tumen-

tumente & opaco: oportet dein apertum diu ſervare ulcuſculum, ut ſtagnantes humores de cornea ſenſim evacuentur; ſi ulcuſculum durante adhuc morbo plorare deſierit, operatio etiam ter quaterve iteranda. Negat ſanationem hic ideo fieri, quod ulcuſculum & imprimis ſubſequens cicatrix corneam expanſam conſtringat; ſed potius quia humores collecti evacuantur de cornea: hoc docent inveterati tumores chronici duriſſimi, ulcere arte excitato ſuperati. Butyrum antimonii, quod celebris Gallorum medicus JANIN (x) evulgavit, cum ſucceſſu expectationem ſuperante ſe adhibuiſſe in puero octenni, ſtaphylomate poſt variolas laborante adeo, ut utraque cornea ad pollicis longitudinem ex orbita promineret, opaca tota, vaſis rubris diſtincta, genis incumbens, attritu genas palpebræque inferioris cutem excorians. Modus, quo butyrum applicuit: utraque palpebra retracta, & digitis firmata, penicillum pictorium tantillo butyri madefactum noſter corneæ affricuit per aliquot momenta; mox ubi dolor perceptus, oculum ſpongia lacte madida abſterſit; ad præcavendam poſtea inflammationem ſaturnina ſuaſit: levis prima nocte oculi dolor, æger mane bene valens, inflammatio nulla: operatio 4to 7to & 10mo die repetita: die 14to nullum morbi veſtigium. Cæterum a butyro nullus dolor, niſi ubi difluit, ſed facile lacte mitigandus; nihil hic exeſum corroſumve fuiſſe; diſcutiente potius virtute gaudere. In ſtaphylomate ſcleroticæ & prolapſu iridis nondum tentavit, uſurum ſe quidem prima data occaſione. In recenti tamen iridis prolapſu vix forte tutus ejus uſus, quod iris tum acute ſentiens doleat, inflammetur; verum nec eo hic opus eſt: ſe enim uſu aluminis id malum ſæpe ſanaſſe; in malo autem adulto forte uſurpandum, quod lenioribus tum morbus vix cedere, irisque ſenſilitatem ſuam amittere ſoleat.

Ejus *obſervationum chirurgicarum faſciculus ſecundus.* GÖTTING. 1776. 8. (Laudant ſummopere cenſores Berolinenſes (y) tam primum, quam etiam ſecundum hunce faſciculum). Præter hernias, bronchotomen, morbos ſinuum frontalium, amauroſin, ſtaphyloma, de quibus jam dictum eſt, etiam duo novi tractatus hic continentur: primus de nova cataractam operandi methodo, alter de polypis (de quibus ſuo loco dicetur). De cataractæ operatione ſunt hæc: cæcitatem citra culpam chirurgi, extracta jam cataracta, non raro poſt menſes aut annos redire; duabus probabiliter de cauſis, altera topica, univerſali altera: hæc niſi de corpore tollatur, pergit poſt operationem adhuc ut cauſa oculum adficere; quare ſi auferri nequit, oportet ægrum de periculo amittendi iterum viſus monere, ut quantum poteſt ſibi caveat. Sed neque etiam cataractæ a cauſa topica ortæ ablatio ægrum metu futuræ cæcitatis liberat, propterea quod capſula in oculo relicta opaca fiat, & huicce opacitati plerumque coarctatio pupillæ ſocietur:

(x) In ſuis *obſervat. ſur l'Oeil* (y) In *allgem. deutſch. Bibl.* 14. *Band.* 1. *Stück* pag. 188. & 29. *Band.* 2. *St.* pag. 435.

cietur: fuiſſe etiam perſæpe, cur noſter ſuſpicaretur capſulæ cum iride concretionem. Annon forte cæcitas ſubſequi ſolita præcaveretur, ſi & capſulam, ſedem mali, cum lente extraxeris? Fere absque ſana ratione eam in oculo relinqui. Eam enim adeo multum pati ipſa ſub operatione, & probabilius etiam a lente morboſa plus minusve vitiari, ut mirum ſit, obſervari tamen caſus aliquos, ubi capſula poſt operationem non evadat opaca, novaque non ſequatur cæcitas. Membranaceæ ſigna cataractæ nihil certi habent. Opacitas capſulæ in facie poſteriore nullo modo poteſt ante operationem detegi: igitur cum de cataractæ membranaceæ præſentia certus eſſe nequeas, operationis eventus, cum optimis cæterum ſignis, dubius eſt ſemper. Quare præſtat capſulam cum lente extrahere: ſic tutus a cæcitate alias ſecutura manet æger; ſic operatio moleſta aut fruſtranea evitatur, quam ad lacinias capſulæ educendas inſtituere deinceps coguntur, qui lente ſola extracta capſulam in oculo reliquerint. Differendam non eſſe hanc capſulæ extractionem, eouſque dum certo conſtet de capſulæ relictæ opacitate; nam tunc obſtant: æger ab operatione denuo ſubeunda abhorrens, capſula plerumque iridi adnata, pupilla anguſta, aut plane clauſa. Verum an poſſibilis ſit capſulæ cum lente extractio? Quater noſter obſervavit capſulam cum lente, cujus facilis erat extractio, ſponte proſiliiſſe, eventu felici, & absque ullo fere ſymptomate. Etiam in depoſitione cataractæ lentem non ſolam ſed cum capſula utique deprimi. Frequenter enim coram diſcipulis depreſſione lentis in porcorum oculis tentata, & aperto deinde oculo ſe reperiſſe fere ſemper lentem capſulæ incluſam. Præterea concipi non poſſe, quomodo lens, ſi ſola deprimatur, iterum in capſulam, neceſſario occluſam, ab humore tam aqueo quam vitreo compreſſam, adſcendens penetret poſt duos aut decem etiam ab operatione annos; aut quomodo lens adſcendens, quod ſubinde accidit, in cameram anteriorem prolabatur: ſe inveniſſe lentem in camera oculi anteriore decimo ab operatione anno capſula adhuc obvolutam: idem alii obſervarunt. Porro acum etiam cataractariam non ita exacte capſulam ſubire, ut lentem ſolam deprimere queat: ſibi certum eſſe potius extra capſulam acum ſubſiſtere, & methodum FERRENII, id quod jam ACRELL oſtenderit, ridiculam eſſe. Ex his dictis patet, capſulam facile una cum lente, & ſine periculo extrahi poſſe. Modus extrahendi: optimum videri ſi lens una cum capſula, quin hæc aperiatur, cauta & lenta preſſione educatur. Hac ratione ſæpe operationem in porcorum oculis facile ſe inſtituiſſe adſtantibus diſcipulis. Si capſulam inopinate diſrumpi ſub operatione contigerit volſella forte eam extrahi poſſe: ſi accreta fuerit humori vitreo ita ut aut ſeparari non poſſet, aut metus eſſet ne humor vitreus prolabatur, tunc forte ab ejus extractione tutius fuerit abſtinere. Cæterum ſe ab ea longe abeſſe opinione, ut ſibi perſuadeat, methodum propoſitam tutiſſimam optimam-

 que

que eſſe: eam enim licet non omni fundamento practico deſtitutam, ideo ſolum a ſe communicatam, ut chirurgi ad experimenta capienda excitentur, ac demum ſtatuant, quid de ea ſit ſentiendum.

Idem in *Nov. Comment. Soc. Reg. Götting.* Tom. VIII. ad annum 1777. agit de pterygio oculi. Pterygium, quale ab auctoribus paſſim deſcribitur, nec indagationibus propriis nec ſciſcitationibus a medicis peritis unquam ſibi innotuiſſe; ut adeo morbum ita deſcriptum ſolis in libris exiſtere putet. Poſt multa tentamina inſtituta noſter demum concludit: pterygium ita nominatum nil aliud eſſe, quam conjunctivam præternaturaliter craſſam, opacamque redditam. Verum quia malum hoc ad canthum oculi internum ſubinde porrigatur, hinc forte factum, ut a caruncula lachrymali ortum eſſe pterygium putaretur. Si conjunctiva magis adhuc incraſſeſcat, & opacetur, ejusque multa vaſa ſanguine rubro turgeant, pannum vocari. Sola medicamenta reſolventia, uti ſunt borax, mercuricus &c. hic locum habere, utpote in morbo ab inſpiſſatis humoribus orto. Quid ab operatione, qua pterygium reſecatur, expectandum ſit, auctor definire non audet. In pluribus caſibus corneam ſubjacentem incraſſari, opacarique, hinc niſi ſpes forte ſit, ut priſtina pelluciditas ipſi reddatur, operationem probabilius inutilem eſſe: ea porro operatio corneam naturali ſuo integumento orbat; hinc an eventus ſemper felix ſperandus ſit, ſe definire nolle. Fonticulum in loco affecto excitatum forte non inutilem futurum autumat.

F. W. Jerichow. Ejus diſp. *ſiſtens modum ſectionis oculi in cataracta inſtituendæ, variasque circa ophthalmiam cautelas, cui accedit obſervatio practica de tumore oculi inſolito.* Utrecht 1766. 4. Haller.

Car. Lud. Franc. Andry & J. Ant. Elias de la Poterie, auctor, *E. inciſioni corneæ in curando hypopyo præſtat embroche.* Paris 1766. 4. Haller.

Claud. Anton. Rivard & Paul. Gabriel Lepreux, auctor, *E. impeditis lacrumarum viis parari debet lacrumis artificiale iter in cavum quod juxta majorem oculi canthum inter ſuperficiem internam palpebræ & oculi globum deprehenditur.* Paris 1766. 4. Aperiri vult ſaccum lacrumalem ſub caruncula inter palpebram inferiorem & oculum, recto ſcalpello, & matutinis horis. Non parcendum tendini muſculi orbicularis. Sub caruncula lacrumali & parte anteriori & ſuperiori ſacci incidit. Stylo viam in nares aperit, & in ea via fiſtulam relinquit. Haller.

Christ. Tob. Ephr. Reinhart. V. *pag.* 196.

J. Frider. Reichenbach, chirurgus. Ejus *cautelæ & obſſ. circa extractionem cataractæ, novam methodum ſynizeſin operandi ſiſtentes.* Tubing. 1767. 4. Extractio cataractæ: lens cryſtallina adhærens forcipe ſeparata. Aliud exemplum in quo viſus non rediit. Rectum ſcalpellum præfert. Haller.

Adolph

Adolph. Guil. Bose. Ejus diſp. *de morbis corneæ ex fabrica ejus declaratis.* Lips. 1767. 4. Haller.

Hayes. V. *pag.* 197.

Grignon. V. *pag.* 199.

John Henry Mauclerc. Ejus *nomenclatura critica morborum ocularium, or a critical index to the diſeaſes of the eye.* London 1768. 8. Haller.

Casten Rönnow. Ejus *om en ben och ſtenartig ſtarr wid hela omkretſen af uvea faſtwuchſen ſom lyckeligen blifwit med nålen nertrykt.* Stokholm 1768. 8. Lentem cryſtallinam, quam depoſuit, adeo fuiſſe induratam, ut ſonaret fricta, & præterea ad iridem adhæſiſſe, felicem tamen fuiſſe curationem.

Contra hoc ſcriptum libellus prodiit cui titulus, *Doutes que la cataracte dont.* M. Rönnow *fait mention ait été oſſeuſe & pierreuſe.* Ibid. 1768. 8. Nihil certum eſſe in ſono inve natura hujus cataractæ oſſea. Haller.

Joh. Gottlob Haupt, Dreſdenſis. Ejus diſſ. inaug. præſide Huberto Harrer *de ophthalmia.* Dresdæ 1768. 4.

Guerin, chirurgus Lugdunenſis. Ejus eſt *traité ſur les maladies des yeux, l'operation de la cataracte par un inſtrument nouveau, qui fixe l'œil & fait la ſection de la cornée.* Lyon 1769. 12. Germanice Frankfurt und Leipzig. 1773. 8. Ordo non bonus, ſed vir multa expertus. In oculi inflammatione plumbum in aceto ſolutum utiliter adhibuit. Magnete, ut olim Hildanus, micas chalybeas ex oculo extraxit. Tumida vaſa ligat, & forcipe reſecat, non alteri adminiſtrationi ceſſura. Conjunctivam ſanguine ſuffuſam ſponte crepuiſſe felici eventu. Cum glandulæ Meibomii obſtructæ, tarſus adroſus eſſet, mercurio liquefacto fiſtula ſanata eſt. Palpebram ab oculo faſcia detraxit, chartam oleo imbutam interpoſuit. Anelii ſtyli argentei canales lacrymales referant, fiſtulas calloſas non ſanant. Ad modum Cabanisii, paulum emendatum ſetaceum per viam lacrymalem trajicit. A turundarum uſu cicatrix dura ſucceſſit, ægro moleſta. Injecta in fiſtulam aqua cum veronica decocta profuit. Ferro candente auctor non utitur. Ne ſaccus lacrymalis per ſanatam fiſtulam diſtentus maneat, apta preſſione utitur. Facile curari vulnera tunicæ corneæ. Staphyloma preſſionem non fert. De cataracta: ſæpe opacam membranam ſe exemiſſe, etiam forfice diſſecuiſſe. Eam membranam eſſe capſulam lentis opacam, ab ejus membrana propria diverſam. Antonii *accompagnemens* eſſe Morgagni aquulam ſpiſſatam. Pro extractione lentis, ad quam forcipem adhibet, elaſtro inſtructam, quæ una & oculum continet, & tunicam corneam pertundit, capſulam vero lanceola occulta aperit. Strabiſmus ex ocularium dentium eruptione, ex unguento ad lichenes, &c. Haller.

J. Franc. Puswald. Ejus diſp. *de ophthalmia.* Wien 1769. 8.

Gisbertus de Witt, chirurgus, in *Verhandelingen uytgegeeven door het* &c. fuſe egit de diverſis artificiis, quibus cataracta educitur, deque eorum commodis & incommodis. De variis periculis, quæ cataractæ depoſitionem comitantur, in qua præterea adminiſtratione omnino caveri nequit, ne corpus vitreum lædatur. Commoda extractionis. Vitia Davielianorum conſiliorum, & forcipis incommoda, inſtrumentorum nimia varietas. In Georgii de la Faye encheireſi oculum nimis celeriter evacuari, facile partem infimam iridis amputari. Poyeti cultellum male ancipitem eſſe, & nimis longum, Sharpii cultellum juſto eſſe anguſtiorem, neque capſulam lentis cryſtallinæ apertionem doceri. Vitia Palluccianı inſtrumenti. Ipſe vero Auctor oculum le Cati inſtrumento firmat, capſulam lentis cyſtotomo Georgii de la Faye aperit. Exemplum ubi ea lens evanuerit. Haller. V. *pag.* 207.

Lego etiam Germanice *Vergleichung der verſchiedenen Methoden den Staar auszuziehen, von* Gisbert de Wit. Giessen 1775. 8.

William Northcote. V. 207.

William Rowley. Ejus *eſſay on ophthalmia* London 1771. 8. Perinde in nitro fiduciam ſuam ponit. Haller. V. *ulcera.*

Car. Frid. Lud. Dachtler. Ejus diſp. *de variis oculorum morbis.* Leid. 1770. 4. Haller.

Marchand. V. *pag.* 209.

Precourt. V. *pag.* 210.

Pietsch. V. *pag.* 210.

Hofman. V. *pag.* 211.

J. Christ. Ant. Theden. V. *pag.* 211.

Adolph Frid. Vogel. V. *pag.* 212.

Joseph. Leopold. Irka, Auſtriaco-Vindobonenſis. Ejus diſp. *de morbis oculorum internis.* Wien 1771. 8. Fuſa & collectanea & nimiis ſubdiviſionibus onerata diſputatio. Morbi eorumque cauſæ, modus item quo hæ in corpus agant, pathologice magis quam practice pertractantur, ita ut labor fere ſit chirurgo oculario practico inutilis. Richter.

Eduard Linz. Ejus diſp. *de morbis oculorum externis.* Wien 1771. 8. A tumore carnoſo de oculo reſecto mors. Carbunculus palpebræ plumbo curatus, cum interno uſu cicutæ. Ophthalmiam veneream ſanari, ſoluto in ſpiritu frumenti ſublimato hydrargyro, etiam extracto cicutæ. Elapſam per enorme tunicæ vulnus iridem & corpus vitreum curatum, & clauſam corneam. Haller.

Frid.

Frid. Christ. Oettinger & Kurner. Ejus diſp. *de lapſu palpebræ ſuperioris.* Tubing. 1771. 4. Conjuncta cum amauroſi paralyſis. Haller.

Poupart. V. *pag.* 216 & 228.

Franc. Xav. Schwediauer. V. *pag.* 217.

J. Phil. Hagen. V. *pag.* 218.

Matth. Franc. Alix. V. *pag.* 218.

Toussant Beauregard. V. *pag.* 225.

Pieter van Esch. V. *pag.* 226.

J. Dan. Metzger, medicus Bentheimenſis. Ejus *curationum chirurgicarum quæ ad fiſtulam lacrymalem hucusque fuerint adhibitæ hiſtoria critica.* Munster 1772. 8. Conſilia ab ipſo Celso ad hæc mala data. Anellii curationem non undique inutilem eſſe. Ad aperiendam viam lacrymarum acum triquetram in ductu inter perpendicularem & horizontalem medio impellere ſuadet. Petitum incidere, quod non videtur locum habere, ubi ſaccus adipe plenus ſit. In levi caſu Anellii, in majori absque magno callo Petiti, in carie & deſtructo ſacco Woolhousii curationem locum habere. Haller. V. *pag.* 226.

J. Philip. Müller. Ejus diſp. *de palpebrarum adfectibus.* Halæ 1772. 4. Haller.

Steph. Pourfour de Petit, & Jac. Franc. de Villiers *E. ſeneſcentibus oculi inflammationibus conjunctivæ ſcarificatio.* Paris 1772. 4. Haller.

J. Christoph. Andreas Meyer & Rosenthal *examen quarumdam optimarum extrahendi cataractam methodorum, imprimis Wenzelianæ,* Greifswald. 1772. 4. Inſtrumenta varia ad dividendam corneam tunicam Lobsteinii, Richteri, & Wenzelii, tum encheireſes. Wenzelii aurea lamina ad elevandam palpebram ſuperiorem, culter nimis anguſtus, acus ad findendam lentis capſulam, uncus inutilis. Richteri culter optimus, & cyſtitomus ad aperiendam capſulam aptiſſimus. Lobsteinius oculum aptiſſime firmat. Haller.

In *J. Encyclopedique* 1773. 12. *Dec.* dicitur de morbis oculorum pro Jean Jannino adverſus Descement. Ita Haller.

Car. Joh. Oehme. V. *pag.* 1227.

M. E. Bloch. V. *pag.* 230.

J. Caspar Hellmann, chirurgus Magdeburgicus. Ejus *der graue Staar und deſſen Herausnehmung.* Madeburg 1774. 8. Fuſe de cataractæ extractione, quam depoſitioni longe præfert, qui ipſe inter 50. ægros ea ratione curatos, 32. perfecte. 10. hactenus reſtituerit. Minute de cataractæ varietatibus, deque inſtrumentis. Wenzelii laminam ad ſuſti-

nendam

nendam palpebram ſuperiorem ſatis probat, tum viri dexteritatem, cultellum vult lateſcentem, & craſſeſcentem. Capſulam lentis præſtat ſeorſim aperire, lanceolata acu, & late in decuſſim diſſecare. Ut ab iride adnata capſula ſeparetur. Ne oculo æger permittatur uti. Vulnus tunicæ corneæ facile ſanari: prolapſum humoris vitrei non valde nocere; prolapſum iridis, & pupillæ ab inflammatione natam anguſtiam, auctor magis metuit. Præmagna & dura lens melius deponitur. Multi poſt eductam cataractam, etiam eminus accurate vident. Ægrotorum quinquaginta hiſtoriæ. Malos eventus auctor non diſſimulat. HALLER.

Scarificatio oculi Hippocratica. Opus ineditum *Catal.* OSB. Ita HALLER.

GE. VOGTHERN. Ejus *de morbis oculorum* Germanice 4. ſeculi XVI. Ita TREW.

PELLIER. V. *pag.* 237.

Le BLANC. V. *pag.* 311.

BECHEREL. V. *pag.* 238.

GEORGE CHANDLER. Ejus *a treatiſe of the cataract, its Nature, ſpecies, cauſes and ſymptoms* &c. LONDON 1775. 8. Ex HEISTERO, PLATTNERO, ST. YVES, & WARNERO temere, & erronee congeſtum opus ab homine deſtituto omni experientia, & neceſſaria cognitione adminiculorum ad hanc adminiſtrationem requiſitorum. RICHTER.

CAROLUS SZEN, Hungarus. Ejus *diſſ. inaug. de cataracta ab effluviis æquæ fortis nata.* JEN. 1774. 4. HALLER.

SAXTORPH. V. *pag.* 240.

TODE. V. *pag.* 241.

TERRET. V. *pag.* 241.

JOH. HENR. JUNG, medicus. Ejus *ſendſchreiben an Herrn Stadtchirurgus* HELLMANN *in Magdeburg, deſſen Urtheil die Lobſteinſche Staarmeſſer betreſſend.* FRANKFURT am MAYN 1775. 8. Ob cultrorum deſcriptionem, uſumque expoſitum legi ſane meretur. Defendit ſuum magiſtrum LOBSTEINIUM contra HELLMANNUM, ut inde manifeſte pateat, HELLMANNI de cultris Lobſteinianis judicium vero fundamento deſtitui, & JUNGIUM virum eſſe perſpicacem ac in arte bene verſatum, qui etiam cataractæ adminiſtrationem feliciter ac laudabiliter exercet. RICHTER.

HILL. V. *pag.* 243.

DOBSON. V. *pag.* 243.

HEY, medicus in *Leeds*, retulit in *Medical obſervations and Enquiries* &c. *Vol.* V. LONDON 1776. 8. de electricitatis efficacia in amauroſi. Septem caſus: 1mo. ex levi vulnere frontis facile curato poſt 6. hebdomadas cæcitas; æger, præmiſſa venæ ſectione, electriſatus quotidie, boloque ex calo-

calomel. & camphor. ana gr. ijj. ſingulo veſpere ſumto, alvo bis quotidie mota, atque paucis poſt diebus ſpe adparente, tertio denique menſe integre reſtitutus. 2do. Cæcitas in puero 9. annorum ſpontanea, eodem modo, ſed gr. j. calomel. tantum ſumto, feliciter ſuperata. 3tio. Immanes dolores capitis veſicante ad nucham poſito ſublatos inſolita viſus depravatio ſecuta, ut objecta melius oblique, quam directe ſita cerni poſſent; electriſationis, & corticis Peruviani cum calomele, interpoſitis purgantibus, per annum protracto uſu viſus in oculo quidem ſiniſtro perfecte reſtauratus, at in dextro integre deletus. 4to. Viſus a repreſſa frigore perſpiratione imminutus, & a gravi deinde capitis contuſione totus fere amiſſus: ſola hic vi electrica effectum, ut æger uno oculo objecta omnia, altero ſaltem lateralia diſtincte videret. 5to. In puella 13. annos nata viſus oculi dextri nullus, ſiniſtri admodum obſcurus; muſculi in collo rigidi, & ad minimum etiam motum valde dolentes: collo linimentum applicatum; viſus electriſatione, calomele & camphora parumper emendatus, ſed cura interrupta: hanc denuo tentari cœptam ægra ferre nequiverat: tandem virium proſtratio, vomitus, paralyſis, mors. Inciſo cadavere prima & ſecunda vertebra colli carioſa reperta, nervus opticus emaciatus, cineritius, cavitates cerebri aqua repletæ. 6to. Inter obambulandum repente viſus amiſſus, tertio die ſponte redux, ac ſexto menſe iterum ſubito diſparens, quin amplius rediret: æger ab electriſatione, negligenter quidem uſurpata, id ſaltem lucratus eſt, ut objecta lateralia utcunque dignoſceret. 7mo. Viſum & memoriam ſimul deletam vis electrica reſtituit. Monet noſter, fruſtra morbum jam inveteratum electricitate tentari; nullum in hiſce exemplis morbum fuiſſe, qui duobus annis eſſet antiquior. Dubitari poſſe, utrum mercurius & camphora quidquam contulerint, cum ſola vis electrica in duobus dictis caſibus viſum reſtituerit. Singulare eſſe, quod objecta lateralia longe vividius, quam fronti obverſa fere ab omnibus cernerentur. (His recenſitis celeb. Richterus addit (z) ſe obſervaſſe amauroſin, ut tamen æger locum exiguum pro radiis lucis oblique naſum verſus colligendis haberet, ſed difficulter inveniendum, quo ſemel invento, ſat bene viderat remoti etiam apicem turris. Porro animadvertit, hanc curandi methodum fuiſſe in menſes & annos ab auctore continuatam: igitur an ideo forte optabilem effectum ſæpe non præſtet, quod, tædioſa cum ſit, citius quam par eſt ab ea deſiſtatur).

J. P. Marat, medicus. Ejus *an enquiry into the nature, cauſe, and cure of a ſingular diſeaſe of the eyes, hitherto unknown, and yet common, produced by the uſe of certain mercurial preparations.* London 1776. 4. *Presbyopiam accidentalem*, ut vocat, cum amauroſi ſemper confundi,

(z) In *chirurgiſch. Bibl.* 4. *Band.* 1. *St* pag. 58.

ſundi, eam adeo frequentem eſſe, ut dum decies amauroſin te vidiſſe putas, ſepties forte presbyopia fuerit. Vitium in ſolis oculi muſculis reſidere, nempe obſtructionem ibi natam; curam igitur conſiſtere in reſolventibus, & deinde roborantibus. Laudat venæ ſectiones pedis omni octiduo iterandas; caſſiam ad drach. ij. ijj. jv. per integrum menſem. Soluta obſtructione applicat emollientia tum ad oculos tum ad tempora, deinde electriſationem mane & veſpere per aliquot ſeptimanas continuat, ſimulque emplaſtrum de tacamahaca temporibus applicat. Stimulantia nocere. Aliquot hujus curæ felices eventus. Richter.

Terras. V. *pag.* 245.

Pellier. (forte idem qui *pag.* 1328.) V. *pag.* 245.

Daniel Nootnagel. Ejus diſp. inaug. *de amauroſi.* Erlang 1776. 4.

Joh. Frid. Licht. Ejus diſp. *de præcipuis viarum lachrymalium morbis.* Strasburg 1776. 4. Diligenter elaborata diſſertatio, in qua præter aliorum præcepta & obſervationes ſelectiſſimas, & firmiter dijudicatas, fonteſque indicatos, propria quoque bene multa occurrunt; id quod in ejusmodi ſpeciminibus raro deprehenditur. Tode (b).

Gulbrand. V. *pag.* 251.

Maximilianus Stoll. V. *pag.* 251.

Joannes Klinger, Rumburgenſis. Ejus *diſſ. inaug. ſiſtens ſtructuram oculi.* Wien 1777. 8.

Georg. Henr. Volger, Nordheimenſis, Richteri diſcipulus. Ejus diſſ. inaug. *de maculis corneæ.* Göttingæ 1778. 8. Remedia adverſus corneæ opacitatem efficaciora ſat plene pertractat. Richter.

Josephus Mohrenheim, Vindobonenſis, in noſocomio medico practico chirurgus etiam ocularius & obſtetricius. Ejus *Beobachtungen verſchiedener chirurgiſcher Vorfälle* hocce anno 1779. forte prodibunt. Inter eas obſervationes pluſculæ, ut audio, intercedunt de cataracta, & de vulneribus &c.

ODONTALGIA. Vide *dent. morb.*

ONOMA-

(a) In *mediciniſch-chirurg. Bibl.* 6. *Band.* 1. *St.* pag. 204.

ONOMATOLOGIA
SIVE
DICTIONARIUM, LEXICON.

HERODOTUS. Vide *pag.* 981.

BACCHIUS. Ejus dictionarium vocum Hippocraticarum EROTIANUS plerumque ſequitur, & cujus ſententiæ fere accedit. HALLER. V. *pag.* 997.

EROTIANUS, vixit tempore NERONIS, opus ſuum ANDROMACHO dedicavit. Ejus *gloſſarium* poſſidemus Græce λεξεων συναγωγην excuſum PARIS. 1564. 8. Edidit etiam BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS, VENETIIS 1566. 4. & FOESIUS cum HIPPOCRATE, GENEV. 1657. fol. Ad hiſtoriam medicam, & ad intelligendas difficiles voces (etiam chirurgicas) HIPPOCRATIS uſui eſſe poteſt. Codicem citat COCCHIUS ad NICETAM p. 50. & in BIBL. VOSSIANA alius erat n. 2722. etſi titubante cum titulo, tum in Bibl. Vindobonenſi LAMBEC. VI. Ita HALLER (a).

GALENUS. Ejus *definitiones medicæ* BARTHOLOMÆO SYLVANIO interprete. Partium corporis definitiones, tum morborum, etiam chirurgicorum, breviter omnia. Codex M. S. eſt in Bibl. JACOBÆA Londin. n. 8484. In *Medicea* BANDIN III. p. 115. *Plut.* LXXIV. MONTFAUC. & LXXIII. ib. In Bibl. *Vindobonenſi* LAMBEC. VI. p. 93. In *Bibl. Reg. Pariſ.* l. c. Prodierunt JANO PHILOLOGO interprete LION 1519. 16. PARIS. 1528. & cum GALENO BASIL. 1562. & alias. HALLER (b).

JULIUS POLLUXUS. Ejus *lexicon* a TIBERIO HEMSTERHUYS editum AMSTERD. 1706. fol. Morborum ſingularum corporis partium brevis expoſitio. Sic HESYCHIUS apud ALD. 1514. fol. & LEID. 1746. fol., cujus breviſſimæ ſunt interpretationes. HALLER (c).

Anonymi lexicon medicum Arabice habetur in *Bibl Reg. Par.*

Aliud Arabico Perſicum in Bibl. Leidenſi. HALLER (d).

SIMON de CORDO, vulgo *Januenſis*, ſubdiaconus, Capellanus NICOLAI IV. Pontificis maximi, qui a. 1292. obiit. Ejus eſt opuſculum, cui nomen *Clavis ſanitatis ſimplicia medicamenta latina, græca arabica alphabetico ordine elucidans. Recognovit, mendis purgavit, citationibus* PLINII *& aliorum auxit* GEORGIUS de FERRARIIS. VENET. 1514. fol. Aliæ editiones ſunt PATAV. 1474. fol. VENET. 1486. fol. 1507. fol. 1510. fol. 1513. fol. 1514. fol. Codex eſt in Bibl Mediceæ Plut. LXXIII. vocatur *l. ſynonimorum.* (Alios codices vide in HALLERI *Bibl Botan.*). Alpha-

 beti-

(a) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 175. (b) Ibid. pag. 95. & 233. (c) Ibid. pag. 278. (d) Ibid. pag. 421.

betica eſt recenſio vocabulorum medicorum, morborum, medicamentorum ex tribus regnis. Non ſine labore natum opus: etſi peſſimi ſeculi. Etſi enim trium linguarum noſter nullam acurate tenuit, ab omnis generis tamen hominibus, Græcis, Arabibus, aliis, de vero ſenſu nominum & vocum inquiſivit. HALLER (e).

Anonymi *fragmentum lexici medici*, ſeculi XIV. eſt in Bibl. BERN. Ita HALLER (f).

LAURENTIUS PHRYSIUS, (FRIES), medicus Metenſis, Arabum acris defenſor. Ejus *ſynonima und gerechte Auslegung der Wörter ſo man in der Arzney braucht.* NÜRNBERG 1519. fol. STRASBURG 1531. fol. 1535. 4. Gallice *les ſynonimes latins, greces, & hebreaux* &c.... 1519. HALLER (g).

Dictionarium medicum Græco-Latinum 1525. fol. absque alio titulo in *catalogo Lipſienſi* legitur. HALLER (h).

OTTO BRUNFELS. Ejus *onomaſticon Medicinæ omnia nomina herbarum, fructuum, ſuffruticum, arborum, ſeminum, florum, radicum, lapidum, metallorum, inſtrumentorum & definitionum medicinalium.* ARGENT. 1534. fol. 1543. fol. Lexicon eſt Medicinæ univerſæ, in quo omnia collegit, quæ utrunque ad Medicinam pertinent, ex veteribus compilavit. HALLER (i). V. *pag.* 1095.

HENRICUS STEPHANUS. V. *pag.* 8.

JOHANNES GORRHÆUS. V. *pag.* 8.

ISACUS JOUBERT. V. *pag.* 299.

ANUTIUS FOES (Fœſius). V. *pag.* 12.

BARTHOLOMÆUS CASTELLUS, Meſſanenſis, qui ante bina ab hinc ſecula floruit. Ejus eſt *lexicon medico-Græco-Latinum ex Hippocrate Galleno, Avicenna* &c. (VENET. 1607. 8. 1626. 8. 1642. 8. PATAV. 1713. 4. 1721. HALLER), quod deinde auxit EMANUEL STUPANUS, Baſilienſis medicus, BASIL. 1628. 8. Repurgavit, tertiaque parte auxit ADRIANUS RAVENSTEIN, ROTERDAM. 1644. 8. 1651. 8. 1657. 8. 1661. 8. 1670. 8. De HAEN. Iterum auctum a JACOBO PANCRATIO BRUNONE, addita BRUNONIS *Mantiſſa tetraglotta, vocabulis Latinis cum annexis Arabicis, Hebræis, Græcis, Gallicis & Italicis.* NÜRNBERG 1682. 4. (LIPS. 1713.). Iterum auctius, ut certe titulus præfert, GENEV. 1746. 4. maj. NEAPOLI 1761. 4. 2. vol. HALLER (k).

J. ALFONSUS de FONSECA. Ejus *dicionario medico de piedras, plantas, fructos, yervas, flores, enfermidades, cauſas y accidentes que en eſts l. de privilegios de mugeres prennadas.* COMPLUT. 1606. 4. HALLER (l).

FRAN-

(e) Ibid. pag. 437. (f) Ibid. pag. 453. (g) Ibid. pag. 503. (h) Ibid. pag. 512. (i) Ibid. pag. 527. (k) Ibid, T. II. pag. 325. (l) Ibid. pag. 381.

Franciscus Thevenin. V. *tumores*.

Johannes Rhodius *Scribonium recenſuit*, *notis illuſtravit*, *lexicon Scribonianum* addidit. Patav. 1655. 4. Ex philologicis ſtudiis, quibus maxime valebat, noſter hoc opus concinnavit, comparatis locis veterum, etiam poetarum, numis, inſtrumentis antiquorum, ad vetuſta exempla expreſſis ditiſſimum. Lectiones ſtudet ut det emendatas, ſed potiſſimum ex aliis veterum locis verum ſenſum auctoris eruere conatur. Ad medicos veteres ex intimis intelligendos, adque hiſtoriam medicam eximium opus, quo & res & voces declarantur. In *lexico* voces Scribonii cum vocibus aliorum ſcriptorum declarantur. Haller (m). V. *ſuturas*.

Jean Durelle. V. *pag*. 24.

Stephanus Blancard. Ejus *lexicon medicum* ſæpiſſime recuſum eſt, nuperrime vero cum titulo *lexicum medicum tripartitum* prodiit Lipsiæ 1777. 8. 2. vol. V. *pag*. 45.

Antonius Furetier. V. *pag*. 63.

Laurentius Verduc. V. *pag*. 64.

De la Ducquerie. V. *pag*. 65.

Christoph. Helwich. Ejus *chirurgiſches lexicon* (cum nomine Caspar Schroeter) Frankfurt und Leipzig 1713. 8. Haller. V. *pag*. 76.

J. Phil. Rohten. V. *pag*. 79.

Dictionnaire univerſal des arts & des ſciences par M. D. C. prodiit Paris 1732. fol. Voces etiam chirurgicæ reperiuntur. Haller.

J. Philippus Burggrav edere cœpit *lexicon medicum univerſale*, Francof. 1733. fol. cujus tantum literæ duæ prodierunt. Haller. V. *pag*. 106.

Robert James. Ejus *dictionarium medicum* (non Latine ſed Anglice ſcriptum) London 1744. fol. Gallice Paris 1746. fol. (plura volumina, in quibus alphabetico ordine voces medicas & chirurgicas, nec non morbos internos & externos fuſe pertractat). Habentur etiam chirurgica, ex optimis ſcriptoribus collecta, ex Heistero potiſſimum. Haller. V. *pag*. 1071.

J. Ernest Hebenstreit. Ejus *Verſuch eines mediciniſchen Wörterbuchs*. Lips. 1755. 4. Chirurgica etiam continet. Haller. V. *pag*. 1166.

Elias Col de Villars. Ejus eſt *dictionnaire François - Latin des termes de Medecine & de Chirurgie*. Paris 1741. 12. 1753. 12. Houss. 1754.

(m) Ibid. pag. 336.

1754. 12. 1760. 12. Germanice ALTONA 1747. 8. Valde laudat PORTALIUS. V. *pag.* 116.

ARTHUR CONRAD ERNSTING *lexicum chirurgicum* germanice ſcriptum dedit . . . a. 1741. 4. HALLER. V. *pag.* 1022.

PHILIPPUS FRID. GMELIN. Ejus *onomatologia medica completa, oder mediciniſches lexicon.* ULM 1755. 8. 1756. 8. Vocabulorum chirurgicorum hic interpretationem reperias. HALLER. V. *pag.* 1073.

Anatomiſch - chirurgiſches Lexicon oder Wörterbuch, darinnen alle und jedwede zur Zergliederungskunſt und Wundarzney &c. *Mit einer Vorrede des Herrn* D. LAURENT. HEISTER. BERLIN 1753. 4.

JEAN FRANÇOIS LAVOISIEN. Ejus *dictionnaire portatif de Medecine, d'Anatomie, de Chirurgie* &c. *avec les termes de chaque art, leur étymologie, definition & explication.* PARIS 1764. 12. 2. vol. 1771. 8. HALLER.

Dictionnaire anatomique & chirurgique. PARIS 1771. 12. 2. vol. HALLER.

Nouveau dictionnaire &c. V. *pag.* 217.

Encyclopædical dictionnaire &c. V. *pag.* 227.

Onomatologia medica completa oder mediciniſches Lexicon, das alle Benennungen und Kunſtwörter, welche der Arzneywiſſenſchaft und Apotheckerkunſt eigen ſind &c. *Mit einer Vorrede begleitet von Herrn D. Albrecht von Haller. Aufs neue verbeſſert und vermehrt von* D. JOHANN PETER EBERHARD prodiit ULM. FRANCOF. & LIPS. 1772. 8.

Ejus nempe EBERHARDI *onomatologia medico - chirurgica* &c. Ibid. 1775. 8.

OPERATIONES CHIRURGICÆ. Vide *adminiſtr. chirurg.*

OSSIUM MORBI.

HIPPOCRATES in L. *de articulis* &c. Agit de gibbis. Quo tempore oſſa emortua delabantur.

Idem in L. *de locis in homine* de fiſſurarum magno periculo. HALLER. Vide *pag.* 286.

ANDREAS CARYSTIUS oſſium tophum tubum medullarem replere (a). HALLER.

CASSIUS FELIX de carne ſubnata oſſium caveam replente; de oſſium topho. V. *pag.* 984.

A. COR.

(a) Apud, CASSIUM quæſt. §. I.

A. Cornel. Celsus in L. VIII. agit de oſſium morbis. Haller. V. *pag.* 287.

Menodorus totum os fiſſum excidit (b). Haller.

Heliodorus oſſa negat (c) dolorem ſentire. De oſſe excreſcente, quod totum delere (d) jubet, per ambitum primo exterebratum. Haller. V. *pag.* 319.

Aetius in L. VII. cap. 86. os corruptum urendum. Haller. V. *pag.* 265.

Rhazeus in L. XV. agit etiam de oſſium morbis. Haller.

Idem in L. IX. *ad* Almansorem, tit. de gibboſitate. Walther. V. *pag.* 265.

Haly Abbas in *theoriæ* L. IX. cap. 12. de gibboſitate, ejusque cauſis. In *practicæ* L. V. cap. 32. de gibbi medela. Walther. V. *pag.* 295.

Avicenna in L. III. *fen.* 22. tract. 1. cap. 12. de morbis oſſium; etiam de gibboſitate, ejusque cura. Walth. V. *pag.* 267.

Albucasis in *practicæ* tract. 27. cap. 9. de gibboſitate. Walth. V. *pag.* 267.

Constantinus *de morbor. cognit.* L. IX. cap. 14. de gibboſitate. Walth. V. *pag.* 268.

Gentilis de Fulgineo in *conſiliorum &c.* conſ. 5. 6. ad gibboſitatem. Walth. V. *pag.* 418.

Lanfrancus in *chirurgiæ magnæ* doctr. 2. tract. 3. cap. 9. de gibboſitate. Walth. V. *pag.* 2.

Guy de Chauliac in *Chirurgiæ* tract. 6. doctr. 2. agit etiam de gibboſitate. Walth. V. *pag.* 297.

Leonh. Bertapalia in *L. ſuper quartum* &c. pag. 292. os nudatum interire, & debere reſecari. Haller. V. *pag.* 3.

Petrus de la Cerlata in *operis chirurgici* &c. pag. 33. b. corrupta oſſa etiam humeri & tibiæ exemit. Haller. V. *pag.* 269.

J. Matth. de Ferrariis in *practicæ* &c. parte 4. cap. 34. de gibboſitate. Walth. V. *pag.* 372.

Barth. de Montagnana in *conſiliorum* &c. *conſ.* 231. 232. de gibboſitate. Walth. V. *pag.* 372.

Joh. Baverius in *conſiliorum de re medica* &c. *conſ.* 46. de gibbo reſtituendo. Walth. V. *pag.* 3.

Marcus Gattinaria *de curis ægritudinum* &c. pag. 101. de gibboſitatis cura. Walth. V. *pag.* 420.

Ant.

(b) Apud Heliodorum in Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. IV. c. 14. (c) Apud Nicetam p. 92. (d) Ibid. p. 124.

Ant. Benivenius *de abditis* &c. cap. 18. os frontis totum eroſum integra cute. Cap. 25. furæ oſſis carioſi magna pars feliciter exemta. Cap. 79. os femoris a lue venerea tumefactum. Haller. V. *pag.* 362.

Joh. Arculanus in *practicæ medicæ* &c. tract. 6. pag. 129. de gibboſitate. Walth. V. *pag.* 373.

Galeac. de S. Sophia in *operis Medicinæ practicæ* &c. cap. 81. de gibboſitate. Walth. V. *pag.* 373.

Hieronym. Cardanus *de cauſis & ſignis* &c. pag. 141. de gibboſitate. Walth. V. *pag.* 374.

Andr. Vesalius in *paraphraſis* &c. cap. 91. ad incipientem gibbum. Walth. V. *pag.* 375.

Joh. Fernelius in L. *de abditis morborum cauſis* &c. agit etiam de oſſibus mollibus. Haller. V. *pag.* 1095.

Jacob. Hollerius *de morbis internis* &c. de ſuperata emolliente vapore ancyloſi; de homine oſſibus flexilibus. Haller. V. *pag.* 335.

Philip. ab Ingrassia. V. *pag.* 1096.

Ambros. Paræus in *operum* &c. L. XVIII. agit de morbis oſſium. Haller. V. *pag.* 301.

Gabriel Fallopius in L. *de oſſibus* plus centies ſe contrafiſſuram vidiſſe teſtatur. Haller. V. *ulcera.*

Marc. Donatus *de medica hiſtoria* &c. L. V. oſſium varia mala. Haller. V. *pag.* 578.

Joh. Crato in *conſilior. med. conſ.* 374. 375. in principio gibboſitatis. Walth. V. *pag.* 380.

Petr. Forestus in *obſervat. & curat.* L. XXIX. *obſ.* 23. de gibboſitate. Walth. V. *pag.* 381.

Hieronym. Fabricius in tract. *de operat. chirurg.* pag. 187. de gibboſitate. Walth. V. *pag.* 302.

Guiliel. Fabricius in *obſervationum* &c. *centuria* I. *obſ.* 45. gibboſitatis cauſa in cranio reperta. In *cent.* II. *obſ.* 99. ex ſtrictioribus infantum involucris gibboſitas. Walther. In cent. IV. oſſa denudata non ſemper corrumpi ſquamasve dejicere. In *cent.* V. Gibbi cum vertebrarum carie. In lumbis enatus gibbus lamina ferrea repreſſus & ſanatus. Oſſa fragilia. In *cent.* VI. ocreæ ad corrigendum pedem diſtortum. Maximum vitium pedis exeſis oſſibus, tamen ſuperatum. V. *pag.* 274.

Idem *von dem Gliedwaſſer* &c. agit etiam de ancyloſi: ad eam ſuperandam medicamenta, tum machinæ, quæ magna vi paulatim artum incurvatum extendant. Haller. V. *pag* 859.

Petrus Poterius in *inſignium curat. centuria* II. *conſ.* 38. de gibboſitate. Walth. V. *pag.* 387.

Petrus

Petrus Paauw, Leidenſis Profeſſor & inciſor, H. Fabricii diſcipulus. Ejus ſunt *primitiæ anatomicæ*, *ſeu de corporis humani oſſibus*. Leid. 1615. 4. Intercedunt anatomicæ deſcriptioni adnotationes chirurgicæ: ut de epiphyſios ab oſſe ſeceſſione, a qua cauſa, etiam ſi artus repoſitus fuerit, motus tamen membri perit. Sinuum frontalium vulnera non coaleſcere. Vertebræ univerſæ pene ſpinæ dorſi conferventes. Haller.

Guil. Ballonius in *conſiliorum* &c. L. I. *conſ.* 51. de gibbis. Walth. V. *pag.* 387.

Theod. Corbæus in *pathologiæ* &c. L. II. ſ. 4. cap. 39. de gibbo. Walth. V. *pag.* 315.

J. Pharamond Rhumel in *opuſc. phyſico- medicis* &c. cap. 15. de gibboſitate curanda. Walth. V. *pag.* 443.

J. Antoine Lambert, chirurgien de Marſeille. Ejus *commentaires ſur la carie & corruption des os.* Marseille 1656. 8. 1627. 4. Magna pars operis ex veteribus compilata: multa tamen, ut a practico viro exſpectes, propria ſunt, curationes potiſſimum mire felices. Puella, cui caries perampla tempora & frontem depaſcebat, facillime ſolo ſpiritu vini ſanata, quo malum fovebatur. Juveni ictu lapidis fracta calvaria, ruptis meningibus, fungis pullulantibus ſubinde reſectis, etiam ab ebrio ægroto evulſis, ut pus ad corpus calloſum deſcenderet, æger tamen ſanatus. Magna ſquama de ſuperiori maxilla dejecta & reparata, ſic in oſſe temporum. Inferior maxilla in condylo fracta, oſſiculis per meatum auditorium decedentibus, eventu felici. Ab ictu ulcus pectoris ſanioſum, coſtæ pars amiſſa, cum diſſolutus ſanguis per os rediret, nullo oſſe abſcedente, æger ſanatus. Ita utriusque tibiæ caries, de qua magnum oſſis fragmentum deceſſerat. Ita caries tarſi & metatarſi idoneis medicamentis injectis compreſſa, tamen ut oſſicula aliqua amitterentur. Recuſus eſt hic liber cum ejusdem *commentaires & œuvres* &c. (V. *pag.* 20.) Haller.

M. Aurel. Severinus *de recondita abſceſſuum natura* in L. VI. agit de gibbis minus plene, de varis & valgis. Haller. V. *pag.* 276.

Guerner Rolfink in *epitomes* &c. L. IV. cap. 2. de gibboſitate. Walth. V. *pag.* 448.

Thomas Bartholinus in *hiſtor. anatom. centuria* VI. oſſa in fœmina mollia.

Idem in *epiſtol. medicinal. centuria* I. & II. Henricus Regius & Bartholinus de gibbo nobilis puellæ, quem ille ſua cura levari ait. Haller. V. *pag.* 23.

Ysbrand de Diemerbroeck in *anatome* aliqua huc facientia habet. Os femoris amiſſa parte tamen coaluiſſe. Patella reparata, quam ictus

ictus ſclopi deſtruxerat. Femoris ab epiphyſi diſceſſum ſe vidiſſe. HALLER. V. *pag.* 24.

JOH. SCULTETUS in *obſervationibus chirurgicis* &c. Tibia corrupta exemta. HALLER. V. *pag.* 877.

JOB van MEEKREN in *heel en genees* &c. Magna pars oſſis humeri exemta & a natura reſtituta. Sic exemta aliqua tarſi oſſa. Tibia carioſa terebra ſanata. HALLER. V. *pag.* 30.

GEORG. HIERONYM. WELSCH in *obſervationibus propriis* &c. PETRUM ASSELINÆUM oſſa mollita vidiſſe. HALLER. V. *pag.* 30.

J. HENR. MEIBOM. Ejus diſſ. *de oſſium conſtitutione naturali & præternaturali.* HELMSTATT 1668. 4. Luxationes, fracturæ, morbi oſſium. HALLER. V. *pag.* 448.

THEOD. KERKRING in *ſpicilegio* &c. Trigeſimo anno deceſſit lamina oſſea de tibia, quam equus percuſſerat. HALLER. V. *pag.* 31.

DENIS FOURNIER. Ejus *l'oeconomie chirurgical pour le rhabillement des os, contenant l'oſteologie, la noſoſteologie & apocataſtoſteologie.* PARIS 1671. 4. De morbis oſſium fuſe, de fractis & luxatis & eorum repoſitione. Propria vix habet, PARÆUM ſecutus. Machinamenta ORIBASII depicta dat. HALLER. V. *pag.* 739.

ALLARD HERMAN CUMMEN. V. *pag.* 31.

GEORG. WOLFG. WEDEL. Ejus diſp. *de gibbere.* JEN. 1684. 4. HALLER. V. *pag.* 34.

BERNARDINUS GENGA, chirurgus & inciſor, Medicinæ etiam doctor Urbinas. Ejus *anatomia chirurgica, cio è iſtoria anatomica degli oſſi e muſcoli del corpo umano con la deſcrizzione dei vaſi piu riguardevoli, che ſcorrono per le parti eſterne, ed un breve trattato del metodo, che chiamano circulazione del ſangue.* ROMA 1672. 8. BOLOGNA 1687. 8. quæ editio aliquantum aucta eſt & emendata. Hiſpanice vertente ANDREA GARCIA VASQUEZ, MADRIT, 1744. 4. Partes quidem corporis humani deſcribit, deinde monita addit chirurgica. HALLER.

JEAN MICHAULT. Ejus *diſcours de chirurgie pour l'explication des nouvelles machines pour les os & pour la verole lorsqu'elle fait des noeuds & des exoſtoſes & des ancyloſes aux jointures avec l'art de les guerir.* PARIS 1691. 12. HALLER. V. *pag.* 35.

CORNEL. SOLINGEN in *manual operation* &c. vidiſſe ſe ſeceſſum oſſis tibiæ ab epiphyſi, & femoris partem deperditam reparatam. HALLER. V. *pag.* 304.

DANIEL PROTTENIUS. V. *pag.* 41.

RICHARD. WISEMANUS in *ſeveral chirurgical* &c. L. IV. etiam exoſtoſes varias & cariei exempla. HALLER. V. *pag.* 41.

Jacobus Sponius. V. *pag.* 858.

Povey relatio de maxilla inferiori exemta & renata exſtat in Birchii *diario* T. IV. Haller.

Steph. Blancard. In ejus *collectaneorum* &c. *duabus centuriis*, quæ ſecutæ ſunt pro anno 1681. & 1682. 8. C. van Dyck refert de magno femoris fragmento amiſſo & reparato. Haller. V. *pag.* 45.

Matth. Godofr. Purmann in *chirurgiſcher Lorberkranz* &c. refert de gibbo faſciis pene ſanato. Haller. V. *pag.* 45.

Petrus Rommel in *Eph. Nat. Cur. Ann.* VII. *obſ.* 213. in adulto viro artus flexiles, ut contorqueri potuerint. Haller. V. *pag.* 1130.

Amedee Bourdon. V. *pag.* 50.

Rudolph. Jacob. Camerarius. V. *pag.* 50.

J. Paul. Wurfbain. V. *pag.* 51.

Vitus Riedlin in *obſervationibus chirurgicis* &c. Ampliſſima particula oſſis frontis deceſſit, non malo eventu. Haller. V. *pag.* 52.

Gabriel Carol. le Clerc in *Chirurgie complette* &c. Tibia ab epiphyſi ſeparata ab intimis putreſcit, maxima exoſtoſis genu. Exemplum ubi ex articulatione vitio nata homo artum flectebat & extendebat.

Idem in tr. *des maladies des os* exoſtoſium maximarum exempla recenſet. Oſſa emollita & fragilia. De gibbo & vertebrarum luxatione ornate agit. Contra Sylvestrium, non fuiſſe novas articulationes, quas putabat. Clauſo pene vulnere, exfoliatio facta, demum fractura repoſita, & inceſſus reſtitutus. Haller. V. *pag.* 53.

Rosinus Lentilius in *miſcellaneis* &c. agit etiam de gibbo.

Idem in *jatromnematibus* &c. etiam de gibbo avertendo. Haller. V. *pag.* 54.

Joh. Mery in *Mem. de l'Acad. des ſciences* a. 1706. exoſtoſin enormen in utroque condylo femoris deſcribit, & ſceleton fœminæ, cujus oſſa emollita varie incurvata fuerant & contorta. Haller. V. *pag.* 512.

Cornel. Stalpart van der Wiel in *centum & quinquaginta adnotationibus* &c. Magnæ oſſium particulæ per abſceſſus venereos labefactatæ & deciduæ. Apoſceparniſmo ſeparata oſſis in capite particula, cum hæreret, chirurgi manu divulſa. Depreſſa infanti frons, ut etiam multis poſt annis fovea excavata ſupereſſet. Tibiæ os terebra perforatum, & amiſſum atque reparatum. In alterius *centuriæ* Parte I. magna tibiæ exoſtoſis. Haller. V. *pag.* 56.

Antonio Antenori, octogenarius chirurgus Brixianus. Ejus *ragioni di dottrine e deciſive contra la ſtampa di* Ercole Capredoni *medico chirurgo*. Padova 1687. 4. Noſter Capredonum acriter refutat. Pugnatur de curatione tumoris genu ex ictu nati, de quo os corruptum prodierat, & cujus curam Capredonus geſſerat. Noſter curationes ſympatheticas rejicit: ſe antimonio & mercurio præcipitato feliciſſime uſum eſſe absque nimio dolore teſtatur. Addit numeroſa teſtimonia. Non indoctum opus. Haller.

D. D. K. (David Kellner). Ejus *Unterricht von geſchwürigen offenen Schenkeln und alten Beinſchäden*. Nordhausen 1688. 12.

Ejus *curioſer Schenkeldiener*. Frankfurt und Leipzig 1690. 12. Nonne idem liber? Haller.

Hieronymus Ambrosius Langenmantel. V. *pag.* 61.

Josephus Courtial. Ejus *nouvelles obſervations anatomiques ſur les os*. Paris 1705. 12. Morbi oſſium etiam tractantur; de emollitione oſſium, de eorum fragilitate, incurvatione. In *obſervationibus* una editis, etiam chirurgicæ ſunt, ut de hernia incarcerata grangrænoſa, ſanata &c. Haller. V. *pag.* 61.

Dominicus Gagliardi in *anatomes oſſium* P. I. Romæ 1689. 8. proprio primum capite de oſſibus petrificatis accurate, & ad ipſam naturam. Deinde de fœminæ oſſibus ſponte in mollem naturam tranſeuntibus, ut flecterentur, abſumta gypſea natura, a qua oſſium duritas pendet. Haller.

Petrus Dionis in *cours des operations* &c. gibbos in puellis ſæpe ex debilitate ſequi. Haller. V. *pag.* 304.

Fridericus Ruysch in *muſeo anatomico* aliqua habet huc facientia. Oſſa femoris fracta, quæ male conferbuerunt, exoſtoſibus etiam circa callum enatis. Ex acetabulo enata oſſea tubercula. Tubus oſſeus in tibiæ cavæ tubulo hærens, undique liber. Alii oſſium morbi. Exoſtoſes numeroſæ ex ea ſede pullulantes, in qua fibræ tendineæ inſerebantur. Haller. V. *pag.* 63.

Barthol. Saviard in *nouveau recueil* &c. vidit oſſa emollita. Haller. V. *pag.* 64.

J. Bapt. Verduc. Ejus *ſuite de la nouvelle oſteologie*. Paris 1698. 12. 1711. 12. In hoc opere, quod alioquin reliquis operibus Verducii præſtat, morbi etiam aliqui chirurgici tanguntur. Haller. V. *pag.* 305.

Guichard Josephus du Verney, maximus inciſor, Chirurgiam amavit, multaque dedit *Academiæ Regiæ Pariſinæ* eo ſpectantia. Jam a. 1689. aliqua protulit de aqua ſtyptica, a Lemeryo deſcripta, qua etiam

Ar-

ARGENTORATI cum plurimo fructu uterentur in omni vulnerum genere. Deinde poſt mortem illuſtris ſenis PETRUS SENAC Archiatrorum Comes, HALLERI olim amicus, edidit ex manu DUVERNEY ſcriptis codicibus, *traité des maladies des os.* PARIS 1751. 12. 2. vol. Hoc opus non oportet ex noſtris æſtimare temporibus, multa enim potuerunt a DUVERNEYO inventa fuiſſe, & eo tempore nova, quo ſcripta ſunt. Nam circa annum 1690. noſter erat quinquaginta annorum vir, multoque rerum uſu exercitus. Verum & ſic multa habet a PETITO, tanto nuperiori, non dicta, ut fiſſuras ſecundum oſſis longitudinem factas, quas PETITUS non admiſit, fracturam jungi; de calli ex ſucco ſpiſſato origine, de perverſione muſculorum & capitum oſſium, de pedibus curtis, & relaxatione artuum, de diaſtaſi & de origine gibbi, de luxatione radii & pollicis, de cauſa emollitionis & fragilitatis oſſium, vitiisque ex rachitide naſcentibus. T. I. eſt de fracturis. Fiſſuras per longitudinem oſſis propriis experimentis confirmat. Fuſius de ſterni fracturis & ſcapulæ, etiam ab aneuryſmatibus ortis. Exempla vertebrarum fractarum, quarum felix fuit eventus, tum fractorum oſſium innominatorum. Fractum olecranum ſæpe in ancyloſin tranſire. De fracto collo femoris, incurabili malo; de ſeceſſu epiphyſios, qui in adulto homine locum non habet. Exemplum arteriæ in oſſe fracto callo circumdatæ. Contra efficaciam óſteocollæ. SYLVESTRIS nova articulatio miraculis adfictis liberata. Fracturæ a putrida medulla peſſimæ; malæ a cancroſa materie. Exemplum fracturæ longæ trepano recte curatæ. SCULTETI vinculum faſciæ 18. capitum præſtat. Sponte fracta in magna flexione patella: ejus vinculum laceratum & patella ſurſum ducta. Aneuryſma a fracta tibia. In teneris diſceſſio cartilaginis epiphyſios locum habere poteſt, tum in ſcorbuticis & venereis. Fractura naſi, oſſis jugalis, & reſtitutio. Fracturæ maxillæ in capitis vicinio periculoſæ. T. II. de luxatis primum & de ſecedentibus oſſibus cranii: de motus jactura ex perverſis capitibus oſſium & muſculis. Vertebras non luxari, neque adeo in rectitudinem poſſe corrigi, contra PETITUM. In gibbo retrorſum facto, ubi vertebræ anterius proximæ & tenues, poſterius vero ſuccus oſſeus inter vertebras ſpiſſatus eſt. Sternum antrorſum pelli a retractis per ſuos muſculos coſtis. Ambe paulum correcta. Radium ab oſſe humeri ſeparari poſſe. Femoris luxationes varias admittit. Curvaturæ oſſium rachiticorum: oſſa mollia, pelvis anguſtiſſima. Oſſa ſponte rupta. In fractura tibiæ ab arteria rupta, mors. Sic ex arcus aortæ aneuryſmate rupto. Pedis mira luxatio, antrorſum & retrorſum. Humerus deorſum poteſt prolabi, etiam antrorſum aut retrorſum. Contra amben. Ginglymus; vix a lethali violentia luxari. Machina polyſpaſtos M. MICHAULT laudata. Os cum vulnere luxatum non debet reponi. Non poſſunt reſtitui vertebræ luxatæ. Ad ancyloſes emollientia balnea, quibus incocta capita & inteſtina.

Connatæ inter ſe ſex vertebræ colli & dens ab atlante diſtractus. Caries cum exoſtoſi requirit repetitam perforationem, deinde exciſionem, quæ malleo fit & cuneo. Caries ab aneuryſmate in dura membrana cerebri. Caries femoris ab ulcere fiſtuloſo, & os fractum. Totus cubitus extractus & reſtitutus. Laminæ externæ tibiæ detractæ. Non debere carnem granulatàm deſtrui, &c. Epiphyſes celerius ſquamas dejicere. A carie profunda os deſtructum & trepanum in ſterno. Perforatio BELLOSTIANA non ſucceſſit. A ſucco effuſo in metatarſo exoſtoſis. Femur celluloſum, in cellulis gluten. Caries cum exoſtoſi conjuncta perite multis ferramentis perforanda & excidenda. Gangræna in digitis ex ictu. In T. III. alii oſſium morbi. Rachitidem a mollitie partium & minori copia partium ſolidarum deducit. Exempla oſſium mollium. In theoria cariem excuſes humoribus imputatam acidis. BELLOSTIANUM conſilium rejicit, neque vult exiguis foraminibus oſſa terebrare. De exoſtoſibus: oſſeum fragmentum concremento oſſeo cinctum. Vita du VERNEI adjecta eſt.

Promiſerat etiam SENACUS chirurgiam du VERNEYI, ſed ea ſpes interiiſſe videtur. Ita HALLER.

BERNARDUS CONNOR, medicus Hibernus, qui aliquamdiu JOHANNI SOBIESKI a conſiliis fuit medicis, in *Journal des ſavans* a. 1693. retulit de ſceleto hominis, cujus fere omnia univerſi corporis oſſa ancyloſibus inter ſe conferbuerant. Hæc adnotatio ornatius redit in CONNORI *diſſertationibus medico-phyſicis*. OXON. 1695. 8. HALLER.

PYRRHUS MARIA GABRIELIS. V. *pag.* 66.

GUIL. COWPER in *anatomy* &c. Pluſculæ vertebræ a tumore conſumtæ. Sanatus puer, cui oſſis ſacri epiphyſis deceſſerat. De epiphyſium ſeceſſione & fractura, malo parum noto. HALLER. V. *pag.* 67.

HENR. van DEVENTER. Ejus *Beſchryving van de Ziekten der beenderen van de rachitis.* LEID. 1739. 4. Poſthumum, ſed ante mortem auctoris perfectum opus. Rachitidis theoria ex ſalis nata abundantia, ei oppoſitus arcanus ſapo. Spinam ventoſam deteriorem eſſe rachitidis gradum, & univerſi corporis cariem. De carie multa. Simplicem laudat curationem, negat nigreſcere. De radio fiſſo toto pene deſtructo, denique ſanato. Ab ambuſtione maxima cicatrix & claudicatio: noſter cicatricem incidit, ægram reſtituit. Nudato perioſteo oſſa tamen convaleſcere, dum aër vitetur, ſicca carpta lintea imponantur. Omnino oſſa nudata contegi. Radius ſæpe renatus. Spinam ventoſam hereditarium eſſe malum. Curvari artus, quod oſſa mollia fiant, cedantque muſculis, ita coſtæ introrſum ducuntur, ſternum extrorſum. De balenariis thoracibus & ocreis ferreis. Spinam ventoſam univerſi corporis eſſe, cariem topicam. Os femoris cum acetabulo confervens. Antiquam cicatricem inciſam apta deligatione muſculis

ſurſum

ſurſum retractis ſuſtulit. Paronychiæ lumbricos admovet, etiam cariei. Os detectum poſſe reconciliari, inſperſo lapide calaminari, carptis linteis impoſitis. Ad exfoliationem obtinendam euphorbium inutile eſſe, cauterium melius, neque debere ſquamam vi detrahi. In recenti malo os nonnunquam conſervari poſſe, ſi vero ſicca deligatio non ſuffecerit, tum debere deradi acutiſſimo ſcalpro, quoad ſanguis ſequatur. Oleo antimonii ad carnem fungoſam delendam utebatur. HALLER. V. *pag.* 1139.

PETRUS VERDUYN in *obſervationibus chirurgicis* &c. de cartilaginoſo tumore maxillæ inferioris, cum exoſtoſi ejusdem maxillæ, ferro & igne denique ſuperatis. HALLER. V. *pag.* 69.

FRIDER. HOFMANN. Ejus diſp. *de inflammatione oſſium* HALÆ 1737. 4. reſpondente auctore C. P. GLASS. Ita HALLER. V. *pag.* 324.

CHRISTIAN HELWICH. V. *pag.* 69.

GODOFREDUS BIDLOO. V. *pag.* 70.

DAN. HENR. MEIBOM. Ejus diſp. *de patellæ oſſis læſionibus & curationibus.* FRANEKER 1697. 4. Inſtrumentum deſcribit a patre HENRICO inventum, quo patellas transverſim fractas continebat. HALLER.

CASPARUS PEZOLD. V. *pag.* 71.

J. JACOB. STOLTERFOHT in *Actis Lit. Maris Balthici* a. 1699. egit de oſſibus incorpore humano præter rationem natis. HALLER.

DANIEL TAUVRY in *Mem. de l'Acad. de Sciences* a. 1700. egit de oſſibus omnibus emollitis. HALLER.

FRANÇOIS LAMBERT. Ejus *relation de la maladie de Bernard d'Armaignac ſur un amolliſſement des os.* TOULOUSE 1700. 12. Oſſa ſpongioſa ceræ molli ſimilia, dentes firmi. HALLER.

POLYCARP. GOTTLIEB SCHACHER. Ejus diſp. *de oſſificatione præter naturam.* LIPS. 1726. 4. HALLER. V. *pag.* 1278.

JUST. CONR. REHTMEYER. Ejus diſp. *de oſſium ſtrepitu.* REGIOMONT. 1701. 4. HALLER.

NICOLAI LEMERY quidem diſſertatio *de la moëlle* PARIS 1704. 4. prodiit, non tamen de oſſium morbis agit, ut fraus videatur bibliopolæ, quando titulum prefixit J. ANDREAS MAHLER *der nützliche Beinarzt oder chirurgiſche Anweiſung wie man die Natur des Beines richtig verſtehen, und glücklich curiren könne.* DRESDEN 1711. 8. PETITI opus, ut puto, inquit celeberr. HALLER.

J. LUDOVICUS PETIT, ex celeberrimis chirurgis Pariſinis hujus ævi, diſcipulus LITTRII. Ejus princeps opus eſt, *traité des maladies des os, dans lequel on a repreſenté les appareils & les machines, qui convien-nent à leur guériſon* PARIS 1705. 12. Leid. 1708. 8. & multo auctius PA-

RIS

RIS 1723. 12. 2. vol. 1728. 12. iterum paulo auctius 1758. 12. Germanice *der Beinarzt* DRESD. 1711. 8. 2. vol. *Abh. von den Krankheiten von den Knochen* BERLIN 1743. 8. Ingenio vir valuit, deinde uſu; eruditionis defectus paſſim interceſſit, ne meliorem dederit perfectumque librum. Conjecturis non abſtinuit, & paſſim curationes propoſuit, quarum nullum fecerat experimentum. Ex hoc tamen opere nuperi fere omnes ſua hauſerunt. In libro I. luxationes tradit, quarum curandarum artem paſſim & ſignorum auxit cognitione & adminiſtrationes perfecit. Amben, machinam, quæ nuperis chirurgis diſplicet, ad reponenda oſſa emota propoſuit. Luxationes femoris & vertebrarum admittit. Luxatio radii a cubito ſecundum longitudinem. Luxatio duorum ordinum oſſiculorum carpi incurabilis. Reductionem luxati capitis non laudes, aut eo pertinentes machinas, neque putat HALLERUS vertebras vere luxatas curvata ſpina dorſi unquam fuiſſe repoſitas. Femur raro, ſed tamen aliquando luxari, introrſum & deorſum, etiam ſurſum extrorſum. Signa & exempla. Femur ab obſtetrice in partu luxatum. Emendatio ſcamni HIPPOCRATICI. De ancyloſi dives adnotationibus diſſertatio, ſed inordinata, qua cauſas mali potiſſimum perſequitur, curationis loco fere embrochas commendat. In hydrope articuli acu triquetra utitur ad emittendum liquorem. In T. II. fracturæ tractantur & faſciæ, bona pars operis. Claviculam fractam difficulter in ſitu retineri, & callum facile difformem ſuccedere. De ſcapulæ fractura, aut colli ſcapulæ. De fracturis rarioribus, oſſis etiam pubis. Fractura colli femoris pro luxatione habita. In fractura femoris, quod in diſtantes partes diſceſſerat, noſter aponevroſin faſciæ latæ incidit &c. Machina pro continendis oſſibus cum vulnere fractis. A nimia extenſione eſſe ubi artus nimis longus fiat. Exempla tendinum ACHILLIS ex nixu ruptorum. De vitiis oſſium internis. De carie & exoſtoſi, bona tractatio: aphoriſmos ſubjicit prognognoſticos & diagnoſticos, cauſas diverſas, & ſingulares ſuas curationes. Ignem tamen admovet. Oſſa vidit ab epiphyſibus ſeparata, tota mobilia. A diſceſſu perioſtei exoſtoſis tibiæ, demum feliciter deſtructa. Exoſtoſes requirunt latam inciſionem, perforationem repetitam, deſtructionem per cuneum & malleum, hæc in benigna ſpecie. Caries a metaſtaſi materiæ cancroſæ. Fragilitas oſſium. Caries varia, varioloſa, ſuccedens, ubicunque ulcera fuerant. Scorbutica peſſima, lethalis. Ignis ad cariem, quæ os in ſcobem adterit, in aliis caſibus ſpiritus nitri, in quo ſolutum ferrum, alia acria. Caries ad medullam penetrans trepanum requirit. De rachitide. Curvationem oſſium tribuit eorum mollitiei, quem morbum pro novo tradit. De oſſibus carneam naturam recuperantibus varia exempla. HALLER.

Idem in *Hiſt. de l'Acad. a.* 1722. egit de oſſibus interque ea cranio emollito.

Lettre

Lettre de M. Petit écrite à M.... auteur de l'extrait du tr. ſur les maladies des os du Journ. des ſavans, 8. *Mars*. 1724. PARIS 1724. 12.

Et *ſeconde lettre de M. Petit à M....auteur* &c. PARIS 1724.12. 1725. 12. Ruptum in ſaltatione *cochoix* tendinem ACHILLIS defendit, hoc recte; alium etiam caſum fuiſſe, quem PARÆUS deſcripſerit, aliamque adhibitam medelam; ſæpe ſolo ſitu ruptos tendines ſe reconciliaſſe. In trochleis ſe erraſſe fatetur. Humorem viſcidum articulorum caput oſſis expellere, non callum aliquem.

Eloge funebre de M. Petit. PARIS 1750. 4. ſeorſim etiam prodiit ANTONIO LOUIS auctore. HALLER.

J. CHR. HEYNE. Ejus *tentamen chirurgico-medicum de præcipuis oſſium morbis*. AMSTERDAM & DANZIG 1705. 12. Diſſertatio inauguralis ad mentem BOERHAAVII ſcripta. Adnotationes aliquæ. De cranio variis exoſtoſibus efflorefcente; de tibia magna exoſtoſi obducta. Sibi a MERYO demonſtratam eſſe iconem calli, tuberoſi & craſſi femur fractum unientis. HALLER.

J. JACOB. BAIER. Ejus diſp. *de callo*. ALTDORF. 1707. 4. HALLER. V. *pag*. 909.

WILH. HENR. MÜLLER. Ejus diſp. *de ancyloſi*. LEID. 1707. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis*. Exemplum oſſium carpi conferventium. HALLER.

COSNARD in *Journ. de Trev.* refert de cornu ex oſſe parietali fœminæ pullulante, quod reſecuerit. HALLER.

HERMANNUS BOERHAAVE. V. *pag*. 79.

JOH. PALFYN in L. *de oſſibus*. Multa huc facientia habet. Rachitici oſſibus curvis & deformatis. Oſſa emollita apud du VERNEYUM. Ab oſcitatione maxilla inferior luxata & repoſita. Maxima pars cranii deſtructa, dura mater pellicula tantum tecta. HALLER. V. *pag*. 306.

CORNELIUS TRIOEN in *obſervationibus* &c. magnorum fragmentorum oſſeorum decedentium exempla, & dimidiæ inferioris maxillæ. Exempla deformatorum a ſpina ventoſa oſſium. HALLER. V. *pag*. 1146.

LAURENTIUS HEISTER in *Chirurgiæ* P. II. cap. 101. de gibboſitate.

Ejus diſp. *de oſſium tumoribus*. HELMSTADT 1740. 4. De exoſtoſi, pædarthrocace, nodis; gummi ab HEISTERO ſanatum. De oſſibus molleſcentibus, ſpina ventoſa brachii curata, ſic in ſterno aliiſque oſſibus. Cœliaca arteria a gummi eroſa.

Ejus

Ejus *de genuum ſtructura eorumque morbis*. HELMSTADT 1744. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis*. HALLER. V. *pag.* 82.

MICHAEL BURGER. Ejus diſp. *de morbis oſſium*. LEID. 1712. 4. HALLER.

GUILIELMUS CHESELDEN. V. *pag.* 86.

JOH. SALZMANNUS. Ejus diſp. *de oſſificatione præternaturali*. ARGENT. 1720. 4.

Idem in *Comm. Acad. Petropol.* T. III. de exoſtoſi & carie cranii agit.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Vol.* II. *obſ.* 98. de capite obſtipo cum carie oſſis occipitis & vertebrarum. *Obſ.* 99. exoſtoſis oſſeo ſpongioſa cranii. HALLER. V. *pag.* 87.

LOUIS LEGER in *veritable Chirurgie* &c. agit etiam de gibbo; oriri a nimia muſculorum abdominis tenſione. Ex fractura complicata caries, & talus totus exemtus. HALLER. V. *pag.* 89.

DESLANDES in *Mem de l'Acad.a.* 1716. refert de puero, cui omnia oſſa per ancyloſin coaluerunt. HALLER.

LAUR. ROBERG. Ejus diſp. *de oſſibus tuberoſis*. UPSAL. 1717. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis*. Icones oſſium carioſorum. HALLER.

J. BURKHART MOEGLING. V. *pag.* 90.

GUIL. MAUQUEST in *traité complet* &c. aliquas obſervationes etiam de oſſium morbis habet. Tibia tota amiſſa, & reparata, fragmento oſſis elevatorii ope repoſito. Os cubiti diſſectum integre conferbuit, ſed difficulter. Sic pes, cum totus reſectus a ſolo metatarſi quinto oſſe retineretur. Tibiæ quatuor unciæ amiſſæ, a callo reparatæ. HALLER. V. *pag.* 90.

PATRIK BLAIR. V. *pag.* 91.

JOH. JUNCKER. Ejus diſp. *de exoſtoſibus*. HALÆ 1756. 4. HALLER. V. *pag.* 93.

ABRAHAM VATER. Ejus diſp. *de oſſificatione præternaturali*. WITTEBERG. 1726. 4.

Ejus *oſteologia naturalis & præternaturalis*. Ibid. 1733. 4. HALLER. V. *vulnera.*

J. ZACHARIAS PLATNER. Ejus diſp. *de curatione τȣ ἀποσκεπαρνισμȣ in calva*. LIPS. 1736. 4. per exemplum ſquamæ oſſeæ decuſſæ, quæ adplicata calvariæ comprehendit. HALLER. V. *pag.* 94.

J. JAC. SCHEUCHZER. V. *pag.* 97.

J. JAC. BRAUN. Ejus diſp *de oſſium corruptela*. BASIL. 1723. 4. HALLER.

J. ADAM

J. Adam Kulmus. Ejus diſp. *de exoſtoſi ſteatomatode claviculæ*. Gedan. 1732. 4. recuſa in Halleri *ſelectis*. V. *vulnera*.

J. Storch in *theoretiſch- und practiſche Abhandlung* &c. T. I. Oſſa in rachitico mollita. Cranii oſſa dimota & ſe ſuperequitantia. In T. III. agit de rachitide, carie, gibbo. Ocreas aliaque machinamenta vetat in rachitide adhibere. Haller. V. *pag.* 1153.

Nicolaus Andry in *examen de divers points* &c. non poſſe ab humore articulari os de acetabulo ejici. De oſſibus præter naturam naſcentibus.

Ejus *orthopedie ou l'art de prevenir & de corriger dans les enfans les difformités du corps*. Paris 1741. 12. 2. vol. Bruxelles 1743. 12. 2. vol. Germanice Berlin 17.. 8. Vinculum, quo mentum ſurſum pellitur, ut caput erectum teneatur. Obliquum collum curari, eo etiam violente in alterum latus contorto. Naſci pueros cum femoris luxatione. Gibbum, ut Gouey, ſæpe a nimia muſculorum abdominis tenſione derivat. Minute etiam agit de unguium malis. Haller. V. *pag.* 59.

Johannes v. Wyck, chirurgus Roterodamenſis. Ejus *verhandeling der beengezwellen*. Roterdam 1726. 8. De rachitide, pedarthrocace, exoſtoſi, ancyloſi & crepitatione articulorum. Horum malorum theoria. Rachitidem eſſe ab humoris abundantia, eam floribus ſulphuris & ſale volatili ſuccini curat. In ſpina ventoſa diſtinguit *beenzuyger* ab *beenvreeter*, hunc graviorem mali gradum: ea mala deducit ex ſucci acido ſalſi ubertate. Neque uſum argenti vivi laudat, neque amputationem. Crepitationem tribuit humori articulari viſcidiori. Ancyloſin emollientibus medicamentis tentavit. Haller.

J. Frid. Jung. Ejus diſp. *de morbis oſſium*. Leid. 1726. 4. Haller.

Andr. Elias Büchner. Ejus diſp. *de ancyloſi*. Erford. 1743. 4. Haller. V. *pag.* 479.

J Henricus Schulze, Profeſſor primum Altdorfinus, deinde Halenſis, vir doctus & litterarum gnarus, qui ſuis diſputationibus etiam Chirurgiam tetigit. Ejus diſp. *de oſſibus conferventibus*. Altdorf. 1727. 4.

Henr. Franc. le Dran in *obſervations* &c. de ancyloſi femoris cum acetabulo conferventis, embrochis ſoluta, quas noſter ſuis in ædibus frequenter adminiſtrabat.

Idem in *conſultations* &c. non eſſe neceſſe, ut os ſuis velamentis denudetur, ut ſquamam dejiciat. Haller. V. *pag.* 103.

J. Caspart. Ejus diſp. *de exoſtoſi cranii rariore.* Argentor. 1730. 4. recuſa in Halleri *ſelectis.* Funeſtæ a venerea cauſa ortæ exoſtoſeos rarum exemplum. Una lumborum vertebræ, ventriculus & renes eroſi. Haller.

Herman D. Spöring in *K. Swensk. Wet. Acad. Handl. a.* 1742. magnam prope oculum exoſtoſin deſcribit. Haller. V. *pag.* 281.

David Laing. V. *pag.* 109.

Alexander Monro. V. *pag.* 110.

Albertus de Haller. V. *pag.* 112.

Sigmund Hahn. Ejus *ſchidia cyrtonoſus cum* J. G. de Hahn *reſponſ. cyrtonoſi tabulas exhibente.* Breslau 1735. 4. Rachitidis hiſtoria. Haller.

Carol. Frid. Kaltscmidt. Ejus diſp. *de morbis perioſtei.* Jen. 1759. 4.

Ejus *de parte oſſis humeri exſtirpata, brachio tamen poſt conſolidationem integram ſervante longitudinem.* Ibid. 1762. 4. alii 1761.

Ejus *de coſtis duabus primis veris in dextro puellæ latere per interpoſitam ſubſtantiam oſſeam cohærentibus.* Ibid. 1767. 4. Haller. V. *vulnera.*

Farcy, Chirurgus, in *Hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1737. retulit de exoſtoſi enormi tibiæ a contuſione nata. Haller.

William Johnston. V. *pag.* 115.

Samuel Schaarschmid. Ejus *kurzer Unterricht von den Krankheiten der Knochen*, quam Berolini a. 1749. 8. 1768. 8. frater Augustus edidit. Fracturæ, luxationes, morbi oſſium, ad ductum Petiti, & ex propria adnotatione relatio de oſſibus, per morbum emollitis. Haller. V. *pag.* 115.

Joh. Freke. V. *pag.* 117.

Mich. Christ. Hanow. V. *pag.* 118.

Jeremias Peirce in *Phil. Tranſ. n.* 452. retulit de enormi exoſtoſi ſemicartilaginea cum calloſa aponeuroſium vicinarum degeneratione. Haller.

Bezaleel Sherman ibid. magna portio femoris deſtructa & reparata, tum caries maxillæ: in utroque caſu ab oſteocollæ uſu callus prægrandis. Haller.

William Wrigth, chirurgus, in *Phil. Tranſ. n.* 461. refert de magno fragmento femoris exemto, & per callum reparato.

Robertus, Epiſcopus in Cork, ibid. de ſceleto mirifice deturpato ancyloſibus & ſpinis atque laminis oſſeis paſſim efflorescentibus.

Joh.

Joh. Copping ibid. de eodem ſceleto.

Joh. Shadwell ibid. de eodem ſceleto. Haller.

Abregé des maladies des os pour l'inſtruction des etudians en Chirurgie. Paris 1741. 8. Oſſium morbos ſubdividit in ſuas claſſes.

Franc. Ludov. du Hamel in *Mem. de l'Acad. Roy des ſcienc.* a. 1741. cœpit agere de callo oſſium, qui non a ſucco fiat, ſed a perioſteo oſſeſcente. Pergit a. 1743. exoſtoſes artificiales ſe feciſſe, corporibus peregrinis inter oſſium laminas introductis. Ancyloſes variæ femoris & tibiæ. Exempla oſſium exemtorum & renatorum, etiam totius oſſis humeri. Haller.

Gerard. v. Swieten. V. pag. 123.

J. Georg. Siegwart. Ejus *carie conſumtæ tibiæ notabilis jactura naturæ beneficio reſtituta.* Tubing. 1756. 4. Haller. V. pag. 1303.

Gottfried Henrich Kannegiesser. Ejus *de ſpinæ dorſalis præternaturali flexu, tales ſanandi adflictos norma & methodo.* Kiel. 17.. Haller. V. pag. 124.

Petrus Tabarrani in *atti dell' Academia delle ſcienze di Siena, detta dei fiſicocritici.* T. III. Siena 1767 4. epiſtolæ anatomicæ Cl. viri continentur, quarum aliquæ ad Chirurgiam ſpectant. In femoris capite nullum ligamentum teres, caput femoris & acetabulum eroſum. Exempla ſpinæ dorſi vehementer curvæ, ut etiam in plica corpora vertebrarum ſe contingerent & conferverent. Haller. V. pag. 344.

Dale Ingram. V. pag. 125.

Thomas Schwenke. V. pag. 126.

Lebrecht Dan. Christoph. Mittelhäuser. Ejus diſp. *de nodis articulorum & incurvatione oſſium rachitica.* Jen. 1743. 4. Haller.

J. Benyamin de Fischer. Ejus diſp. *de modo, quo oſſa ſe vicinis accommodant partibus.* Leid. 1743. 4. præſide Gaubio. Articulationem vitio natam deſcribit. Haller.

Venceslaus Alexius Buta, Bohemus Giczinenſis. Ejus diſp. *de oſſium natura, horumque inflammatione in genere, in ſpecie vero de oſſium inflammatione a frigore & exin orta ſpina ventoſa.* Pragæ 1743. 4.

Guilielmus Hunter. V. pag. 127.

Sylvanus Bevan in *Phil. Tranſ. n.* 470. de oſſibus fœminæ ſponte emollitis. Haller.

Houstet. V. pag. 127.

Joachim Frid. Henkel. V. pag. 128.

Phil. Adolph. Boehmer. Ejus diſp. *de oſſium ex viſcerum læſione mollitia.* Halæ 1763. 4. Exemplum vitæ ad a. 44. protractæ. Haller. V. prolapſ. uteri.

OLAUS ACRELL. V. *pag.* 131.

J. BENYAMIN BOEHMER. Ejus diſp. *de oſſium callo*, LIPS. 1748. 4. Eandem callo quæ oſſi fabricam eſſe, ex oſſe prodire, & renaſci etiam quando perioſteum deſtructum fuit. HALLER. V. *pag.* 1050.

ANTONIUS LOUIS. V. *pag.* 133.

JOSEPH. SUE in *elémens de Chirurgie* &c. agit etiam de oſſibus molleſcentibus, quorum deterrimum exemplum in SUPIOTA fuerit. HALLER. V. *pag.* 134.

ANDREAS LEVRET. V. *pag.* 1177.

HENR. FRIDER. DELIUS. V. *pag.* 137.

FRANCIS. BOISSIER in *noſologiæ* &c. T. II. etiam de exoſtoſi & gibboſitate. HALLER. V. *pag.* 139.

PETR. SENAC. Ejus præfatio ad DU VERNEYUM *de morbis oſſium.* PARIS 1751. 12. Luculenta eſt præfatio, multaque ad DU VERNEYI, & BOERHAAVII mentem. Agit de oſſibus emollitis; de corruptione ſucci medulloſi in carie, in ſpina ventoſa; de inflammatione perioſtei etiam interni; de fragilitate oſſium ejusque cauſis; de rachitide, de carie, de anchyloſi. HALLER. V. *vulnera.*

In . . . D'AUBENTON *deſcription du cabinet du Roi*, quæ adjecta eſt hiſtoriæ naturali BUFFONI, habentur variæ hiſtoriæ ancyloſeos &c. In T. III. exoſtoſes, ancyloſes; oſſa venerea ſponte fracta, gibbi cum connatis vertebris &c. HALLER.

AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, SAMUELIS frater. Ejus eſt *kurzer Unterricht von den Krankheiten der Knochen.* BERLIN 1749. 8. Fiſſuras oſſium admittit. Oſſium emollitorum exempla. HALLER.

THOM. FITZMAURICE. V. *pag.* 140.

J. GEORG. ROEDERER. Ejus *obſervationes de oſſium vitiis.* GÖTTING. 1760. 4. In vetula oſſa carie corrupta, levia, numeroſæ exoſtoſes. Ex puellæ mollibus oſſibus gelatina ſudabat. Oſſa contorta & artus curvati a brevibus muſculis. Claudicatio ex femore cum acetabulo connato. HALLER. V. *terebrat.*

ANT. de HAEN in *prælectionibus* &c. pag. 112. agit de morbis oſſium. V. *pag.* 656.

HUGO RAVATON. V. *vulnera.*

LUD. HENR. RUNGE. Ejus diſp. *de morbis præcipuis ſinuum oſſis frontis, & maxillæ ſuperioris & quibusdam maxillæ inferioris.* RINTELN. 1750. 4. præſide FRANCISCO de ZIEGLER. Recuſa in HALLERI *ſelectis.* Mala chirurgis vix antea dicta deſcribit novaque inſtrumenta, quibus perita manus viam ſibi ad reconditam mali ſedem aperit. HALLER.

J. FRAN-

J. Franciscus Clemens Morand, Salvatoris filius, medicus, qui chemicis magis laboribus deditus fuit. Ejus eſt *hiſtoire de la maladie ſinguliere, & des l'examen du cadavre d'une femme devenue contrefaite par un ramolliſſement général des os.* Paris 1752. 12. Anna Elisabeth Supiot urinam lactei coloris edidit, inde gypſea materie plenam. Interim ejus artus ſe contraxerunt, dentes ipſi duritiem depoſuerunt. Inciſi cadaveris oſſa omnia mollia apparuerunt, plena rubro ſanguine, aut diluto ichore, cartilaginibus non mutatis. Dentes tamen ſani. In cauſas tanti mali noſter inquirit.

De eadem fœmina exſtat Morandi *lettre à M le Roy ſur l'hiſtoire de la femme Supiot.* Ibid. 1753. 12. Iterum de oſſium mutata conditione: caput femoris cœperat de acetabulo exire.

In *Hiſt. de* 1752. refert de Supiota, ejusque inciſo cadavere. Haller.

J. Jacob. Ludov. Hoin in *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* a. 1764. retulit de fœmina, cui oſſa, perinde ut Supiotæ, emollita fuerunt, vivente quidem, curvatis vero artubus. Haller. V. *pag.* 1193.

J. Targioni Tozzetti. V. *pag.* 144.

J. A. Loubet. V. *vulnera.*

Petr. Detlef, Halleri inciſor. Ejus *oſſium calli generatio & natura per fracta in animalibus rubiæ radice paſtis oſſa demonſtrata.* Götting. 1753. 4. Egregia experimenta, per quæ conſtat, ex gelatinoſo ſucco callum oſſium conſiſtere, nova in callo vaſa generari &c. Haller.

Joh. Pringle, vir Ill. in *Phil. Tranſ.* a. 1753. qui Tomi XLVIII. pars eſt I. memorabilem caſum habet fœminæ, cujus oſſa fragilia, ſponte fracta, emollita, curvata. Haller.

Toussaint Bordenave in collectione *memoires ſur les os par M. Fougeroux.* Paris 1760. 8. continentur ejus diſſ. de oſſium callo; eum ex ſucco compacto conſiſtere, non ex perioſteo.

Idem in *Mem. preſentés à l'Acad. des ſci.* T. IV. a. 1763. agit de ſceleto infantili, cujus tibiæ emollitæ fuerunt & incurvatæ.

Idem in *Mem. de Chirurgie* T. IV. de morbis obſcuris ſinuum maxillarium docta diſſertatio, & experimentis propriis plena. Modo alveoli dentis fundum noſter perforat, potiſſimum tertium molarem, modo ipſam ſuperiorem maxillam: eſſe ubi duos dentes oporteat evellere & in ſinum tubulum dare. Ulcus nonnunquam in palato aperiri. Cariem late accedere, & oſſa molleſcere. Oppoſita in ſede malum aperire, & ſetaceum trajeciſſe profuit. Haller. V. *pag.* 1312.

HENRICH OTT BOSSECK. Ejus diſp. *de malo oſſium ſchemate.* LIPS. 1754. 4. HALLER.

LUD. GOTTFR. KLEIN in *interprete clinico* tit. oſſium morbi. Tit. rachitis. V. *pag.* 283.

BENJAMIN GOOCH. V. *pag.* 149.

JOSEPH. LIEUTAUD. V. *pag.* 151.

PIERRE TOUSSAINT NAVIER, medicus Andegavenſis. Ejus *obſervations hiſtoriques & pratiques ſur l'amolliſſement des os en général, & particulierement ſur celui qui a été obſervé dans la femme Supiot.* PARIS 1755. 12. Per analogiam experimentorum in ſiccis oſſibus putat oſtendi, ab acore factum eſſe, ut SUPIOTÆ oſſa molleſcerent: contuliſſe ſalem, quem plurimum ſolitá fuerit adſumere. HALLER. V. *paracent. abdom.*

CHRISTIANUS GOTTLIEB LUDWIG. Ejus *de oſſibus in fœmina emollitis.* LIPS. 1757. 4. Neque tamen oſſa fracta reperiebantur

Ejus *de læſa oſſium nutritione.* Ibid. 1759. 4. De fragilitate oſſium, ejusque cauſis; de eroſione ejus pariter cauſis; de emollitione. HALLER. V. *pag.* 151.

ANTONIUS MATANI. Ejus *de oſſeis tumoribus obſervationes.* PISTORII 1760. 8. COLON. 1765. 8. Agit de ſpina ventoſa; exoſtoſi; topho; rachiticis nodis. De medicamentis adverſus hæc mala, & terreorum inertia. HALLER. V. *pag.* 346.

D. BONTE'. V. *pag.* 156.

MARTIN. V. *pag.* 157.

TILLOLOY. V. *pag.* 159.

GUSTAV. HIERTZEL. V. *pag.* 160.

JACOB RENAT. TENON in *Mem. de l'Acad.* a. 1858. duas habet diſſertationes de exfoliatione oſſium. Primum per experimenta in canibus facta conperit, ad exfoliata oſſa aquam & emollientia medicamenta conveni-re, ſecedere tamen oſſis ſquamam, quod vitari nequeat, tantum ut tenuis ſit, & quaſi membranacea. Deinde eadem per oſſis terebrati exigua foramina gelatinam ſudare, in verrucas dureſcere, deinde in os. Ejusmodi verrucam, ſi nimis humectata fuerit, deponere ſuperficiem.

Idem in *Mem. de l'Acad.* a. 1760. pergit in iisdem experimentis. Os nudatum in cane partim ſibi reliquit, partim ad BELLOSTII præcepta terebravit, & mollientia medicamenta impoſuit. Natura nihilo deterius malum ſuperavit, absque artis adjumento. De articulatione vitioſa in fele nata. HALLER. V. *pag.* 1314.

J. FARMER. V. *pag.* 166.

JOSEPHUS BIANCHI. V. *pag.* 167.

Georg. Christ. Reichel, brevis ævi & docti medici, diſp. *de epiphyſium ab oſſium diaphyſios diductione.* Lips. 1759. 4. Egregia diſputatio tum in univerſum de epiphyſibus & earum diſceſſione, tum de duobus in humeri inque femoris oſſe exemplis.

Ejus *de oſſium cylindraceorum fiſſura.* Ibid. 1764. 4. Haller.

Claud. Pouteau. V. *pag.* 170.

Carolus White. V. *pag.* 171.

Olivier. V. *pag.* 172.

Dumont. V. *pag.* 173.

J. Ulricus Bilguer. V. *pag.* 174.

Frid. August. Weiz. V. *pag.* 175.

Josephus Cavallini. V. *pag.* 179.

Simon Pallas. Ejus *practiſche Anleitung die Knochenkrankheiten zu heilen.* Berlin und Stralsund 1770. 8. Ex ordine fracturæ luxationes. In calvaria luxationes ex hydrocephalo fiunt. Concuſſio medullæ ſpinalis fere funeſta. Contra omnia genera ambes. Femur utique & varias in ſedes luxatur. Corruptio oſſium, inde mors. Rachitis. Caries; oſſium emollitio, fragilitas, ancyloſis, exoſtoſis & tumores oſſium. Haller. V. *pag.* 183.

Joh. Klein. Ejus *caſus rachitidis congenitæ obſervatæ in infante varie monſtroſo.* Argentorati 1763. 4. Diſputatio. Oſſa longa omnia curva. Haller.

David Laying. V. *pag.* 183.

Ferdinandus Martini. V. *pag.* 185.

J. Georg. Wallerian. Ejus *lectiones curioſæ de morbis ex oſſium inflammatione ortis.* Regiomont. 1764. 4. Haller.

Th. Besançon. Ejus diſp. *de morbis oſſium in genere.* Avignon. 1764. 4. Haller.

J. Gottfried Dahm. Ejus diſp. *de oſſibus in corpore vivo per ſphacelum ſponte & ſalutariter ſine artificioſa amputatione ſecedentibus.* Duisburg 1766. 4. Exemplum in gangræna ſpontanea.

Christoph. Gottlieb Büttner in *N. Eph Nat. Cur. Vol.* V. *obſ.* 19. de exoſtoſi maxillæ ſuperioris feliciter ablata. Haller. V. *pag.* 195.

Jos. Jac. Plenck. Ejus *Lehrſätze der praktiſchen Wundarzney-Wiſſenſchaft zum Gebrauch ſeiner Zuhörer.* II. Theile. Wien 1776. 8. Agit de oſſium morbis, quos in ſuas claſſes diſtribuit. V. *pag.* 1031.

E. C.

E. C. Schwagerman in *ontleed en heelkondige* &c. de gibbis numeroſiſſimas habet hiſtorias. Denique præcipua pars operis eſt de claudicatione. Ejus quinque facit ſpecies: uti acetabulum aliqua in parte ſui juſto planius; aut omnino deletum fuerit; aut cartilago inter caput & collum femoris fracta, ipſumque caput a reliquo oſſe ſeparatum; denique acetabulum ad os ilium translatum fuerit. Haller. V. *ſpin. bifid.*

Le Clerc. V. *pag.* 196.

Vollſtändige Abhandlung von Beinbrüchen, Verrenkungen und den übrigen Zufällen der Knochen. Hamburg 1767. 8. Perfectionem de morbis oſſium promittenti titulo ne credas; præcipua enim quæquæ hic deſiderantur. Eſt tractatus, uti editor ait, deſumtus ex manu ſcripto codice viri cujusdam celebris, nuper mortui, qui tum publicis in Academia regia prælectionibus, tum privatis ſuis inſtitutionibus non paucos in chirurgos aptos efformaverit. Credibile eſt virum, ut fertur, celebrem vix opus hocce, non ſatis perpolitum, editurum fuiſſe. Novi nihil hic reperies. Ordo non malus. Si quis autem cum fructu legere voluerit, callere eum linguam Latinam Germanicam & Gallicam oportet: adeo enim his linguis refertus eſt liber, ut fere neſcias, ad cujusnam earum linguarum idioma ſit referendus. Amputationi in fracturis nimium indulget. Non facile chirurgus aut faſciarum applicationem, aut encheireſes in fracturis neceſſarias inde condiſcet. De luxationibus diſtincte, ordinate & breviter; ſed vulgo jam nota. Ex capite de carie practicus boni quidquam ne expectet. Ita in *deutſcher allgem. Bibl.* 12. *Band.* 1. *Stück* pag. 256.

Simon Laurin, Carniolus Vippacenſis. Ejus diſp. *de geneſi & morbis oſſium.* Wien 1768. 4.

J. Joachim Schönberg. V. *pag.* 202.

J. August. Coutavoz. V. *pag.* 724.

Dumont & Gaius Fel. Allan diſp. *de exoſtoſi.* Paris 1770. 4. Haller.

Bossu. V. *pag.* 210.

John Hunter in *Medic. Magaz.* exſtat ejus diſſertatio de exfoliatione. Os vivum a mortuo irritatum id depellere. Cartilaginem nunquam ſquamam dejicere. Haller. V, *pag.* 663.

J. Christ. Ant. Theden. V. *pag.* 211.

Adolph. Frid. Vogel. V. *pag.* 212.

Balfour. V. *pag.* 215.

Vacher de la Feutrie, medicus. Ejus *traité du rachitis, ou l'art de redreſſer les enfants contrefaits.* Paris 1772. 8. Verbis inanibus refertum opus, ut tamen & utilia aliqua hinc inde deprehendas. Rachitidem veteres non ignoraſſe ex Hippocrate, Paræo, imo & ex Hora-

tio

TIO oſtendere conatur. Veram morbi cauſam hucusque latuiſſe. Rachitidem definit eſſe præternaturalem ſpinæ dorſi & oſſium longorum incurvationem. Sedem mali ſolis in oſſibus collocat; ibi enim ſymptomata omnium primo ſeſe manifeſtare. Nec molles corporis humani partes, nec fluida in hoc morbo pati, ſecus enim, contra ac obſervatur, brevi deſtruerentur. Alia præterea ſuæ opinionis argumenta contra GLISSONUM, MAJOW, & BOERHAAVIUM profert. RICHTER.

FRANC. XAV. SCHWEDIAUER. V. *pag.* 217.

ANTONIUS BALTHASAR. V. *pag.* 224.

J. NUSCHE. V. *pag.* 725.

J. DANIEL KRAUS. Ejus præſide Cl. ISENFLAMM diſp. *de difficili in obſervationes anatomicas epicriſi.* ERLANG 1772. 4. Cum labio leporino conjuncta exoſtoſis tibiæ, fibris craſſioribus, intervallis majoribus. Puer tredecim annorum omnia oſſa incurvata, ut ad 38. poll. ſtaturam rediret: oſſa curvata quaſi a vermibus eroſa, oſſa pectoris mollia. HALLER.

CORNELIUS HENRICUS a ROY, Harlémo-Batavus. Ejus *commentatio anatomico-chirurgica de ſcolioſi.* LUGDUNI Batav. 1774. 4. Diſſertatio eſt academica, lectu digna, maxime quod in ea de morbo a paucis hactenus ſatis deſcripto agitur, multaque continentur ex optimis auctoribus non magno ſine labore collecta. Primum habetur anatomica oſſium pectoris, & ſpinæ dorſi deſcriptio. Deinde de morbo ipſo agitur, de multiplicibus nempe, & præternaturalibus ſpinæ dorſi incurvationibus, deque harum cauſis, effectibus & curatione. Propriæ etiam obſervationes adjectæ. VACHERI inſtrumentum omnibus aliis noſter præfert. RICHTER.

OTTERAS. V. *pag.* 238.

THOMASSIN. V. *pag.* 238.

ABRAHAM TITSINGH. Ejus *heelkondige verhandeling over de tegen natuurlyke ſplitinge der ruggegraat.* AMSTERDAM 8. abſque anno, ſed eſt anni 1732. In VYLHOORNII, quæ infra dicetur, diſſertationem acris epiſtola, forte quod Amſtelodamenſes & Academicam inſtitutionem VYLHOORNIUS ſpreviſſet. Negat a curvato fœtu vertebras findi: vulgarem iſtam cauſam eſſe, ſpinam bifidam raram, neque in partu difficili naſci, cum ſæpe fœtus vehementiſſime complicetur, & nihil fiat ſimile. Malum eſſe de hydrocephali genere, & congenitum, nonnunquam tamen poſt partum ab externa naſci injuria. Multa exempla propria & communicata. Medicinæ dignitatem contra chirurgos defendit.

Idem

Idem in *ruſtuuren* &c. decimo ætatis anno natam ſe vidiſſe ſpinam bifidam, plerumque tamen congenitam eſſe. V. *pag.* 106.

Henricus Vylhoorn, chirurgus Amſtelodamenſis, Pariſiis edoctus. Ejus eſt *noodig denkbeeld van ſpina bifida van A. Titſingh.* Amsterdam 1732. 8. Malum eſſe a vertebrarum per medium fiſſarum ſpinis diſcedentibus: hujus vitii cauſam iterum eſſe in præcipiti ſitu corporis fœtus in utero, quando caput nequit ſe præceps dare. Inciſionem merito rejicit.

Ejus *tweede vertoog over het ongemak van de ſpina bifida tot Wederantwoord aan a Titſingh.* Amsterdam 1733. 8. Multo amplior libellus. Acriter adverſarium excipit: ei ignorantiam in curando exprobrat, qui toties ſuum auxilium coactus invocaverit. Non ab imaginatione materna, ſed a complicata in lumbis dorſi ſpina hanc findi, & una pedes incurvari, ut frequenter paralyſin patiantur, ex medullæ ſpinalis preſſione. Chirurgicæ artis honores contra medicos tuetur.

Joachim Frid. Henkel. V. *pag.* 128.

Phil. Sam. Giering in *ſelectis Francofurt. a.* 1744. Spina bifida hydropica.

Phil. Adolph. Boehmer in *obſervationum* &c. faſciculo II. Spina bifida vera aqua repleta. V. *pag.* 1174.

Olaus Acrell. V. *pag.* 131.

Franciscus Imbert. V. *tumores.*

Anton. de Haen in *prælectionibus* &c. pag. 170. agit de ſpina bifida. V. *pag.* 656.

Georg. Heuerman in *vermiſchte Bemerkungen* &c. ſpinæ bifidæ aliquot exempla. In vertebris ſuperioribus id malum curvatæ nimium dorſi ſpinæ noſter tribuit, in oſſe ſacro nimis introrſum verſo. V. *pag.* 310.

Wolfgang. Thom. Rau. V. *pag.* 145.

Donald. Monro in diſſ. *de hydrope* &c. Spina bifida hydropica, ab ea inciſa mors. V. *pag.* 1370.

Ludov. Goyrand. Ejus *quæſtiones medicæ* VI. Monspel. 1753. 4. ſexta eſt de ſpina bifida inſanabili.

J. Ignatius Gilg. Ejus diſſ. *de ſpina bifida.* Wien 1754. 4. recuſa in Halleri *ſelectis*, (& in Wasserbergii *faſciculo* I. Wien 1775. 8.) Deſcriptio infantis, cujus vertebræ imæ bifidæ: pars medullæ ſpinalis in liquamen diffuſa.

Rudolph. August. Vogel. V. *pag.* 170.

Carolus White. V. *pag.* 171.

J. F. Faselius. Ejus diſp. R. Christoph. David. Heumann *de ſpina bifida..*., V. *pag.* 1030.

E. C.

E. C. Swagerman, chirurgus Amſtelodamenſis. Ejus *ontleed en heelkondige verhandeling van het water hoofd, het water gezwell, en andere gebreeken der ruggegraat met aanmerkingen over de boghelwording en het mank gaan.* Amsterdam 1767. 8. Fuſe & minute dicit. De ſpina bifida agit, ejusque varia ſede in cervice, dorſo, lumbisque, frequentiori tamen in oſſe ſacro. Funeſto eventu eum tumorem incidi noſter monet, quod aër nervos humanos corrumpat. Ab aqua naſci, quæ membranas emolliat, a quibus vertebræ colligantur. Digreſſiones variæ. Ad denudatam dorſi ſpinam unguentum diapompholygos commendat.

Anton Balthasar. V. *pag.* 224.

Car. Jos. Oehme. V. *pag.* 1227.

Joseph Mohrenheim. Ejus *Beobachtungen verſchiedener chirurgiſcher Vorfälle; mit Kupfern. Erſter Band*, nunc video prodiiſſe Wien 1780. 8. non vero a. 1779. (confer *pag.* 1330). Non inutilis certe libellus egregii juvenis adhuc chirurgi, quem difficillimas etiam adminiſtrationes intrepide ſuſceptas feliciter peragentem non ſemel vidi. Caſus 47., quos ipſemet obſervavit, deſcripti cum animadverſionibus. Inter eos exemplum ſpinæ bifidæ, aperto tumore, tertio die lethalis. Icon adjecta.

SPINA VENTOSA

SIVE

FLATUS vel VENTUS SPINÆ, PÆDARTHROCACE, VENTOSITAS SPINÆ.

(Hæc quoque Hallero debentur.)

Rhazeus in L. XV. agit etiam de ſpinæ ventoſitate, quam nuperi dixerunt ſpinam ventoſam. Primus de eo morbo & bene egit. Mali cauſam in ipſo oſſe eſſe, & vicinam carnem omnemque articulationem intumeſcere; malum in ambulatione augeri. Si ferro aperueris, non facile ſaneſcere, & ſi os corruptum fuerit, non curari, niſi os extraxeris. V. *pag.* 265.

Avicenna in L. III. ubi agit de morbis oſſium, etiam ventoſam ſpinam repetit, breviſſime. V. *pag.* 267.

Leonardus Bertapalia. V. *pag.* 3.

Petrus de la Cerlata in *operis chirurgici* pag. 113. b. in ſpina ventoſa ſæpe ſe os corruptum extraxiſſe, totumque brachii focile. V. *pag.* 269.

Johannes de Vigo in *practicæ* &c. L. IX. pag. 279. in ſpina ventoſa ſæpe ſe partem oſſis humeri & tibiæ radula & ferro candente exemiſſe, favente ſucceſſu. V. *pag.* 270.

Josephus Pandolphinus a M. Martiano. Ejus *tractatus de ventoſitate ſpinæ.* Firmi 1614. reviſus cum adnotationibus, novisque obſervationibus a Georgio Abrahamo Merklin editus Nürembers 1674. 12. Ipſum opus fere in theoria verſatur, ad Arabum ſaporem, cum quibus ſpinam ventoſam a flatu maligno derivat. Adnotationes Merklini non ſunt indoctæ, neque inutiles, neque absque proprio experimento.

M. Aurel. Severinus. Ejus *de recondita abſceſſuum natura* L. V. integer eſt de pædarthrocace, ſ. de ſpina ventoſa, cujus ſedem & ſcaturiginem recte in ipſo ponit oſſe, etſi non valde neceſſario ſuum morbum ab ea ventoſitate diſtinguit, ſolosque ad pueros reſtringit. Spina ventoſa ſecundum Severinum fere ſternum, humeri, ſcapulæ, brachii articulos invadit; abſceſſus ex articulatione naſcitur. Os noſter detegit, radit, ſi profundius malum fuerit, crebris foraminibus terebrat; pingue quod adfuerit exurit. Vidit igne curantem Severinum Bartholinus. Atheromata nodoſa, ſpecies ſpinæ ventoſæ. V. *pag.* 276.

Godofredus Moebius. Ejus diſp. *de ſpina ventoſa.* Jenæ 1658. 4. V. *pag.* 1118.

Guerner Rolfink in *anatomicis diſſertationibus* . : . . frequentem eſſe ſpinam ventoſam (fere ex Severino): ſalivatione ſe uti, ſæpe hunc morbum ſanaſſe. V. *pag.* 860.

Joh. v. Horne in μικροτεχνη &c. exemplum ſpinæ ventoſæ; calcis os tumidiſſimum erat, poroſum, poris cartilaginea natura repletis: amputationem ab hoc malo requiri. V. *pag.* 23.

Petrus de Marchettis in ſpina ventoſa os corruptum detegendum, cariem abradendam eſſe, inurendam. V. *pag.* 26.

Paulus Amman. Ejus diſp. *de ſpina ventoſa.* Lips. 1672. 4. V. *pag.* 1063.

Petri Moeller & J. Georg. Poetter diſp. *de ventoſitate ſpinæ.* Regiomont. 1673. 4. Infauſta tibiæ amputatio, oſſa mire corrupta.

Richard. Wisemann. V. *pag.* 1424.

J. David Portius. Ejus *demonſtratio brevis medico-chirurgica de tumoribus, & in ſpecie de pædarthrocace vel tumore ſpina ventoſa dicto cum adjecta epiſtola apologetica ad D. Barner.* Leeuwarden 1679. 12. recuſa cum Purmanno, Londini 1706. 8. & cum Muysio, Neapoli 1727. 4. Theoria acida.

J. Mauritius Hofmann. V. *pag.* 47.

A. v.

A. v. Waard. Ejus diſp. *de ſpina ventoſa.* Leid. 1681. 4.

Gunther Christoph. Schelhammer. Ejus & auctoris, ut videtur, Friderici Jonsii diſp. *de ſpina ventoſa.* Kiel 1698. 4. Mors ex carie maxillæ inferioris per epilepſiam. Ipſe Jonsius cariem in metatarſo paſſus eſt. V. *pag.* 50.

Joseph. Acoluthus. V. *pag.* 54.

Joh. Mery in *Mem. de l'Acad. des Sciences* a. 1720. hiſtoriam narrat manus a ſpina ventoſa mire corruptæ. V. *pag.* 512.

J. Jac. Oswald. Ejus diſp. *de pædarthrocace.* Basil. 1687. 4.

Maximilian Preuss. V. *pag.* 60.

Fridericus Ruysch. V. *pag.* 63.

Diedericus Gottschall. Ejus *prodromus de oſſium tum generatione tum corruptione interna.* Leid. 1691. 8. De ſpina ventoſa collectio.

Christoph. Hammer. Ejus diſp. *de ſpina ventoſa*, præſide C. Barth. Hafniæ 1695. 4.

Henricus van Deventer. V. *pag.* 1342.

J. Phil. Chun. Ejus diſp. *de pædarthrocace.* Marburg 1697. 4.

Elias Camerarius. Ejus diſp. *de ſpina ventoſa.* Tubing. 1722. 4. V. *pag.* 70.

Guil. Ulrich Waldschmidt. Ejus *ægra ſpina ventoſa laborans.* Kiel. 1718. 12. Diſputatio. V. *pag.* 919.

Matthæus Blaeuw. V. *pag.* 72.

J. Adolph. Wedel. Ejus diſp. *de ſpina ventoſa.* Jenæ 1715. 4. V. *pag.* 830.

Christ. Michael Adolphus. Ejus diſp. *de ſpina ventoſa.* Lips. 1705. 4.

Cornelius Trioen in *obſervat. chirurg.* Spina ventoſa, exempla deformatorum ab eo malo oſſium; ſanatæque internis & externis medicamentis exempla. V. *pag.* 1146.

Laurent. Heister in *inſtitut. chirurg.* Parte I. L. IV. cap. 9. de ſpina ventoſa. V. *pag.* 1345.

J. David Mauchart. V. *pag.* 85.

Guil. Cheselden in *anatomy* &c. edit. a. 1741. 8. in ſpina ventoſa oſſa non corrupta, ſed craſſiora vidit. V. *pag.* 86.

Conrad. Lud. Walther. Ejus *merkwürdiger Vorfall des Winddorns an einem Mädchen von* 10. *Jahren.* Leipz. 1715. 8. Oſſis tibiæ maxima & funeſta corruptio, quæ ſpina fuit ventoſa, quam a carie diſtinguit. Curationem minus felicem defendit. V. *pag.* 87.

MARTIN GOTTHELF LOESCHER. V. *pag.* 88.

J. DANIEL GOHL. Ejus *epiſtola de ſpina ventoſa.* HALÆ 1727. 4. V. *pag.* 89.

FRANC. RONC. PAROLINUS in *Europæ Medicina* &c. etiam de ſpina ventoſa. V. *pag.* 93.

HENR. VICT. SCHMIDT. Ejus diſp. *de pædarthrocace.* LEID. 1721. 4.

JOH. v. WYCK in *Verhandeling* &c. V. *pag.* 1347.

ANDR. ELIAS BÜCHNER. Ejus diſp. *de remediis mercurialibus ſpinæ ventoſæ medicandæ interdum idoneis.* HALÆ 1754. 4. V. *pag.* 479.

J. HENR. SCHULZE. V. *pag.* 102.

WILHELM BERNARD NEBEL. Ejus diſp. *de pædarthrocace.* HEIDELBERG. 1745. 4. V. *pag.* 759.

J. DANIEL SCHLICHTING in *Phil. Tranſ n.* 466. ſpinam ventoſam argento vivo ſanari ait. V. *pag.* 1161.

FRANCISCUS de ZIEGLER. Ejus diſſ. *de ſpina ventoſa.* RINTELN 1741. 4. V. *pag.* 111.

GUILIELMUS BROMFIELD. V. *pag.* 121.

CAROL. FRIDER. KALTSCHMIDT. Ejus diſp. *de raro pædarthrocaces caſu.* JENÆ 1755. 4. V. *vulnera.*

CAROL. AUGUST. a BERGEN. Ejus diſp. *de ſpina ventoſa.* FRANCOF. ad VIADR. 1746. 4. V. *vulnera.*

GOTTFRIED HENR. KANNEGIESSER. V. *pag.* 124.

J. IGNAT. MAYR de MAYERSBACH & FRANC. du TOY diſp. *de ſpina ventoſa.* PRAGÆ 1744. 4.

J. GOTTLIEB BOETTICHER. V. *pag.* 131.

OLAUS ACRELL. V. *pag.* 131.

J. FRID. FÜRSTENAU. V. *pag.* 139.

PETRUS SENAC. V. *pag.* 1350.

NATALIS JOSEPH. PALLUCCI. Ejus *ſaggio di nuove oſſervazioni e ſcoperte.* FIRENZA 1768. 4. De diuturnis tumoribus & abſceſſibus; inter eos ſpinam ventoſam ex ſuis aliquot collatis obſervationibus deſcribit. Non vult ejusmodi tumores aperiri, quos certo unguento curet, gravi adducto caſu, in quo viri induſtria felix fuit. Argentum vivum cum pane & peculiari ſapone miſtum propinat, cujus oleum ſit ex lentiſco: ita obtinet, ne ſalivatio oriatur. V. *pag.* 1308.

J. DESSEL. Ejus diſp. *de ſpina ventoſa.* KIEL 1752. 4.

ANTONIUS MATANI. V. *pag.* 1352.

ANTONIUS de STÖRCK. V. *pag.* 1026.

PERRAULT. V. *pag.* 164.

LAUR.

Laur. Gumælius in *K. Swenſk. Wet. Acad.* T. XVIII. a. 1758. retulit de ſpina ventoſa in pueri manu.

Joseph. Cavallini in *collezzioni iſtoriche* &c. T. I. Ob ſpinam ventoſam digitus ex acetabulo exciſus. V. *pag.* 179.

P. Imman. Hartmann in *N. Eph. Nat. Cur. Vol.* III. *obſ.* 104. de ſpina ventoſa funeſta. V. *pag.* 1029.

Theodor. Ger. Timmermann. Ejus diſp. *de ſpina ventoſa morbo chirurgico-medico.* Rinteln 1765. 4. V. *pag.* 668.

Petrus Sue, junior. Ejus diſp. *de ſpina ventoſa.* Paris 1774. 4. auctore & reſpondente Petro Favier. V. *pag.* 1212.

Leberecht Frid. Benjam. Lentin. V. *pag.* 186.

August. Wilhelm Kopp. Ejus diſp. *de ſpina ventoſa malo chirurgico-medico.* Rinteln 1766. 4. 1771. 4.

Joseph. Jacob. Plenck. V. *pag.* 1031.

Franc. Xav. de Mar. V. *pag.* 572.

Schenkelher. In T. II. *der Berliniſchen Sammlungen* habetur ejus curatio ſpinæ ventoſæ, quæ argento vivo perficitur.

Anton. Balthasar. V. *pag.* 224.

Des Granges. V. *pag.* 256.

STATUTA CHIRURGICA. Vide *lites chirurg.*

STEATOMA. Vide *tumores.*

STILLICIDIUM. Vide *embrocat.*

STRUMÆ. Vide *ſcroful.*

SUBMER-

SUBMERSI, SUFFOCATI, SUSPENSI.

Theophrastus Eresius ex Rhodo inſula, philoſophus ob eloquentiam celebris. Ejus *de ſuffocatis* locus, qui excitari poſſint, eſt apud Oribasium (a). Haller (b).

Oribasius in *ſynopſis* L. VIII. cap. 57. de ſuffocatis, quos ait ſuſcitari poſſe. Haller (c). Vide *pag.* 264.

Paulus Ægineta in L. III. cap. 27. de iis, qui ſtrangulantur. Walther. V. *pag.* 293.

Haly Abbas in *practicæ* L. VI. cap. 4. de ſubmerſione in aquas aut fune ſuffocati medela. Walth. V. *pag.* 295.

Alexander Benedictus *de omnium a capite ad calcem morborum cauſis* &c. L. VII. cap. 3. de curatione quorumdam ſuffocatorum. Walth. V. *pag.* 300.

Ambrosius Paræus. V. *pag.* 597.

Laurent. Joubert in tract. *de thoracis affectibus* cap. 1. etiam de ſuffocatis agit. Walth. V. *pag.* 631.

Petrus Forestus in *obſervationum* &c. L. XV. *obſ.* 25. de quodam, qui ſe ipſum ſuſpendit. Laqueo pene ſuffocatos dato emetico vult ſuſcitari. *Obſ.* 26. de quodam aqua pene ſuffocato: quem noſter in lectum conjici jubet; deinde vomitum excitari, & ſudorem. Walther. V. *pag.* 381.

Diomedes Cornarius, Jani filius, Zwikawienſis, Archiducis Maximiliani medicus Ejus L. *conſiliorum medicinalium habitorum in conſultationibus a clariſſimis medicis tractatis.* Lips. 1595. 4. 1599. 4. In *hiſtoriis admirandis* refertur de binis hominibus ſtrangulatis, qui revixerunt. Haller (d).

Joh. Schenk in *obſervat. rarar.* L. II. *obſ.* 17. laqueo ſtrangulat reviviſcentes. *Obſ.* 18. aqua ſuffocati & liberati. *Obſ.* 19. carbonum fumo ſuffocati. Walth. V. *pag.* 16.

Fortunatus Fidelis. V. *pag.* 598.

J. Bapt. v. Helmont in *operibus omnibus* tit. *demens idea* exemplum habet ſuſcitatorum, qui ſubmerſi fuerant, etiam ipſo teſte, nullo ſuo conſilio. Haller (e). V. *pag.* 439.

Johannes Colle in *Coſmetore Mediceo* &c. agit etiam de hominibus in aquam conjectis. Haller. V. *pag.* 19.

Paulus Zacchias. V. *pag.* 599.

Fran-

(a) *Synopſis* L. VIII. cap. 57. (b) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 107. (c) Ibid. pag 286. (d) Ibid. T. II. pag. 154. (e) Ibid. pag. 521.

Franciscus Bacon de Verulamio, Cancellarius Angliæ, philoſophus & vir ſublimis ingenii: Ejus eſt *hiſtoria vitæ & mortis*. London 1623. 8. Dilling. 1646. 12. Anglice.... 1650. &c. Gallice Paris 1714. 8. In *hiſtoria mortis* habetur etiam reſtitutio ſubmerſorum. Haller (f).

Jacob. Primerosius in *enchiridio medico-practico* &c. pag. 129. de ſtrangulatis. Walth. V. *pag.* 443.

Nicolaus Fontanus in *obſervationibus raris* &c. A fumo carbonario exſtincti. Haller (g). V. *pag.* 1116.

Wolfg. Hoefer in *Herculis medici* L. I. cap. 6. pag. 38. de ſuffocatione a vaporibus muſti &c. Walth. V. *pag.* 390.

Pierre le Sure. Ejus *Cleombrotus, ſ. de iis, qui in aquis perierunt.* Rom. 1637. 8. Portalius.

Phil. Gruling in *obſervat. med. centuria* II. *obſ.* 10. de quodam, qui fere aqua ſuffocatus ad vitam revocatus eſt. Walth. V. *pag.* 391.

In *tractatu*....Fragoso secundo. V. *pag.* 22.

Thom. Bartholinus in *hiſtor. anatom. centuria* VI. *hiſt.* 68. de ſuffocatione ex aquis. Walth. V. *pag.* 23.

Domin. Panaroli in *iatrologiſmorum* &c. *pentecoſte* . . . *obſ.* 19. carbonum fumo ſuffocatus vitæ reſtitutus. Walth. V. *pag.* 25.

Joh. Andr. Smitzius in *Medicinæ practicæ* &c. pag. 204. de ſuffocatis muſto &c. Walth. V. *pag.* 316.

Johannes Bohn. V. *pag.* 602.

Georg. Dethharding. V. *pag.* 408.

Joh. v. Wyck in *van de ſpier band* &c. agit etiam de ſubmerſis & ſuffocatis. Haller. V. *tumores.*

Chr. Ern. Clauder. V. *pag.* 480.

Gerardus van Swieten. Ejus *oratio academica de vita dubia*, quam diſſertationis inauguralis loco primum typis edidit Franc. Xav. Jeslé. Wien 1778. 8. V. *pag.* 123.

Christ. Frid. Eschenbach. Ejus *Arzneymittel zur Rettung der Ertrunkenen.* Rostock 1771. 8. Suadet arteriotomiam. Haller. V. *pag.* 133.

Antonius Louis. V. *pag.* 616.

Antonius de Haen. V. *pag.* 140.

Kunſt

(f) Ibid. pag. 512. (g) Ibid. pag. 601.

Kunſt die ertrunkenen Menſchen wieder zu erwecken. AUGSBURG 1756. .

J. HENR. STOLTE. Ejus diſp. *de morte ſuſpenſorum.* LEID. 1766. 4. Si huc facit. HALLER.

FAISOLE & CHAMPEAU. V. *pag.* 619.

J. GERARD. GMELIN. Ejus præſide Cl. JÆGERO *propoſita experimenta de ſubmerſis.* TUBING. 1769. 4. Magis ad phyſica & phyſiologica pertinent. Nulla aqua in trachea, ſed aqua ſpumoſa flava preſſis pulmonibus prodiit. HALLER.

FRANC. XAV. SCHEIGEL, Styro-Græcenſis. Ejus diſſ. inaug. *de auxiliis efficacioribus ad vitam in viſo mortuo reſtituendam.* WIEN 1769. 8.

WILLIAM NORTHCOTE. V. *pag.* 207.

Du CHEMIN de l'ETANG, medicus. Ejus *memoire ſur la cauſe de la mort des noyés pour ſervir de reponſe à* M. FAISOLE *&* CHAMPEAUX. . . 1770. 8. Ad ſigna ſuffocationis ſub aquis pertinent. HALLER.

PHILIP. GABRIEL HENSLER, medicus. Ejus *Anzeige der hauptſächlichſten Rettungsmittel derer, die auf plötzliche Unglücksfälle leblos geworden ſind, oder in naher Lebensgefahr ſchweben.* ALTONA 1770. 8. Non injucundum lectu opuſculum viri non minus in arte verſati, quam amore proximi flagrantis. Conſilia clare, ſimpliciter, optime denique ad ſcopum præfixum proponit. De ſubmerſis, ſuffocatis, infantibus recens natis fere exanimis, &c. excitandis. Ita in *deutſch. allg. Bibl.* 14. *Band.* 2. *Stück* pag. 537.

CHRIST. JACOB. MELLIN. V. *veterin. ars.*

ANTONIUS PORTAL, Profeſſor Medicinæ Pariſinus. Ejus eſt *rapport fait par ordre de l'Academie des Sciences, ſur les effets des vapeurs mephitiques dans le corps de l'homme: & principalement ſur la vapeur du charbon; avec un précis des moyens les plus efficaces pour rappeller à la vie ceux, qui ont été ſuffoqués. Troiſieme Edition.* PARIS 1775. 8. Hic liber applauſum tulit ab Academia Reg. Scient., mandatoque Regio divulgatus eſt per omnes GALLIÆ provincias, felici quidem eventu, ut diaria teſtata ſunt. Primum tradit auctor ſuffocatorum anatomen, deinde in mortis cauſam indagat, quam potiſſimum in pulmone conſtituit; tandemque media, quibus miſeris iis opitulandum ſit, aperit: venæ ſectiones, præſertim venarum jugularium, etiam repetitas, ut citius a preſſione & infarctu liberetur cerebrum, & aceti cum triplo aquæ miſti uſum tam internum, quam externum commendat, atque ægros in aërem liberum illico transferri jubet. Frigida omnia corpori applicata prodeſſe, nocere autem calida, ſtimulantia, emetica, etiam clyſma fumi Nicotianæ, cum inteſtina aëre nimis expandat,

ſic

ſicque & diaphragma profundius in pectoris cavitatem detrudat. Quodſi dicta molimina non ſuffecerint, tum debere pulmones aëre vel per tubulum in nares datum inflato, vel per aſperam arteriam ope bronchotomiæ immiſſo expandi. In parte II. de ſubmerſis agit. Hic contraria ſuadet præter miſſionem ſanguinis, & aëris inflationem, etiam ſtimulantia, excitantia interne externeque adhibenda, frictiones, clyſmata validiora &c. Ita RICHTER.

Kurze Abhandlung von den ſcheinbaren Todesarten ertrunkener, erhenkter, erſtickter, ſchlagflüſſiger, erfrorner und erdrückter Perſonen; nebſt den eigentlichen und wirkſamſten Geneſungsmitteln. Auf gnädigſten Befehl Sr. Curfürſtl. Durchl. in Bayern &c. von den Curfürſtl. Collegio medico in München verfaſst und herausgegeben. MÜNCHEN 1775. 8. Varia his in caſibus neceſſaria auxilia, recte proponuntur. Ita in *deutſcher allg. Bibl.* 30. *Band.* 2. *St.* pag. 512.

Edikt wegen ſchleiniger Rettung der durch plötzliche Zufälle leblos gewordenen, im Waſſer oder ſonſt verunglückten und für tod gehaltenen Perſonen. De dato BERLIN *den* 15. *Novemb.* 1775. Acceſſit *Unterricht, durch welche Mittel plötzlich verunglückte todſcheinende Perſonen in den meiſten Fällen gerettet werden können.* Auxilia vulgo jam nota ad excitandos homines ſubmerſos, ſuffocatos &c. non obſcure ſuppeditantur. Præmium quoque 10. imperialium illi, qui hominem repente ita morientem ad vitam revocaverit promittitur. Ita in *deutſcher allg. Bibl.* 30. *Band.* 2. *St.* pag. 511.

Krotka informacya do ozywienia utonionich Ludzi &c. *Kurzer Unterricht ertrunkene Menſchen wieder lebendig zu machen. Nebſt ſechs Beobachtungen, aus dem Franzöſiſchen der hiezu geordneten Geſellſchaft in Amſterdam ins Deutſche und ins Polniſche überſetzt. Auf Befehl Sr. Durchl. des Fürſten* ADAMA CZARTORYISKIEGO, *Generals von Podolien.* WARSCHAU 1775. 8. Titulus ſufficit. Optimo conſilio theoriæ adjecti ſunt caſus practici. Liberalitas principis (ZARTORYISKY) tres aureos deſtinavit ei, qui hominem aquis &c. ſuffocatum ſe ſuſcitaſſe evidenti teſtimonio comprobaverit. Ita in *deutſcher allg. Bibl.* 30. *Band.* 2. *St.* pag. 512.

JOHANNES WENCESLAUS NACHTIGALL, Bohemo - Pragenſis. Ejus diſſ. inaug. *de cauſa mortis ſubmerſorum, deque auxiliis iis ferendis.* WIEN 1775. 8.

HUNTER. V. *pag.* 246.

LEVIN MENDEL. Ejus diſp. *de ſuffocatis.* STRASBURG 1776. 4. Bona diſputatio. TODE.

SUFFUSIO ſ. CATARACTA. Vide *ocul. morb.*

SUPPRESSIO URINÆ. Vide *iſchur.*

SUPPURATIO.

A. C. CELSUS *de re medica* L. III. cap. 27. de ſuppuratis internis. In L. VII. cap. 3. de bonis & malis ſignis ſuppurationum. WALTHER. Vide *pag.* 287.

GALENUS in *comment. ad prognoſticon* de bonis puris qualitatibus. HALLER. V. *pag.* 264.

HALY ABBAS in *practicæ* L. III. aliqua habet de ſuppuratione. HALLER. V. *pag.* 295.

ZACUTUS LUSITANUS *de medicor. princ. hiſtor.* L. I. agit etiam de pure. HALLER. V. *pag.* 20.

GABRIEL BERTRAND. V. *pag.* 21.

WALÆUS. V. *pag.* 27.

ANTONIUS de HEYDE in *obſervationibus* &c. etiam puris anatomen tradit. Ab aqua forti cogitur, album ſubſidet, rubrum innatat. HALLER. V. *pag.* 46.

JOSEPHUS LANZONI. V. *pag.* 59.

PYRRHUS MARIA GABRIELIS. V. *pag.* 66.

LAURENT. HEISTER in *inſtitut. chirurg.* Parte I. L. IV. cap. 3. de ſuppuratione. V. *pag.* 82.

J. ZACHARIAS PLATNER. Ejus *de noxis cohibitæ ſuppurationis.* LIPS. 1741. 4. Puris generatio: in maſſam ſanguinis repulſi noxa. HALLER. V. *pag.* 94.

ANTONIUS FIZES, Profeſſor Monſpelienſis. Ejus *ſpecimen medico-chirurgicum de ſuppuratione.* MONSPEL. 1721. 4.

Ejus *ſpec. med. chir., in quo præcipui ſuppurationis eventus in partibus mollibus expenduntur.* Ibid. 1724. 4. Gallice PARIS 1742. 12. HALLER.

HENR. HAGUENOT & PETR. ROCQUES *ſpecimen de ſuppuratione in partibus mollibus.* MONSPEL. 1721. 8. Idem cum ſpecimine ANTONII FIZES. Ita HALLER.

JAC. LAZERME. Ejus diſp. *de ſuppurationis eventibus.* MONSPEL. 1724. 8. An idem cum libello ANTONII FIZES, an potius J. FRANC. VALADON ejusdem tituli libellus MONSPEL. 1724. 4.? HALLER.

FRAN-

Franciscus Quesnai, chirurgus, cum Doctoris gradum adſecutus eſſet, Archiater Regius, vir ingenio valens & eloquentia, Aſiatica quidem, & in ratiociniis luxurianti, qui etiam in diverſiſſimis artibus & in legibus imponendorum vectigalium inveſtigandis inclaruit. Ejus *traité de la ſuppuration.* Paris 1749. 12. (Auctorem tamen hunc ad a. 1730. refert Hallerus). Pus etiam absque inflammatione naſci, etiam in maxima debilitate tamen gigni. Pus inflammatorium in ipſis arteriis oriri. Reſorbitionem puris in venas confirmat. Inflammationis finis non deſcriptus, deliteſcentia. Medicamenta repercutientia defendit, quæ arteriarum vim contractilem augeant, rejicit tamen, quoties dolor vehementior urget, aut cum malignitate inflammatio conjungitur, aut demum ejus mali ſedes in glandulis eſt. Non valde probat medicamenta emollientia, neque fert, quoties ſcopus eſt inflammata diſcutere. Id ut fiat: materies per membranas vaſorum ſudat. Suppuratio eſt laceratio cellularum adipoſarum, quam quærimus, quoties ſcopus eſt maturare. Glandulas non facile ſuppurari, quod parum habeant celluloſæ naturæ. Magnas ſuppurationes etiam inter muſculos funeſtas eſſe. Pulmo a lumborum abſceſſu ſuppuratus, qui per appendicem diaphragmatis eo adſcenderat. Ut amiſſa reparentur per eam materiem, ex qua polypi conſiſtunt. Novam carnem a productis vaſis fieri. Medicamenta eo facientia. Ita Haller.

Ejus *précis ſur la ſuppuration putride, pour ſervir de ſuite ou de ſeconde partie au traité de la ſuppuration* &c. Paris 1776. 8. Theoriam continet redolentem ſcholas, practico inutilem. Ita Richter.

Joh. Freke. V. pag. 117.

J. Grashuys. Ejus diſſ. *de generatione puris* (quæ a. 1746. præmium ab Academia chirurgorum Pariſinorum retulit) Amsterdam 1748. 8. Latine & Belgice. Anglice a. 1748. 8. Bono ordine ſcripta diſſertatio. Pus ex adipe fieri: ſuppurationis ſedem eſſe in celluloſa tunica. Claſſes medicamentorum ſecundum indicationes. Quæ aërem arceant: quæ perſpirationem inſenſibilem repellant: quæ partes humani corporis emolliant, quæ motum cieant inteſtinum, quæ ad putredinem conferant. Ad eas claſſes medicamenta proponit, & formulas, paſſimque aliqua adnotat. Haller. V. pag. 1415.

Georgius Mancia, chirurgus Valentinus. Ejus *diſſertacion cirurgico-mechanica de la ſuppuracion . . . adjuntas dos obſervaciones.* Valent. 1741. 4. Haller.

Nicol. Herzog. Ejus diſp. *de generatione puris.* Basil. 1743. 4. Haller.

Guilielmus Hunter. V. pag. 127.

Mopillier. V. *veſicant.*

Phil. Adolph. Boehmer. Ejus & Otto diſp. *de geneſi materiæ purulentæ ſine prægreſſa inflammatione.* Halæ 1767. 4. Haller. V. *pag.* 1401.

J. August. Burri. Ejus diſp. *de ſuppuratione.* Leid. 1745. 4. Haller.

Christian Frider. Eschenbach anno 1746. fuſam diſſertationem *de ſuppurantibus* miſit ad Academiam chirurgicam Pariſinam, quæ in T. II. collectarum ejusmodi diſſertationum prodiit. Haller. V. *pag.* 133.

Antonius de Haen. V. *pag.* 140.

J. Georg. Rohter. Ejus diſp. *de pure abſorpto ſymptomatum cauſa.* Lips. 1752. 4. Haller.

Wilhelm Leopold Veerman. Ejus diſp. *de ſuppuratione.* Leid. 1755. 4. Haller.

J. Heshusius. Ejus diſp. *de generatione puris.* Leid. 1762. 4. Haller.

J. David Grau. Ejus diſp. *de pure vero.* Jenæ 1762. 4. Haller.

Longis. V. *pag.* 182.

August. Frid. Pallas. V. *pag.* 185.

Antonius Portal. V. *pag.* 871.

Franciscus Vacca. V. *pag.* 871.

Phil. Georg. Schroeder & auctoris J. Georg. Grimann diſp. *de pure absque prægreſſa inflammatione origine.* Götting. 1766. 4. Docta diſputatio. Non ſemper puris inflammationem a febre præcedi. Pus ex ſanguine oriri &c. Ita Haller.

Ern. Platner. V. *pag.* 208.

(Plura. Vide *abſceſſus* & *inflammatio.*)

SUTURÆ.

SUTURÆ.

(Ex Hallero collecta fere omnia.)

Guy de Chauliac in *Chirurgiæ* pag. 34. b. nervos & tendines vidit inciſos conſutos & feliciſſime curatos. V. *pag.* 297.

Vidus Vidius. V. *pag.* 875.

Ambrosius Paræus in *operum collect.* L. IX. agit etiam de ſutura ſicca, & ſutura intorta. V. *pag.* 301.

Felix Wurtz in *practica der Wundarzney* &c. ſuturas cruentas ſe raro adhibere, cum ſiccæ ſufficiant: ſi aliqua adhibenda, eam præfert, quæ fit diſtantibus filis & repetitis. Acu utitur Damaſcena, quam ipſe ſuper flammam flectit. V. *pag.* 8.

J. Jac. Chiflet. V. *pag.* 17.

Laurent. Joubert in *annotations ſur la Chirurgie* &c. reperias teſtimonium, tendines frequenter conſui, nervos vix unquam, & putat celeberrimus Haller nunquam, quis enim auſit ſentientem acerrime particulam violare, cujus vulneri graviſſima ſymptomata continuo ſuperveniant. V. *pag.* 299.

Hieronymus Fabricius in *pentateuchis* &c. ſuturas totas rejicit, præter ſiccas, ſecutus Fallopium. Suturas in vulneribus citat. Aciam eſſe ſuturam repetitam: neceſſariam eſſe in cavo vulnere. V. *pag.* 302.

Guil. Fabricius in tribus voluminibus, in quibus multum eſt ineditorum. Johannes Vesling de tendine extenſoris tibiæ feliciter conſuto; parum ſentire adultorum hominum tendines. V. *pag.* 274.

Franciscus Figuereo, medicus Hiſpalenſis. Ejus libellus, *aciam de qua* Celsus *loquitur filum ſemper, & acum nonnunquam ſignificare, infibulationem & ſuturam utraque ex acia molli non nimis torta ſed molli filo non nimis torto ſericeo lino, vel ex alia materie molli, non autem æreo, ferreo, argenteo, aureo, ſecundum ejuſdem* Celsi *mentem ſemper fieri debere.* Hispali 1633. 4. Chifletus & Nunnez filum faciunt metallicum.

Johannes Rhodius, literator Danus, ſed qui literarum amore fere Patavii vixit, vir eruditus & multæ lectionis. Ejus *de acia diſſertatio ad* Cornelii Celsi *mentem, qua ſimul univerſa fibulæ ratio explicatur*, prodiit primo Patavii 1639. 4. deinde a Thom. Bartholino ex ipſis auctoris autographis auctior & emendatior Hafniæ 1672. 4. denique cum titulo *antiquitates philoſophicæ medicæ & chirurgicæ a* Corn. Celso & Rhodio *erutæ*. Lundini in Scania 1691. 4. Res ipſa tenuis eſt: de acia quæritur, cujus breviſſimam mentionem Celsus facit. Rhodii ſen-

tentia

tentia eſt, aciam filum eſſe tortum, fibulam autem ſuturam, qualis vulgo fit ſed repetitam, quam Galli vocant *entrecoupée*. Aciam non eſſe hami genus, quod veteres chirurgi in vulnere reliquerint, cujus auxilii nimia foret crudelitas. Hæc ut perſuadeat, pro ſua, quæ in eo plurima fuit, eruditione, omnes chirurgorum paulo celebriorum opiniones congerit. GUIDONEM metallicorum hamorum auctorem eſſe, quem refutat, qui perinde ut CHIFLETUS, aciam metallicum quid eſſe docuerit.

JOB. van MEEKREN in *Heel en genees* &c. tendinum ſuturam deſcripſit. V. *pag.* 30.

JOH. MURALTUS in *Schriften von der Wundarzney* &c. Sutura tendinum manum flectentium, quam chirurgus BIENNAISE injecit, nullo tot a puncturis ſymptomate. Redit hæc obſervatio in *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 121. V. *pag.* 30.

MATTH. GODOFR. PURMAN in *der wahrhaftige Feldſcherer* &c. tendines ſe ſæpe feliciter conſuiſſe, quidquid nonnulli objiciant. V. *pag.* 45.

MICH. BERN. VALENTINI in *Chirurgia medica* &c. agit etiam de ſuturis. V. *pag.* 51.

ANT. NUCK in *operationibus* &c. etiam de tendinis ſutura. V. *pag.* 56.

CORNEL. STALPART van der WIEL in *obſervationum* &c. alterius centuriæ prima parte, tendo conſutus aliusque ruptus uterque facillime & absque ſymptomate ſanatus. V. *pag.* 56.

J. B. VERDUC in *traité des operations* &c. cap. 31. de ſutura tendinum. V. *pag.* 305.

J. GEORG. KISNER. V. *tendin. adfect.*

JUSTUS FRIDERICUS DILLENIUS. V. *pag.* 73.

J. LUDOV. PETIT in *traité des maladies* &c. ſuturas raro adhibuit, neque tamen undique rejicit. V. *pag.* 76.

LAURENT. HEISTER in *inſtitut. chirurg.* Parte II. cap. 30. de ſutura vulnerum. Cap. 173. de ſutura tendinis Achillis. V. *pag.* 82.

J. P. WAGRET in *obſervations* &c. Tendine diſſecto ſutura tantum cuti injecta, curatio lenta, ſed tamen plena. V. *pag.* 89.

REN. JAC. CRESC. GARENGEOT in *traité des operations* &c. Tendinum ſutura ut in gaſtroraphia. Suturam ſiccam putat fere obſoleviſſe. V. *pag.* 306.

J. CHRIST. KUNDMANN in *den Seltenheiten der Natur* &c. agit etiam de ſutura tendinum. V. *pag.* 104.

ABRA-

ABRAHAM TITSINGH in *verdonkerde Heelkonſt* &c. in vulnere naſi ſutura etiam cruenta uſus eſt, ut cartilaginem vitaret. V. *pag.* 106.

GEORGE de la FAYE in *cours d'operations* &c. pro ſutura clavata in magnis tranſverſalibus vulneribus dicit. V. *pag.* 308.

FRANC. SIMON. Ejus diſp. reſpondente JACOBO NICOL. ACRACHART *de vero ſuturarum uſu.* PARIS 1764. 4. V. *pag.* 127.

JOACHIM FRID. HENKEL. V. *pag.* 309.

HUGO RAVATON. V. *vulnera.*

PETRUS PAULUS TANARON. V. *pag.* 146.

BENJAMIN GOOCH. V. *pag.* 149.

JOSEPHUS LIEUTAUD. V. *pag.* 151.

PIBRAC in *Mem. de Chir.* T. III. agit de ſuturarum abuſu. Abſurdum eſſe totum inventum, quo de corpore ſcindente & vulnerante cogitatum eſt. Multi caſus, in quibus tanta ſuturarum fuerint incommoda, ut reſecare fuerit neceſſe. Solo apto ſitu, etiam in labio leporino inque abdominis vulnere labia conferbuiſſe. Ad morſus & vulnera linguæ ſacculus quo contineatur. Poſt inventum agaricum ſuturas fere deſeri.

J. JACOB. BELLETETE & auctor. J. BAPT. ALEXAND. MAIGERTE. *in pleriſque caſibus ſuturæ cruentæ ſunt inutiles & noxiæ.* PARIS 1764. 4.

CHARLES BISSET. V. *pag.* 191.

MARESCHAL de ROUGERES. V. *pag.* 194.

VALENTIN in *recherches critique* &c. contra ſuturam. V. *pag.* 1374.

J. CHRISTIAN ANTON THEDEN. V. *pag.* 211.

(Plura de ſuturis apud nonnullos auctores, qui *de adminiſtrationibus chirurgicis & de vulneribus* ſcripſerunt, reperies.)

SYPHILIS, ſ. VENEREA LUES. Vide *vener. morb.*

TENDINUM ET LIGAMENTORUM ADFECTUS.

(Et hæc ab Hallero mutuavi: quinque tamen ultimi auctores ſunt ex Richtero).

Guy de Chauliac in *Chirurgiæ* pag. 34. b. tendines vidit inciſos conſutos & feliciſſime curatos. V. *pag.* 297.

Ambrosius Paræus in *operum* collect. L. IX. tendinis Achillis lentam eſſe conferveſcentiam, & facile diſſilire male conjunctum. V. *pag.* 301.

Laurentius Joubert. V. *pag.* 1447.

Guilielmus Fabricius. V. *pag.* 1447.

Fortunatus Fidelis. V. *pag.* 598.

Johannes Vesling in *epiſtolis medicis* &c. tendines per ætatem duriores reddi, ſenſum amittere, denique omnes in viro viſos oſſeos. V. *pag.* 24.

Dominic. Panarolus in *jatrologiſmorum* &c. *pentecoſte* III. Labenti inter ambulandum tendo tibiæ extenſor ruptus. V. *pag.* 25.

Petrus de Marchettis. Ejus *tendinis flexoris pollicis ab equo evulſi obſervatio* &c. Ab equo medius abreptus digitus, longe evulſus tendo profundi flexoris, facile ſanatus absque febre vel ſymptomate. Redit inter *obſervationes* n. 62.

Idem in *obſervationibus* &c. tendines vulneratos non debere ſui. V. *pag.* 26.

Paulus Barbette in *Chirurgia* &c. tendines retractos extendit pondere geſtato, decocto emolliente.

Idem in *anatome practica* &c. ligamenta ſenſu carere. V. *pag.* 26.

Job van Meekren in *Heel en genees* &c. tendinum exiguum ſenſum eſſe monuit, eorum futuram deſcripſit. V. *pag.* 30.

Joh. Muraltus in *Schriften von der Wundarzney* &c. Tendo flexoris bicipitis ab oſſe, ut noſter dicit, diſceſſit, mirum malum. V. *pag.* 1448.

Matth. Godofr. Purman. V. *pag.* 1448.

Johannes Muys in *Podalirio redivivo* &c. A multo labore tendinis adfectus, ut ſub premente digito crepitet. V. *pag.* 51.

Antonius Nuck. V. *pag.* 1448.

Cornelius Stalpart van der Wiel. V. *pag.* 1448.

J. B. Verduc. V. *pag.* 1448.

J. Georg.

J. Georg. Kisner. Ejus diſp. *de læſione tendinum*. Leid. 1699. 4. De ſutura tendinis agit, quam dat delineatam: In Valentini *noſocomio* recuſa eſt.

Guilielmus Cowper. V. *pag.* 67.

J. Ludov. Petit in *Mem. de l'Acad. des ſciences* a. 1722. retulit de tendine Achillis a ſaltatore rupto, absque dolore, ſed apto ſitu ſanato.

Idem ibid. a. 1728. iterum exemplum rupti tendinis Achillis. Plenam & minus plenam rupturam diſtinguit, iſtam credit dolorificam eſſe.

Idem in *ſeconde lettre* &c. Ruptum in ſaltatore *Cochoix* tendinem Achillis defendit, hoc recte; alium etiam caſum fuiſſe, quem Paræus deſcripſerit, aliamque adhibitam medelam; ſæpe ſolo ſitu ruptos tendines ſe reconciliaſſe. V. *pag.* 1343.

Andr. Ottomar. Goelicke. Ejus diſp. *de tendinum adfectibus*. Francof. ad Viadr. 1734. 4. V. *pag.* 920.

Laurentius Heister. V. *pag.* 1448.

J. P. Wagret. V. *pag.* 1448.

Guil. Mauquest in *traité complet* &c. Tendo Achillis ſemilacer, adductis partibus confirmatus, quæ diviſæ fuerant. Tendines conſuendi. V. *pag.* 90.

Renat. Jacob. Crescent. Garengeot. V. *pag.* 1448.

Alexander Camerarius in *Eph. Nat. Cur. cent.* X. *Vol.* III. *obſ.* 118. Tendo flexoris & nervus pollicis avulſi absque magno ſymptomate. V. *tumores.*

Chabert in *obſervations* &c. Tendo ad dimidia ſectus facile ſanatus, & absque ſymptomate. V. *pag.* 758.

J. Adam Kulmus. Ejus *de tendine Achillis diſrupto & arteriis in oſſeam naturam converſis*. Gedan. 1730. 4. Bona diſputatio. Caſus tendinis ex ſaltu rupti. V. *pag.* 522.

Johannes v. Wyck. V. *tumores.*

In *Breſlauer Sammlung* &c. V. *pag.* 101.

J. Christ. Kundmann in *den Seltenheiten der Natur* &c. agit etiam de tendinis vulneribus & ſutura. V. *pag.* 104.

Petrus Paulus Molinellus. V. *pag.* 105.

Abraham Titsing in *verdonkerde heelkunſt* &c. A vulnere tendinis pluſculis diebus exiguus dolor. Iterum tendinum puncturas intra paucos dies absque ſymptomate ſanari, callum vero ſæpe grandiuſculum ſupereſſe, quo tendo diſſectus coaluit. Adduci debere ſegmenta diviſa tendinis, non conſui, per exempla. V. *pag.* 106.

J. Daniel Schlichting. V. *pag.* 108.

ALEXANDER MONRO. V. *pag.* 110.

JOHN ATKINS in *navy ſurgeon* &c. tendinum vulnera absque ſymptomatibus ſanari, eos lente quaſi exfoliari: eosdem non vult conſui. V. *pag.* 111.

DAVID CLAUD. FREMOND & ANT. JOH. DAVAL *non ergo ſecandi tendines.* PARIS 1734. 4.

GOTTWALD SCHUSTER in *gründliche Anweiſung* &c. tendines conſuit. V. *pag.* 119.

JACQUES BAGIEU. V. *pag.* 119.

JOH. CHRIST. BOHLIUS. Ejus *de inſenſibilitate tendinum.* REGIOMONT. 1764. 4. Germanice *Erfahrungen von der Unempfindlichkeit der Sehnen.* Ibid. 1764. 4. teſtis eſt vaginam tendinum muſculorum abdominis absque ullo ſenſu aut ſymptomate ſe jubente diſſectam fuiſſe.

Ejus *von der nöthigen Vorſichtigkeit bey denen in lebendigen Geſchöpfen anzuſtellenden Erfahrungen von der Unempfindlichkeit der Sehnen.* Ibid. 1767. 8. (An idem cum priori?) V. *pag.* 489.

GUILIELMUS BROMFIELD. V. *pag.* 121.

ACHILLES FRANC. FONTAINE & JAC. FRANC. CHAT de la SOURDERIE *non E. ſecandi tendines.* PARIS 1742. 4.

JOACHIM FRID. HENKEL. V. *pag.* 128.

ANTONIUS LOUIS. V. *pag.* 133.

ANGELUS NANNONI in *trattato chirurgico* &c. V. *pag.* 134.

JACOB van der HAAR. V. *pag.* 137.

LAURENTIUS MARTUCCI. Ejus diſp. præſide J. ANTONIO SCRINCI *de puncto aut ſciſſo nervo atque tendine.* PRAGÆ 1748. Commentarius in BOERHAAVIUM.

NATALIS JOSEPH. PALLUCCI in *lettre à M. Humelauer* &c. tendines absque ſenſu vulnerari. V. *pag.* 494.

HUGO RAVATON. V. *vulnera.*

HENR. BACHERACHT. Ejus diſp. *de morbis ligamentorum.* LEID. 1750. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis practicis.*

JOSEPH WARNER in *caſes in Surgery* &c. multoties tendines vidit lacerari, incidi, in manu, in calcaneo, idque malum adductis tantum partibus diviſi tendinis reſtituit. V. *pag.* 142.

GEORG. HEUERMAN in *vornehmſten chirurgiſchen operationen* &c. T. I. ſenſu ligamenta carere, & vincula articulorum, nihil ergo eſſe, quod ab eorum vulnere metuas: ſic membranas. V. *pag.* 310.

J. JACOB. LUDOV. HOIN in *Journal de Medecine* T. XXX. experimenta fecit in Achillis tendine: nunquam ſenſum ullum invenit, ſive incideret, ſive perforaret. Vulnera in omnibus exemplis facillime ſponte ſanata

ſunt,

ſunt, etiam quando multa inter ſuos fines erat diſtantia, & cum cutis acute ſentiret. V. *pag.* 1311.

STEPHANUS GASPARETTI in *oſſervazioni* &c. Tendo Achillis diſſectus abſque futura ſanatus. V. *pag.* 145.

PETRUS CASTELL. Ejus *experimenta, quibus varias corporis humani partes ſentiendi facultate carere conſtitit.* GÖTTING. 1753. 4. Diſputatio, recuſa etiam in HALLERI *ſelectis*, & in collectione Bononienſi & Romana. Vulnerum partium nervoſarum innocentia. Tendines facile confervere, & quibus modis: eorum vulnera periculo carere; idem valere de articulationum capſulis.

TOUSSAINT BORDENAVE. Ejus *remarques ſur la ſenſibilité de quelques parties*, in *Mercure de France* 1756. *Jun.* excuſ. & LAUS. 1758. 12. Inſenſiles eſſe tendines & aponevroſes, & eorum vulnera periculo carere. V. *pag.* 1312.

PETRUS CAMPER in *diſſ. anatomicarum* L. I. *de brachii humani fabrica & morbis.* Non a læſo tendine ſymptomata eſſe, ſed a nervo. Laxitas ligamentorum, quæ tendines manus continent, faſcia aut loro ſarcienda. V. *pag.* 541.

PETRUS PAULUS TANARON. V. *pag.* 146.

FERD. WILH. MÜHLMANN, medicus. Ejus *Unterſuchung ob durch die Verletzung der Sehnen und des Beinhäutchens unerträgliche Schmerzen, Entzündungen und Brand erfolgen können.* KÖNIGSBERG 1754. 4. & Gallice in HALLERI *collectione* LAUSANNÆ 1758. 12. Nullum a vulneribus tendinum, perioſtei, eſſe gangrænæ periculum, quorum nullus ſenſus ſit.

BENJAMIN GOOCH. V. *pag.* 149.

JOSEPHUS LIEUTAUD. V. *pag.* 151.

URBANUS TOSETTI. Ejus *lettere ſull' inſenſibilità d'alcune parti degli animali.* ROM. 1755. fol. Experimenta ROMÆ facta. Ex vulneribus tendinis Achillis, duræque matris, nulla unquam ſymptomata ſecuta.

CESAREO POZZI. Ejus *lettera al* D. ANTON. LAGHI. FIRENZA 1755. fol. Experimenta numeroſa FLORENTIÆ facta a J. VESPA, tum alia GRAZIANI, EVERARDI AUDRICH, omnia in eundem ſenſum.

J. VINCENTIUS PETRINI, Profeſſor Nazarenus edidit inde collectionem *ſull' inſenſibilità ed irritabilità di alcune parti degli animali.* ROM. 1755. 4. Primum PETRINUS de horum experimentorum in Chirurgia utilitate agit, cum potiſſimum per ea chirurgi metu liberentur, quoties tendines, aponevroſes, meninges diſſecare expedit. Deinde ſequuntur tres epiſtolæ URBANI TOSETTI cum numeroſiſſimis experimentis, & ejus Cl. Viri,

& Laurentii Gratiani, Ignatii Vari, Morandi, E. Audrich, & aliorum, quibus eadem vulnerum harum partium animati corporis innocentia confirmatur.

Succeſſit a. 1756. quarta Tosetti epiſtola, recuſa in Fabri *collectione*, & in Halleri Gallica *collectione* Lausann. 1760. 12. Adverſus Laghium & Bianchum, quorum neuter in experimentis ſuis ita verſatus ſit, ut legitimos potuerit eventus ſperare. Laghium ipſum in homine perforaſſe, qui nihil ſenſerit. Sic J. B. Miceri. Vespam oſſa reſecuiſſe non remoto perioſteo, nullo ſuperveniente ſymptomate. Mala, quæ tendini in venæſectione percuſſo tribuuntur, eſſe a læſo nervo.

Frid. Wilh. Gunther. V. *pag.* 627.

Richardus Brokleseby. V. *pag.* 152.

T. Laghi. Ejus *epiſtola ad* Cæsareum Pozzi edita Bonon. 1756. fol. Oſtendit eſſe tamen ubi animalia ferri igniti vim ſenſerint, quo tendines tetigerit, etſi plerumque non videntur percipere.

Ejus alia *epiſtola ad* Jac. B. Beccari. Ibid. 1757. fol. Eſſe tamen in meninge & tendinibus ſenſum: a cerebri vulneribus non ſemper nervos diſtendi &c.

Dominicus Vandelli. Ejus *epiſtola de ſenſibilitate pericardii, perioſtei, medullæ, duræ meningis, corneæ & tendinum.* Padova 1756. 8. Tendines a ferro ignito & a lapide infernali laceſſiti, nullo tamen inde ſuperveniente ſymptomate. Redit cum alia epiſtola in *collectione* Fabri.

Ejusdem eſt generis *lettera del* S. G. Michele Lamberti, chirurgi civitatis Alexandriæ Inſubricæ, *unita a quelle diverſe oſſervazioni ſopra l'inſenſibilità del pericranio, e tendini degli uomini.* Alessandria 1756. 8. In vulneratis hominibus pericranium dolores ſenſiſſe &c.

Altera ejusdem generis epiſtola prodiit in collectione Fabriana de ſenſu proprio nonnullarum partium, quem in tendinibus fatetur exiguum eſſe.

Andr. Elias Büchner. Ejus & Behr diſp. *de tendinis Achillis ſoluti ſanatione ſine ad (...) partium tentata.* Halæ 1765. 4. V. *pag.* 479.

J. Bapt. Bohadsch & Ignat. Radniczki *experimenta quibus conſtitit, eas partes eſſe ſenſu præditas, quibus* Hallerus *ſentiendi facultatem denegat.* Pragæ 1756. 4.

Leautaud. V. *pag.* 159.

Anna Carolus Lorry. V. *pag.* 160.

Marc. Anton. Leop. Caldani, Vir ill., Profeſſor primarius Theoriæ Medicinæ Patavinus. Ejus *epiſtolæ ſull' inſenſibilità, ed irritabi-*

lità

lità di alcune parti degli animali. BONON. 1757. 4. Experimenta ſollicita cura facta in tendinibus, perioſteo, dura meninge, a quibus partibus læſis nulla ſymptomata ſecuta. *Secunda epiſtola* Gallice cum priori & LAUSANN. 1758. 12. recuſa. In ſecundam LAGHI epiſtolam animadvertit; & ad alias objectiones reſpondet.

Ejus *lettera terza.* BONON. 1759. 4. Cauſas citat errorum, in quos varii viri inciderunt.

Ejus *lettera quarta.* EBRODUNI 1764. 8. Experimenta in ranis facta.

Ejus *rifleſſioni fiſiologiche ſopra due diſſ. del S. le Cat.* VENEZIA 1767. 8. Præter alia multa, dicit nullum in VESPÆ, VERNÆ, aliorum experimentis fuiſſe perioſtei in amputatione ſenſum. Poſt infelicem venæ ſectionem P. PAULUM MOLINELLI absque ullo malo tendinem diſcidiſſe. Nunquam ex vulneribus tendinum ulla ſymptomata ſuperveniſſe.

Ejus *eſame del capitolo VII. della parte* 12. *del S. de Haen.* PADOVA 1770. 4. Nullos eſſe in tendinibus nervos, ſenſum nullum &c.

HYACINTHUS BARTHOLOMÆUS FABRI, chirurgus. Ejus collectio *ſull' inſenſibilità ed irritabilità Halleriana, opuſcoli di varii autori raccolti* T. I. BOLOGNA 1757. 4. Præter Hallerianas, CASTELLI & ZIMMERMANNI diſſertationes, habentur quatuor epiſtolæ Cl. TOSETTI, CALDANI epiſtola, & CÆSAREI POZZI & P. LECTORIS epiſtola, mere theoretica, & FABRI diſſertatio, HALLERO potius oppoſita. In T. II. Ibid. 1757. 4. continentur epiſtolæ, quæ HALLERO ſunt oppoſitæ, J. B. BIANCHI, M. LAMBERTI, T. LAGHI, GIRARD de VILLARS, VANDELLI. Deinde diſſert. PONTICELLI, & diſſert. SANSEVERINI. Porro J. BAPT. FE' convicia. PETRIOLI, & CAROLI MICH. LOTTIERI experimenta pro inſenſibilitate pericranii & perioſtei. GIRARDI & BIANCHI aſperæ epiſtolæ.

Ejus *ſupplementi agli opuſcoli* &c. BONON. 1759. 4. Le CATII epiſtolæ duæ. FABRI de tendine, qui in ulcere ſenſum oſtenderit. VANDELLI, & BIANCHI, aliorumque epiſtolæ. Deinde ZINNII, OEDERI, VERNÆ ſcripta, & potiſſimum HORATII MARIÆ PAGANI & CAMILLI BONIOLI *diſcorſo theorico prattico delle parti inſenſibili ed irritabili.* Experimenta facta in tendinibus, etiam humanis repetita. Sic & in perioſteo, medulla, peritonæo, quæ omnia absque ullo ſenſu, aut ſymptomate varie lacerata, & laceſſita fuerunt.

Ejus JOSEPHI BONIOLI diſſ. *medico-chirurgica.* VERM. 1767. 4. (an non idem cum CAMILLO?)

J. AL-

J. Albert Kipeke. Ejus diſſ. *de optima tendinis Achillis præciſi vel diſrupti cura.* Basil. 1757. 4.

Eman. Jacob. van den Bos. Ejus diſp. *de vivis corporis humani ſolidis.* Leid. 1757. 4. qua tendines aliasque partes contendit, tamen ſenſu non carere.

J. Albert Reimarus. V. *pag.* 731.

Le Beau. V. *pag.* 163.

J. Bapt. Verna, primus chirurgus noſodochii S. J. B. Turini, edidit *lettera al S. Haller* 1758. 4. recuſam in Halleri *collectione Gallica Lauſannenſi.* In hominibus tendines & duram matrem irritavit, nullo cum ſenſus ſigno.

Collectio Lauſannenſis de vulnerum tendinum, meningum, aliarumque partium innocentia prodiit Lausannæ 1759. 12. 3. vol. etſi typographus annum 1760. præfixit. Adnumeratur Halleri experimentorum cenſus a. 1756. editus. Quare prima pars collectionis titulum præfert Tomi ſecundi. In eo volumine mera experimenta redeunt excerpta & Gallice verſa J. G. Zinnii, J. G. Zimmermanni. G. C. Oeder viror. Ill. Cæsarii Pozzi, P. Castel, Walstorf, J. G. Heuermann, F. W. Muhlmann, Urbani Tosetti quatuor epiſtolæ. J. Vinc. Petrini præfatio. Deinde novum experimentum, medici Montisbelgardenſis, Berdoti primum hic editum de inſenſibilitate tendinis Achillis in viro factum (b). Denique Housseti, medici Altiſſiodorenſis, quinque epiſtolæ. In Monſpelienſi ſchola teſtis fuerat experimentorum a Tandonio factorum, quorum alia contra ejus viri vota ceciderunt, alia ita facta ſunt, ut neceſſario ad errorem ducerent. Ipſe Cl. Vir ex ſuis experimentis innocentiam vulnerum perioſtei, tendinum, meningis durioris recenſet.

Idem edidit Cl. Housset diſſ. *ſur les parties ſenſibles & irritables du corps animal.* Lausannæ 1770. 12. Contra le Catii experimenta. Cerebri vulnera non facere convulſiones, niſi ad corpora ſtriata penetrent. Omentum absque ſenſu reſecari. Tendinem Achillis nudatum, manus tendinem, cum ſquamam deponeret, nullum ſymptoma feciſſe, dolorem nullum. Vitia Tandonianorum experimentorum. In T. II. *Collectionis Lauſannenſis* iterum redeunt Caldani *epiſt.* I. Tussani Bordenave experimenta & Vernæ atque Cignæ *diſſ. anat.* & C. P. Gesneri. Nova vero eſt Felicis Fontanæ, Viri ill. *epiſtola ad* Urbanum Tosettum, qua potiſſimum ad Thomæ Laghi ſecundam epiſtolam reſpondetur. Oſtenditur Cl. Virum, qui alioquin æquioris ingenii ſit, ea fere retractaſſe, quæ contra nova experimenta Halleri dixerat, in aliis, ut in tendinum vulneribus vacillaſſe. Sed ipſe Ill. Fontana tendines omni modo laceſſitos nullo-

(b) Reperitur etiam aliud ejus viri experimentum in eundem ſenſum in *epiſtol. amicor.* Halleri T. V. ep. 193.

nullorum ſymptomatum cauſam fuiſſe teſtatur, ita neque duræ membranæ, arteriarum, aut membranarum. F. A. D. TISSOT, celeberrimus clinicus, quater tendines in homine absque malo irritari vidit. J. BAPTISTÆ MORETTI *epiſtola ad* HALLERUM data. Tendines in ipſo homine & duram meningem laceſſitam nihil nocuiſſe.

JUVET. V. *pag.* 172.

GRIMA. Ejus *Mem. ſur la ſenſibilité des tendons.* PARIS 1760. 12. Contra POZZIUM & HALLERUM, tendines utique injurias ſentire.

RUDOLPHUS BURCKHARD, chirurgus. Ejus experimenta de innocentia vulnerum tendinum aliarumque partium reperiuntur in novo diario *Abhandlungen der naturforſchenden Geſellſchaft in Zürich.* ZÜRICH 1761. 8.

J. RUD. STÆHELIN in *Act. Helvet.* T. V. duram matrem & tendines in homine ſenſu carere ait.

CARL ABRAHAM GERHARD. V. *pag.* 499.

FRANC. GUIL. le VACHER. Ejus *de læſione aponevroſium theſes anat. chir.* PARIS 1764. 4.

J. LUCAS SICHI. Ejus *de ſenſibilitate & irritabilitate partium corporis humani.* PISIS 1764. 4. Perioſteum & tendines in homine ſenſu carere reperit.

FERDINANDUS MARTINI, chirurgus. Ejus *Verſuch und Erfahrung über die Empfindlichkeit der Sehnen.* KOPPENHAGEN 1770. 8. Terebinthinam & acria medicamenta in tendine ſenſum excitaſſe. V. *pag.* 185.

VINCENTIUS PASQUINELLI. V. *pag.* 189.

J. B. LUD. PETR. DUMONT & Cl. NIC. ROBIN de la VOISINIERE *de tendinis bicipitis læſione.* PARIS 1766. 4.

JOS. JAC. PLENCK in *Lehrſätze der practiſchen Wundarzney* &c. vulnera tendinum ad dimidias diviſorum in principio non videri ſymptomata producere: tunc vero utique, quando inflammatio acceſſit. V. *pag.* 195.

GALINIER. V. *pag.* 204.

ROBIN. V. *pag.* 204.

Le BEL. V. *pag.* 206.

ARTHAULD. Ejus *diſſ. ſur l'inſenſibilité.* PARIS 1771. 8. Tendines inſenſiles eſſe, etiam in ſtatu morboſo, perioſteum ſenſu carere.

COLOMB

Colomb (an Coulon?) *étudiant en Medecine.* Ejus *lettre à M. ſur un cours de phyſiologie experimentale de M.* Portal. Paris 1771. 8. Experimenta de inſenſibilibus tendinibus, & membranis, eodem eventu facta, quo ſunt ab ipſo Hallero.

B. Wilman. V. *pag.* 215.

J. Teckel. V. *pag.* 215.

Matth. Franc. Alix. V. *pag.* 218.

Gauthier. V. *pag.* 238.

Chanoy. V. *pag.* 239.

Duchanoy. V. *pag.* 239.

Montballon. V. *pag.* 239.

TEREBRATIO
SIVE
TREPANATIO.

(Hi quoque fere omnes ex Hallero).

Hippocrates in L. *de capitis vulneribus* minutas in terebræ uſu cautelas dixit. Sero nimis terebraſſe cranium ei objectum eſt. Vide *pag.* 286.

GOTTFR. HENR. BURGHART. Ejus *Schreiben an Herrn* TRALLES, *vom Aderlaſſen.* BRESLAU 1736. 8. recuſ. *in ſat. Sileſ.* mantiſſ. I. BRESLAU 1736. 8.

J. FRANCISCUS le FEVRE. Ejus *de uſu miſſionis ſanguinis & aliarum artificialium ſanguinis evacuationum.* VESUNTIONE 1737. 4. Potius practici eſt argumenti.

LEONARDO de PRISTO de BARREIRA. Ejus *practica de barbieros phlebotomos au ſangradores reformada.* LISBON 1740. 8.

J. HIERONYMUS KNIPHOF. Ejus *de ſectione venæ medianæ nonnunquam periculoſa.* ERFORD. 1751. 4. V. *pag.* 1169.

MARTIN, M. D., Avenionenſis. Ejus *traité de la phlebotomie & de l'arteriotomie recueilli des auteurs anciens & modernes avec des remarques critiques ſur les uns & les autres.* PARIS 1741. 12. Pleraque quidem pertinent ad derivationem & revulſionem, aliqua tamen, ad dirigendum chirurgum venam ſecantem, ad ſymptomata venæ inciſæ ſupervenientia, ad aneuryſma, arteriotomen, cucurbitulas, hirudines. In maximis malis arteriam radialem jubet incidere, quoties ſanguinis iter ab arteriis in venas impeditur.

CHRISTOPH. DAVID MANN. Ejus diſp. *circa encheireſes phlebotomiæ obſervationes & cautelæ chirurgico-practicæ.* HALÆ 1744. 4.

JAC. ANDR. MILLET & FR. SAL. DAN. BOULLIN *E. periti chirurgi ſolertiam non minus, quam rationalis medici prudentiam requirit venæ ſectio.* PARIS 1744. 4.

Thom. Bernard Bertrand & Cl. Person *E. venæ ſectio operationum frequentior ſimulque periculoſior*, Paris 1744. 4.

Joseph. Sue. V. *pag.* 134.

Stephan. Chardon de Courcelles, medicus. Ejus *manuel de la ſaignée pour l'inſtruction des jeunes chirurgiens*. Brest 1746. 8. 1763. 12.

Taillard, le fils. Ejus *élemens de l'operation de la phlebotomie*. Paris 1749. 12. Fuſe de venæ ſectione in brachio, & in pede; breviter de vena jugulari. Si ſanguis ex pedis vena fluere ceſſaverit, alterum vinculum ſupra genu injicit.

J. Julius Walbaum, medicus & obſtetrix Lubecenſis, Halleri auditor, mechanici cæterum vir ingenii, & in perficiendis inſtrumentis ingenioſus. Ejus præſide Hallero, ſed ipſi tota propria eſt diſſ. *de venæ ſectione*. Götting 1749. 4. recuſa in Halleri *ſelectis*. Bona hiſtoria inventæ venæ ſectionis, & perfectæ, & eorum, quæ in ea ſectione debent caveri. Novum etiam inſtrumentum deſcribit, elaſticum quidem, ſed quod ultra deſtinatos limites non poſſit quidquam lædere. Metus ſupereſt, ut omnino ſanguis non fluat.

Georg. Heuerman in *vornehmſten chirurgiſchen Operationen* &c. T. III. ſymptomata, quæ venæ ſectioni ſuperveniunt, læſis nervis tribuit, a muſculo cutaneo trunco naſcentibus, non tendini, qui inſenſilis ſit. Elaſtrum ad aperiendam venam lanceolæ præfert. Ad incifionem venæ jugularis præfert ſcalpellum *biſtouri*. V. *pag.* 310.

Henrich Wilhelm Bücking. Ejus *Abhandlung von der Blutaderöffnung. Anhang von der Cur der Hüner- oder Krähenaugen.* Wolfenbüttel 1752. 8. Icones venarum, quæ ſecantur, & ad eas inciden-das conſilia. Lanceolæ & elaſtici cultelli; horum potiſſimum uſum deſcribit, qui in Saxonia inferiori familiaris ſit. Non debere uti nos elaſtro, quo lanceola elevatur. De incommodis a venæ ſectione: de faſcia. Linguæ venam repetitis vicibus lancinat, donec ſatis ſanguinis manaverit, quod periculoſum videtur. A ſectione cephalicæ venæ vulnus facilius hiare, a baſilica maximum impendere periculum.

Joh. Friderich Glaser, medicus in Suhla. Ejus *Beſchreibung ſeiner neuerfundenen Blutwaage und Blutmaſſgeſchirr.* Hildburghausen 1758. 8. Media deſcribit, ut fieri poſſit, ne in copia ſanguinis erretur, quem de vena emiſerimus. Primum jubet ſanguinem ex ipſa pedis vena emittere in amphoram (*Eimer*) de bilance ſuſpenſam, qua unciæ emiſſi ſanguinis accurate definiantur. Deinde alio modo idem obtinet ſanguine in vaſculum emiſſo, cujus loculamentum quodlibet duas ſanguinis uncias capiat.

Beweis daſs die Eröffnung der Mittelblutader zuweilen höchſtgefährlich werden könne, nebſt einer Abhandlung von der Schädlichkeit des Blutlaſſens in Anſehung der Seelenwirkung. GLOGAU. 1760. 4.

FRIDER. AUGUST. WEIZ. V. *pag.* 175.

P. SUE in *dictionnair portatif* &c. Sectio venæ jugularis reducto hamuli ope nervo recurrente. V. *pag.* 183.

PERRET. Ejus *Pogonotomie, ou l'art de ſe raſer ſoi-même, ſuivie d'un obſervation importante ſur la ſaignée.* YVERDON 1770. 8.

PIETER van ESCH. V. *pag.* 226.

VENEREUS MORBUS
SIVE
MORBUS GALLICUS, HISPANICUS, NEAPOLITANUS, SYPHILIS, VENEREA LUES.

(Etſi de morbo venereo ſcriptores ad Bibliothecam medicam, ad quam ipſe etiam HALLERUS eos retulit, proprie pertineant; tamen, quoniam opus hocce in manibus potiſſimum verſabitur eorum, qui utramque Medicinam noſtro iterum ævo egregie colunt, non inepte forte hic a me collocantur. Adde quod & multi id a me petierint. Auctores, quotquot mihi de hac materia innotuerunt, juxta tempora, quibus eorum opera vel ſcripta vel primum typo data ſunt, hic ſtudui recenſere).

HIPPOCRATES. In ejus *epidemicorum* L. III. ſyphilidem, inquit HALLERUS, neſcio quis (GUALTHERUS HARRIS) deſcriptam fuiſſe dicit, utique nimius. Pariter & in *prognoſtico* HIPPOCRATES de ſyphilide nihil habet. Ita HALLER (a).

Veſtigia aliqua BECKETUS & SANCHEZIUS (& plures alii, quos in hac collectione reperies) apud antiquiores ſcriptores repererunt, neque ii ſoli, ſed univerſi fere ſeculi XIV. & XV. ſcriptores de morbis penis ſcripſerunt, & de ulceribus, (vide *genital. morb. pag.* 748.) quæ homines luxurioſi ex concubitu cum fœmina immunda contraxerint. Verum topicum id malum erat; lues nova ſuis in initiis continuo univerſum corpus humanum adgrediebatur, inque puſtulas erumpebat & ulcera, ejusque tanta erat crudelitas, (qua genus humanum, juxta idoneos teſtes, exſtirpaſſet, niſi ejus furor ſponte

(a) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 32. & 34.

ſponte remiſiſſet) ut nunquam tot medicorum notitiam effugiſſet, aut absque nomine proprio latuiſſet, ſi ante hæc tempora in EUROPA dominata fuiſſet. Omnibus computatis, hæc lues videtur degeneratio eſſe morbi YAWS AMERICÆ, & inſularum potiſſimum Antillarum indigenæ, in iis inſulis etiam nunc ſuperſtitis, qui pariter tubercula per univerſum corpus exigit. Eum morbum aliud clima, & repetita cum infectis fœminis venus exaſperavit, & etiam noſtro ævo venerea lues eo ſevior eſt, quo regio magis ad ſeptemtriones vergit. Hunc morbum claſſis CHRISTOPHORI COLUMBI a. 1493. ex inſulis Americanis retulit, quæ vera hujus mali primum nati epocha eſſe videtur. Inde in obſidione Neapolitana hoc malum adeo vulgatum eſt, ut ab exercitu obſidentium *Gallicum*, ab obſeſſis *Neapolitanum*, ab iis, qui ex AMERICA novum malum HISPALIN adtulerunt, *Hiſpanicum* dictum ſit. Hoc idem malum medicorum animos in ſe convertit; ut ad novum & deteſtabilem morbum ſollicite explorandum paulatim adſueti, didicerint etiam in aliis occaſionibus naturæ geſta ſigillatim adnotare, qui prius ſolebant univerſalia fere ſequi, & in magnam malorum varietatem deſcribendam diffuſi, priores fere excerpebant. Ita HALLER (b).

THEODORICUS in *Chirurgia* &c. malagma mercuriale habet ad malum mortuum, lepram nempe incipientem, repetitum ab ARNALDO, poſt quem ad luem veneream curandam inde translatum fuit: unde paulatim uſus hydrargyri manavit. HALLER (c). V. *pag.* 2.

PETRUS de la CERLATA in *opere chirurgico* &c. pag. 7. ventoſas cum ſcarificationes ad bubones venereos (d) adhibuit, bono eventu. HALLER. V. *pag.* 269.

PETRUS DELPHINUS. In ejus *epiſtolis* VENET. 1524. fol. excuſis agitur de malo, ut putatur, venereo, de vulneribus (ulceribus, ut puto,) nempe anno 1491. frequentibus, in quibus per cruſtas ichor malignus manaverit: eas puſtulas nuperus auctor ad luem refert, magnus defenſor antiquitatis mali venerei. HALLER (e).

ALEXANDER BENEDETTI, vulgo BENEDICTUS, in ſua *anatomia, ſ. hiſtoria corporis humani.* VENET. 1493. 8. PARIS 1514. 4. BASIL. 1522. ARGENTOR. 1528. 8. & alias excuſa, adſperſas habet adnotationes morboſorum corporum minime inutiles. Oſſa a venerea lue undique veris abſceſſibus fœdata ab ipſa medulla pus fundentibus. Paſſim venerei mali meminit, novi mali, & gonorrhœam jam eo ævo vidit, quam vulgo tanto nuperiorem faciunt. In cadaveribus ſyphiliticorum inciſis oſſa ſub perioſteo integro tumentia, & ad medullam uſque ſuppurata invenit. Adverſus ce- phalæam

(b) Ibid. 473. (c) Ibid. pag. 431. (d) Aperte venereos PETRUS de la CERLATA non nominat. Sed neque ſubintelligi poſſe bubones, illos venereos fuiſſe oſtendit ASTRUCIUS in L. I. *de morb. vener.* cap. 5.; videtur itaque vox *venereos* per errorem typi in HALLERI *Bibliothecam chirurgicam* T. I. pag. 166. irrepſiſſe. (e) Ibid. pag. 472.

phalæam medicos ſalivam moviſſe, inuncto hydrargyro. HALLER (f). V. *pag.* 300.

MARCELLUS CUMANUS in *obſervationibus medicis* &c. refert de puſtulis epidemicis in exercitu (Veneto), in ulcera depaſcentia tranſeuntibus. Eas WELSCHIUS habet pro primis indiciis luis venereæ. Bubones equidem etiam venereos noſter videtur, & frequenter, curandos accepiſſe, & ulcera virgæ ex ſimili cauſa nata: dolores inde artuum ſequi & lepram (nempe venereæ luis). HALLER (g). V. *pag.* 410.

SEBASTIANUS BRAND, poëta ſatyricus non inficetus, qui ARGENTINÆ natus, BASILEÆ vixit, (Profeſſor Phil.). Ejus eſt *eulogium de ſcorra peſtilentiali, ſ. malo die Franzos,* latinis verſiculis ſcriptum ad J. REUCHLIN a. 1496. etſi ſcribitur 69. Nomen morbi a Gallis habet, qui *Gorra* dixerunt, vox certe *ſcorra* nihil habet Germanici, ut quidem ASTRUCIUS ſuſpicabatur. Verrucas per corpus ægrotorum dicit, effloreſcere nempe tubercula; inunctionem etiam meminit.

In hunc librum eodem anno commentatus eſt JOSEPHUS GRUNPECK, (vel GRUNBECK) presbyter & medicus (h), ex oppido Burkhauſen in BAVARIA. Titulum fecit *tractatus de peſtilentiali ſcorra, ſ. malo die Franzos, originem remediaque ejus complectens, compilatus ſuper carmina quædam* SEBASTIANI BRAND, expreſſo anno 1496. 4. VENET. 1503. 4. Ex genio ſeculi mali originem tribuit conjunctioni Saturni cum Jove. Inter remedia diſerte unguentum mercuriale habet. HALLER (i).

NICOLAUS LEONICENUS, Vicentinus, ex pago *Luinigo* (natus a. 1428. (k) Profeſſor Patavinus (l), longævus, qui 96. annum adtigerit, celebs & ſobrius. Vir inter doctiſſimos ſui ſeculi, ex primis qui critica face errores veterum & Arabum excuſſerunt. Ejus *L. de epidemia, quam Itali morbum Gallicum, Galli vero Neapolitanum vocant.* VENET. apud ALDUM MANUTIUM 1497. 4. 1503. 4. PAPIÆ 1506. fol. BONON. 1516. fol. LION. 1529. 8. BASIL. 1536. 4. & in *collectione* ALOYS. LUISINI. Editionem antiquam in 4. absque loco & anno habent PLATNER & BOEHMER. Primus, aut inter primos, Italorum de hoc morbo ſcripſit. Oſtendit veteribus non dictum eſſe malum. Accuſat inundationes frequentiores. Curationem Galenicam proponit; de argento vivo nihil addit. Ex theoria omnia; ut a docto viro eum morbum nunquam curatum fuiſſe FREINDIUS neget. HALLER (m).

CONRADINUS GILINUS, medicus, ad SIGISMUNDUM ESTENSEM ſcripſit a. 1497. *opuſculum de morbo Gallico*, in collectione LUISINI recu-

(f) Ibid. pag. 474. (g) Ibid. pag. 477. (h) ASTRUC pag. 547. (i) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 477. (k) Ita ASTRUCIUS. (l) In ASTRUCIO lego Ferrarienſis. (m) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 477.

recuſum. De conjunctione etiam planetarum repetit, quæ novum morbum produxerit. (Tamen ſubodoratus eſt contagione ex impura venere morbum contrahi. Ita ASTRUC.) Balnea (in decocto emolliente) ſuadet, (phlebotomiam, purgationem) & unguentum, quod & vivum hydrargyrum recipit, & ſublimatum, demum funeſtam illam inuſtionem ad futuram coronalem. HALLER (n).

JOHANNES WIDMANN, qui nonnunquam ex genio ſeculi J. de SALICETO, alias a patrio pago Wirtembergico, MECHINGER ſe vocavit, a bibliographis ideo pro tribus diverſis viris recenſus, J. MARLIANI diſcipulus. Ejus tractatus *de puſtulis, quæ vulgato nomine dicuntur mal de Franzos* 1497. 4. TUBINGÆ datus eſt liber: morbum Arabibus putat notum fuiſſe. Eo tempore, qui hoc malo infecti erant, ab hominum conſortio excludebantur. Unguentum habet mercuriale.

Ejus (J. SALICETI dicti MECHINGER) phyſici Würtenbergenſis, *de peſtilentia, cum adjecta quæſtione de fuga peſtis*, TUBING. 1541. 4. Aliqua etiam de malo venereo habet. HALLER (o).

GASPAR TORELLA, Hiſpanus, Valentinus, medicus ALEXANDRI VI., Prælatus domeſticus, & Epiſcopus, ſcripſit tractatum *cum conſiliis contra pudendagram, ſ. morbum Gallicum.* ROMÆ 1497. 4. & alias ROMÆ 4. editum absque anno. (Morbum Gallicum a. 1493. in GALLIA incepiſſe, indeque per contagium in HISPANIAM & ITALIAM tranſlatum. Curari diæta, evacuantibus, balneis, unguentis detergentibus, exſiccantibus cum mercurio ſaliva humana extincto. Ita ASTRUC.) Hiſtorias ægrotorum recenſet, qui ex coitu cum impura muliere morbum contraxerunt. Ulcuſcula, maculæ, puſtulæ malignæ, dolores univerſi corporis. Theoria ex Arabibus, libellus breviſſimus.

Ejus *dialogus de dolore cum tractatu de ulceribus in pudendagra evenire ſolitis* in oppido Bleſenſi in GALLIA ſcriptus liber a. 1499. editus a. 1500. tum cum priori libello prodiit PAVIÆ 1521. fol. Innumeros ſe ægrotos curandos accepiſſe & ſanaſſe. Id malum exſtirpari poſſe, ſi impuræ fœminæ relegarentur in proprium locum, ſumtuque publico curarentur. Unguento mercuriali ſalivam cieri, eam vero curationem ſe improbare, qua illuſtres viri interemti fuerint. Virgæ ulcera ſuctu per vilem perſonam facto poſſe mundari. HALLER (p). Non favet TORELLÆ celeberrimus v. SWIETEN, eumque ſuſpectæ eſſe fidei oſtendit (q); ſic & ASTRUCIUS fœdum Principis CÆSARIS BORGIÆ adulatorem eundem vocat.

NATA-

(n) Ibid. pag. 479. (o) Ibid. pag. 479. (p) Ibid. pag. 479. (q) In commentar. T. VII. pag. 293. Edit. VENET. 1772. 4.

Natalis Montesaurus, Veronenſis. Ejus liber *de epidemia, quam vulgares mal Franzoſo appellant* .... 1497. vel 1498., cum anno 1498. adverſus eum Scanarolus ſcripſerit. Contra Leonicenum, non eſſe novum morbum, & Arabibus utique notum, a mala temperie aëris nuper exaſperatum. Ita Haller (r). Unguenta laudat detergentia, exſiccantia absque mercurio. Ita Astruc.

Antonius Scanarolus, Mutinenſis, pro magiſtro Leoniceno in Montesaurum ſcripſit *diſputationem utilem de morbo Gallico & opinionis N. Leoniceni confirmationem contra adverſarium Natalem Monteſaurum.* Bonon. 1498. 4. Non eſſe *eſaphat* (ſive tineam) aut alium morbum Arabibus notum, ſed novum utique malum. Haller (s).

Franc. de Villalobos, Toletanus, medicus Philippi, ut putat celeberrimus Haller, Auſtriaci & Caroli V., ſcripſit *tratado de la enfermidad de las bubas.* Salamant. 1498. fol. Astrucius non vidit. Ita Haller (t).

Simon Pistor, vel Pistorius, Lipſienſis, & in ea Academia Profeſſor. Ejus eſt diſputatio, cui titulus *poſitio de malo Franco.* Lips. 1498. 4. Theoria mera. Haller (u). Primus Germanorum ſcripſit de morbo Gallico. Ita Astruc.

Ejus *declaratio defenſiva poſitionis de malo Franco.* Lipsiæ 1500. 4.

Ejus *confutatio conflatorum circa poſitionem quamdam extraneam & puerilem Doctoris Martini Mellerſtad de malo Franco nuper ventilatam in Gymnaſio Lipſienſi.* Ibid. 1501. 4. Ita Astruc.

Sebastianus Aquilanus, a patria (urbe Aquila) dictus, Profeſſor Patavinus, ſcripſit ad Ludovicum de Gonzaga (Epiſcopum Mantuanum) epiſtolam ſive *interpretationem morbi Gallici, & curam*, quam a. 1498. excuſam fuiſſe Astrucius conjicit, quod a Torella citetur inter antiquiſſimos ſcriptores de lue venerea. Prodiit etiam Lion 1506. 4. 1525. 8. vel 4. 1539. 8. Bonon. 1517. 8. Basil. 1537. fol. Paris 1570. 8. Inunctionem mercurialem habet, & in debilibus improbat. (Medicamenta purgantia, digerentia, alterantia, laudat vinum viperinum, etiam venæ ſectionem. Ita Astruc). Eſſe elephantiaſin Galeni. Ex theoria omnia. Haller (x).

Jacobum Romerum ad a. 1498. & Johannem Geppingenſem chirurgum ad a. 1499. recenſet Astrucius, quod formulas adverſus

(r) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 480. (s) Ibid. (t) Ibid. (u) Ibid. pag. 481. (x) Ibid.

ſus luem veneream dederint, ille quidem unguenti, quod ſaturnina & mercurium recipiebat, iſte quod aliud, in quo auripigmentum eſt & arſenicum.

BARTHOLOMÆUS MONTAGNANA, junior, medicus Patavinus Profeſſor, dedit a. 1499. *conſilium pro Reverendiſſimo Epiſcopo Hungariæ Vicerege* (THOMA BAROCZIO) *morbo Gallico laborante*, excuſum in collectione LUISINI. Morbum antiquis incognitum fuiſſe. Hydrargyri, Guajaci, Chinæ, cum non meminerit, ASTRUCIUS conjicit, mature, & ſub initia morbi, hoc conſilium ſcriptum fuiſſe. HALLER (y).

PETRUS PINTOR, medicus ALEXANDRI VI. Ejus *de morbo fardo his temporibus adfligente* ROM. 1500. 4. liber, cujus unicum eſt exemplum apud COTUNNUM, qui ejus notitiam dedit in L. *de variolis*. Nomen impoſuit alia inhumata: graſſatum eſſe ab a. 1494. ad 1499. puſtulas membris adflixiſſe cum doloribus, quibus perinde unguentum medici mercuriale cum plumbo conjuncta oppoſuerunt. Id unguentum Portugueſum quemdam adhibuiſſe. Conjunctioni planetarum ortum morbi tribuit, neque tamen ignorat, contagio contrahi, etiam potiſſimum cum muliere hoc morbo infecta, ROMÆ a. 1493. multos mortales invaſiſſe. Ita HALLER (z).

MARTINUS POLLICH, a patria dictus de MELLERSTAD, oppido FRANCONIÆ, medicus FRIDERICI III. dicti ſapientis, Electoris & SAXONIÆ Ducis, quem in PALÆSTINAM peregrinantem comitatus eſt, & RHODI balneo eripuit, ex cujus uſu ſodalis principis BAVARIÆ morbo acuto correptus interiit. Inde Profeſſor Lipſienſis, demum odiorum cum PISTORIO pertæſus, FRIDERICO ſuaſor fuit, ut Academiam Wittebergenſem (a. 1502.) conderet, in qua procancellarius perpetuus de vita (a. 1513. vel 1514.) deceſſit, doctor idem Theologiæ. Cum LEONICENI de lue venerea ſententiam publice docuiſſet, & diſſentiret in proprio ſcripto PISTORIUS, prodiit POLLICHII *declaratio defenſiva cujusdam poſitionis de morbo Franco per* SIMONEM PISTORIUM *diſputatæ*. LIPS. 1500. 4.

Ejus *reſponſum in ſupradictos errores* SIMONIS PISTORII *de morbo Franco*. Ibid. 1501. 4.

Ejus *reſponſio ad cõnfutationem conflatorum circa poſitionem quamdam extraneam & puerilem per* MELLERSTAD *nuper ventilatam*. Ibid. 1501. 4. Tota res in theoriis meris ſubſtitit. HALLER (a).

(y) Ibid. pag. 482. (z) Ibid. pag. 480. (a) Ibid. pag. 482.

JOH. MANARDUS, Ferrarienſis, natus a. 1461., diſcipulus NICOLAI LEONICENI, medicinam fecit FERRARIÆ ad annum uſque 1513., & anno 1514., in HUNGARIAM a Rege LADISLAO VI. advocatus fuit, ut Archiatri munere fungeretur; eoque mortuo anno 1516. in HUNGARIA vel AUSTRIA moram tamen fecit ad annum uſque 1518., inde in patriam regreſſus. Uxorem duxit valde ſenex & articulorum dolore diſtortus. Obiit FERRARIÆ anno 1536. Ita ASTRUC. In opere ad MARTINUM MELLERSTAD *de erroribus* SIMONIS PISTORII *circa morbum Gallicum* LIPSIÆ 1500. 4. excuſo & LEONICENUM defendit & POLLICHIUM.

Idem in *epiſtolarum* &c. L. VI. LEONICENUM contra PISTORIUM tuetur, recte vero oſtendit, luem veneream novum morbum eſſe, ex Americanis inſulis, ubi frequens ſit, in EUROPAM translatum anno 1494. Guaiaci uſum præſcribit, inunctionem, ſpumam decocti, vel oleum ejus ligni. In hydrargyri ad luem veneream uſu carpit, quod cerebro noceat. Decoctum ligni ſancti ad luem veneream valde laudat, modumque præſcribit, ut debeat adhiberi.

Ejus *epiſtolæ de morbo Gallico* exſtant in LUISINI collectione. HALLER (b). V. *pag.* 421.

CONRADUS SCHELLING, Heidelbergenſis, medicus PHILIPPI Palatini, dedit *conſilium ad puſtulas malas, morbum quem malum de Francia vulgus appellat, quæ ſunt de genere formicarum.* HEIDELBERGÆ 4. absque anno. ASTRUCIO videtur ſub anni 1500. fine prodiiſſe. Deinde SPIRÆ 1502. 4. HALLER (c).

PETRUM RICCIUM refert ASTRUCIUS ad annum 1500. ob carmen de CAROLO Francorum Rege, in quo de pugna ad Tarum flumen & de novo morbo canit, qui pro lichenibus habitus ſit. Sed nihil omnino de lue venerea in eo carmine reperias. Ita HALLER (d).

Anonymus doctor Monſpelienſis edidit *regimen ſanitatis* &c. & una *Remede trés-utile pour ceux qui ont la maladie appellée en Hebreu mal Franzos & en latin Variola groſſa, en françois groſſe verole.* LUGDUNI 1501. 8. Regnaſſe malum venereum a. 1496. poſt conjunctionem Saturni cum Marte; adverſus eam luem lactis uſum commendat, & inunctionem cum terebinthina. HALLER (e).

ANTONIUS BENIVENIUS. Poſt ejus demum mortem, quæ in annum cadit 1502, prodiit ejus L. *de abditis nonnullis ac mirandis morborum & ſanationum cauſis*, edente auctoris fratre HIERONYMO, FLORENT. 1502. 4. (1507. ASTRUC) PARIS 1528. fol. &c. Primum continuo caput eſt de venerea lue, quod in collectione LUISINI recuſum exſtat. Puſtulas de toto corpo-

(b) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 482. & 515. (c) Ibid. pag. 483. (d) Ibid. pag. 583. (e) Ibid. pag. 489.

corpore effloruiſſe; adhiberi unguentum mercuriale, alios decocto ex myrrha, aloe & myrto ſanatos fuiſſe. HALLER (f). Novum eſſe morbi genus, quod a. 1496. ab Hiſpanis incipiens per cæteras deinde EUROPÆ provincias diffuſum. Morbum accurate deſcribit, ut ſe ferebat eadem ætate. Ita ASTRUC. Confer *pag.* 362.

WENDELINUS HOCK de *Brackenau* pago in ducatu Würtenbergico, medicus, in ITALIA artem didicit. Ejus *mentagora*, *ſ. tractatus de cauſis, præſervatione, regimine & cura morbi Gallici vulgo mal Franzos, & de curandis ulceribus hunc morbum ut plurimum conſequentibus.* VENET. 1502. 4. Deinde ARGENTOR. 1514. 4., quæ ſplendida eſt editio. LION 1529.. Ab anno demum 1494. innotuiſſe prius ignotum malum, ex conjunctionibus planetarum ortum. In cadavere hominis eo malo enecti plurimum glutinis in junctura repertum deſcribit. Dolor nocturnus. Curatio. Farrago medicamentorum. Stufa. Puſtularum magnam eruptionem aliquando morbum ſanaſſe. Laudat cauteria. Unguenta mercurialia, quorum cautum uſum non improbat, ut per intervalla illinantur, ne præceps fluxus humorum ad ſuperiora fiat, quod malum etiam alvi purgatione cavet. De curandis ulceribus breviſſime. Monet ASTRUCIUS, ex C. TORELLA multum ſumſiſſe. HALLER (g).

CLEMENTIUS CLEMENTINUS, Amerinus, medicus, Aſtrologiæ deditiſſimus, ut medicinam theoricam tauro, practicam ſcorpioni ſubeſſe ſcripſerit, inde neceſſario inter homines utramvis medicinam ſectantes odia naſci. ROMÆ artem exercuit, PATAVII educatus. Ejus *clementia Clementis* CLEMENTII CLEMENTINI *Amerini* prodiit ROMÆ 1512. fol. & alio cum titulo C. CLEMENTINI, *nulli medicorum quos Roma atque Italia habuit, ſecundi, lucubrationes.* BASIL. 1535. fol. ASTRUCIUS putat anteriorem aliquam ante illam 1512. dari editionem, eamque ad annum 1505. cum eo anno noſter opera varia ſe ſcripſiſſe ajat (pag. 88.), & certum eſt librum datum eſſe ad AGAPETUM primum medicum ducis Valentiniæ, qui ab anno 1503. cum patris ALEXANDRI vita omnem ſuam potentiam amiſerat. Incipit agere de temperamentis, de humoribus &c. Scorpium cauſam fuiſſe morbi Gallici. HALLER (h).

JACOBUS CATANEUS de *lacu Marcino*, medicus Genuenſis. Ejus *de morbo Gallico* . . . . . Nullam aliam editionem reperit HALLERUS, quam quæ eſt in collectione LUISINI: mature vero ſcriptum fuiſſe libellum ASTRUCIUS non male autumat, cum nullum auctorem anno 1505. nuperiorem citet, morbum ſua ætate novum in ITALIA exſtitiſſe teſtetur, & lignum Guaiaci nequidem nominet. Exortam luem eſſe anno 1494, cum CAROLUS VIII. regnum Neapolitanum invaderet: veteribus indictum eſſe, diver-

(f) Ibid. pag. 490. (g) Ibid. pag. 490. (h) Ibid. pag. 491.

diverſum ab elephante, hæc fuſe contra SEBASTIANUM AQUILANUM. Multos cum infectis mulieribus coire, neque lædi. Nutrices tamen a pueris inſici, & viciſſim eos inficere. Ulcerum in faucibus meminit. Argentum vivum inunctum multos ſanaſſe, malis humoribus per os expulſis. THEODORICUM & alios eo unguento adverſus malum mortuum uſos fuiſſe. Encheireſis, formula unctionis, & ſymptomata inde naſcentia. Alios fumo hydrargyri & ſulphuris eſſe levatos, ſe tamen inunctionem præferre. Syrupum de viperis etiam (& phlebotomiam) laudat. HALLER (i).

PETRUS TRAPOLINUS, Patavinus Profeſſor, obiit a. 1509. & ad eum excuſa eſt epiſtola ANDREÆ BRENTII cum CHAMPERIO edita LION 1516. 8. Reliqua viri opera perierunt; ſervatus eſt *de morbo Gallico liber* in collectione LUISINI excuſus, multis tamen locis mutilus, hactenus B. MONTAGNANÆ conſilio auctus. Malum veteribus non fuiſſe dictum. Tres eſſe morbos, puſtulas, dolores univerſi corporis, & miſtum ex utroque malo. Multum laudat S. PISTORIUM. Ita HALLER (k).

ANGELUS BOLOGNINUS in L. *de cura ulcerum* &c. unguentorum mercurialium formulas dat, & encheireſes, eaque mirifice laudat. Dari ægrotos, in quibus ab uſu argenti vivi ſaliva non fluat, eventu non eo minus ſalutari. Ad objectiones etiam reſpondet. HALLER (l). V. *ulcera.*

JOHANNES VOCHS, Colonienſis, ſed ut in ITALIA artem medicam didicerit, & chirurgiam ſua manu exercuerit, inque patriam redierit, & peſtem COLONIÆ a. 1506. & 1507. graſſantem viderit. Ejus eſt L. *de peſtilentia anni præſentis ejusque cura.* MAGDEBURG 1507. 4. Non ab aſtris epidemias eſſe. Morbum Gallicum ſ. carbunculum Franciæ natum eſſe a frugibus immaturis. Mercurialium medicamentorum in Gallicá lue uſum vituperat. HALLER (m) ex ASTRUCIO.

JOHANNES BENEDICTUS, Germanus M. D., qui in ITALIA artis præcepta hauſerat. Ejus L. *de morbo Gallico* eſt in collectione LUISINI. Ponitur ab ASTRUCIO ad annum 1510., quod a JOHANNE ALMENAR jam a. 1512. exſcribi videatur, quod Guaiaci non meminerit &c. Novum eſſe malum, contrahi ab infectis, mitius eſſe quam olim, nocturnos tamen dolores cum eo conjungi. Emollientia dat medicamenta, alvum ducit, lavare jubet, dat quæ *cor confortant*, demum laudat linimentum mercuriale tamquam medicamentum ſecretiſſimum: conjungit balneum. Sudatoria etiam laudat. HALLER. (Damnat ſuffumigium ex quo periiſſe vidit nobiliſſimum BONONIÆ pictorem. Ita ASTRUC.)

Ejus

(i) Ibid. (k) Ibid. pag. 492. (l) Ibid. (m) Ibid. pag. 493.

Ejus *libellus novus de cauſis & curatione peſtilentiæ ad præſervationem & curam hujus mali optime utilis.* CRACAU 1521. 4. 1530. 8. 1552. 8. ubi in titulo dicitur, cum voluntate auctoris auctum eſſe, quem longævum fuiſſe oportet, qui & a. 1510, & iterum a. 1552. librum ſcripſerit. HALLER (n).

JOHANNES ALMENAR, Hiſpanus, medicus, (primus eſt Hiſpanorum qui de morbo Gallico libellum ſcripſerit. Ita ASTRUC). Ejus L. *de morbo Gallico.* PAPIÆ in collectione prodiit 1516. fol. tum LION 1528. 8. BASIL. 1536. 4. LION 1539. 8. inque LUISINI collectione. Ad annum 1512. ponit ASTRUCIUS, & monet, videri ab eo J. BENEDICTUM exſcribi, ut omnia tamen ab ALMENARO nitidius dicantur, aliqua adjiciantur: neque præter rem hæc eſt accuſatio, ſi ſeptem indicationes legeris, quæ cum ipſis medicamentis nihil differant. Veram ſpem eſſe in unguento mercuriali, & in balneo; ſalivam ab hydrargyro cieri. Ulcera virgæ dicit, puſtulas univerſi corporis, & artuum dolores. Interpolat unctiones mercuriales cum ſyrupo alterante, hunc ex WENDELINO HOCK. Argento vivo ſalivam cieri non ignorat, ſed eum effectum ad partes inferiores derivat. HALLER (o).

JOHANNES DROYN, Ambianus, legum baccalaureus, poëta. Ejus *carmen de variola craſſa.* LION 1512. 12. ASTRUC.

JACOBUS BERENGARIUS, Carpenſis, medicus, qui male vulgo CARPUS dicitur, Profeſſor Ticinenſis, inde Bononienſis, magnus inciſor, & qui chirurgiam etiam ſuis manibus exercuit, magnus pariter clinicus, etiam in peſte & in lue venerea curanda exercitatus (p), non quidem inventor unguentorum mercurialium, ſed laudator. (Hoc ſuo arcano ita opulentus redditus eſt, ut teſtatus fuerit numeratam pecuniam 40000. ſcutatorum, præter argenteam materiam: quæ omnia Duci Ferrarienſi reliquit. Hiſpanis ita erat infenſus, ut cum eſſet BONONIÆ geminos ex iis laborantes morbo Gallico ceperit, & vivos anatomicis adminiſtrationibus deſtinaverit; qua de re profligatus FERRARIÆ obiit (q).) Eum ASTRUCIUS ad annum 1512. recenſet, ex arbitrio. HALLER (r).

JOHANNES de VIGO in *Chirurgiæ* L. V. (ſatis fuſe differitur de morbo Gallico duobus primis capitibus, quæ eadem in *collectione* LUISINI excerpta proſtant. Morbum apparuiſſe in ITALIA a. 1494. menſe Decembri. Ita ASTRUC) agit de morbo Gallico, de quo, ut HALLERO videtur, plenius & rectius ſcripſit, quam priorum quisquam. Contagium potiſſimum per concubitum concipi, partes genitales primas inficere, inde longa ſerie producere puſtulas pertinaces, dolores nocturnos, exoſtoſin & cariem, tubercula

(n) Ibid. pag. 499. (o) Ibid. (p) CELLINUS apud ASTRUCIUM p. 616. (q) Ita lego in JACOBI BERENGARII Carpenſis libro *de fractura cranii* LUGDUN. Batav. 1629. 12. ex FALLOPIO. (r) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 500.

bercula mori ſimilia, demum in carbunculos, gangrænas, omnis generis ulcera, quæcunque deſcripta ſint, ſcabiem, febriculam hecticam, ophthalmias pervicaces tranſiturum. Inde curatio, digeſtiva, laxantia, balnea, unguenta nimis compoſita cum euphorbio & mercurio in ſaliva exſtincto: ſimilia cerata, lotiones, pillulæ valde compoſitæ. Solo unguento mercuriali intra octavum diem morbum funditus ſanari. Quæ bona de morbo Gallico nota ſunt, apud THEODORICUM reperiri & ARNALDUM. Ita HALLER (s).

GEORGIUS VELLA, qui dicitur Brixienſis. Ejus *conſilium pro* ALOYSIO MANTUANO, in collectione ALOYSII LUISINI reperitur. Venere ſola malum Neapolitanum contrahi; nonnunquam tamen ſanas fœminas coiviſſe cum infecto, neque infectas fuiſſe, ſed infectionem in alium virum propagaſſe. Eamdem de phlegmate groſſo in junctura genuum reperto repetit adnotationem, quæ ex WENDELINI HOCK ſuperius dicta eſt. Unctiones mercuriales ſuadet adhiberi. Ad hanc ætatem (ad annum 1508) cæterum ASTRUCIUS noſtrum rejicit, quod de ligno Guaiaci ſileat. Verum, cum in B. RIVINI diſerte citetur G. VELLA &c. MANTUÆ 1515. 4. eo librum referre neceſſe eſt. HALLER (t).

HENRICUS STRÖMER, Miſnicus, AUERBACHII natus, amicus ERASMI, *ſaluberrimas adverſus peſtilentiam obſervationes* edidit a. 1516. 4. 1519. 4. 1530. 4. Germanice LIPS. 1516. 4. &c. Ut Guaiaco uteretur UDALRICO de HUTTEN noſter auctor fuit. HALLER (u).

Collectio prima auctorum qui de morbo Gallico ſcripſerunt PAVIÆ 1516. ASTRUC. (x).

NICOLAUS POLL, CAROLI V. medicus. Ejus *de cura morbi Gallici per lignum Guaiacum.* VENET. 1535. 4. BASIL. 1536. & in *collectione*, tum in *collectione* ALOYSII LUISINI. Epiſtola dedicatoria eſt anni 1517. Deſperatum malum Guaiaci ligno ſuperatum fuiſſe, ejusque libra una decocta cum aquæ unciis duodecim: diætam tamen Germanis minus ſeveram debere imperari, quam Hiſpanis & Italis. Uſum hujus ligni accurate docet, unus, ut putat HALLERUS, de antiquiſſimis. Alemannos etiam argenti vivi uſum male tolerare. Hiſpanos uſum decocti Guaiaci interpolare, adque idem poſt intervallum iterum redire. HALLER (y).

MARINUS BROCARDUS, medicus Venetus, Arabum defenſor, ſcripſit *de morbo Gallico*, qui in collectione LUISINI reperitur. Nomen morbi nondum penitus erat conſtitutum; noſter ait, nonnullos cauſam ad aſtra referre, adque conjunctionem luminum. Gonorrhœæ & bubonum & ligni Guaiaci non meminit. Diæta & potionibus ait ſe malum curaſſe,

(s) Ibid. (t) Ibid. p. 501. (u) Ibid. pag. 502. (x) de morb. vener. edit. Gallica PARIS 1743. 8. (y) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 503.

raſſe, inunctionem tamen mercurialem adhibet & balneum. HALLER (z).

LEONHARDUS SCHMAUSIUS, (non SCHMAIUS), medicus Salzburgenſis. Ejus *lucubratiuncula de morbo Gallico & cura ejus noviter repetita cum ligno Indico*, datus a. 1518. excuſus AUG. VINDEL. 1518. 4. & in collectione LUISINI, parvus libellus. Hic Guaiaci arbor deſcribitur, (cujus mentionem facit primus & cujus uſum & adminiſtrationem primus quoque deſcribit. Ita ASTRUC.) ſcriptio datur, ut decocta cum ligno aqua ſit utendum. Hiſpanos medicos etiam pulverem dare.

An idem forte libellus fuerit *Recept wie man das Holz Guaiacum für die Franzoſen gebrauchen ſoll*.... 1518. 4. HALLER (a).

PETRUS MAYNARDUS, Veronenſis, diverſus a JOHANNE MANARDO Ferrarienſi, Profeſſor Patavinus. Ejus *duo tractatus de morbo Gallico* putantur a. 1518. ſcripti eſſe, recuſi in *collectione* LUISINI. Curationem Galenicam proponit, unguentum mercuriale ad ſolos articulorum dolores laudat. Ulcera narium, uvulæ & aſperæ arteriæ recenſet. HALLER (b).

MAGNUS HUNDT, Lipſienſis. Ejus *kurzes Regiment wider die erſchröckliche Krankheit der Peſtilenz aus bewährten Erzten zuſammengetragen, ſammt einem kurzen Bericht von der Schweiskrankheit; mehr ein nützliches Regiment wider die curſierende Krankheit der Franzoſen, und Bericht die gebrand Waſſer zu gebrauchen*. LIPS. 1519. 8. HALLER (c).

ULRICUS de HUTTEN, Eques nobiliſſima familia natus (anno 1488. STECKELBERGÆ, in caſtello FRANCONIÆ cujus dominio ejus familia potiebatur, litterarum ſtudio dedit operam FULDÆ, COLONIÆ, & FRANCOFURTI ad ODERAM, inde meruit aliquamdiu in ITALIA in caſtris Imperatoris MAXIMILIANI I., unde redux verſatus eſt in aula ALBERTI Brandenburgenſis, Archiepiſcopi Moguntini & Magdeburgenſis, ac poſtea S. R. E. Presbyteri Cardinalis titulo ſancti CHRYSOGONI, ab anno 1517. ad annum uſque 1520., quo LUTHERI partes amplexus ſibi fuga confulendum eſſe duxit, cum audiviſſet ſe juſſu LEONIS X. ſummi Pontificis, in quem acerbius ſcripſerat, comprehendendum eſſe. Toto BELGIO peregrinatus profugit tandem in HELVETIAM, venitque BASILEAM anno 1522., exeunte, ſed ab ERASMO hoſpitio excluſus, urbe ipſa exire juſſus eſt menſe Januario anni ſequentis. Obiit paulo poſt in inſula quadam lacus Tigurini, ubi latitabat, die ſcilicet 29., (d) Auguſti, anno 1523., ætatis anno 35. vel 36. Ita ASTRUC.)

Ejus

(z) Ibid. (a) Ibid. pag. 504. (b) Ibid. (c) Ibid. pag. 489. (d) ERASMUS in *epiſtola* ad CONRADUM GOCLENIUM data 6. calend. Octobris anni 1523.

Ejus *de Guaiaci medicina & morbo Gallico liber* prodiit MOGUNTIÆ 1519. 4. 1524. 8. 1531. 4. BONON 1521. 4. & in collectione LUISINI. Gallice, vertente J. CHIRADAME, LION 1530. 4. Anglice, vertente THOMA PAYNELL, LOND. 1541. 8. 1546. 8. Bonus libellus, etſi non eſt medici opus. Morbum in obſidione Neapolitana a. 1493. ortum eſſe: ab eo tempore mitiorem factum; ſcabiem tamen & puſtulas ſupereſſe. Germanis incumbere ſeviorem, vix niſi per coitum communicari. Acerbiſſimam curationem eſſe, quæ per inunctionem obtineatur, dentes corrumpat, guttur obſtruat, aëris defectu & æſtu ægros enecet. Meliora ſe expertum eſſe ab Guaiaci uſu: lignum raſum in octuplo aquæ per noctem macerari, tunc lente ad dimidias decoqui; ſapore eſſe ſubacido. A STROBMERO perſuaſum ſe decoctum bibiſſe. Clauſum tamen cubiculum requiri; aërem excludi debere, cibum ad quartam partem diminui, tepidæ decoctæ duas libras bibi per 30 dies: eas ne ſibi quidem ad claudenda ulcera ſuffeciſſe. Decimo die famem ſibi moleſtam fuiſſe. Se perfectam valetudinem recuperaſſe. Solam ſobrietatem non ſufficere. Sudorem non requiri. Sibi pedem inutilem fuiſſe; tuberculum induratum cum immenſo dolore, aliud tuberculum incipiens, in coſta aliud, in tibia ulcera, aliud in brachio. Alibi tamen legitur (apud ASTRUCIUM (e), & apud SWIETENIUM (f)) ULRICUM non ſanatum ex eo ipſo morbo (undecies prius ſalivationem paſſum, novem annis cum lue venerea peſſima conflictatum, profugum, exulem, indignum. Ita SWIETEN (g), & ASTRUC) interiiſſe. Verum cum, quinto poſt primam editionem anno, librum ſuum recuſum dederit, non videtur lætum eventum medicationi tributurum fuiſſe, quam inutilem expertus fuiſſet. Novam enim editionem auctorem cum WOLFGANGO AUGUSTO præparaſſe, ex ejus viri epiſtola apparet. Ita HALLER (h).

Ein Recept von einem Holz zu brauchen für die Krankheit der Franzoſen, aus dem Hiſpaniſchen ins Deutſche gebracht; dazu das Regiment wie man ſich darinn halten ſoll. BASIL. 1519. 4. Uſus decocti ligni Guaiaci, cum ſevera victus ratione conjunctus. Quis Hiſpanus ſit auctor non apparet. HALLER (i).

GODOFR. STEGHIUS in *artis medicæ* L. VII. cap. 9. de morbo Gallico. WALTH. V. *pag.* 313.

JOHANNES le MAIRE, Belga, natus anno 1473. BAGACI in HANONIA Gallice *Bavai*, unde ſe dicit Gallice *des Belges*, ideo quod putet BAGACUM olim BELGIDEM dictum fuiſſe. Ante annum 1525. fato functus eſt. Scripſit tum ſtricta, tum ſoluta oratione opera varia Gallice & Latine, non ſine ingenii acumine ac doctrinæ laude ut ea erant tempora, quibus vixit.

(e) *De lue venerea* pag. 630. edit. ſecund. (& pag. 490. edit. Pariſ. 1738. 4.) (f) *Comment.* T. VII. p. 445. edit. VENET. 1772. 4. (g) Ibid. (h) In *bibl. Med. pract.* T. I. pag. 505. (i) Ibid. pag. 506.

xit. Exſtat inter cætera carmen Allegoricum Gallice ſcriptum, & in tres fabulas diſtributum, quod typis excuſum eſt anno 1525. apud GALIOTTUM du PRE', cum hac inſcriptione: *les comptes, intitulez de Cupido & d'Atropos, dont le premier fut inventé par Seraphin, Poëte Italien, le ſecond & tiers de l'invention de Meiſtre Jean le Maire.* In ſecunda fabula veneream luem Poëta ita deſcribit, ut licet inde colligere, quid ætate ſua de morbi origine, novitate, propagatione, atrocitate, vulgo crederetur. Ait nempe aquas, quæ e foſſis palatii Veneris decurrebant, a viris fœminisque plurimis cum voluptate quidem perpotari, ac gratas videri, at vero varia & inaudita morborum monſtra inde generari, quibus potores miſerrime affligebantur. ASTRUC.

DESIDERIUS ERASMUS, Roterodamus, Vir maximi nominis & eruditionis multiſciæ, natus eſt 27. Octobris anno 1466., & mortuus eſt BASILEÆ die 12. Julii a. 1536. jam ſeptuagenarius. Cætera quæ ad ejus vitam ſpectant, huc non ſunt repetenda, tum quod paſſim occurrant, tum quod ERASMUS nec de lue venerea quidquam ex profeſſo ſcripſerit, nec Medicinæ vacaverit unquam. Cum tamen noſter ſuppar vixerit ingreſſui luis venereæ, haud pauca ſuis operibus interſperſa reliquit teſtimonia de morbi origine, fœditate, contagione. Sic in colloquio, quod inſcribitur Α'γαμος γάμος ſive *conjugium impar*, quod primum anno 1524., typis editum videtur, & in quo nomine equitis ſcabie Gallica infecti ULRICUS de HUTTEN perſtringitur. Sic & in *epiſtola ad* CHRISTOPHORUM *a* SCHYDLOVIETZ, *Palatinum & Capitaneum Cracovienſem, Regnique Poloniæ Cancellarium*, BASILEÆ ſcripta a. 1525. poſtridie Idus Auguſti, & libro *de lingua, ſive de linguæ uſu & abuſu* præfixa, dum ſui ſeculi calamitates enumerat in hæc verba erupit: hæc lues quidquid in aliis eſt horrendum una ſecum defert, fœditatem, cruciatum, contagium, vitæ periculum, curationem difficillimam pariter ac fœdiſſimam, & tamen utcunque cohibita ſubinde repullulat, non aliter quam podagra. ASTRUC.

BARTHOLOMÆUS SILEBER. Ejus *præcautio luis venereæ*. WIEN 1525. 4. HALLER (k).

GUNDISALVUS FERNANDEZ, ſive Hiſpanice GONÇALO HERNANDEZ, Hiſpanus, (natus MADRITI circa annum 1478.) vir militaris, in civitate S. MARIÆ in AMERICA vixit, ejus oppidi rector, & in civitate DOMINICA. Confirmavit ex inſula hujus nominis morbum inquilinum cum ſecundo COLUMBI itinere in EUROPAM advectum fuiſſe, perque milites GUNDISALVI FERDINANDI (*el grande capitaneo*) diſſeminatam. Ejus *ſummario de la hiſtoria général y natural de las Indias occidentales.* (TOLEDO 1525.. Ita ASTRUC.) VENET. 1525. 4. recuſa cum

(k) Ibid. pag. 512.

RAMUSIO, in Tomo III. VENET. 1556. fol. Alterum majus GUNDISALVI opus fuit: *la hiſtoria general y natural de las Indias occidentales.* TOLEDO 1526. fol. Guaiaci arborem deſcribit & lignum ſanctum. Duo fragmenta eo facientia recuſa exſtant in *Collectione* LUISINI. Proprium libellum, ſive *dos tratados del palo de Guaiaco y del palo ſanto*, NICOLAO ANTONIO dictos, ASTRUCIUS non putat unquam prodiiſſe. Ita HALLER (l). Vixit FERNANDEZ, dum lues ex AMERICA in EUROPAM devecta fuit, & poſtea ipſe in HISPANIOLAM, ac AMERICÆ Continentem, (anno 1513. a FERDINANDO) miſſus eſt, ut fuſionibus auri, & argenti præeſſet, quo nec locupletior, nec oculatior, teſtis adhiberi poteſt, dum de ligno Guaiaco agit, ſcribit ſequentia: apud Indos haud eſt adeo ſævum malum, nec tantum adſert diſcrimen, ſicut in HISPANIA, & frigidioribus climatibus; ſed parvo negotio hujus arboris ope, incolæ curantur. Curatio multam inediam, & præterea aquæ potum, in qua lignum hoc decoctum fuerit, expoſtulat. Et, abſque inedia ipſa nihil prodeſſe, ſed obeſſe, conſuevit: a carnibus nempe abſtinet æger, & piſcibus; ſed paſſulis veſcitur, & ſiccis eduliis; iisque paucis (quæ ſcilicet ad ſuſtentandum tantum corpus ſufficiant); & aliquo panis aſſi (biſcoctum vulgus vocat) fruſtulo. SWIETEN (m).

JACOBUS a BETHENCOURT, medicus Rothomagenſis, ſcripſit *novam pœnitentialem quadrageſimam, nec non purgatorium in morbum Gallicum ſ. venereum, una cum dialogo aquæ, argenti vivi, ac ligni Guaiaci, colluctantium ſuper dicti morbi curationis prælatura, opus fructiferum.* PARIS. 1527. 8. Morbum venereum novum eſſe, a. 1495. primum adnotatum, vario contagio inficere, longe plerúmque tamen per venerem. Inunctionem jubet ſexto die, aut ſeptimo, leni laxante medicamento interrumpere, tum aliquot diebus quieſcere; ſcirrhos duros & ulcera eſthiomena longiorem inunctionem requirere. Gonorrhœam ipſe in juvene vidit; monuit ne inunctionibus uteretur. Guaiacum humidis & pituitoſis ægris convenire: aquam argenti præſtare reliquis auxiliis; ita hydrargyrum vocat. Non reperitur in LUISINI collectione. HALLER (n).

FRANC. DELGADO, Presbyter. Ejus eſt *del modo de adoperar el legno ſanto di India occidentale ſalutifero remedio ad ogni piaga.* VENET. 1529. 4. Paulo alius titulus eſt apud C. de VILLA: *del modo de adoperar il legno di India occidentale, ſalutifero remedio ad ogni mal incurabile.* VENET. 1549. 4. Ipſe per 20. annos malo venereo laboravit, & plurima in noſodochio mala paſſus, demum a. 1526. uſu decocti ligni ſancti conva-

(l) Ibid. T. II. pag. 17. (m) In *comment.* T. VII. pag. 444. Edit. VENET. a. 1772. 4.
(n) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 514.

convaluit. Malum omnino ortum eſſe in obſidione Neapolitana. Inde, cum in Inſula HISPANIOLA ab anno 1501. innotuiſſet, in ITALIA anno demum a. 1517. Ipſe electuarium ex eo ligno parabat & vendebat; quod arcanum ſibi ſervat. Hæc ex ASTRUCIO, neque enim in collectione LUISINI reperitur. HALLER (o).

HIERONYMUS FRACASTORIUS, Veronenſis, medicus, poëta, philoſophus, aſtrologus, Archiater PAULI III., vir nobilis & illuſtris, & ſuo ævo inter principes doctorum virorum habitus, etiam ſtatuam meritus, ſibi in patria dedicatam. (LIVIANUM copiarum Venetarum Ducem ſecutus eſt pluribus bellis, ſed eo mortuo ad ABDUAM a. 1515. in patriam ſe recepit. Medicus fuit Patrum Concilii Tridentini. Obiit ſeptuagenario major in ſuis caphis prope VERONAM anno 1553. 8. Idus Auguſti apoplexia correptus in menſa. Ita ASTRUC.) Ejus poema *ſyphilis ſ. morbus Gallicus*, ſcriptum, ut ASTRUCIUS monet, haud ſerius quam anno 1521., vivente nempe LEONE X., qui eo anno obiit, ut in L. II. auctor ait, prodiit VERONÆ 1530. 4. ſæpiſſime recuſum PARIS. 1531. 8. 1539. 16. BASIL. 1536. 8. LION 1547. 12. ANTWERP. 1562. 8. 1611. 8. LONDIN. 1720. 4. 1746. 8. PATAV. 1744. 4. Italice, vertente SEBASTIANO degli ANTONI, BONON. 1738. 4. Vertente ANTONIO TIRABOSCO, VERON. 1539. 4. Demum a PETRO BELLI verſum NEAPOLI 1731. 8. Gallice verſum a MACQUER & la COMBE cum bonis notis PARIS. 1753. 8. Morbum (ſyphilidem, quam a SYPHILO paſtore in deos impio ſic dictam fingit. Ita ASTRUC) novum eſſe, ex ſiderum concurſu natum, & per bellum Gallicum in ITALIAM propagatum. Inunctionem aſperum eſſe auxilium, ut tamen id noſter rejiciat: ſuffitum ut aſperiorem damnet, tum præcipitatum & devoratum hydrargyrum. In poemate tamen potiſſimum Guaiacum laudat, tamquam mali antidotum. Dictio cæterum humilis, neque vitioſis numeris pura, ut præterea antiquos ſæpe non imitaretur, ſed exſcriberet.

Ejus *de ſympathia & antipathia L. I. de contagionibus & contagioſis morbis eorumque curatione L. III.* VENET. 1546. 4. LION 1550. 16. etiam 8. 1554. 16. Agit etiam de morbo Gallico. Malum venereum ab annis retro vigenis puſtulas parcius inducere, gummata frequentiora. Unguentum mercuriale a tonſore in vetuſto libro repertum eſſe. Oſſa infecta non ſanari. Non ex INDIA adlatum malum eſſe, ſed ex vi occulta ſiderum & maligna conjunctione ortum. HALLER (p).

LAURENTIUS PHRYSIUS. Ejus *epitome opuſculi de curandis puſtulis, ulceribus & doloribus morbi Gallici alias Franzos appellati* BASIL. 1532. 4. VENET. 1535. 4. & in collectione LUISINI. Levis auctor repudiat

(o) Ibid. pag. 520. (p) Ibid. pag. 522.

diat mercurialia medicamenta, alia inutilia & abſurda ſubſtituit, quibus ducentos homines ſe ſanaſſe gloriatur Planetarum conjunctiones ex aliis exſcribit, quæ hunc morbum præceſſerint. Ita HALLER (q). V. *pag.* 1332.

NICOLAUS MASSA. Ejus L. *de morbo Gallico, in quo omnes modi poſſibiles ſanandi continentur.* VENET. 1532., LION. 1534. 8. 1536. 4. cum epiſtola ad CADAMUSTUM, VENET. 1563. 4. quæ editio aucta dicitur, tum 1657. 4. Reperitur etiam in collectione *Baſilienſi* 1536. 4. in *Lugdunenſi*, & in Veneta LUYSINI. Italice VENET. 1566. 8. Etſi noſter aliquantum barbare ſcripſit, bonum tamen opus (laudatur etiam ab ASTRUCIO & SWIETENIO) dedit, ut qui plurimum in hoc morbo curando ſit verſatus & feliciſſime, teſte ALOYSIO LUISINO, adductis exemplis hominum, quos, cum nemo curare poſſet, noſter ſanaverit. In L. I. dicit novum morbum eſſe, in obſidione Neapolitana anno 1494. natum. Non ſolo concubitu concipi, ſe vidiſſe in impuberibus. Iterum, ſæpe in locis dolentibus ſe gelatinam vidiſſe, venasque materie pituitoſa plenas. Prima pars curationis: purgantia, pilulæ indæ, ad ulcera profunda penis efficaces, quibus hominem præ dolore furentem, & pro dæmoniaco habitum, MASSA ſanaverit. In L. III. de ligno ſancto. In inſulis novi orbis neminem fuiſſe, quem hoc auxilio ſanitati non reſtituerit. Decoctum mane ab unciis ſex ad duodecim ſumere noſter jubet, tum ſudare, cum diæta parca & tenui, quæ neceſſaria ſit, ſola tamen morbum non tollat. Idem de ſarſaparillæ aqua. In L. IV. unctionem, quæ hydrargyro fit, certiſſimam præſtare medelam. Varia unguenta deſcribit, jubet diu continuari uſum, quoad dolores & ulcera integre ſublata ſint. Totis 37. diebus ſe unctionem urſiſſe, ſic ægros ab aliis derelictos ſanaſſe; alias, & in debilibus, integris menſibus unctionem ſe intermiſiſſe, & ad eam iterato rediiſſe. Unguento a MESUE ad ſcabiem præſcripto, etiam nodos, podagram, & lepram ſanari. In L. V. ſuffumigia unguentis potentiora, ſanaſſe, quos iſta ſanare non potuerant. Cinnabari ſe uti cum olibano. Graviſſimus caſus, in quo profuit. In L. VI. curatio ſymptomatum. Aquæ ſeparationis (acore ex nitro & vitriolo ſtillante) ulcera tangit: oleo vitrioli loco cauterii utitur. Præcipitatum mercurium rubrum valde laudat ad ulcera virgæ & gutturis: id remedium ſibi notum fuiſſe, priuſquam JOHANNEM de VIGO legeret. Gargariſmi &c. Ita HALLER (r).

Idem in *epiſtolarum* &c. *epiſt.* 27. de modo, quo morbus Gallicus a natura ſanatur. *Epiſt.* 28. de cauſis dolorum morbi Gallici. *Epiſt.* 29. de cura ulceris formidoloſi in femore & tumoris in dorſo a reliquiis luis venereæ. *Epiſt.* 30. de corroſis gingivis & aliis ſymptomatibus in morbo Gallico. Ita WALTHER. V. *pag.* 273.

Col-

(q) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 503. (r) Ibid. pag. 531.

Collectio prima *operum de lue venerea* prodiit VENET. 1532. 8. Continet MASSAM, ALMENARIUM, LEONICENUM, & ANGELUM BOLOGNINUM. Ita HALLER (s).

SEBASTIANUS MONTUUS, Riverienſis, Gallus, in *dialexeon medicinalium* L. II. &c. LION 1533. 4. FUCHSIUS in Arabicos medicos invectus fuerat. In eum virum, noſter ſenex, qui ſexaginta annis medicinam fecerat aſperrime Arabes tuetur. Male morbum Gallicum a FUCHSIO pro novo morbo haberi, qui ſint ipſi veterum lichenes ab hepatis vitio orti. HALLER (t).

AUGUSTINUS NIPHUS, Campanus, (dictus EUTYCHUS PHILOTHEUS, ſuo tempore celebris medicus & aſtrologus. Ita ASTRUC). Ejus L. *de morbo Gallico*. NEAPOLI 1534. 4. Negat poſt NAUDEUM ASTRUCIUS, NIPHI eſſe, & JOHANNI PASCHALI Sueſſano tribuit. HALLER (u).

MICHAEL (x) JOHANNES PASCHALIS, Sueſſanus. Ejus *de morbo quodam compoſito, qui vulgo apud nos Gallicus appellatur.* NEAPOLI 1534. 4. & in collectione LUISINI. Summum mali remedium eſſe hydrargyrum in ſaliva exſtinctum, poſt aptas digeſtiones. In ſene debili ſe longo uſu & interpolato copiam hydrargyri compenſaſſe, quo coactus ſit ſubinde abſtinere. Curatio per ſudorem alia, absque argento vivo, homine in dolium deſidente, qui recipit vaporem marcaſitæ, cui infuſum acetum: huic curationi plurimum tribuit, Guaiaco minimum. Salivationem inunctionem mercurialem ſequi, tanquam rem non perpetuam. HALLER (y).

Collectio Veneta, in qua libelli N. LEONICENI, ULRICI ab HUTTEN, LAURENTII PHRYSII, JOHANNIS ALMENAR, ANGELI BOLOGNINI, & P. ANDREÆ MATTHIOLI recuduntur VENET. 1535. 8. HALLER (z).

PETRUS ANDREAS MATTHIOLUS, Senenſis, natus anno 1500., Medicinæ PATAVII ſtuduit, accerſitus in aulam Cæſaream diu Archiater Imperatorum fuit, deinde TRIDENTUM ſe recepit, ubi peſtilentia e vivis ereptus anno 1577. ætatis ſuæ 77. Ejus *liber de morbo Gallico*. BASIL. 1536. Ita ASTRUC. Hic liber eſt in mox dicta *collectione Veneta* a. 1535. 8., ab ipſo auctore citatus in ſuis *epiſtolis* p. 46. Morbum Gallicum novum eſſe & ab elephantiaſi diverſum, quem ſecundum quatuor præcipua hominum temperamenta diſtinguit, cuique curationem propriam opponit: ita ut inunctiones mercuriales nunquam omittat. Guaiacum imbelle videri auxilium; laudat tamen etiam ad hoc malum, ad alios etiam morbos, peſtem ipſam. Ex oſſe cruris hominis ſæpius inunctionem paſſi hydrargyrum manaſſe. Ut hominem ſanaverit, cui caries oſſis medullam corruperat; igne admoto & unguento mercuriali.

Idem

(s) Ibid. pag. 535. (t) Ibid. pag. 537. (u) Ibid. pag. 483. (x) Sic C. de VILLA habet. (y) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 14. (z) Ibid. pag. 16.

Idem in ſuis *epiſtolis*, quarum libri III. PRAGÆ 1561. fol. prodierunt, Guaiaci decoctum valde calefacere, biliofis non conferre. HALLER (a).

BERNARDUS GORDON. Ejus L. *de morbo Gallico*. BASIL. 1536. 4. Ita WALTHER. A nemine hunc librum citari video, ſi excipias WALTHERUM. V *pag.* 270.

ANTONIUS MUSA BRASSAVOLUS, Ferrarienſis, clinicus, felix in curandis morbis, MANARDI & LEONICENI diſcipulus. Ejus *examen omnium ſimplicium, quorum uſus eſt in publicis officinis*. ROMÆ 1536. fol. LION 1537. 8. 1544. 8. 1556. 8. VENET. 1538. 8. 1545. 8. Errores MANARDI & Arabiſtarum, quos noſter refutat, & MESUE ſæpe tuetur. Aliqua etiam huc facientia habet.. Inflammatos pyrites bubones venereos inguinum ſæpe diſcutere. Argentum (vivum) ſublimatum olim in celebri uſu adverſus luem veneream fuiſſe: nunc ſuo ævo crudum ſubſtitui.

Ejus *examen omnium looch, linctuum* &c. *Acceſſit de morbo Gallico tractatus*. VENET. 1553. 8. LION 1555. 16. 1561. 12. Innumeras fere luis Gallicæ ſpecies facit, per ſymptomata diſtinctas. Inter nova ſymptomata intra vigeſimum annum orta (anno 1531.) gonorrhœam numerat & ophthalmiam. Per anum frequenter recipi, neque niſi laſcivis geſtibus aut per mammas inficere. Cum ſuffitu quotidie alvum ducit. Sic cum linimentis, ne os exulceretur & fauces. Inunctionem pene certo morbum tollere. Sed neque decoctum Guaiaci ei diſplicet. Luem per mammas receptam concubentem virum non inficere. In LUISINI *collectione* redit iſte tractatus.

Ejus *reſponſio ad quæſtiones de ligno Indico* ALEXANDRI FONTANÆ. Anno 1525. in ITALIAM primum advectum eſſe, ſe primum FERRARIÆ adhibuiſſe, & in aqua decoctum, deinde & in vino. Mite eſſe auxilium, ſe ſexenni puero dediſſe: ſenibus & confirmatæ ætatis viris cum vino. Oleum ut inde paretur.

Ejus *de radicis Chinæ uſu* habetur etiam in *collectione* LUISINI. Se huic radici non fidere. Cauteria in morbo Gallico non conferre, & in mala abire ulcera. Pillulas ex mercurio præcipitato fictas neminem ſanare. Fuſiſſime etiam de alopecia ex veteribus. Gonorrhæam decocto ligni ſancti ſanari & emollientibus. FREINDIUS BRASSAVOLUM deſpicit. HALLER (b).

PHIL. THEOPH. PARACELSUS in *Chirurgiæ magnæ* L. I. parte 1. tract. 3. de morbis venereis. In L. IV. denuo de morbo Gallico varia fragmenta Latine & Germanice, & de eodem epiſtola ad Noribergenſes.

(a) Ibid. (b) Ibid. pag. 25.

ſes. (Plurima ex PARACELSI *chirurgia* excerpta de morbo venereo repe-ries apud ASTRUCIUM).

Ejus *drey chirurgiſche Bücher*, quorum tertius eſt de morbo Gallico, STRASBURG 1549. 8. 1563. 4.

Ejus *von der franzöſiſchen Krankheit* 3. *Bücher*. NüRNBERG 1552. 8. HALLER (c). V. *pag.* 272.

BENEDICTUS VICTORIUS, Faventinus, LEONELLI nepos, magnus clinicus, primarius Profeſſor Patavinus, inde Bononienſis. Ejus *morbi Gallici curandi ratio.* BASIL. 1536. 4. in *collectione*, dictata ab auctore JOSEPHO TECTANDRO, qui & edidit. Ad ulcera virgæ adſtringentia, plumbea; ad morbum ipſum ſudor varie expreſſus, balneum. His non ſufficientibus, unguentum mercuriale: ſi neque hoc reſponderit, Guaiacum cum aqua decoctum, quadraginta continuis diebus potum. Libras ſex ligni cum ſedecim libris aquæ coquit. In majori opere hunc minorem libellum pro ſpurio renunciat.

Ejus *liber de morbo Gallico.* FLORENT. 1551. 8. alius a priori. Per oſcula lues concepta, ut interim partes genitales nihil paterentur. Urinam ſubalbidam absque ſigno coctionis eſſe ſignum ejus mali. Concipi absque venere in ſanctis monialibus. Unctionem mercurialem periculi plenam eſſe, fumigationem etiam deteriorem; tutiorem curationem a Guaiaci ligno repeti. Thermas tamen prodeſſe. Inter ſymptomata cancer penis, gonorrhœa, bubo.

Ejus *medicinalia conſilia ad varia morborum genera.* VENET. 1551. 4. 1554. hic aucta. 1556. 8. auctius. Inter ea eſt conſilium de morbo Gallico. Non vult unctionem mercurialem adhiberi, & Guaiaci uſum ſuadet. HALLER (d). Confer *pag.* 7.

J. FRANCISCUS BRANCALEO, Neapolitanus. Ejus eſt L. *de balneis, quam ſalubria ſint, tum ad ſanitatem tuendam, tum ad morbos curandos, dialogus adverſus neotericos.* PARIS. 1536. 8. NORIBERG. 1536. 8. Balneorum uſus adverſus objectiones tuetur. Materiam etiam morbi Gallici balneo digeri & evacuari. HALLER (e).

Zahnarzneyen mit dem Holz Guaiaco h. e. Franzoſenholz, alte Schäden, Löcher, Wundbeulen gründlich zu heilen. FRANKFURT 1536. 4. ASTRUCIUS.

Collectiones duæ libellorum *de lue venerea, Baſilienſis* altera a. 1536. 4., altera *Lugdunenſis* 1536. 8. Continet illa libellos MATTHIOLI, ALMENARII, MASSÆ, POLLII, BENEDICTI VICTORII, ANGELI BOLOGNINI. Ita HALLER (f).

ALPHON-

(c) Ibid. pag. 8. & 9. (d) Ibid. pag. 27. (e) Ibid. pag. 31. (f) Ibid.

ALPHONSUS FERRUS, Neapolitanus, PAULI III. Pontificis medicus & chirurgus. Ejus *de morbo Gallico & ligni ſancti multiplici medicina, & vini exhibitione.* ROMÆ 1537. 4. BASIL. 1538. PARIS. 1540. 16. 1542. 12. & in *collectione* LUISINI. Gallice PARIS. 1540. 12. per NIC. MICHAEL; & POITIERS 1546. 16. Germanice vertente G. H. RYFF, omiſſo nomine veri auctoris, ARGENTOR. 1541. 8. Fuſiſſime de eo ligno, & de ejus externis & internis qualitatibus utendique ratione & modo. De morbis a capite ad pedes curandis per lignum ſanctum. Symptomata morbi Gallici & eorum curatio. De morbo Gallico libri ſunt III. Virgæ ulceribus adſtringentia & viride æris opponit. Alia ſymptomata. Ea ſi noluerint prioribus præſidiis, & ligno ſancto cedere, ad argentum vivum deveniendum eſſe, etſi multæ ſint ejus medicamenti noxæ. In L. IV. de vini exhibitione cum eo ligno, & temporibus in quibus utile ſit.

Ejus *de caruncula ſ. callo quæ cervici veſicæ innaſcitur.* LION 1553. 4. 1559. 4. in collectione chirurgica GESNERI 1555. fol. & ANTWERP. 1581. 4. Candelarum ad id malum varietas: debere primo loco callum molliri. Inter cathæretica præfert id, quod fit ex ſabinæ pulvere exſiccato, acrius vero aliud habet ex vitriolo, auripigmento, viridi æris cum ceruſſa, quod idem LACUNA præſcripſerat; ſanatos conſervari decocto Guaiaci & candela cerea oleo myrteo illita, & in urethram inmiſſa. Eſſe qui ſolo ſpecillo curati ſint. HALLER (g).

JOH. ANTONIUS ROVERELLUS, Bononienſis, medicus. Ejus eſt *tractatus de morbo Paturſa, adfectu, qui vulgo Gallicus appellatur.* CYPRIS Italiæ 1337. 8. ASTRUCIUS, cui librum non videtur contigiſſe videre. HALLER (h).

CHEIREDDINUM vulgo BARBAROSSAM principem ALGERIÆ ad annum 1537. recenſet ASTRUCIUS, ob pilulas antivenereas, quas dicitur cum FRANCISCO I. communicaſſe, & quæ ejus piratæ nomen ferunt. Mercuriales omnino, quarum variæ formulæ exſtant. HALLER (i).

THOMAS PHILOLOGUS, Ravennas, vero nomine JANOTHUS & poſtea RANGONUS, medicus, Profeſſor Patavinus. Ejus *morbi Gallici ope ligni Indici, aquæ, vini, ſublimati, Cynæ, Spartæparillæ, Hyſan, Hetechen, Caravalgii Altar, Mechoacannæ, antimonii, unctionis, cerati, ſuffumigii, præcipitati, ſeminis Indi, ac additorum mundi novi reliquorum modi omnes.* VENET. 1537. 4. 1538. . 1545. . 1575. . Literati hominis, non quidem clinici, mirificum opuſculum. Morbi initia ad. 1494. refert, neque tamen novum morbum eſſe vult, nam a. 1455. HUGONEM BENZIUM ſimilis mali meminiſſe: ejus originem a ſiderum conſenſu, vel a contagio, aut ab aëris inclementia derivat, de AMERICA ſilet. Deſcriptio mali,

(g) Ibid. pag. 33. (h) Ibid. pag. 36. (i) Ibid.

mali, ulcera, ſcirrhi, nodi, puſtulæ non in pudendis ſolis: ulcera veſicæ. Cavendum eſſe a mulieribus albo fluxu laborantibus. Cina, Sarſa, Huyſan eorumque decocta. Lignum ſanctum, ſ. ejus aquam in HISPANIA a. 1508. in uſum veniſſe, in ITALIA a. 1517.; eſſe omnino Hebenum DIOSCORIDIS, ſudorem ciere & urinam. Cura quæ fit per unctionem mercurialem. Per ceratum. Incommoda utriusque curationis. Fumus cinnabaris. Mercurius præcipitatus. Tota curatio, etiam cauteria. Decoctum corticis ligni ſancti nuper inventum. ASTRUCIO hoc opuſculum non contigit vidiſſe. HALLERUS ſe primam editionem legiſſe dicit (k).

MARTINUS DORCHESINO, quod fictum eſt nomen, ſcripſit *le triomphe de très-haute & puiſſante Dame Verole Reine du Pays d'amours.* LION 1539. 12. De ferocitate ſua malum venereum remiſiſſe. ROTHOMAGI tamen vehementer ſævire. Ita HALLERUS ex ASTRUCIO.

JOSEPHUS STRUTHIUS, nomen *ſtruthius*, Στρέθειος, quod auctor ſibi adoptavit pro more ſua ætate recepto. Græcum eſt, ac paſſerem ſignificat, ſeu potius id quodcunque ad paſſerem pertinet, unde forte Polonice vocatus fuerit nomine, quod ad eandem ſignificationem alluſerit. Natus eſt anno 1510., Medicinam Patavii didicit, deinde SIGISMUNDI Regis POLONIÆ Archiater, obiit a. 1568. Ejus eſt *ars ſphygmica, ſeu pulſuum doctrina ſuper* 1200, *annos perdita & deſiderata omnibus tamen Medicinam cum nominis celebritate, maximaque utilitate facere volentibus ſumme neceſſaria, libris* V. *conſcripta.* BASIL. 1540. 8. In L. IV. cap. . . . de pulſibus morbi Gallici inveterati, quos ait parvos, tardiores, rariores, languidos eſſe. Ita ASTRUC.

ANTONIUS GALLUS, Pariſinus, D. Pariſienſis. Ejus *de ligno ſancto non permiſcendo in imperitos fucatosque medicos.* PARIS 1540. 8. & in collectione LUISINI. Morbi Gallici deſcriptio. Obſtetrix a fœmina infecta, cui adſtabat. Arcana formula mercurii cum auro in pulverem compoſiti. Inter internas formulas mercurium præcipitatum rubrum præfert. Hydrargyri curationem aſperam eſſe, ſed præter Guaiacum unicam: malum denique Guaiaco radicitus exſtirpari. Doctus certe liber. Hic iſte GALLUS dicitur, FRANCISCUM I. ſuaſiſſe inunctioni ſubjici. HALLER (l).

NICOLAUS MICHAEL, medicus Pictavienſis, edidit a. 1540, Gallice librum FERRI cum titulo: *de l'adminiſtration du St. Bois.* PARIS. 1540. 12. 1546. 12. Notulas aliquas adjecit, & FERRUM ſuum in poſteriori editione contra ANTONIUM GALLUM tuitus eſt. HALLER (m).

(k) Ibid. pag. 41. (l) Ibid. pag. 50. (m) Ibid.

Gualther Herm. Ryff. Ejus eſt *neuerfundene und bewährte Arzney, nicht allein die Franzoſen und böſen Blattern, ſondern auch andere ſchwere Krankheiten durch den Gebrauch des indianiſchen Holzes Guaiacum oder Franzoſenholzes zu heilen.* Strasburg 1541. 8. Ejus *L. Franzoſencur vermittelſt des Guaiaci.* Basil. 1659. 8. A Lindenio non debuit recenſeri, qui non ſit Latine ſcriptus. Cæterum Astrucius adnotat, ex libris quaternis, in quos diſtribuitur, opus eſſe Alphonsi Ferri *de ligni ſancti multiplici medicina & vini exhibitione*, ejusque quatuor libros (dictos. *pag.* 1530). Haller (n). V. *pag.* 6.

Remaclus Fuchs, Lymburgenſis, (qui ſæpe nomen ſuum Fuschium ſcribit) Canonicus Leodinenſis. Ejus eſt *morbi Hiſpanici, quem alii Gallicum, alii Neapolitanicum vocant, curandi per ligni Indici, quod Guaiacum vulgo dicitur, decoctum, exquiſitiſſima methodus.* Paris. 1541. 4. non 8. Non vidiſſe contigit Astrucio, ut eo fuſiorem in recenſendo eſſe Hallero viſum ſit. Cauſæ mali, ex theoria. Signa. Contagium. Sæpe malum inſanabile recrudeſcere, ob inſcitiam inunctorum, hydrargyrum male extinguentium. Errores medentium. Lignum Indicum. Decocti ſumendi modus. Eiſe, qui corporis exercitio, purgatione, phlebotomia, a morbo incipiente præſervati fuerint. Stricta victus ratio. Symptomatum curatio. Oſſa corrupta urit, etiam ferra dividit & excidit. Non videtur viri quidquam experti opus. Ita Haller (o).

Mich. Angelus Blondus, Italus. Ejus *de origine morbi Gallici deque ligni Indici ancipiti proprietate.* Romæ 1542. 8. Venet. 1542. 8. & in collectione Gesneri. Deinde Tiguri 1555. fol. (Brevis eſt liber, nullo ordine digeſtus, & ita obſcure ſcriptus, ut vix liceat interdum auctoris ſenſum adſequi. Ita Astruc) Antiquum morbum eſſe, neque ex India adveniſſe. Guaiaco curatos fere omnes relapſos eſſe. Pilulas ex mercurio crudo, cum ſcammonio, aliasque ex hermodactylis deſcribit: unguenta demum mercurialia. Haller (p).

Anonymus medicus Nemauſenſis, cujus obſervationes cum Riverianis excuſæ ſunt Lion 1659. 8., floruit circa a. 1542. Virgulas plumbeas primus adverſus urethræ carunculas adhibuit. Astruc.

Leonhardus Fuchs, qui Ingolstadii anno 1521. ad doctoratus gradum promotus, obiit Tubingæ a. 1566. In opere *de ſanandis totius corporis ejusdemque partium tam externis quam internis malis* Basil. 1542. 8. 1565. 8. Paris. 1543. 8. in L. V. tractatum habet de morbo Gallico, qui excerptus exſtat in collectione Luisini. Novum morbum eſſe, omnique ævo priori incognitum. Recens malum ſæpe tolli remediis, quæ

(n) Ibid. pag. 57. (o) Ibid. pag. 60. (p) Ibid. T. I. pag. 519.

quæ paucis proponit; ſi morbus inveteratus, ad ligni Guaiaci uſum eſſe confugiendum, cujus adminiſtrationem breviſſime explicat. Ita Astruc. Confer *pag.* 683.

Andreas Vesalius, ſic dictus a Wesalia Cliviæ civitate natus eſt anno 1514., Jacobi Sylvii diſcipulus, ſcripſerat a. 1542. *epiſtolam de radice Chinæ ad* Joachimum Roëlants, *in qua inſerta ſunt & de Sparta-parilla ſub finem nonnulla*, Ratisbonæ datam a. 1543. & in lucem edita a Francisco Vesalio fratre ſuo Venet. 1543. 8. (Basil. 1546. fol. Lion 1546. 16. Ita Haller). Narrat quali ſucceſſu radix Chinæ olim Venetiis adhibita fuerit, quali ſimilique ſucceſſu in reliqua Italia, & in Burgundia adhibitam fuiſſe audiverit. Inde arrepta occaſione paucis ad amicum medicum deſcribit hiſtoriam Chinæ, & decocti præparandi modum & uſum, eumque monet Chinæ decoctum bibentes tetigine ſumma tentari, quæ virtus aphrodiſiaca hujuſce radicis certiſſimis experimentis exploratà. Adjecit nonnulla de Sparta-parilla. Ita Astruc. Confer *pag.* 375.

Dionys. Fontanonus, (primus medicorum Gallorum, qui de lue venera ſcripſit, in *practicæ medicæ* &c. L. I. cap. 8. agit de morbo Gallico. Ita Astruc.) Hoc caput recuſum eſt in collectione Luisini. Curationem morbi per Guaiacum commendat. Haller (q). V. *pag.* 422.

Aloysius Lobera, Abulanus, nempe ex civitate Abula, quæ nunc Avila in vetere Castilia, medicus fuit Caroli V. Imperatoris, ſcripſit Hiſpanice circa annum 1544. librum, cui titulus eſt *libro de las quatro enfermidades corteſanas, que ſon catharro, gotta, mal de piedra, y mal de bubas, por el doctor Louys Lobera de Ávila en* Toledo 1544., quem librum Italicum fecit, & edidit Petrus Laurus, Venet. 1558..8. Excerptus hinc tractatus de morbo Gallico exſtat in collectione Luisini. Morbi curationem triplicem explicat, potu ligni Guaiaci, inunctionibus mercurialibus, & ſuffumigiis, ſed unicuique cenſet præmittendam eſſe præparationem cum purgantibus, alterantibus, temperantibus. Cæteris præſtare decoctum ligni Guaiaci; uſum ſuffumigiorum plerumque gravioris eſſe periculi. Sub finem pauca addit de uſu radicum Chinæ. Ita Astruc.

Benedictus Rinius, medicus Venetus. Ejus *conſilium de morbo Gallico* poſt annum 1545., & forte a. 1546. ſcriptum, in Luisini collectione repetitum. Unguentum mercuriale deſcribit, potiſſimum tamen Guaiaci uſum laudat. Haller.

(q) Ibid. in T. II. pag. 74.

HIERONYMUS CARDANUS, natus anno 1501. & ROMÆ a. 1576. obiit. Ita ASTRUC. Ejus *contradicentium medicorum* L. II. Acceſſit ejus *libellus de Sarſaparilla*. LION 1548. 4. PARIS. 1565. 8. MARBURG 1607. 8. Iſte *de Cina & Sarſaparilla* liber prodiit etiam ANTWERP. 1564. 8. Plus valere Sarſaparillam ad luem veneream quam Cinam. Decocti uncias duodecim in dies ſumi debere. In libello *de Cina;* ut ad luem Gallicam adhiberi debeat. Impinguare: ſua vi, non per ſtrictum vitæ genus morbum ſuperare. HALLER (r).

Idem in L. *de cauſis ſignis & locis* &c. pag. 78. agit de lue Indica. WALTH. V. *pag.* 374.

JOH. FERNELIUS, (natus a. 1486., obiit LUTETIÆ a. 1557. Ita ASTRUC.) Ejus *de abditis rerum cauſis* PARIS 1548. fol. 1560.. BASIL. 1579. 8. FRANCOF. 1579. 8. eadem forte editio, 1581. 8. 1597. cum aliis. In libro II. cap. 14. luem veneream deſcribit, mercurium inſidam curationem vult præſtare. Gonorrhœam vidit, ſed non primus, ut FREINDIO excidit. (Hoc caput in collectione LUISINI recuſum eſt. ASTRUC.)

Ejus L. *de luis venereæ ſ. morbi Gallici curatione perfectiſſima* prodiit a morte viri ANTWERP. 1579. 8. PATAV. 1580. 8. & in LUISINI collectione. Gallice, vertente MICH. le LONG, PARIS. 1633. 12. Vehementer toto libello in uſum hydrargyri invehitur. Contagium Indicum admittit. Malum conſeneſcere; ulcera ingentia & fœtidiſſima obſoleviſſe. Gradus mali, eorum peſſimum fauces naresque putrefacere. Exempla hominum, quibus hydrargyrus enormem noxam intulerit, vapor nempe inter deaurandum ſuſceptus. Poſt inunctionem cerebrum ipſum in abſceſſum converſum, alia inde graviſſima mala facta. Ad Guaiacum redit, quod venereæ luis ſit alexipharmacum; denique ad ſuam aquam mirificam ſtillatitiam ex aromatibus parandam. Curationum aliqua exempla producit. HALLER (s).

Idem in *conſiliorum medicinalium* &c. *conſ.* 63. de gonorrhœa. WALTH. V. *pag.* 422.

GUILIELMUS BRUNEL & PETRUS DESCHAMPS *E. lues Hiſpanica methodo curatur.* PARIS. 1549. 4. ASTRUC.

CONRAD. KUNRATH in *medullæ deſtillatoriæ* &c. Parte I. pag. 248. ad luem veneream medicamentum ex ligno Guaiaco. In P. II. p. 229. ad luem veneream. WALTH. V. *pag.* 397.

BARTHOLOMÆUS MAGGIUS, Bononienſis, natus anno 1477., Archiater JULII III. ſummi Pontificis, obiit a. 1552., ſcripſit a. 1550. *conſilium medicum* (quod reperitur in collectione LUISINI) in capita 6. diſtinctum, pro GALEOTTO PICO II. comite Mirandulæ & Concordiæ Domino,

(r) Ibid. pag. 18. (s) Ibid. pag. 36.

no, pro quo MONTANUS conſilium quoque ſcripſerat. Laborabat ille morbo Gallico jam ab annis novem, qui quater decocto Guaiaci uſus fuerat, recrudeſcente ſemper morbo, ex nova quidem, ut putat noſter, infectione, vel quod per medicamenta non fuerit penitus extinctum virus venereum. Iterum ad Guaiaci uſum confugit. ASTRUC.

JOH. BAPT. MONTANUS, Veronenſis, natus anno 1498. lenta tabe periit a. 1551. Ita ASTRUC. In *conſultat. Med. conſ.* 15. 145. 246. 247. de lue venerea. WALTH. V. *pag.* 424.

Idem in *opuſculorum variorum, quibus tota fere Medicina methodice explicatur* &c. BASIL. 1558. 8. 1565. 8. T. II. L. II. de morbo Gallico. Iſte de Gallico morbo tractatus, & conſultationes aliquæ de eodem morbo, exſtant in collectione LUISINI. Guaiacum veram eſſe hujus morbi antidotum: Chinæ enim radicem ſe non eſſe expertum. Hydrargyrum peſſimum eſſe venenum, ſe juniorem eo uſum, infideles obtinuiſſe curationes, alios ægrotos in epilepſiam incidiſſe. *De morbo Gallico* codex eſt in Bibl. Vindobonenſi. HALLER (t).

JOH. ELYSIUS, Neapolitanus, dicitur *de curatione morbi Gallici contra barbaros & vulgares empiricos* ſcripſiſſe circa a. 1550. Librum ASTRUCIUS non vidit. HALLER (u).

ANDREAS LACUNA, Secubienſis, eruditus vir, parvum reliquit libellum, *methodum cognoſcendi & exſtirpandi excreſcentes in veſicæ collo carunculas.* ROMÆ 1551. 12. OLYSSIPONE 1560. 8. cum nomine LUCANÆ, tum in *Gallicorum* collectione LUISINI. Omnia præſidia continet, quæ nuper commendata fuerunt, injectiones, candelas cereas, ea ſede opertas emplaſtro exedente, qua carunculam tangunt; plumbeum ſtylum, catheterem. Enumerat, quos ſanaverit, non veritus cauſæ turpitudinem a qua carunculæ naſcuntur. HALLER (x).

AMATUS LUSITANUS in *curationum* &c. *centuria* I. (*cur.* 49. 50. 54. de lue venerea. WALTHER.) Lues venerea per puerum, inde per nutricem late propagata. In *centuria* II. habetur tractatus *de decocto radicis Sinarum*, a LUISINO in collectione recuſus. Decocta Guaiaci, & Sarſaparillæ valere ad ſuperandum morbum venereum: etiam ſmilacem aſperam & buxum noſtratem. Efficacius omnibus eſſe decoctum radicis Sinarum, quo noſter plurimum utebatur. Meliorem ex CHINA advehi, deteriorem ex AMERICA. Si ea fruſtra ſint, inungendum hydrargyrum, os vero a fœditate ſervandum interpoſito pilularum uſu. De carunculis exſtirpandis. LACUNÆ medicamentum reprobat. Se veram rationem curandi ab eo ipſo M. PHILIPPO habere, a quo LACUNA. Ita HALLER (y). In *centuria* IV. fuſe agit

(t) Ibid. pag. 76. (u) Ibid. pag. 94. (x) In *Bibl. chirurgica.* Eandem hancce *Bibliothecam* ſubintelligi volo, quoties deinceps HALLERI nomen absque ulla nota appoſita citatum occurret. (y) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 28.

agit de carunculis meatus urinarii: eadem conſilia repetit, quæ LACUNA dedit, qui a PHILIPPO quodam habuerit, iſte ab AMATO. Cerea candela, quæ in veſica hæſerat per anum paulatim comminuta, ut expelli poſſet. HALLER. V. *pag.* 314.

JACOBUS CORNICIUS, Emdanus, phyſicus Wormatienſis. Ejus *de morbi Gallici remedio per radicem chinam.* . . . . (an WITTEBERGÆ 8?) 1551. BOEHM.

CHRISTOPHORUS a VEGA, ALCALÆ de HENAREZ natus, Profeſſor Complutenſis, medicus CAROLI infelicis ASTURIÆ Principis. Ejus *de curatione carunculαrum liber.* SALAMANTICÆ 1552. COMPLUT. 1553. ASTRUCIO, ut videtur, non viſus. Satis probat PORTALIUS, etſi VEGA non ſatis eos laudavit, per quos profecit. HALLER.

THEODORICUS de HERY, chirurgus barbitonſor Pariſinus, HOLLERIUM audiverat, caſtra in ITALIA ſecutus fuerat, neque tamen artem hydrargyro utendi primus LUTETIAM adtulit, quæ dudum ibi innotuerat, ASTRUCIO monente. Ejus eſt *la methode curative de la maladie vénérienne, vulgairement appellée groſſe verole, & de la diverſité de ſes ſymptomes.* PARIS 1552. 8. 1569. 8. 1634. 8. 1666. 8. 1674. 8. ASTRUCIUS libellum laudat, atque a PARÆO exſcriptum fuiſſe teſtatur. Male tamen docere addit, luem decocto Guaiaci evitari, aut ab eo decocto perinde ſalivam cieri, uti fit ab hydrargyro, neque unquam hydrargyrum in oſſibus colligi: bis etiam eodem die inungi male ſuadere, Recte vero alias inunctiones interpolat, uno alterove die intermiſſo, & adnotat, non ſemper ab uſu hydrargyri ſalivam fluere. Ita ASTRUC.

AUGERIUS FERRERIUS, Toloſanus, (natus anno 1513. & in patria obiit a. 1588. Ita ASTRUC), quem J. C. SCALIGER, non ille facilis judex, doctiſſimum dixit. Ejus eſt *de pudendagra, gravi Hiſpanica* L. II. Acceſſit *de radice Chinæ & Saſſaparillæ cortice judicium.* TOLOS. 1553. 12. tum PARIS 1564. 8. ANTWERP. 1564. 8. & in LUISINI collectione. Aliis etiam acribus unguentis ſe uſum, quæ argentum vivum non reciperent, neque in iſto metallo ſe aliquid præcipui reperiſſe. Hydrargyro tamen ſanatos, qui male affecti fuiſſent. Eſſe qui ejusmodi emplaſtris tecti per urbem ambularent. Lotiones etiam cum ſublimato mercurio parari, quarum inde fit effectus. Guaiaci uſus: cum vino vulgo decoqui. Radix Chinæ, Sarſaparillæ, Juniperi. Aquæ ſtillatitiæ. Se fere ſuavibus purgantibus uti, quæ & indicat, inter ea etiam recenſet pulverem mercurialem. Methodus compoſita, inunctiones per triduum, decocta per alios dies, tum iterum inunctiones aut fumus, iſte quidem acerbiſſimus, demum apozemata purgantia, denique ſudorifera. Symptomatum curatio. L. II. morbi deſcriptio.

Ejus

Ejus *de radice Chinæ liber, quo probatur diverſam eſſe ab Apio.* Tolos. 1553. 8. Apium ſua ætate ligno ſancto ſubſtitui, & auri pretio vendi, cum in Gallia ſponte naſcatur. Valde diverſam eſſe Apii & Chinæ adminiſtrationem docet. Haller (z).

Petrus Hassard, (an idem qui *pag.* 9.?) Armenterianus, medicus & chirurgus, qui Russiam adiit & Sueciam. Ejus *morbi Gallici compendioſa curatio.* Lovan. 1554. 8. & in collectione Luisini. Ligni ſancti hiſtoria & adhibitio, hydrargyrum enim rejicit. Haller. (a).

Joh. Langius, natus Leobergæ anno 1485, & Heidelbergæ a. 1565. interiit. Ita Astruc. In *epiſtolarum* &c. L. I. *epiſt.* 42. de cauſa doloris oſſium in lue venerea. Walther. Hæc epiſtola proſtat etiam in collectione Luisini. Breviſſime agit de tuberibus morbi Gallici ſed nullum remedium proponit. Ita Astruc. V. *pag.* 320.

Michael Joh. Pasqual, ex diæceſi Dertosana, medicus Valentinus. Ejus *morborum internorum omnium & quorumdam externorum curatio* &c. Valentiæ 1555. 8. deinde cum titulo *praxis medica, ſ. methodus curandi.* Salamantic. 1563. 8. Lion 1585. 8. 1602. 8. 1664. 8. In *praxi medica* caput habet de morbo Gallico, in *collectione* Luisini recuſum.

Ejus *de morbo Gallico.* Venet. 1559. fol. Ita Cap. de Vila. Astrucius vero credit peculiarem librum ejus tituli & auctoris non exſtare. Guaiacum, Sarſaparillam, Chinam commendat, & in morbo difficili hydrargyrum, intus eo uti vetat. Haller (b).

Joh. Crato. Ejus *de morbo Gallico commentarius* a Scholzio Vratislavienſi medico editus Francof. 1594. 8. Hanau 1619. 8. & in collectionis operum T. V. Morbum novum eſſe. In mitiori malo dari ligni Guaiaci decoctum. In magno malo etſi multa inde mala ſequantur, inunctio mercurialis requiritur, etiam mercurius præcipitatus. Ad penis excoriationes plumbea medicamenta. Ad ulcera aqua phagedænica. Succedaneum Guaiaci radix Chinæ. Haller (c).

Idem in *conſilior. med.* L. V. *conſ.* 38. de morbo Gallico. In L. VI. *conſ.* 95. in gonorrhœa virulenta. *Conſ.* 96. in reliquiis & puſtulis Gallicis.

Idem in *ſingular. conſilior. med. conſ.* 162. 163. 300. 381. 382. in lue Gallica.

Idem in *epiſtolar.* L. I. *epiſt.* 131. de lue Gallica. In L. II. pag. 278. 413. cura luis venereæ. Walther. V. *pag.* 380.

Nicolaus Macchellus, Mutinenſis. Ejus *tractatus methodicus & omnibus numeris abſolutus de morbo Gallico ejusque natura, cauſis, ſympto-*

(z) Ibid. pag. 56. (a) Ibid. pag. 106. (b) Ibid. pag. 86. (c) Ibid. pag. 107.

ſymptomatis & curatione. VENET. 1555. 8. 1558. 8. FRANCOF. 1601. 8. 1608. 8. (& in LUISINI collectione. Ita ASTRUC). Veteres loco certe alieno tranſcribit, morbum antiquis notum facit: in herpete exedente Gallico paſtillos præſcribit PASIONIS vel ANDRONIS. Semel ſe vidiſſe inflammationem & puſtulas inde natas, cum malo venereo conjunctas, eo in caſu vult ſiccari, vel humectari. Elleborum valde laudat, aliasque plantas cathæreticas. Guaiaci vires & uſus, quo auxilio ſolo fere utitur. HALLER (d).

RODERICUS DIAZ de ISLA, ſive RODERICUS JACOBUS de ISLA, medicus Hiſpalenſis. Ejus *tratado contra las bubas* prodiit HISPALI . . . 4. Tractatus ille cum ſcriptus ſit ad JOHANNEM III., Luſitanum Regem, qui obiit 1557. paulo ante ſcribi debuit, adeoque circa annum 1555. Ita ASTRUC.

Arzneybuch worinn Tarquini Ocyori zwanzig Wurzeln, Magni Hundt regiment wieder etliche Krankheiten, Podagra, Franzoſen &c. KÖNIGSBERG 1555. 4. HALLER (e).

PIETRO ROSTINO, medicus. Ejus *trattato del mal Franceſe, nel quale ſi diſcorre ſopra 231. ſorti di eſſo male, ed a quante vice ſi puo prender e cauſar e guarir, ed evidentemente ſi dimoſtra, chi ha Gallico male, e chi no, con cui ſegni e prognoſtici.* VENET. 1556. 8. 1559. 8. VICENZA 1623. 8. Germanice vertente L. v. HOERNIGK, cum titulo *von den Franzoſen* prodiit FRANCOFURT. 1626. 8. Eſſe BRASSAVOLÆ librum, Italice recuſum, ASTRUCIUS monet. HALLER (f).

PETRUS de BAYRO, Taurinenſis Profeſſor Medicinæ, Archiater CAROLI III. Ducis SABAUDIÆ. Obiit TAURINI nonagenarius anno 1558. Ita ASTRUC. In opere poſthumo (quod ad a. 1557. ab ASTRUCIO refertur) *de medendis corporis humani malis* &c. L. XVIII. cap. 7. agit de morbo Gallico. Ita WALTHER. Hoc caput inſertum eſt collectioni Venetæ de morbo Gallico. Laudat decoctum Guaiaci, & pilulas, quarum formulam refert, quæ cum formula pilularum BARBAROSSÆ eadem eſt, (nempe ex argento vivo, rheo, & diagridio compoſita); hæcque *recepta*, inquit, *ex* TURCIA *apportata fuit, & qui primus inter Chriſtianos his uſus eſt pilulis, cecidit repente mortuus ſuper pontem* AVENIONIS, *dum ibidem profugi eſſemus propter prœlia a.* 1537. nempe cum FRANCISCUS I. Gallorum Rex, exacto CAROLO III. quocum bellum erat, SABAUDIAM & PEDEMONTIUM occupabat. Ita ASTRUC. Confer *pag.* 374.

JOH. SCHYRONIUS in *method. med.* L. III. cap. 39. &c. de morbo Gallico & ejus cura. WALTH. V. *pag.* 709.

JOHAN-

(d) Ibid. pag. 111. (e) Ibid. pag. 114. (f) Ibid. pag. 117.

JOHANNES SYLVIUS, Inſulanus, quem a JACOBO SYLVIO Ambianenſi diſtinguere oportet. Ejus *de curatione morbi articularis libri quatuor. Acceſſit de lue venerea declamatio.* ANTWERP. 1557. 8. 1564. 8. 1565. 8. & *declamatio* ſola in collectione LUISINI; & ANTWERP. 1577. 8. Nihil boni. HALLER (g).

ALEXIUS PEDEMONTANUS in *ſecretorum* &c. L. I. potionem ex Guaiaco cum aceto ſquillitico aliisque compoſitam ad luem Gallicam laudat. Aliud ex ſublimato medicamentum ad tumores morbi Gallici. HALLER (h). V. *pag.* 1013.

HIERONYM. MONTUUS (*de Monteux*) medicus FRANCISCI II. Galliarum Regis, SEBASTIANI filius, dominus in *Mirabel.* Ejus ſunt *chirurgica auxilia ad aliquot adfectus, qui repentinam exigunt curationem; morbi item venerei curationes.* LION 1558. 4. Deſcribit uſum Guaiaci, pilularum BARBAROSSÆ, ex argento vivo, ſcammoneo, rheo, moſcho, compoſitarum, in quibus hydrargyrum improbat; tum inunctionem mercurialem, qua etiam deſperati ægri ſanentur, demum ſuffimenta. HALLER (i). Confer *pag.* 7.

FRANCISCUS FRIGIMELICA alias FRIZIMELICA, natus PATAVIÆ a. 1491., Profeſſor Medicinæ ab anno 1537. Patavinus, deinde Archiater JULII III. Pontificis maximi, in patriam reverſus obiit a. 1559. Ita ASTRUC. Ejus *tractatus de morbo Gallico, & adverſus defluvium pilorum lucubratio* . . . . 1558.. reperitur in collectione LUISINI. Neque inunctiones valde probat, neque ſuffumigia. HALLER (k).

LAURENTIUS HIEL. Ejus diſp. *de morbo Gallico.* JENÆ 1558. 4. HALLER (l).

FRANCISCUS RENNER, chirurgus Norimbergenſis. Ejus *Handbüchlein die Franzoſen zu curieren.* NÜRNBERG 1559..BOEHM.

GUIL. RONDELET, (natus anno 1507., obiit a. 1566. Ita ASTRUC.). Ejus *tractatus de morbo Italico* . . . 1560.. & recuſus in collectione LUISINI, & in duabus *operum* RONDELETII collectionibus. In morbo inveterato & unguentum proponit, & decoctum Guaiaci, tamen ut hydrargyrum pro mali antidoto habeat, & ſquinam. Alvum inter inunctiones ducit. HALLER (m). V. *pag.* 377.

ANTONIUS CHALMETHÆUS. In ejus *enchiridii chirurgici* &c. L. I. cap. 50. de bubone venereo. In L. V. cap. 1. de lue venerea. Ita WALTHER. Prima jam editione exſtat *diatriba de curatione morbi venerei.* Laudat noſter Guaiaci uſum, cum aliquot ſub finem hydrargyri inunctionibus. Mercurium tamen defendit, neque reliquas curationes negli-

Iiiiiiiii 2 git,

(g) Ibid. pag. 118. (h) Ibid. pag. 119. (i) Ibid. pag. 12. (k) Ibid. pag. 112. (l) Ibid. pag. 122. (m) Ibid. pag. 110.

git, vaporis mercurialis ſuffitum, radicem Chinæ. Ita HALLER (n). V. *pag.* 274.

PETRUS natione Gallus, vel empiricus, carunculas urethræ mira felicitate ſanabat, unguento quod mercurius præcipitatus ruber ingrediebatur, laudatus idem TRINCAVELLIO & MASSARIÆ. HALLER (o) ex ASTRUCIO.

Anonymi medici Nemauſenſis *obſervationes* 37. fere cum RIVERII *obſervationibus* prodierunt. Vixerat ab anno 1543. ad 1580. Virgulas plumbeas ſuadet ad arctionem urethræ, quæ gonorrhœas ſequitur, & exemplum citat feliciter adhibitarum. Ita HALLER (p) ex ASTRUCIO.

JODOC. LOMMIUS in *medicinal. obſervat.* L. I. pag. 53. (q) agit de venereo morbo. WALTHER. V. *pag.* 425.

LEVINUS LEMNIUS, Zirikzeæ in inſula SCHOUWEN medicinam fecit. Ejus *de miraculis occultis naturæ* L. IV. & *de vita cum animi & corporis incolumitate recte inſtituenda* L. I. ANTWERP. 1561. 8. &c. Germanice LIPS. 1562. 4. Gallice PARIS. 1674. 8. Aliqua etiam de morbo Gallico habet. Luem veneream nuper mitiorem eſſe redditam. HALLER (r).

DOMIN. LEONUS in *methodo medendi tumores* &c. caput habet de morbo Gallico, quod recuſum exſtat in collectione LUISINI. Monet ASTRUCIUS, LEONUM fere ſua ex MANARDO ſumſiſſe, & perinde originem mali leproſo equiti tribuere: perinde argentum vivum damnare, & fiduciam omnem in ligno Guaiaco ponere. HALLER (s). V. *pag.* 1468.

PETRUS ARIAS de BENAVIDEZ. Ejus *ſecretos de Chirurgia e ſpecialmente de las enfermidades del morbo Gallico y tamparones mirrarchia y la manera come ſe curan los Indos las llages con otros ſecretos* &c. PINCIÆ 1562. Ita CAP. de VILA. Sed ASTRUCIUS habet annum 1567., qui tamen librum non vidit. Auctor inter Indos AMERICÆ occidentalis vixerat. HALLER (t).

GABRIEL FALLOPIUS, (Mutinenſis, natus a. 1490., diſcipulus ANT. MUSÆ BRASSAVOLI, & J. B. MONTANI Anatomiæ Profeſſor primo Piſanus deinde Patavinus, ubi anno 1563. obiit. Ita ASTRUC). Ejus *tractatus de morbo Gallico* PATAV. 1564. 4. VENET. 1565. 4. 1574. 8. cum PETRI AGATHI ANGELI ſcholiis & adnotationibus, recuſ. in LUISINI collectione. De morbo Gallico prælectiones ſunt FALLOPII, periti & multa experti viri, ut tamen non laudes improbabile arcanum, quo ſpondet, data fide, periculum infectionis, etiam a concubitu cum Gallica fœmina, ſe averſurum. Origines morbi a COLUMBO repetit, mitiorem ſuo ævo eſſe, & facilius ſuperari

(n) Ibid. pag. 129. (o) Ibid. (p) Ibid. (q) Edit. FRANCOF. 1643. 8. (r) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 136. (s) Ibid. pag. 138. (t) Ibid. pag. 141.

perari addit. Dari & alios morbos endemios, Pisis ſienis tumorem, in portu Lisbonis icterum. Hepar a venerea lue nihil pati. Novum morbum eſſe, & potius ſubſtantiæ; ſpiritus primus infici, etiam nihil paſſis partibus genitalibus: hinc inter multos viros ab eadem fœmina ſæpe unicum infici; magis tamen infici, quibus glans penis cooperta ſit, nunquam quibus detecta, nunquam adeo Judæos. Amorem periculum infectionis augere. Pilorum profluvium ab annis triginta cepiſſe, & ab annis 25. gonorrhœam Gallicam. Venetiis malum mitius eſſe. Florentiæ & Bononiæ continuo caput adoriri & palatum erodere. Lignum ſanctum deſcribit & a Guaiaco ſeparat, legitimam curationem eſſe vult, quæ per ejus ligni decoctum obtinetur, ſancti quidem potiſſimum, id ſi præſto non ſit, Guaiaci: limaturam optimam eſſe, aquæ addi duodecuplum, calidam melius: coctione partem dimidiam conſumi debere, etiam duas tertias. Tres ex eodem ligno facit decoctiones, ut ſecunda pro potu in prandio ſit, tertia lotioni ſerviat. In thalamo clauſo, neque nimis arcto, bis de die decoctam ſumi debere, ad duodecim uncias, per dies 30, 40, demum 60, in morbo inveterato; calide vero bibi debere, ut ſudorem cieat. De Chinæ radice, qua Carolus V. adverſus Gallicum morbum, atrophiam & arthritidem, feliciter uſus ſit. Uncias radicis quatuor in diem decoqui debere, & per 36. dies continuari, ſudorem potenter movere. Se nihil ea radice adverſus Gallicam luem effeciſſe. Sarſaparilla ſe tophos oſſeos diſſipaſſe. Ad hydrargyrum non deſcendendum, niſi fruſtra Guaiaci vis ſit explorata; ſuffumigia gracilibus ægris funeſta eſſe, certo tamen morbum tollere, & venereas ophthalmias. Inunctionem ad ſcabiem, adfine malum, valere. Noſter non probat, quod periculoſa ſit medela, & in oſſibus hydrargyrus reſes maneat, neque accedere ſe ad tentandum, niſi omnibus fruſtra factis. Idem metallum crudum devoratum adverſus vermes prodeſſe, neque quidquam habere noxii. Deſinendum, quando ſymptomata majora ſuperveniunt. Suffocationem inciſa vena ſe avertere. Salivæ in dies a. 7. ℔. ad 10. fluere debere, & continuis per 20. dies. Mercurium præcipitatum, aſperum medicamentum, ruſticis relinqui. Symptomata: excreſcentiæ vulvæ a venere, caries penis Gallica; eam ſtylo Ægyptio unguento armato tangit. Ab ea phymoſis, ut per fiſtulam mingere neceſſe ſit. Bubo: melius cauſtico aperitur, quam ferro. Caries palati. Nobile opus uberius excerpſi inquit Haller (u). V. *ulcera*.

Bernardus Tomitanus, Patavinus, medicus & philoſophus, qui dialecticam docuerat, (unde minime mirum eſt, ſi ejus tractatus tot futilibus ac nugatoriis quæſtionibus plenus ſit, quæ otioſum Dialecticum ſapiunt. Obiit a. 1576. fere ſeptuagenarius. Ita Astruc) ſcripſit circa an-

 num

(u) Ibid. pag. 143.

num 1563. *libros duos de morbo Gallico*, qui exſtant in collectione Luisini. Novum morbum eſſe, & ex impura venere concipi. Certam ſalutem eſſe a ligno Guaiaco, majori cum periculo hydrargyrum adhiberi. Haller (v).

Anton. Francantianus, Vicentinus, Profeſſor Bononienſis, inde Patavinus. (Obiit Patavii anno 1569. Ita Astruc). Ejus eſt *de morbo Gallico l. fragmentum.* Patav. 1563. 4. & recens a mendis (correctum) a Camillo Cochio, Bonon. 1564. 4. nihil valde mutatum. Deinde Venet. 1565. 8. & in collectione Luisini; demum cum G. Fallopii ejusdem argumenti libro Venet. 1574. 8. Prælectiones ſunt anni 1563. Morbum Gallicum novum eſſe. Nonniſi contagio naſci, ſed vario, etiam per veſtes pelliceas. Hydrargyrum fœdam curationem præſtare, & periculoſe adhiberi: inunctionem ob eam cauſam deſertam fuiſſe, nunc ob morbi pervicaciam ad eam rediri, fere altero ab hinc anno. Calidam eſſe hydrargyri naturam, & in univerſum non ſine periculo adhiberi. Neminem radice Chinæ Venetiis celebrata ſanatum fuiſſe, neque Sarſaparilla. Ipſum cætera præſtantiſſimum Guaiacum ſanguinem exagitare, epilepſiam enim factam eſſe ejus uſu, cum absque cautela adhiberetur. Decocti Juniperi aut Buxi non eſſe easdem vires. In gonorrhœa adſtringentia dat medicamenta & refrigerantia.

Codices Mſtos Francantiani in Biblioth. Vindobonenſi recenſet Lambecius L. II. *de morbis mulieribus*, *morbo Gallico* &c. Ita Haller (w).

Leonardus Botallus. Ejus *luis venereæ curandæ ratio.* Lugdun. 1565.. Ita Astruc. Et cum *commentariolis* II., *alter de medici* &c. Lion 1565. 16. 1577. 8. Germanice prodiit Nürnberg 1678. 8. Ita Haller (x). V. *vulnera.*

Alexander Trajanus Petronius, Cittacaſtellanus, Archiater Gregorii XIII. Pontificis. Obiit anno 1585., ſcripſit anno 1565. *de morbo Gallico* libros VII. in collectione Aloysii Luisini recuſos. Ita Astruc. Morbum ipſum ortum a. 1493. anno vero 1530. petechias primum animadverſas fuiſſe. Gallicum morbum nuper mitiorem factum eſſe, & ex contagione gigni. Præter Guaiaci uſum, etiam Sarſaparillam & Chinæ decoctum recenſet. Perinde hydrargyro hunc morbum ſanari, ſed cum magnis malis; in ſolo tamen hydrargyro ſpem ſupereſſe, quando priora auxilia non ſufficiunt. Suffimenta in malo inveterato admittenda. Pilulas, candelas medicatas & alia recenſet, non ita ut probet. Nullius facit Freindius. Ita Haller (y).

Leon-

(v) Ibid. pag. 147. (w) Ibid. pag. 148. (x) Ibid. pag. 126. (y) Ibid. pag. 17.

LEONHARDUS FIORAVANTI ſcripſit *de lue venerea* librum, quem queritur ab ALOYSIO LUISINO non fuiſſe in *collectionem* receptum, ne reliquos omnes obſcuraret. HALLER (z). V. *pag.* 426.

PROSPERO BORGARUCCI, Aretinus, medicus, peregrinator. Ejus *de morbo Gallico*.... (PATAVII ſcripſit a. 1566. Ita ASTRUC) exſtat in collectione Veneta LUISINI. Nullum veſtigium tumentis hepatis cum ſyphilide ſe vidiſſe. Ab inunctione facultatem gerendi deleri. Guaiaci tutiorem & certiorem eſſe efficaciam, quam hydrargyri. Minime cæterum abſurdum ſcriptum. HALLER (a).

ALOYSIUS LUISINUS, Utinenſis medicus. Ejus *de morbo Gallico omnia quæ exſtant apud omnes medicos cujusque nationis, qui vel ex integris libris, vel quoque alio modo hujus affectus curationem methodice aut empirice tradiderunt, diligenter hinc inde conquiſita, erroribus expurgata, & in unum corpus redacta, in quo de ligno Indico, Salſaparilla, radice Chinæ, argento vivo, cæterisque rebus omnibus, ad hujus luis profligationem inventis, difuſiſſima tractatio habetur.* T. I. prodiit VENET. 1566. fol. T. II. ibid. 1567. fol. Ita KESTNERUS (b). Tum ibid. a. 1599. fol., quæ eadem eſt editio, demum LEID. 1738. (apud KESTNERUM, ASTRUCIUM, BOERHMUM & alios lego 1728.) fol. 2. vol. cum titulo *aphrodiſiaci ſ. de lue venerea curante & præfante* HERMANNO BOERHAAVIO. (Hanc collectionem etſi a JOHANNE FREINDIO contemtam, HERM. BOERHAAVIUS, præmiſſa inſigni & lectu digna præfatione, LUGDUNI Batavorum 1728. fol. nitidiſſime recudendam curavit. Longe autem ampliorem hac collectionem viſuri eſſemus, ſi omnium auctorum, qui inde ab a. 1567. de fœdiſſimo hoc morbi genere aliquid edidere, ſcripta in uno volumine ob lectoris oculos ponenda forent. Ita KESTNERUS (c)). Male truncatæ a LUISINO præfationes. Scriptores ſunt 59, quorum aut integri libri, aut certe fragmenta, hic reperiuntur, utique non omnes, qui exſtabant, multi tamen non alibi reperiundi. De ſingulis ſuo loco retulimus. Ita HALLER (d).

JOH. WYER vel WEYER, non WIER, cum ſe *piſcinarium* dixerit, Gravenſis, in GALLIAM peregrinatus, etiam in CRETAM & AFRICAM trajecit, Archiater demum Clivienſis, vir ingenii ſupra ſeculi modulum erecti, ſagarum & fabuloſorum dæmoniacorum ſtrenuus detector, in tract. *de ſudore Anglico* &c. Germanice *Arzneybuch von etlichen beſondern, unbekannten und unbeſchriebenen Krankheiten, Scharbock* &c. (*von der abſcheulichen Krankheit der Franzoſen.* Ita WALTHER) prodiit FRANCOF. 1580. 8. 1583. 8. 1699. 8. Belgice recuſum a STEPHANO BLANCARD, aliqua

(z) Ibid. pag. 149. (a) Ibid. pag. 155. (b) In *Bibl. Med. pract.* T. I. cap. 7. ſect. 2. §. 11. (c) Ibid. (d) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 100.

qua etiam de morbo venereo habet. In lue Gallica pertinaciori ad inunctiones debere deſcendi, & in robuſtioribus ad certiſſimum remedium ſuffumigium mercuriale: dari etiam turpethum & BARBAROSSÆ pilulas. HALLER (e). Confer *pag.* 8.

CHRISTOPH. WIRSUNG in *Arzneybuch* &c. Luem veneream diuturnam ceſſiſſe uſui ligni Guaiaci, etiam epithematis forma adhibiti. Inunctionem mercurialem ſoli peſſimæ ſpeciei mali reſervat. HALLER (f). V. *pag.* 9.

VICTOR TRINCAVELLUS, natus anno 1496, primus Medicinæ practicæ Profeſſor Patavinus, ubi deceſſit anno 1568. Ei adſcribitur *tractatus de morbo Gallico*, a bibliographorum nullo memoratus, nequidem a PETRO CASTELLANO, qui vitam TRINCAVELLI ſcriptis mandavit. Ita ASTRUC.

Idem TRINCAVELLUS in *conſilior. med.* L. III. *conſ.* 120. 121. de lue venerea. Ita WALTHER. Lignum ſanctum non ad omnia valere, ut vulgo ſoleant venditare, neque, morbo Gallico excepto, ſe magna ab ejus ligni uſu miracula vidiſſe. Sed neque omnes lue venerea adfectos Guaiaco aut China ſanare potuiſſe. Ita HALLER (g). V. *pag.* 378.

GEORGIUS DORDONUS, Placentinus, (Profeſſor Chirurgiæ Ticinenſis. Ita ASTRUC.). Ejus ſunt *de morbi Gallici curatione tractatus quatuor.* PAPIÆ 1568. 8. Vetuſtius opus, ſcriptum quo tempore FRANCISCUS I. MEDIOLANO potiebatur & TICINO. Cariem in univerſis oſſibus ex malo venereo natam vidit. Inunctionem deſcribit, ſuffumigia negat bonis medicis probari. Guaiaci cum aqua infuſi uſum inutilem eſſe, cum vino ſibi bene ſucceſſiſſe: alios etiam per purgantia ſola fuiſſe reſtitutos. HALLER (h).

JACQUES DALECHAMP in *Chirurgie Françoiſe* &c. agit etiam de cereis ad urethræ mala adhibitis tamquam de re vulgo nota, ut etiam proprium unguentum Rex pretio redemerit. Eſſe ubi cereus nihil præſtiterit, niſi aliquam lotii redditam libertatem. HALLER. V. *pag.* 9.

HENRICUS BRUCÆUS, Aloſtanus, Medicinæ Profeſſor Roſtochienſis. Ejus *propoſitiones de morbo Gallico* reſpondente CAROLO BATTO, ROSTOCH. 1569. 4. Si malum venereum Guaiaco non ceſſerit, poſt data decocta veniendum ad unguenta, in quibus princeps vis eſt hydrargyri; deſperato in caſu ſuffumigia profuiſſe. Omnino hydrargyrum ſpei reſpondere. HALLER (i).

HIERO-

(e) Ibid. pag. 163. (f) Ibid. pag. 167. (g) Ibid. pag. 46. (h) Ibid. pag. 168. (i) Ibid. pag. 172.

Hieronymus Mercurialis, (natus anno 1530., obiit in patria anno vel 1604. vel 1606. vel 1607. dolore calculi victus. Ita Astruc.) In *medicinæ practicæ* &c. L. IV. tractat de morbo Gallico. Walther. Lignum Guaiacum ad morbum Gallicum fuſe laudat, inunctionem mercurialem in validis corporibus admittit: ſpem eſſe, eum morbum exſtinctum iri. Haller (k). V. *pag.* 377.

Ludovicus de Isla, (medicus Luſitanus). Ejus *de morbo Gallico tractatus* circa hæc tempora ponitur, neque Astrucio viſus, neque aliis, Zacuto vero laudatus. Haller (l).

J. Guintherus in *commentar.* T. I. dialog. 8. agit etiam de lue venerea. Haller (m). V. *pag.* 421.

Antonius Maria Venustus (Venosta), medicus Tergeſtinus. Ejus *conſilia medica, in quibus vera conſultationis methodus proponitur, multi morbi cum ſuis cauſis & ſignis conſiderantur* &c. Venet. 1571. 4. Francof. 1605. 4. Haller (n). In hoc opere pag. 137. agit etiam de lue venerea. Walther. Conf. *pag.* 1099.

The manner of healing the venereous diſeaſes vulgarly called the french pockes, with its cauſes and ſymptomes...... Circa hæc tempora prodiiſſe Astrucius putat. Haller (o).

Nic. de Cormeilles & Jacob Jouvencel. *Ergo Hiſpanica lues morborum cumulus.* Paris. 1572. 4. Astruc. In Hallero (p) quidem etiam ad annum 1572. recenſetur, ſed annus 1576., per errorem typi, ponitur.

Antonius Saporta, Monſpelienſis, Profeſſor Medicinæ in Academia patria, denatus eſt anno 1573. In L. *de tumoribus* &c. I. cap. 18. & 19. agit de bubone venereo & ejus cura. In L. III. cap. 49. 50. 51. 52. fuſe de lue venerea. Ita Astrucius. Aliquas etiam adnotationes habet de morbo venereo: ad luem veneream in hydrargyro majorem, quam in Guaiaco, fiduciam ponit, cujus tamen longo uſu a recente malo plerosque liberabat. Haller (q). V. *pag.* 1467.

J. Andr. della Croce in *Chirurgiæ magnæ* L. V. caput habet, in quo de morbo Gallico, deque ejus ſymptomatibus fuſe agit. Recens malum ſola purgatione ſæpe ſuperari, adultum ligno ſancto. Suis cum cautelis hydrargyrum non debere pertimeſci. Haller (r). V. *pag.* 10.

Alber-

(k) Ibid. pag. 169. (l) Ibid. pag. 180. (m) Ibid. T. I. pag. 517. (n) Ibid. T. II. pag. 183. (o) Ibid. pag. 188. (p) Ibid. (q) Ibid. pag. 181. (r) Ibid. pag. 191.

ALBERTUS BELFORTIS, Rhætus. Ejus *liber*, quem *de exſtirpanda lue Gallica* promiſerat, ASTRUCIO non videtur prodiiſſe. HALLER (s).

FRANCISCUS ARCÆUS *de recta curandi vuln. ratione* T. II. cap. 9. 10. 11. 12. de cura morbi Gallici. WALTHER. V. *vulnera.*

J. RIOLAN, pater. Ejus & SULPITII RIGAULT Præf. *E. in peſtilentia & venerea lue aliquid divinum.* PARIS. 1574. 4. HALLER (t). V. *pag.* 378.

J. PLANERIUS, Brixienſis, qui in HUNGARIA, deinde PATAVII vixit. Ejus L. *dubitationum & ſolutionum in III.* GALENI *de diebus criticis* &c. *Conſilium in curatione morbi Gallici*, *in curatione difficultatis urinandi.* *Collegia ad varios morbos.* VENET. 1574. 4. ASTRUCIUS noſtrum culpat, quod venereum malum crediderit concipi absque vitio partium genitalium: ſed & alium hominem venerea lue laborantem ſola alimentorum copia putaverit egere. HALLER (u).

AMBROSIUS PARÆUS, (natus eſt anno 1510. & deceſſit LUTETIÆ anno 1592. Ita ASTRUC). In ejus *operum omnium* editione Gallica liber XIX. & in Latina editione liber XVIII. eſt *de lue Gallica.* Carunculas plumbeis bacillis exaſperatis vel cannula argentea debere deſtrui, cæterum THEODORICI de HERY librum, ſed nominatum, exſcripſit. Lues venerea a nutrice in puellum, ab iſto in matrem, ab hac in maritum propagata, a marito in filios. Morbum diu latere poſſe, & auctoris ævo mitiorem eſſe, quam ſub initia. Guaiaci vires non ſufficere, & hydrargyro opus eſſe. Symptomata, gonorrhœa, alia mala, ſtranguria diuturna, demum funeſta. HALLER (x). V. *pag.* 301.

ANDREAS ALCAZAR, vel ACAÇAR. Ejus *Chirurgiæ* liber V. eſt de morbo Gallico. Vetuſtum morbum eſſe; recruduiſſe a. 1456. ab eſu humanarum carnium. Primum morbi gradum (in faucibus) ſanari levi decocto ligni ſancti. In articulorum dolore legitimum ligni ſancti decoctum requiri. Si ulcera & ſcirrhi acceſſerint, opus eſſe inunctione mercuriali. Si caries oſſa invaſerit, & emeticum, & antimonium, & hydrargyrum præcipitatum rubrum, & fortiores requiri inunctiones. Ita HALLER (y) ex ASTRUCIO. V. *pag.* 10.

WILLIAM CLOWES, chirurgus Anglus Regius, primus Anglorum de lue venerea ſcripſit. Ita ASTRUC. Ejus *a new and approved treatiſe concerning the cure of the french poks by the unctions. Fernelius work on the unknow affects. A moſt precious water for the preſervation of mans body.*

(s) Ibid. pag. 190. (t) Ibid. pag. 192. (u) Ibid. pag. 194. (x) Ibid. pag. 196. (y) Ibid. pag. 197.

body. LONDON 1575. 8. & cum alio titulo *a briefe and neceſſary treatiſe touchin the cure of the diſeaſes called morbus Gallicus by inunctions and other approved ways of curing.* LONDON 1585. 4. & cum alio etiam titulo *a brief and neceſſary treatiſe touching the cure of the diſeaſe novv uſually called lues venerea.* LONDON 1596. & 1697. . Laudat uſum internum tufpethi mineralis, & mercurii diaphoretici. HALLER (z) ex ASTRUCIO.

JACOB. HORST *von den wunderbaren Geheimniſſen* &c. L. VI. parte 2. cap. 26. & L. X. parte 10. cap. 18. agit de lue venerea. WALTH. V. *pag.* 1057.

GUIL. LUSSON & FRANC. MONBEL *E. peſti bolus Armena, lui venereæ hydrargyrus.* PARIS 1575. 4. HALLER (a).

THOMAS JORDAN, Tranſylvanus Clauſenburgenſis, ex ſchola Italica. Ejus eſt *Bruno Gallicus, ſ. luis novæ in Moravia exortæ deſcriptio ad* J. ALEXANDRINUM. FRANCOF. 1577. 8. 1580. 8. 1583. 8. Hic morbus anno 1577. ortus, omnes invaſit, qui eodem in balneo cucurbitulas ſibi patiebantur adfigi & ſcarificari. Symptomata fuerunt abſceſſus in capite, dolores per univerſum corpus, gummata, nares ulceroſæ, & pure ſtillantes. Peculiarium ægrotorum hiſtoriæ. Lignum ſanctum decoctum profuit, etiam turpethum minerale, etſi cum periculo ſalivationem movit. Curationes aliquæ parum felices. CRATO in propria epiſtola, editioni 1583. adjecta, credit morbum eſſe Gallicum ex lanceola conceptum. Eodem JORDANUS refert. HALLER (b).

ANNIBAL BRIGANTI. Ejus *epiſtolas medicinales* TOPPIUS laudat, quas inter pluſculæ ſunt *de lue Gallica*, quas TOPPIUS M. S. vidit. Ita HALLER (c).

LAURENTIUS JOUBERT, natus 16. Decembris a. 1529., obiit a. 1582. Circa annum 1[illegible]7. in ſchola Monſpelienſi dictavit tractatum *de variola magna ſive craſſa Gallis dicta*, qui anno 1581. a MARCO de la CROIX, Seguſiano, med. Monſpelienſi, & JOUBERTI diſcipulo editus eſt. Hoc opus imperfectum eſt, deeſtque liber ſecundus *de curatione variolæ magnæ.* Liber qui ſuper eſt capita 6. complectitur, quibus de nomine, cauſis, contagione & ſignis luis venereæ, tam vulgaria ac ordine tam vulgari exponuntur, ut liber hicce JOUBERTI nomine parum dignus eſſe videatur. Ita ASTRUC. Sola theoria, absque curatione. Propaginem eſſe variolarum in INDIA aſperiorum. Spem eſſe olim mitiorem futuram. Ita HALLER (d). Confer. *pag.* 631.

(z) Ibid. pag. 198. (a) Ibid. pag. 201. (b) Ibid. pag. 204. (c) Ibid. pag. 210. (d) Ibid. pag. 135.

JULIANUS PALMARIUS, Conſtantinus, medicus Pariſinus, FERNELII diſcipulus, & amicus, *de morbis contagioſis* L. III. agit de lue venerea, & in L. III. de hydrargyro. Præjudicata præceptoris opinione excæcatus mallet in debilibus præſidiis ſpem ponere curationis, invitus vero denique vires majores hydrargyri adgnoſcit, tantum ut poſt duas, aut tres inunctiones, ad decoctum Guaiaci tranſeat, inde redeat ad mercurium. HALLER (e). Confer. *pag.* 1057.

FRANCISCUS CAMPUS, medicus & civis Lucenſis. Ejus *liber de lue venerea* ad annum 1580. ASTRUCIUS ponit, quem neque HALLERUS (f) neque ipſe ASTRUCIUS vidit.

J. UDALRICUS RUMLER, JEREMIÆ MARTII ex filio nepos, de ſchola Italica, medicus Auguſtanus. Ejus *poſthumas obſervationes centum medicas* G. H. WELSCHIUS edidit ULMÆ 1668. 8. Breves ſunt & rariorum eventuum. Ægrotorum hiſtoriæ ſunt annorum 1580 — 1592. Ex lue venerea caries cranii ſæpe curata. HALLER (g). Confer *pag.* 11.

JOHANNES SCHENK a GRAFFENBERG, Friburgenſis, natus a. 1530., medicinam in patria feliciſſime exercuit, ubi mortuus eſt anno 1598., relicto filio JOHANNE GEORGIO SCHENKIO. Scripſit circa annum 1580., *obſervationum medicarum & chirurgicarum* &c. libros VII., quos paulo poſt ipſe edidit FRIBURGI BRISGAVIÆ in 8. & poſt ejus mortem cura J. G. SCHENKII filii, denuo excuſi ſunt. Ibid. 1600. 8. In L. VII. obſervationes 36. de morbo Gallico collectas ex variis auctoribus, quos appoſito nomine laudat, recenſet, quarum multæ quidem utiles & indubiæ ſunt; nonnullæ vero pejoris notæ, quæ merito falſæ videntur. Ita ASTRUC. Confer. *pag.* 16.

JOH. CALBO vel CALVO, Profeſſor Chirurgiæ, in L. I. & II. *Chirurgiæ univerſæ* dedit tract. 2. *de morbo Gallico, en el quel ſe enſenna ſu origen, cauſas, y curacion, el modo da haçer el vino ſanto, dar las unciones, y correger ſus accidentes.* Morbum novum eſſe, a COLUMBO in EUROPAM adlatum. Ligno ſancto utitur, ſed non ſufficere fatetur. Palmam dat unguento mercuriali; ſuffumigia rejicit. HALLER (h). Confer. *pag.* 11.

REMBERT. DODONÆUS in *obſervat. med.* &c. cap. 4. de gonorrhœa venerea. WALTHER. V. *pag.* 506.

PETRUM MONAVIUM, Breſlavienſem, RUDOLPHI II. Imperatoris medicum, ex Italica ſchola profectum, hinc a PARACELSI ſchola alienum,

(e) Ibid. pag. 122. (f) Ibid. pag. 225. (g) Ibid. pag. 342. (h) Ibid. pag. 228.

num, ad a. 1582. recenſet ASTRUCIUS. MONAVII multæ epiſtolæ ſunt inter CRATONIANAS a SCHOLZIO editas T. II. Turpethi uſum adverſus veneream luem alicubi laudat, tanquam rem novam. Scripſiſſe etiam de ligno ſaſſafras ASTRUCIUS teſtatur. Ita HALLER (i).

THOMAS BOVIUS, qui Angeli ſui tutelaris, optime ſibi noti, nomine nomen ſuum auxit, ſeque *Zephirielem* dixit, vir nobilis, juris-conſultus, chemicus & medicus, magnus ſuarum curationum laudator. Ejus *flagello contro de' medici communi detti rationali.* VENEZIA 1583. 4. VIENNA 1601. 4. MILANO 1617. 12. Herculem ſibi eſſe medicamentum, quo peſtem, petechias, febres malignas, morbum Gallicum ſanet, quatuor guttularum doſi. Ut is hercules præparetur, ex ſpiritu nitri, in quem carbones ardentes demergit, donec pingue omne conſumtum ſit; deinde cum vitrioli ſpiritu dephlegmato deſtillat. Eam aquam fortem cum ſale repetito deſtillat, in ea hinc aurum ſolvit, inde argentum vivum. Has aquas conjungit, deſtillat, ut pars metallorum fundum petat, pars ſublimetur: repetito cohobat, donec tota materia in egregium præcipitatum converſa ſit; eam in ferro candente cogit exhalare, reſiduum lavat, per quatuor menſes ſupra ignem tenet, addit lapides prætioſos. Nullum medicum lignis ſolitis noſſe uti, & male duas tertias decocti perdi, cum tamen in vapore odor, ſapor & vis medica, ſit medicamenti. Ut hæc ligna cum multo pauciori aqua & nonnullis herbis coquantur, hinc aqua detur ſtillatitia: hanc cum decocto miſcet. Ut ægrum facile ſanaverit (ſudore tamen moto), quem medici Gallica lue laborare dixerant. Contra fumum cinnabaris, quem ad ſanandam luem medici cogunt ægrotum reſpirare. Ut ipſe ſudorem cieat. Mercurium præcipitatum utiliter propinavit.

Ejus *Melampygio overo confuſione de medici ſofiſti e del* CLAUDIO GELLI prodiit VERON. 1595. 4. MILAN. 1617. 12. PADOVA 1626. 12. Ipſe ſe vocat *Melampygem*, nempe herculem. Luem Gallicam ſanat vino conceſſo & liberali nutritione. Inſanientis opuſculum. Ita HALLER (k).

CLAUDIUS GELLI ſcripſit contra ſuperſtitem ZEFIRIELEM: *riſpoſta ad un certo libro (al flagello) contro medici rationali* . . . . . . PADOVA 1626. 12. VENEZIA 1776. 12. cum opuſculis BOVIANIS. THOMAM non medicum eſſe, neque a multis conſuli. MATTHIOLUM & FUCHSIUM ægros parum feliciter curaſſe. Herculem ejus venenum eſſe. HALLER (l).

HIERONYM. RUBEUS in L. de deſtillatione pag. 261. ad morbum Gallicum. WALTHER. V. *pag.* 381.

(i) Ibid. pag. 236. (k) Ibid. pag. 246. (l) Ibid. pag. 247.

VIDUS VIDIUS *de curatione generatim* Parte II. ſect. 2. L. III. cap. 1. de morbo Gallico. WALTHER. Hoc fragmentum de lue Gallica non diſplicet, etſi Guaiaco plurimum tribuit, & hydrargyrum venenatum fere invitus adhibet, quod adulta lues non alio auxilio poſſit ſuperari. HALLER (m). V. *pag.* 375.

JOHANNES ZECCHIUS, Bononienſis, natus, a. 1533., primus Bononienſis Profeſſor theoricus, medicus intimus tum SIXTI V. tum CLEMENTIS VIII. ſummorum Pontificum; obiit a. 1601. Ejus in *primam ſectionem aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *dilucidiſſimæ lectiones.* Acceſſ. *tractatus quatuor de ſanguinis miſſione* &c. *ac de morbo Gallico a* SCIPIONE *de* MERCURIIS *ex ore auctoris excepti.* T. I. BONONIÆ 1586. 4. 1629. 4. In tractatu de morbo Gallico, qui capita 34. continet, diſſeritur de morbis venereis in genere & in particulari. Eadem repetuntur, quæ in auctoribus illius ævi paſſim occurrunt. Morbum cœpiſſe anno 1494. ſub CAROLO VIII. Francorum Rege Regnum Neapolitanicum invadente, ſedenteque ALEXANDRO VI. Pontifice maximo. Signa diagnoſtica & prognoſtica morbi incipientis, confirmati, inveterati. Decocta ſudorifera Guaiaci, Chinæ, Salſaparillæ, quorum præparandorum methodum fuſe explicat. Fatetur, luem Gallicam non cedere his decoctis, ſupereſſe ut ad hydrargyrum deveniatur. Suffumigia primo loco proponit, tum inunctiones, & uſum præcipitati per os aſſumpti, ſed hoc medicamentum venenoſum & periculoſum vocat, ejusque uſum ſummopere diſuadet. ASTRUC.

Idem in *conſultat. med. conſ.* 76. de morbo Gallico. WALTHER. V. *pag.* 384.

J. B. ZAPATA in *ſecreti varii* &c. cap. 13. aqua ex aceto per alembicum plumbeum deſtillato parata ad luem veneream maximæ virtutis eſt. WALTHER. V. *pag.* 429.

GEORGIUS BERTINUS in *Medicinæ* &c. L. XII. cap. 19. de gonorrhœa. Cap. 28. de lue venerea. In L. XX. cap. 5. de cura luis venereæ. Cap. 49. de curatione gonorrhœæ. WALTHER. V. *pag.* 12.

GABRIEL BEATUS. Ejus *de morbo Gallico.* M. S. citat ASTRUCIUS. Ita HALLER (n).

GABRIEL MINUTIUS, Ruthenus, (Eques & Baro de Caſtera. Ita ASTRUC). Ejus *morbi Gallos infeſtantis curatio & ſancta medicina.* LION 1587. 12. De bellis ait civilibus non de morbo. Ita HALLER (o) ex ASTRUCIO.

ANDREAS LAURENTIUS, Arelatenſis, doctoralem lauream adeptus in Academia Monſpeſſulana anno 1583., Profeſſor, Cancellarius, Archiater MARIÆ MEDICEÆ, & HENRICI IV. Obiit anno 1609. (Ejus *quelques opuſcules recueillis des leçons d'A. du L. en les années* 1587. 1588. edente

(m) Ibid. pag. 73. (n) Ibid. pag. 270. (o) Ibid.

edente THEOPHILO GELE'E, PARIS. 1613. fol. HALLER (p)). Nihil hic reperitur quod ſit notatu dignum. Docet quidem luem veneream eſſe morbum novum, veteribus ignotum, ab elephantiaſi ſive lepra, mentagora PLINII, lichenibus ſeu impetigine antiquorum, albitim AVICENNÆ, demum a Græcorum pſora diverſum; ex AMERICA in EUROPAM ab Hiſpanis delatum. Miris laudibus extollit Guaiacum, radices Salſæparillæ Guaiaco virtute inferiores eſſe, mercurium tamen extus axungia prius ſubactum adhiberi poſſe, ſed caute. Uſum ſuffituum mercurialium ſumme periculoſum eſſe. ASTRUC. Confer *pag.* 1262.

FRANCISCUS DIAZ. Ejus *tratado nuevemente impreſſo de todas las enfermidades de los rinnones* &c. in libro III. agit de carunculis. LACUNAM candelas deſcripſiſſe ante AMATUM, qui inventionem male D. ALDERETE tribuat. Pharmacopœum Luſitanum ALFONSUM DIAZ, qui ſibi nomen fecerit ROMANO, candelis uſum, quarum arcanum Rex magno redemerit, qui idem HISPANIAM ad curandos ægrotos peragraverit, nimis tamen acri cauſtico uſus. Verum auctorem candelarum eſſe Magiſtrum FELIPO chirurgum CAROLI V. in Germania, multis prius tentatis, etiam in ſe ipſo. Ab eo ROMANUM habuiſſe. Carunculam eſſe verrucam penſilem. Cauſæ carunculæ variæ, inter eas lues Gallica; nullum eſſe in candelæ uſu periculum. Debere candelas continuo adhiberi; nam urinam putreſcere, & poſſe, ut in exemplis accidit, ægrum enecare, etiam ſi demum educta fuerit. In urethra cadaveris repertæ numeroſæ carunculæ. Varia mala, mors ab inflammatis renibus. Contra diuretica. Contra properationem in adhibenda candela; exemplum mortis inde ſecutæ. Callus difficilior, & iterum majus periculum, ſi una calculus adfuerit & caruncula: exemplum tamen, ubi felicem eo in caſu operam noſter præſtitit. Candelis careri non poſſe: ad duram vero carunculam plumbeum bacillum requiri. Se ad duriſſimas carunculas deſtruendas excogitaſſe acum tenuem, triquetro mucrone. Curatio autumno facilior eſt, poſt fomenta, unguenta mollia. Ut via caute quærenda ſit, quando ob duritatem carunculæ candela non ſubit, utendum plumbo, & demum acu triquetra. Innumeræ formulæ cauſtici, quo candela armatur ad deſtruendam carunculam, fortis, mediocris, lenis, formula acris ROMANI. Signum bonæ operationis, quando candela viſco obducta apparet. M. FELIPO deradebat de cera aliquantum, foveam replebat cauſtico, male autem candelam in urethra relinquebat, dum æger emeieret. Se cauſticum ob periculoſas inflammationes correxiſſe. Sed lapidem *Soliman* (mercurium ſublimatum, ut putat HALLERUS) terere cum aqua roſarum, addere dimidium viridis æris, & tantundem vitrioli, hæc terere in aqua novemdio, tunc addere tutiam & plumbum, & opii grana xx, inde omnia miſcere: ſic pulverem ait fieri, quo ipſe a viginti annis utatur: exſtirpaſſe eo omnes carun-

(p) Ibid. pag. 275.

caruncuIas. Symptomata ſi acceſſerint, candela abſtinendum, donec iis ſit ſubventum. Ea ſymptomata: rigor, febris, dolor, ad eum collyria, unguenta, opium. Sanguinis fluxus innocuus eſt, qui a deſtructa fit caruncula. Una potum ſuadet nivatum. Abſceſſus curandus mundificantibus, tunc cicatricem adjuvantibus, lacte fœminæ vel aſinæ, & ardorem narcoticis. Vitandam venerem. Hæc fuſe ob libri raritatem. HALLER (q). V. *pag.* 430.

JOH. WITTICH. Ejus *von dem ligno Guaiaco, Wunderbaum, Chinam, Sarſaparillam, l. nephritico.* LEIPZIG 1589. 4. 1592. 4. Origo luis venereæ, de more, ex inſula S. DOMINICI repetita. Guaiacum ejus morbi veram eſſe antidotum: de ejus adhibendi modo. De ligno hinurahi THEVETI, ſic porro compillatio. HALLER (r).

Idem in *conſilior. obſervat. conſ.* 74. ad profligandam luem veneream. WALTHER. V. *pag.* 383.

LUCAS GHINUS, Bononienſis (Prof. Med. Piſanus, deinde Bononienſis). Ejus *morbi Neapolitani curandi ratio perbrevis.* SPIRÆ 1589. 8. 1592. 8. cum MARQUARDO. Brevis libellus; inunctio per intervalla; alvus laxanda. Suffitum inunctione efficaciorem eſſe. HALLER (s). In curatione methodica nimius eſt. Farrago remediorum inutilium, & jam pridem obſoletorum. Ita ASTRUC.

HIERONYMUS CAPIVACCIUS, praxin medicam PATAVII docere cœpit anno 1552., mortuus eſt anno 1589. Ejus *de lue venerea acroaſes, opera* PHILIPPI SCHOPPFII *editæ* SPIRÆ 1590. 8. Ita ASTRUCIUS. Prodierunt etiam FRANCOF. 1594. 8. In hoc morbo curando eminuit, & ad magnas divitias pervenit. Decocto Guaiaci utitur: ſi tamen nimis pertinax fuerit argento vivo, & ſuffumigium inunctioni præfert. Antimonium luem non ſuperare. Ita HALLER (t). De morbis venereis ſigillatim diſſerit, ſed eo ordine & eo rerum delectu, quem in erudito viro vix probes. Inutilia multa theoretice tractat ex Peripateticorum commentis. Remedia quidem multa, ſed parum probata, nec cum recta methodo curatoria ſatis convenientia congerit. Parum ſatagit primæ originis morbi venerei. Luem hanc in hæreditariam & adventitiam diſtinguit. Quadruplicem admittit curatoriam methodum, uſu nempe decocti Guaiaci, Chinæ, Sarſæparillæ, Saſſafras; inunctionis mercurialis; ſuffumigiis; ope antimonii. Ita ASTRUC.

Idem in *method. pract. Med.* L. V. parte 2. cap. 1. agit de lue venerea. WALTH. V. *pag.* 382.

PASCHALIS GALLUS; Picto Villaſanenſis, ex ſchola Baſilienſi. Ejus eſt *bibliotheca medica, ſ. catalogus illorum qui ex profeſſo artem medicam ſcriptis illuſtrarunt.* BASIL. 1590. 8. Primus catalogus alphabeticus cum

(q) Ibid. pag. 279. (r) Ibid. pag. 139. (s) Ibid. pag. 286. (t) Ibid. pag. 142.

cum editionibus, codices etiam M. S. ex GESNERI bibliotheca. Deinde peculiares catalogi librorum a Gallis, a Germanis, ab Italis ſcriptorum. Tum libri botanici, anatomici, chirurgici, ſic porro, librique de lue venerea. HALLER (u).

HIERONYMUS REUSNER, poliater Nordlingenſis, circa a. 1590. vixit, & duas centurias reliquit *adnotationum & obſervationum*, quas G. H. WELSCH cum ſuis notis edidit ULMÆ 1668. 4. Carunculam urethræ cereis conabatur ſuperare, oleo ſuccini & vitello ovi imbutis. HALLER.

FELICIANUS BETERA, (Brixianus, medicus. Ita ASTRUC.). Ejus *de cunctis corporis humani affectibus*, &c. & *lue Gallica.* BRIXIÆ 1591. fol.

Ejus *noctes Brixianæ de peſte*, *ſ. de igne peſtilente Gallico* &c. BRIX. 1601. fol. 1633. fol. Fuſiſſimum opus mere collectitium. HALLER (w).

JAC. MARANT & JAC. COUSINET *E. ſtrumarum quam bubonum venereorum cura difficilior* &c. V. *pag.* 1420.

HIERONYM. FABRICIUS in *prælection. chirurg.* L. III. caruncula urethræ ſuperanda cereo, cathetere. HALLER.

Idem in *pentateuch. chirurg.* L. I. cap. 16. de bubone Gallico. WALTHER. V. *pag.* 302.

MICHAEL LARIZA, Valentinus. Ejus *libro de Cirurgia, que trada ſobre las llagas en general, che eſcriva G. Cauliaco, con un tratado en qual enſenna el modo de curar la carnoſidades, que eſtan en la via de la urina.* VALENT. 1592. 8. HALLER.

GUIL. FABRICIUS vulgo HILDANUS in *obſervationum* &c. *centuria* I. *obſ.* 100. de lue venerea ex veſte eo morbo infecta contracta. In *cent.* V. *obſ.* 95. de cura luis venereæ inveteratæ. *Obſ.* 96. illinitiones ex mercurio luis venereæ verum eſſe antidotum. *Obſ.* 97. prægnantes & pueros lue infectos tuto inungi poſſe docet. *Obſ.* 98. 99. 100. de lue venerea varie infectis. WALTH. V. *pag.* 274.

HIERONYMUS MINETTUS, Aretinus, Profeſſor (Anatomiæ) Senenſis, CÆSALPINI diſcipulus. Ejus *quæſtio non minus pulchra quam utilis de Sarzaparillæ & ligni ſancti viribus.* SENIS 1593. 4. HALLER (x).

LIVONIUS RECTORIUS. Ejus *epiſtola, qua oſtendit Salſaparillam minus quam lignum Guaiacum validam eſſe*, prodiit cum priori. Repoſuit & contrariam ſententiam defendit MINETTUS.

Idem

(u) Ibid. pag. 291. (w) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 298. (x) Ibid. pag. 303.

Idem RECTORIUS reſpondet in diſſ. *apologetica de indole & qualitate Guaiaci & Sarſaparillæ.* BONON. 1594. 4. Bene ſententiam tueri. ASTRUCIUS teſtatur. Ita HALLER (y).

LUDOVICUS ROSELLUS, Foro Sempronienſis medicus. Ejus eſt *tractatus de morbo Gallico.* ROMÆ 1593. 8. Jejunum vocat ASTRUCIUS. HALLER (z).

BRUNO SEIDEL in *libro morborum incurabilium* &c. pag. 5. & 68. de morbo Gallico. WALTH. V. *pag.* 383.

DIOMEDES CORNARIUS in L. *conſiliorum* & in *obſervationibus medicis* una excuſis. Morbus Gallicus ſcarificando contractus. HALLER (a). V. *pag.* 1440.

ANTON. QUIQUEBOEUF & PETR. PAULMIER *non ergo hydrargyrum luis venereæ alexipharmacum.* PARIS. 1595. 4. ASTRUCIUS refert ad a. 1596. Contagium ex impuro coitu naſci. Leve malum hydrargyro cedere; in gravi caſu oſſibusque adfectis debere frigus hydrargyri Guaiaco emendari. HALLER (b).

AURELIUS MINADOUS, Rhodiginus, medicus Venetus, frater J. THOMÆ. Ejus eſt *tractatus de virulentia venerea, in omnium aliorum hac de re ſententiæ conſiderantur, mali natura explicatur, cauſæ & differentiæ cum dogmatica curatione proponuntur.* VENET. 1596. 4. Plurimum controverſiarum. Scriptores priores omnes refutat, naturam veneni venerei contendit, vaporem eſſe præter naturam, eumque vaporem vagum eſſe, & ex varia materia miſtum. Virulentiam veneream omnium præter naturam rerum cauſam eſſe, febrem producere &c. Jecur non perpetuo adfectum eſſe. Morbum nullo non tempore exſtitiſſe. In coitu cum fœmina infecta contagium non poſſe vitari. Neque fonticulorum, neque cauteriorum auxilium ſufficere. Ab hydrargyro non ſuperari, & deſperatum eſſe remedium. Sudorem commendat, eum Sarſaparilla atque Guaiaci ligno ciet, pro antidoto morbi etiam efficaci futuro, ſi per urinam vel alvum fuerit operatum, etſi per ſudorem optime curet. Melle injucunditatem tolli: a PAULO ROMANIO aromatario id lignum in aptiſſimam compoſitionem parari. Antidotos varias nullius momenti ſubjicit. Poſt curationem ſerum lactis ſuadet. HALLER (c).

DURANTES SCACCHIUS in *ſubſidio Medicinæ* &c. etiam de candelis adverſus urethræ carunculas fuſe agit. HALLER (d). V. *pag.* 15.

REINERUS SOLENANDER in *conſiliorum* &c. Sect. III. *conſ.* 3. in morbo Gallico inveterato & perverſe tractato conſilium. ALBERTI. V. *pag.* 383.

PE-

(y) Ibid. pag. 308. (z) Ibid. (a) Ibid. pag. 154. (b) Ibid. pag. 319. (c) Ibid. pag. 321. (d) Ibid.

Petrus Lowe, Scotus, chirurgus (Henrici IV. Gallorum regis). Ejus *an eaſie certaine and perfect to cure and prevent the ſpanish ſickneſs.* London 1596. 4. Rejectis aliis, mercurii uſum internum commendat, pilulas, medicamenta ſua arcana, decoctum lignorum, compoſita. Haller (e).

Petrus Forestus, Alcmarianus, natus anno 1522., mortuus Alcmariæ anno 1597. Ejus *obſervationum & curationum* &c. liber XXXII. eſt *de lue venerea.* Leid. 1606. 8. Obſervationes continet 26. de lue venerea, cum ſcholiis pro ea ætate nequaquam inficetis. Ad curationem nullo diſcrimine adhibentur inunctiones mercuriales, decocta ligni Guaiaci, Salſaparillæ, Chinæ; quæ eo tempore uſu perinde vigebant. Ita Astruc. Lactatione contagium facile ſpargi. Male luis ſuſpecta mulier ſalivatione ſuffocata. Iterum ut ſolet Forestus, aliam & aliam, ſecundum quatuor humores, luem Gallicam facit. Guaiaco cæterum utebatur noſter, ſed per varios gradus præparationum & evacuationum. Inunctio, quæ fit hydrargyro, etiam utiliter adminiſtrata, id enim metallum veram eſſe mali venerei antidotum. Vapore etiam incenſæ cinnabaris uſus eſt. Pilulæ mercuriales. Unguentis ſanati ægri, qui per decocti uſum non potuerant ſanari. Haller (f). Confer *pag.* 381.

Hercules Saxonia, Patavinus, natus anno 1551., patrem habuit Ludovicum, avum Hieronymum, & patruum Victorem medicos aut artis medicæ Profeſſores eximios. Obiit anno 1607. Ejus *luis veneree perfectiſſimus tractatus ex ore Herculis Saxoniæ exceptus* &c. *& luci datus opera* Andreæ Ghetti, *medici Patavini.* Patav. 1597. Quæcunque ad luem veneream pertinent, enucleate explicantur, ut ferebat temporum illorum ratio. Ita Astruc.

Ejus *tractatus de febrium putridarum ſignis* &c. *Acceſſit doctrina celeberrima de lue venerea ſ. morbo Gallico* Francof. 1600. 8. etiam ſeorſim eodem anno. Ex India cum mulieribus advectum morbum, ſæviorem eſſe factum. (in hoc videtur errare, cum mulieres nullas ab Indiis in Hispaniam devectas eſſe conſtet. Ita Astruc). Cum Guaiacum malo ſæpe ſuperando non ſufficiat, ad hydrargyrum veniendum eſſe, alioquin innocuum. Fabuloſa varia admiſcet. Ita Haller (g).

Joh. Jessenius. Ejus *de morbi Gallici inveſtigatione diſſ. ſeptem.* Witteberg. 1597. 4. Haller (h).

Idem in *inſtitut. chirurg.* Sect. III. cap. 3. de gummatibus Gallicis reſolvendis. Walth. V. *pag.* 384.

(e) Ibid. pag. 324. (f) Ibid. pag. 289. (g) Ibid. pag. 296. (h) Ibid. pag. 311.

Andreas Chioccus. Ejus *apologia pro divina H. Fracaſtorii ſyphilide adverſus Julii C. Scaligeri cenſuram.* Veronæ 1598. 4. Haller (i). V. *pag.* 431.

Petr. Seguin & Ant. Rabault *E. ut lepræ, ſic lui venereæ hydrargiroſis.* Paris 1598. 4. Haller (k).

Alexander Massaria, (Vicentinus, Profeſſor Patavinus, deceſſit Patavii anno 1578. ſenio confectus. Ita Astruc). In *practicæ medicæ* &c. L. VI. de morbo Gallico, quem veneno rabidi canis adfinem facit, vehementiſſime in eo etiam euphorbio purgat, inunctione nunquam utitur, neque fumigatione, neque ſudore ad empiricorum morem moto. Lignum ſanctum dat, aut ſyrupum ſuum, quem ex ligno ſancto parat. Sarſaparillæ tamen decoctum etiam ligno ſancto præfert, propria ad experimenta. Chinæ radici vires ad tollendum morbum Gallicum aliquas eſſe negat. Haller (l). V. *pag.* 384.

Bald. Ronsseus in *epiſtol. med. epiſt.* 43. 48. qualis victus in morbo Gallico conveniat. Walth. V. *pag.* 629.

Andreas Bastellus, Melphitanus medicus, Profeſſor Medicinæ. Ejus *ſpeculum Medicinæ.* Madrit 1599. (non uti in Hallero 1699. 4.) 4. Agit etiam de morbo Gallico. In iſto morbo dat decoctum lignorum, & niſi malum ceſſerit, ad hydrargyrum tranſit. Haller (m).

Johannes Saporta, Antonii filius, Profeſſor Medicinæ Monſpelienſis; obiit anno 1605. Ejus *tractatus de lue venerea* ab Henrico Gras, medico Monſpelienſi editus ad calcem librorum Antonii Saportæ *de tumoribus præter naturam.* Lugdun. 1624. 12. Astrucius refert ad annum 1600. Brevis iſte de lue venerea tractatus capita quindecim complectitur. Morbum ex India Calicut in Europam fuiſſe advectum anno 1494. Cauſas ſignaque morbi ex legibus Peripateticæ & Galenicæ theoriæ explicat. Recentem morbum profligari poſſe decocto Guaiaci, Sarſaparillæ, Saſſafras, & Chinæ, quorum adminiſtrandorum methodum deſcribit. Si lues inveterata, ad uſum hydrargyri recurrendum eſſe. In therapia ſymptomatum morbi venerei, & in prophylaxi nec novum, nec ſingulare quidquam habet. Astruc.

Petrus de Torrez, Darocenſis in Aragonia, medicus & chirurgus Mariæ Auſtriacæ Imperatricis. Ejus *libro que trata de la enfermedad de las bubas.* Madrit. 1600. 4. Complut. 1626. 4. Sigillatim agit de luis venereæ origine, differentiis, ſymptomatibus & curatione. Ita Astruc. Inunctiones mercuriales aliis adminiculis prætulit, doſin

(i) Ibid. pag. 304. (k) Ibid. pag. 334. (l) Ibid. pag. 219. (m) Ibid. pag. 335.

doſin hydrargyri pro ægroti robore aliam aliamque fecit. HALLER (n).

ANDREAS POSTHUMUS a GRAFENBERG, Medicinæ candidatus. Ejus *ſeptem morborum ad Sarmatas dialogus, in quo novæ luis Pokutienſis quam ſcirrhorum naturam vocant, natura & eſſentia examinantur.* VICETIÆ 1600. 4. Septem morbi iter faciunt in POLONIAM. Scopus eſt oſtendere, Plicam non eſſe veneream luem, etiamſi aliqua ſymptomata communia habet. Hæc contra LÆLIUM FULGINATEM. Ita HALLER (o).

FRANCISCUS RANCHIN, Cancellarius Monſpelienſis, anno 1600. edidit *la Chirurgie de Chauliac*, & quæſtiones chirurgicas, inter quas ſex occurrunt de lue venerea, de lignis &c. HALLER (p).

Ejus *traité de l'origine, nature, cauſes, ſignes, curation, & préſervation de la verole* prodiit cum *opuſcules* &c. LION 1640. 8. Morbum novum eſſe, a lepra diverſum; ſi recens, curatur decocto Guaiaci, Saſſafras, Salſæparillæ, Chinæ. Ad confirmatam luem mercurius in ceratis, vel emplaſtris, vel inunctione. Horum uſum tutum eſſe: ſuffumigiorum vero mercurialium periculo plenum. Argentum vivum terebinthina extinctum tuto exhiberi poſſe in pilulis, non ita præcipitatum rubrum. Symptomata luis venereæ, eorumque curatio. Cæterum hicce tractatus tum re, tum ſtylo inter mediocres numerandi ſunt, ut & pleraque alia auctoris opera. Ita ASTRUC. Confer *pag.* 15.

VINCENT. LISCOVINUS. Ejus *de lue venerea.* BASIL. 1600. 4. HALLER (q).

J. B. SYLVATICUS, (P. M. Ticinenſis) in *controverſiis* &c. ſemel in die decoctum Guaiaci melius propinari, quam bis. Sudorem poſt ſumtum decoctum utique cieri debere. Sennæ folia doloribus & tumoribus Gallicis convenire. Pro Guaiaci uſu contra hydrargyrum, non ſemper efficax. Symptomata morbi tollere eundem non eſſentiam; ſiccare ulcera, quæ Guaiacum aut Sarſa non ſiccaverat, & cariem pudendorum tollere: hepatis etiam vitium non ſolvere, in quo ipſum mali ſit fundamentum. Non ſemper, neque omnibus, hydrargyrum convenire. Multos & expertos viros id auxilium damnaſſe. Thermarum ſolum uſum nonnunquam morbum fugaſſe. HALLER (r). V. *pag.* 1501.

CYNTHIUS CLEMENS (*di Corinaldo*) in Ducatu Urbinenſi, Archiater PAULI V. Pontificis, & Canonicus ſancti JOHANNIS Lateranenſis. Ita ASTRUC. Ejus *diſputationes de natura & facultatibus ligni ſancti.* ROMÆ 1601. 4. & 1602. *De natura & facultate ligni ſancti nuper ut*

 ferunt

(n) Ibid. pag. 339. (o) Ibid. (p) Ibid. pag. 339. (q) Ibid. pag. 341. (r) Ibid. pag. 244.

ferunt aliqui ex Hollandia Romam delati. ROMÆ 1602. 4. Tres ſunt diſſertationes. Prima a. 1601., SEXTILII PICCOLOMINÆI ad C. ARNOLDUM epiſtola pro ligno CORRADI. Altera D. CANEVARII. Tertia epiſtola apologetica C. CLEMENTIS, qua innominati auctoris (CANEVARII) opinionem refutat. In iſta lignum illud nuperius potius efficacius eſſe defendit. HALLER (s).

ANDREAS CÆSALPINUS in *ſpeculi artis medicæ* &c. L. IV. agit de morbo Gallico, & lepra. Morbum Gallicum oriri a fontibus NEAPOLI ſanguine hominum leproſorum infectis: MADRITI oriturum fuiſſe, ſi ex Indiis eſſet adlatus: ſua ſe habere a milite Aretino, qui in obſidione Neapolitana ipſe adfuerit. Curari ligno Guaiaci, Saſſafras addi. Non debere ligna cum vino coqui. Hydrargyri unguentum a MESVE repeti, qui ſcabiei oppoſuerit; moleſtum eſſe auxilium, linguæ tumorem & multa mala facere. In lue venerea decoctum Guaiaci præſtantiſſimum eſſe remedium. HALLER (t). V. *pag.* 384.

DEMETRIUS CANNEVARIUS, Patritius Genuenſis, (URBANI VII. Archiater (u)). Ejus *de ligno ſancto commentarius, in quo ejus qualitates exprimuntur, ex illis lignum quoddam, quod nuper in Italiam adlatum eſt, pſeudo-lignum ſanctum eſſe demonſtratur.* ROMÆ 1602. 8. Pleraque botanica ſunt. Novum lignum a vero multis modis differre, ventriculum erodere, œſophagum inflammare, excoriare, tabemque feciſſe in homine, qui ejus uſu ſudorem ſibi volebat elicere. Experimenta, quibus demonſtratur boni eſſe uſus, ab indoctis empiricis facta eſſe. Poſſe & aliis lignis tenui cum diæta hactenus aliquid profici. HALLER (x).

JOSEPH. du CHESNE vulgo QUERCETANUS in L. *de lue venerea*, quatuor gradus eſſe venerei mali, quorum primus eſt pilorum delapſus, tertius puſtulatus in jecore ſedem habeat, quartus in oſſibus. Guaiaci laudes; cum tamen lui venereæ ſuperandæ non ſufficiat, medicos coactos ad hydrargyrum rediiſſe. Eum ex cinnabari reſtitui, ne plumbo adulteretur. Unguentum cum aromaticis miſtum. Non ſola ſalivatio luem judicat. Guaiaci vera præparatio, liquor acidus. Acida medicamenta ſudorem movere. Tartari cryſtallos ſuas laudat. HALLER (y). V. *pag.* 427.

THEODORUS TURQUET de MAYERNE (Genevenſis, natus eſt a. 1573., obiit a. 1655. Ita ASTRUC.) Ejus *de gonorrhœæ inveteratæ & carunculæ ac ulceris in meatu urinario curatione epiſtola* exſtat in HILDANIANIS in *centuria* I. & altera in *centuria* V. Hujus-

(s) Ibid. pag. 346. (t) Ibid. pag. 181. (u) Ita ASTRUC. (x) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 354. (y) Ibid. pag. 201.

Hujuſmodi etiam malum in Henrico IV. curavit, & ulcus perforavit.

Ejus *tractatus quatuor* 1. *de febribus*, 2. *de morbis externis*, 3. *de arthritide*, 4. *de lue venerea*. Genev. 1674. 12. 1676. 12. 1695. 8. Anglice Lond. 1676. 8. Haller (z). Mercurium exhiberi poſſe vel crudum vel præparatum. Mercurium præcipitatum album ſuum eſſe inventum, cujus proceſſum explicat. Cathartica cum exhibitis mercurialibus addenda eſſe, eaque valida. Provocandæ ſalivationis modus. Symptomata luis & curatio. Ad gonorrhœam laudat diluentia temperantia, quamdiu durat ardor urinæ, deinde præparata mercurialia, ac demum adſtringentia. Ad ulcera pudendi ſuffitum ex cinnabari, & unguentum diapompholygos cum mercurio crudo. Ad carunculas urethræ therapiam illam proponit, quæ obtinetur uſu cathæreticorum fiſtula in urethram immiſſorum, ſed quæ jam pridem obſolevit, ceu periculoſa & inefficax. Ultimo ſymptomata luis venereæ recenſet, & ad ſingulorum curationem remedia proponit. Cæterum anilibus fabellis nimium confidit auctor, atque remediorum undique conquiſitorum approbator nimis credulus. Sed venia danda eſt operibus poſthumis, quæ procul dubio emaculatiora proditura fuiſſent, ſi ab auctore eſſent edita. Astruc. Confer *pag.* 1016.

Marsilius Cagnatus (P. M. Romanus) in *opuſculis variis* Romæ 1603. 4. binas habet diſputationes de ligno ſancto. Haller (a). V. *pag.* 12.

Michael Toutain & J. Riolan *non E. luis venereæ & peſtis idem contagium*. Paris 1603. 4. Haller (b).

Eustachius Rudius, Bellunenſis, obiit anno 1611. Ejus *de morbo Gallico libri V. a* Mundino *e privatim domi legentis ore excepti, atque ita diviſi, in capitaque diſtributi*. Venet. 1604. 4. Ita Astruc. Contrahi id malum hæreditate, contagio vario, lactatione, oſculo, levi penis contactu. Eo pene revincto putat luem veneream coerceri poſſe. Cauterio ad hepatis ſedem admoto ſe morbum ſanaſſe. Ad hydrargyrum pene invitus, ſed tamen confugit. Guaiacum fere curationi ſufficere, non ſaponariam. Ita Haller (c).

Ejus *de morbis occultis & contagioſis* L. V. Venet. 1610. fol. In libro V. cap. 7. agit de lue venerea & ejus curatione. Walther. Confer *pag.* 382.

Fabius Pacius, Vicetinus, natus a. 1547, medicus, obiit a. 1614. Ejus *commentarius in ſeptimum Galeni librum. Acceſſit tractatus de morbo Gallico per methodum curando*. Vicetiæ 1608. Tractatum de morbo Gallico putat Astrucius ſcriptum fuiſſe anno 1604. Contendit morbum

(z) Ibid. pag. 359. (a) Ibid. pag. 230. (b) Ibid. pag. 366. (c) Ibid. pag. 274.

morbum novum non eſſe, adducit etiam aliquot MARTIALIS & JUVENALIS loca, ſed hæc argumenta plane futilia ſunt. Tres diſtinguit morbi Gallici ſpecies, nempe incipientis, confirmati, & inveterati. Ad incipientem morbum ſola diæta, univerſalia medicamenta, ac topica multigena. Ad confirmatum præter ea remedia laudat uſum Guaiaci, Sarſaparillæ, Chinæ, etiam ligni juniperi. Ad inveteratum decocta ſudorifera, ſuffumigia non ex cinnabari, ſed ex aromaticis, his tamen præſtare inunctiones, præſertim in tophis venereis. Cæterum videtur noſter theoreticus potius fuiſſe, quam practicus. Ita ASTRUC.

LUDOV. MERCATUS, Hiſpanus, ex urbe PINCIA vulgo VALLADOLIT, in patria per plures annos Profeſſor, dein Archiater, annum agens 86. ex calculo urina ſuppreſſa per dies 18. in acerbiſſimis cruciatibus obiit. In *operum* Tomo II., qui prodiit VALLADOLIT 1605. fol. agit de morbo Gallico. Duo ſunt libri, in I. traduntur omnia, quæ ad hujus morbi naturam & curationem pertinent; in II. peculiaris quorumcumque ſymptomatum medela. Morbum Gallicum novum eſſe, contagio contrahi, curari poſſe decoctis Guaiaci, Spartæparillæ, & radicis Chinæ. Inunctiones etſi periculoſæ ſint, vulgo nunc receptas eſſe; eas tamen cæteris tutiores eſſe docet, quæ parum hydrargyri recipiant, modo ad 15. aut 20. dies continuentur. Suffumigia nunc obſolere, cum tam ſæva & periculo plena ſint. Ultimo ad exſtinguendas morbi venerei reliquias remedia plane inefficacia proponit. ASTRUC. Confer *pag.* 14.

Varios tratados de Medicina y Chirurgia. Practica del morbo Gallico, en quel ſe contiene el origine, conoſcimiento deſta enfermidad, y el mejor modo de curarla. VALLADOLID 1605. 4. HALLER (d).

ANDREAS de LEON, dubitatur an GRANATÆ ortus ſit, an incola; certum eſt teſte NICOL. ANTONIO (e) medicam & chirurgicam artem exercuiſſe, in aula etiam PHILIPPI II. Ejus *practica del morbo Gallico, en el qual ſe contien el origine, y conoſcimiento deſta enfermidad, y el mejor modo di curarla.* PINCIÆ (ſive VALLADOLIT) 1605. 4. Ita ASTRUC. An idem cum priori opus?

CASPAR HOFMAN in *inſtitut. med.* L. III. cap. 73. de lue venerea. WALTHER. V. *pag.* 434.

JUL. CÆS. CLAUDINUS *de ingreſſu ad infirmos* &c. in *appendice de remediis generoſioribus.* Salſamparillam ad diſſolvendos oſſium tophos laudat, & Guaiaco præfert. Guaiacum unicam veram venereæ luis eſſe antidotum, & manifeſta qualitate agere.

Ejus *paradoxa medica, ſ. tractatus de natura & uſu thermarum, lutorum, ſtuffarum, Guaiaci, Saſſafras, Saſſaparillæ* &c. in collectione

JOSE-

(d) Ibid. pag. 377. (e) In *Bibliotheca Hiſpanica.*

JOSEPHI LAUTERBACH, FRANCOF.. 16 -- 5. 4. 1660. 4. Putes eſſe idem quod *appendix de remediis generoſioribus.* Ita HALLER (f). V. *pag.* 1502.

Idem in *conſultat. & reſponſ. conſ.* 47. & 80. de lue venerea.

Idem in *empiricæ rationalis* &c. L. IV. cap. 1. de gonorrhœa. In L. V. ſect. 2. de lue Gallica, & ejus cura. WALTHER. V. *pag.* 386.

PAULUS RENEALMUS (RENEAULME), Bleſenſis. Ejus *ex curationibus obſervationes* &c. Luem veneream cum quartana febre conjunctam intra duodecim dies ſuis arcanis medicamentis ſuperavit. HALLER (g). Confer *pag.* 1040.

PETRUS PIGRAUS in *epitome des precepts de Medecine* &c. PARIS 1606. 8. in L. VIII. agit de morbis contagioſis. De lue venerea, in cujus ſanatione argenti vivi efficaciam & innocentiam tuetur, ut ſubinde, quando æger debilior eſt, utiliter unius alteriusve diei induciæ dentur. Plumbo illito id malum in pueris ſublatum fuiſſe. De gonorrhœa, caruncula. HALLER (h). Confer *pag.* 17.

JOH. RENODÆUS & GEORG. ARBAUD *an hydrargyrum tutum luis Indicæ alexipharmacum.* LUTET. 1606. 4. Ita BOEHM. Aliter lego in HALLERO (i): P. de RENOU & GEORGE ARBAUD *non E. hydrargyrus tutum Indicæ luis alexipharmacum.* PARIS. 1606.

FELIX PLATERUS in L. III. *de vitiis* FRANCOF. 1609. 8. cap. 4. de curatione luis per inunctionem mercurialem.

Idem in *obſervationum* &c. L. III. pag. 672. lues venerea cum variis ſymptomatibus. WALTHER. V. *pag.* 385.

FEDEJUST. REINECCER in *theſauri chymici* &c. L. I. & V. medicamenta ad luem veneream. WALTHER. V. *pag.* 386.

NIC. MATTHIAS BACHENDORPH. Ejus *de luis venereæ natura ejusque curatione.* HEIDELBERG 1609. 4. HALLER (k).

CHRISTOPH. GUARINONI in *conſilior. med. conſ.* 28. 29. 30. 42. 96. 262. 262. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 272. 365. 366. &c. de lue venerea. WALTHER. V. *pag.* 436.

SEBAST. CORTILIO, phyſicus & chirurgus. Ejus *de chirurgica inſtitutione* Liber III. totus eſt de lue venerea, quam inunctione mercuriali curabat. HALLER (l). Confer *pag.* 17.

HEN-

(f) Ibid. pag. 260. (g) Ibid. pag. 385. (h) Ibid. (i) Ibid. pag. 391. (k) Ibid. pag. 410. (l) Ibid. pag. 412.

HENNING ARNISÆUS, Halberſtadienſis, Profeſſor Helmſtadienſis & inciſor, inde Profeſſor Hafnienſis, Archiater CHRISTIANI IV. regis DANIÆ, (obiit a. 1635.). Ejus *de lue venerea.* FRANCOF. ad VIADR. 1610. 4. OPPENHEIM 1610. 4. HALLER (m).

BARTHOLOMÆUS PERDULCIS, Helvius ſeu Vilvarienſis, natus BOUILLEUCI, in oppido Pagi Helviorum anno 1545., medicinam majori celebritate docuit, quam fecit, apoplexia interiit a. 1611. Ejus *univerſa Medicina ex medicorum principum ſententiis conſiliisque collecta*, edente RENATO CHARTERIO medico Pariſino, PARIS. 1630. 4. In L. XII. cap. 9. agit de lue venerea, ac quæ jam millies dicta erant, repetit, morbum novum eſſe, & ab INDIA occidentali in EUROPAM deductum; curari, ſi recens ſit, decocto ligni ſancti, radicis Chinæ, Sarzæparillæ; ſi difficilior fuerit, opus eſſe inunctionibus, ſuffitibus, catapotiis ex mercurio. Ita ASTRUC.

J. HARTMANNUS, (Profeſſor Philoſophiæ, Matheſeos & Chymiæ Hamburgenſis). Ejus diſp. *de lue venerea.* MARBURG 1611. 4. 1613. 4. Eam luem BASILIO VALENTINO dictam eſſe, hydrargyri interno uſu melius curari. De cryſtallina, novo ejus ſymptomate. HALLER (n).

Idem in *praxi chymiatrica* &c. pag. 197. de lue venerea. WALTHER. V. *pag.* 437.

TANEQUIN GUILLAUMET, (chirurgus HENRICI IV. Gallorum Regis. Ita ASTRUC.). Ejus *traité de la maladie nouvellement apellée criſtalline.* LION 1611. 12. Luem veneream cryſtallinam vocat, de nomine ſymptomatis, quod ipſe adnotavit, quod nempe totum præputium tumore cryſtallino tumeat, una cum pene, cujus etiam ſymptomatis curationem proponit. Lui diuturnæ multorum annorum ulcera faucium ait ſupervenire. Curationes inde variæ, purgationes ſolæ absque hydrargyro; deinde fumus cinnabaris, quem tamen ait apoplexiam civiſſe, tum cerata mercurialia, unctio, quam præfert mercurialem. In maxima ſalivatione cum ulceribus oris, feliciter venas raninas inciſas fuiſſe. Hydrargyrum acidum. Tunc curationem deſcribit, quæ fit Guaiaci decocto. Huic ligno favet, cujus vi luem curaverit: ſimilem eſſe vim tamariſcorum. HALLER (o).

GEORG. FEDRO in *opuſcul. jatrochemic.* &c. pag. 37. de luis venereæ curatione. WALTHER. V. *pag.* 387.

PETR. van der STYLLE in *chirurgiſches Handbuch.* Parte III. cap. 1. &c. de lue venerea. WALTHER. Luem veneream inunctione curare non ſuſtinet, ob incommoda, quæ inde ſequuntur, & præfert Chinæ radicis aut Guaiaci decoctum cum ſudore moto. Habet etiam lotionem, quæ fit hydrargyro ſublimato, eamque curationem, quæ ſola repetita purgatio-

(m) Ibid. pag. 415. (n) Ibid. pag. 388. (o) Ibid. pag. 424.

gatione fit, qua etiam nonnullos ſanatos fuiſſe teſtis eſt- HALLER (p). V. *pag.* 555.

SEBASTIANUS STROMAIER. Ejus *diſcurſus de morbo Gallico.* TUBING 1612. 4. HALLER (q).

J. SIGFRID. Ejus *de morbo Neapolitano.* HELMSTATT 1613. 4. HALLER (r).

HORAT. GUARGANTUS, Soncinenſis, MERCURIALIS diſcipulus. Ejus *reſponſa varia & imprimis tres tractatus, unus de dyſenteria, alter de morbo Gallico, tertius de peſte.* VENET. 1613. 4. In lue venerea vidit juvenem, cui cranium totum a carie eroſum erat & molle, cerebrum aſcaridibus plenum. In ligno ſancto non eſſe vim antidoti. Remedia vaniſſima numeroſa. Conſilia ſuperſtitione plena. Mercurium & alia omnia antivenerea damnat. HALLER (s). Confer *pag.* 436. ubi forte male HIERONYMUS & Concinenſis ſcribitur ex *Bibl.* HALLERI *chirurgica.*

CLAUDIUS CHARLES, (Pariſienſis, medicus, Profeſſor Chirurgiæ Pariſinus. Ita ASTRUC.). Ejus *de lue venerea.* M. S. eſt in Bibl. Reg. Pariſ. Ita HALLER (t) ex ASTRUCIO.

J. KEILUS (Breslavienſis). Ejus *de lue venerea qua natura qua cura.* MARBURG 1613. 4. HALLER (u).

GREGOR. HORST in *obſervationum* &c. L. II. parte 2. *obſ.* 1. &c. de lue venerea cum variis ſymptomatibus; ejus curatio. In L. VII. *de morbis contagioſis obſ.* 1. &c. de lue venerea cum variis accidentibus. In L. XI. *de miſcell. obſ.* 14. de antiquæ luis venereæ curatione.

Idem in *centuria problematum* &c. Decad. X. quæſt. 3. an lue venerea correptis vena ſecanda. WALTHER. V. *pag.* 276.

LUDOV. SEPTALIUS in *animadverſionum* &c. L. VI. VII. in morbo Gallico ſyrupos ſolventes laudat, conjunctos cum alexipharmacis. Guaiacum cum vino optime decoqui. Hydrargyrum copia ſufficiente, ubi neceſſe eſt, inungendum; & continuo uſu absque interruptione: cum ulceribus externis ſuffumigia præfert. Poſt inunctionem alexipharmaca. HALLER (x). V. *pag.* 18.

JOH. VIGIER in *operum* &c. L. II. cap. 30. de lue venerea. In L. III. cap. 60. de gonorrhœa virulenta. Cap. 66. de præcautione ulcerum a lue venerea. WALTHER. V. *ulcera.*

GEORG. CORNUTY & J. MAUNOIR E. *in lue venerea quævis vacuatio.* PARIS 1614. 4. HALLER (y).

LUDOV. GUYON (medicus Uſerch. in Lemovit. Ita BOEHM.). Ejus *le miroir de beauté & ſanté corporelle contenant toutes les difformités, maladies, tant internes qu' externes, qui peuvent ſurvenir au corps hu-*

Mmmmmmmmmm 2 *main,*

(p) Ibid. pag. 425. (q) Ibid. pag. 430. (r) Ibid. pag. 410. (s) Ibid. pag. 431. (t) Ibid. pag. 433. (u) Ibid. pag. 436. (x) Ibid. pag. 289. (y) Ibid. pag. 443.

main, avec leurs definitions. LION 1615. 12. 2. vol. 1673. 4. De lue venerea ſolo hydrargyro curanda, quod tamen illitum in corpus humanum non recipiatur. Non ideo levari adfectos, ſi cum ſana fœmina rem habuerint. HALLER (z).

ANTON. FREY. Ejus *de tuberculis in fiſtula urinaria abſumendis, & curandis.* BASIL. 1615. 4. HALLER.

PETR. POTERIUS in *inſignium curationum* &c. *centuria* I. *cur.* 5. 8. 9. 98. de morbo venereo. In *cent.* III. *cur.* 101. de lue venerea. WALTHER. V. *pag.* 387.

FRANCISCUS CITESIUS in egregio opere *de novo apud Pictones dolore colico bilioſo.* POITIERS 1616. 8. vel 12. PARIS. 1639. 4. in lue venerea cryſtallinam puſtulam anno 1600. novum ſymptoma apparuiſſe, dum morbus ipſe defervefcebat. HALLER (a). V. *pag.* 354.

GUIL. BALLONIUS in *conſilior. med.* L. II. *conſ.* 2. de lue venerea. In L. III. *conſ.* 110. ad luem veneream.

Idem in *epidemiorum & ephemeridum* L. II. PARIS. 1640. 4. in L. I. pag. 41. in lue venerea decocto ligni ſancti purgantia non addenda. WALTH. V. *pag.* 387.

THEOD. CORBÆUS in *pathologiæ* &c. L. II. ſect. 7. cap. 2. de morbo Gallico. WALTH. V. *pag.* 315.

JOH. MACOLLO, Scotus, Chymiæ Profeſſor Piſanus. Ejus *theoria chymica luis venereæ, quæ hermeticæ Medicinæ elementa pandit.* FLORENT. 1616. 12.

Ejus *jatria chymica exemplo therapiæ luis venereæ illuſtrata.* LONDON 1622. 8. Uterque libellus ejusdem plane farinæ eſt, & ſtylo putido, inſulſo & metaphorico ſcriptus, qualis chymicorum eſſe ſolet. In priori tractatu nihil fere eſt, quod ad luis venereæ theoriam pertineat. In poſteriori quædam remedia tantum nominantur, nempe mercurius vitæ ex butyro antimonii, extracta, olea, ſalia Guaiaci, Salſæparillæ, Chinæ &c.; mercurius ſublimatus dulcis, inunctiones mercuriales, emplaſtra ſuffiumigia mercurialia. Ita ASTRUC.

EITEL JOACHIM KRYPPEL vel KRUPEL uti ASTRUC habet). Ejus *de morbo Gallico....* 1616. 4. HALLER (b).

J. GAUTHIER. Ejus *de la maladie vénérienne.* TOULOUZE 1616. 12. HALLER (c).

JOHANNES VARANDÆUS, Nemauſenſis, ad doctoris gradum promotus eſt anno 1587. in Academia Monſpeſſulana, obiit a. 1617. Ejus *tractatus de elephantiaſi ſeu lepra; item de lue venerea & hepatitide ſeu hepatis atonia.* GENEVÆ 1620. 8. & cum *operibus omnibus* LUGDUN. 1658. In

(z) Ibid. pag. 446. (a) Ibid. pag. 350. (b) Ibid. pag. 456. (c) Ibid. pag. 458.

In tractatu de lue venerea nihil occurrit, quod ante vulgatum non fuerit. Morbi originem ab INDIA arceſſit, & luem illam ab elephantiaſi diverſam eſſe probat. Putat morbum eo magis ſævire, quo frigidior eſt Regio, in quam irrepſit. Saſſafras, Salſamparillam & Chinam virtute cedere Guaiaco. Hydrargyrum medicamentum eſſe malignum ac deleterium per ſe ſpectatum, attamen non eſſe rejiciendum; ſumma tamen cautela utendum: vetat exhiberi pueris, ſenioribus, gravidis, anginæ obnoxiis, febricitantibus, irritabilibus, debilibus aut valde macilentis. Balnea thermarum magis nocere quam prodeſſe. ASTRUC. Confer *pag.* 1014.

HENR. PETRÆUS in *noſologiæ* &c. diſſert. 46. de lue venerea. WALTH. V. *pag.* 388.

LAZARUS RIVERIUS in *obſervationum* &c. *centuria* I. *obſ.* 77. 78. dolores venerei. In *cent.* II. *obſ.* 70. 81. 91. 95. 122. lues venerea. Ita WALTHER. Decocto Guaiaci & antimonii morbus venereus cum exoſtoſibus ſuperatus. Cerei certis unguentis obducti ad tollendas carunculas. Caruncula plumbea virga deleta. In *cent.* III. in *obſervationibus communicatis* SAMUEL FORMY chirurgus HENRICUM III., cum lue venerea laboraret, neque curari poſſet, a P. PENA ſudore moto & decocto Chinæ & bardanæ absque hydrargyro ſanatum eſſe. HALLER (d). V. *pag.* 388.

NIC. HABICOT in *problemes de Medecine* &c. nullum dari mali venerei alexiterium. HALLER (e). V. *pag.* 407.

MICHAEL MOREL. Ejus *quæſtiones medicæ*. MONSPEL. 1617. 4. Venereo malo non confirmato Guaiacum, inveterato hydrargyrus.

GEORG. SCHARPIUS. Ejus *quæſtiones medicæ*. MONSPEL. 1617. 4. Lues venerea & elephantiaſis non ſunt morbi congeneres. HALLER (f).

RODER. a FONSECA in *conſultationum* &c. T. I. *conſul.* 35. 36. 40. 98. in lue Gallica & ſymptomatibus ejus. In T. II. *conſ.* 59. 60. 61. 62. 88. de morbo Gallico, & ejus ſymptomatibus. Laudat decoctum Sarſaparillæ, indeque excitatum ſudorem. WALTH. V. *pag.* 381.

J. DAN. MYLIUS in *Baſilicæ chymicæ* L. II. pag. 133. de luæ venerea. WALTH. V. *pag.* 389.

JOH. VINCENT. FINKIUS in *enchiridii* &c. cap. 32. de lue venerea. WALTH. V. *pag.* 389.

VICTOR MANGGUS, Auſtriaco-Schrattenthalenſis, medicus, quem ad a. 1615. refert ASTRUC.). Ejus diſp. *de lue venerea* exſtat in *diſputationum* (Baſilienſium) *collectarum* Decade II. BASIL. 1619. 4. HALLER (g).

(d) Ibid. pag. 461. (e) Ibid. pag. 398. (f) Ibid. pag. 471. (g) Ibid. pag. 480.

Tobias Knobloch, medicus Iglavienſis in Moravia. Ejus *kurzer Bericht von den Franzoſen* &c. Giessen 1620., Boehm.

Matth. Unzer, Hallenſis in Saxonia, natus a. 1581., ibique obiit a. 1624. Ejus *anatomia mercurii ſpagyrica, ſeu de hydrargyri natura, proprietate, viribus, & uſu, libri* II. Halæ 1620. 4. Præparationes mercuriales fere omnes. Omnia fere ex variis auctoribus excerpta & corraſa, ſed pleraque non ſine judicio delecta. Ita Astruc. Confer *pag.* 437.

Joh. Colle, Bellunenſis, natus a. 1558., diſcipulus Capivacci, Bottoni, & Campolongi, Profeſſor Patavinus, ubi a. 1631. obiit. In *Coſmetoris Medicei* &c. L. II. exſtat diſſertatio de radice Chinæ. Nihil ſingulare & ubique obvia ſunt. Ita Astruc.

Ejus *elucidarium anatomico - chirurgicum cum commentariis in quarti libri Avicennæ fen tertium. Inſiti tractatus.... de lue Gallica.* Venet. 1621. fol. Utique vero, libri de lue Gallica alteram partem *elucidarii* facere Astrucius. Ita Haller (h). Confer *pag.* 19.

Paulus Zacchias in *quæſtionum medico legal.* L. III. tit. 2. quæſt. 10. Gallicus morbus ſi diſſimulatur, quomodo cognoſcendus. In L. IV. tit. 1. quæſt. 22. de morbo Gallico. L. IX. tit. 10. quæſt. 3. morbus Gallicus non dependet a manifeſtis ſed occultis qualitatibus. Walth. V. *pag.* 599.

Henr. ab Heers in *obſervationibus* &c. pag 48. (i) vidit ab impuro concubitu natas in ima glande verrucas venereas, interque illas unam, quæ nucis juglandis magnitudinem excedebat, & ſexaginta quinque cupitella, ſive verrucas minores, oſtendebat, Swieten. V. *pag.* 364.

Job. Kornthauer in *commentariis* &c. Morbi Gallici curatio turpetho & decocto lignorum facta. Haller (k). V. *pag.* 389.

David de Planis Campy, chirurgus. Galenicus & ſpagyricus. Ejus *la varole reconnue, combattue & abbattue ſans ſuer & ſans tenir chambre, avec tous ſes accidens.* Lutetiæ 1623. 8. Luem veneream perpetuam fuiſſe in mundo, ſed magis viguiſſe circa annum tempore belli Neapolitani. Differit deinde pro ingenii modo, ſeu potius deblaterat de natura, cauſa, effectis, diagnoſi, prognoſi luis venereæ. Multa proponit remedia, multaque præparata mercurialia, quibus interne adhibitis luem profligatum iri polliceturs. In adjecto antidotario proſtat remediorum farrago; laudat etiam arſenici uſum internum & externum. Ita Astruc.

J. Juncker, medicus Schleuſingenſis. Ejus *compendioſa methodus therapeutica, qua morborum fere incurabilium curationes docentur, per ſolam diæ-*

(h) Ibid. pag. 465. (i) Edit. Lugd. Batav. 1645. 8. (k) Ibid. pag. 510.

diætam & ligni Guaiaci præparati adminiſtrationem. Erford. 1624. 4. Ad curandam luem lignum Guaiacum præfert omnibus aliis auxiliis, ei hydrargyrum ſubſtitui poſſe. Haller (l).

J. B. Helmont in *opuſculis medicis inauditis* in L. IV. *tumulus peſtis*: luem veneream anno 1494. exortam eſſe nefanda turpi venere. Suffitus & inunctiones nefanda vocat auxilia. Luem veneream eſſe fermentum venenoſum, ſolidis & liquidis corporis humani partibus tanquam odores adhærens. Haller (m). V. *pag.* 439.

J. Rudolph. Camerarius in *ſylloges memorabilium* &c. *centuria* VI. part. 46. lues venerea jecur inficit. *Cent.* IX. part. 75. mendicus lue venerea infectus, univerſo corpore fimo equino obruto, curatus. *Cent.* XIX. part. 59. morbus Gallicus quid, controvertitur. Alberti, V. *pag.* 19.

J. Carol. Rosenberg in *roſa nobili* &c. cap. 36. de mercurialibus medicamentis. Walth. V. *pag.* 907.

M. Ant. Zimarra. Ejus *antrum magico-phyſicum medicum.* Francof. 1625. 8. In Parte I. pag. 57. agit de lue venerea, & ſua arcana laudat. Walth.

Petr. Joh. Fabrus in *chirurgiæ ſpagyricæ.* Sect. III. cap. 13. de ulceribus venereis: ea ſolo medicamento ex mercurio ſublimato curari. Walth. V. *pag.* 19.

Idem in *inſign. curat. variorum morborum* &c. *cur.* 93. de lue venerea in infante: multos infantulos ſe curaſſe ſola frequenti doſi mercurii dulcis. Walth. V. *pag.* 442.

Arnold. Weickhardus. Ejus *theſaurus pharmaceuticus Galenico-chymicus ex optimis auctoribus congeſtus* L. I. *de affectibus trium cavitatum internis*; II. *de febribus*; III. *de peſte morbo articulari*, *ſtomacace*, *elephantiaſi*, *lue venerea*; V. *de venenis*; VI. *diſpenſatorium & compoſitio nonnullorum medicamentorum.* Francof. 1626. fol. 1670. 4. edente J. Scultteto. Ita Haller (n). In L. III. cap. 3. de lue venerea. In L. IV. cap. 1. ulcera, tophi, & cephalæa venerea: laudat emplaſtrum de ranis cum mercurio. Walth.

Joh. Neander, medicus Bremenſis. Ejus *ſaſſafraſologia*. . . . . 1627. . Boehm.

J. Baptista Sori. Ejus *delle fontanelle, delle morbo Gallico.* Milano 1628. 8. cum *conſilii, ed aviſi* &c. Non legit Astrucius, nec vidit Hallerus (o). V. *pag.* 19.

Simon

(l) Ibid. pag. 479. (m) Ibid. pag. 518. (n) Ibid. pag. 546. (o) Ibid. pag. 564.

SIMON BAZIN & PETR. GUENAULT *E. ex carie pudendi calloſa cicatrix ſyphilidis ſignum certiſſimum.* PARIS 1628. 8. HALLER.

ZACUTUS LUSITANUS, (natus Ulyſſipone a. 1575. Amſtelodami obiit a. 1642. Ita ASTRUC.) Ejus *de medicorum principum hiſtoria* L. I. *hiſt.* 70. 73. Lues venerea contagioſa. In INDIA endemium eſſe morbum. HIPPOCRATI & GALENO jam notum fuiſſe morbum.

Idem in *praxis admirandæ* &c. L. I. *obſ.* 107. raucedo ſignum manifeſtum luis venereæ. In L. II. *obſ.* 128. gonorrhœa venerea ebeno curata. *Obſ.* 29. gallico pilorum defluvio præſidium. *Obſ.* 130. tophorum venereorum remedium. *Obſ.* 131. fontanellis in inguine ſponte apertis lues venerea curata. *Obſ.* 132. 133. mercurius in potu aſſumtus in Gallico morbo proficuus. Lues venerea. *Obſ.* 134. morbus Gallicus contagioſus ad diſtans. *Obſ.* 139. in bubone venereo ſanguis mittendus. ALBERTI. V. *pag.* 389.

J. BAPT. LALLI, (Nurſinus, Poeta Italicus. Ita ASTRUC.). Ejus *franceada, overo il mal franceſè poema.* FOLIGNO 1629. 12., & non 1529. uti HALLER (p).

J. ANTONIDES van der LINDEN, ANTONII medici filius, Enchuſanus, (natus anno 1609. Ita ASTRUC), Profeſſor Franekeranus, inde Leidenſis, HIPPOCRATIS diu cultor, tandem multum querente PATINO ad chemicam ſectam tranſiit (q), & pleuriticus neglecta venæ ſectione ſumtoque antimonio obiit (r) (LUGDUNI Batavorum anno 1664. Ita ASTRUC). Ejus *centuria obſervationum medico-practicarum de lue venerea.* FRANEKER 1630. 4. HALLER (s).

BARTHOLOMÆUS GALESIUS, (Bononienſis, Profeſſor Med. Bonon. Ita ASTRUC.). Ejus *epiſtola ſuper morbo hoc tempore graſſante.* BONON. 1630. 4.

Ejus tract. *de podagra & morbo Gallico, inſeritur de genitura, ad decubitus ægrotorum, de morbo Gallico, de inſomnio, de veneficiis, de venenis.* Ibid. 1633. 4. Morbum antiquum eſſe & Arabibus notum. HALLER (t).

SAMUEL HAFENREFFER in πανδοχειον &c. L. I. cap. 2. de lue venerea. Mercurium laudat. WALTH. V. *pag.* 412.

JACOB. PRIMEROSIUS in *enchiridii* &c. Parte I. p. 218. de lue venerea. WALTH. V. *pag.* 443.

DIONYS. ALLAIN & GUIL. GUERIN *E. lui venereæ alexipharmaca.* PARIS. 1630. 4. HALLER (u).

ANTON. BOXBARTER, (Auguſtanus). Ejus *de lue venerea.* ARGENT. 1631. 4. HALLER (x).

MARC.

(p) Ibid. pag. 578. (q) Apud BARTHEL. *ep.* III. 95. (r) *Lettres* II. n, 312. 197. (s) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 580. (t) Ibid. pag. 584. (u) Ibid. pag. 588. (x) Ibid. pag. 595.

MARC. AUREL. SEVERINUS *de recondita abſceſſuum natura* in L. IV. adnotationes habet de morbo venereo. Syphilis infanabilis, mira ab ea lue nata deformitas faciei. Curatio, ſudor, gelatinoſa, chalcanthum, medicamenta ex hydrargyro QUERCETANO dicta. Inciſiones cadaverum; gula, aſpera arteria, pulmo, hepar ulceroſa, proſtata ſuppurata. HALLER (y). V. *pag.* 276.

Idem *de efficaci medicina* L. I. parte 3. cap. 43. de uſu cauteriorum in lue venerea. In L. II. parte 1. cap. 80. de bubonibus Gallicis. Ita WALTH. Nihil uſtione præſtantius ad bubones venereos peſſimos. HALLER. V. *pag.* 303.

JOH. WALÆUS. Ejus *de lue venerea.* LEID. 1633. 4. HALLER (z). V. *pag.* 390.

JOH. NARDIUS, vir doctus, edidit a. 1634. *lactis phyſicam analyſin.* FLORENTIÆ 4. Ejus *noctium genialium annus I.*, poſt quem nullus alius ſecutus eſt, BONON. 1656. 4. poſthumum opus a filio PHILIPPO editum. Sub communi titulo plures libelli continentur, decem in *noctes* conjecti. In L. VII. agit etiam de lue venerea & ejus curatione. HALLER (a). Confer *pag.* 26.

WOLFG. HOEFER in *Herculis medici* &c. L. III. cap. 2. etiam de lue venerea. WALTH. V. *pag.* 390.

DANIEL SENNERTUS, Vratislavienſis, (natus a. 1572., obiit WITTEBERGÆ a. 1637. Ita ASTRUC.) In *Medicinæ practicæ* L. VI. edito WITTEB. 1635. 4. parte 4. cap. 1. &c. de lue venerea. Varia medicamenta ex ligno Guaiaco, Saſſafras, & mercurio. Ita WALTH. Nihil quidem neque novum, neque rarum habet, ſed omnia ita ad nitorem, ordinem, elegantiam, perſpicuitatem concinnata, ut in hac ſola lucubratione paucis contracta & digeſta videas, quæ in immenſis voluminibus ſparſa ſunt: quod de cæteris omnibus SENNERTI tractatibus dicendum eſt. Ita ASTRUC. Confer *pag.* 17.

PIUS de MARRA. Ejus *praxis methodica & rationalis curandorum morborum omnium* &c. NEAPOLI 1635. 4. Fuſe de lue venerea, ſed exſcriptus ex libro I. ALMENAR. Ita HALLER (b).

NICOL. FONTANUS in *florilegio medico* &c. quæſt. 54. de morbo Gallico. Quæſt. 55. de bubone Gallico. WALRHER. V. *pag.* 1062.

Idem in *reſponſ. & curat.* L. I. pag. 100. de lue venerea. Ita WALTHER. Poſt inunctionem in ſyphilitico, hydrargyri guttulæ circa articulos reper-

(y) Ibid. pag. 571. (z) Ibid. pag. 603. (a) Ibid. pag. 609. (b) Ibid. pag. 614.

repertæ. Lues Gallica ſolo contactu, abſque venereo commercio contracta. HALLER (c). V. *pag.* 579.

JOH. SCHROEDER, medicus Francofurtenſis. Ejus *Quercetanus redivivus.* FRANCOF. 1638. 4. 3. vol. HALLER (d). In T. III. pag. 236. conſilium de lue venerea. WALTH.

DUARTUS MADEIRA ARRAES, Archiater. Ejus *apologia en qua ſe defende humos ſanguinos de piols dados en inflamagao di olhos complicada con gonorrhœa purulenta.* LISBON. 1630. fol.

Ejus *methodo de conocer e curar el morbo Gallico dos partes.* Ibid. 1642. 4. 2. vol. 1683. fol. & cum *commentariis* FRANCISCI HENRIQUEZ MIRANDELA. Ibid. 1715. fol. HALLER (e).

SIMON PAULI in *quadripartiti botanici* Claſſe III. luem inveteratam decocto ſimplici ſmilacis curat. WALTHER. V. *pag.* 442.

Ejus παρεκβασις *ſ. digreſſio de vera, unica & proxima cauſa febrium malignarum, petechialium, tum morbillorum, ſcorbuti, luis venereæ & ſimilium morborum macularium, nec non accurata febres has curandi methodus.* FRANCOF. 1660. 4. ARGENT. 1678. 4. HALLER (f). V. *pag.* 773.

J. FRAGOSO. Ejus *della Cirurgia parti due.* PALERMO 1639. fol. Italice vertente BERNARDO GRASSA. Aliqua habet etiam de morbo venereo: fumigationem, quæ hydrargyro fit, inunctione eſſe periculoſiorem. HALLER (g). Idem, puto, qui *pag.* 22.

PETRUS HAGUENOT, quod nomen in arte celebre fuit. Ejus *quæſtiones XII. e medicina depromtæ.* MONSPEL. 1639. 4. Reſpondit in *quæſt.* IV. ab immoderato amplexu luem veneream non naſci. HALLER (h).

NIC. MATTHIEU & PETR. BOURDELOT *an curationi luis venereæ balneum?* PARIS. 1639. HALLER (i).

ALBERTUS KYPER. Ejus diſp. *de lue venerea.* LEID. 1640. 4. HALLER (k). V. *pag.* 355.

CYPRIANUS MAROXA, Hiſpanus. Ejus *de febribus & lue venerea.* VALLADOLID 1641. fol. HALEER (l).

J. B. SITONUS, Alchemiſta. Ejus *jatroſophiæ miſcellaneorum pars* I. PATAV. 1641. 8. 1723. 8. EINSIDLEN 1669. 4. COLON. 1676. 4. Aliqua habet etiam de lue venerea, quæ excerpta ab

ASTRU-

(c) Ibid. pag. 601. (d) Ibid. pag. 617. (e) Ibid. pag. 638. (f) Ibid. pag. 573. (g) Ibid. pag. 645. (h) Ibid. pag. 647. (i) Ibid. pag. 647. (k) Ibid. pag. 640. (l) Ibid. pag. 674.

Astrucio non magnam de reliquo opere ſpem faciunt. Haller (m).

J. Bened. Sinibaldi in γενεανθρωπειας &c. L. IX. tract. 2. cap. 12. Gallicam luem contrahi poſſe ab immoderata & vaga venere, etiamſi coeuntes hoc morbo non detineantur. Gonorrhœa Gallica quomodo ab aliis diſtinguatur. Alberti. V. *pag.* 359.

Paul. Marquart Slegel. Ejus diſp. *de lue venerea.* Jenæ 1642. 4. Haller (n). V. *pag.* 673.

Michael Wagner. Ejus *diſquiſitiones medicæ de morbo Gallico.* Herbipoli 1642. 4. Haller (o).

Robertus Wrigth. Ejus *theſes inaugurales de lue venerea.* Leid. 1642. 4. Haller (p).

Joh. Agricola in *Chirurgiæ parvæ* &c. tract. 2. & 6. agit de lue venerea. Walth. V. *pag.* 21.

Joh. Johnstonus in *ideæ univerſæ Medicinæ* &c. L. XI. tit. 1. de lue venerea. Walth. V. *pag.* 391.

Joh. Per. Lotichius in *conſilior.* & *obſervat.* L. VI. cap. 5. *obſ.* 3. 4. 5. de lue venerea. Walth. V. *pag.* 23.

Josephus Galeanus, Panormitanus, quem Mongitore maximis laudibus effert. Ejus eſt *Smilacis aſperæ* & *Sarſæparillæ cauſa.* Panorm. 1645. 4.

Ejus *la lebbra unita al mal Franceſe altro contagioſo male, nel quale deve cavarſi delle ſpeciali diſtinzioni e diviſioni.* Ibid. 1650. 8.

Ejus *politica medica, ſ. apologetica epiſtola pro leproſo eorumque quæcunque adverſus ſententiam prolatam de explorandis leproſis, latine fuerunt, impugnata expurgatio.* Panorm. 1651. 4. Haller (q).

Petrus Sartorius, (chirurgus Argentoratenſis. Ita Astruc.) Ejus *Franzoſenarzt, oder von der Schwachheit der Franzoſen.* Strasburg 1645. 8. Francof. 1658. 8. Francof. & Lips. 1676. 8. 1685. 8. 1688. 8. Senex clinicus hydrargyrum rejicit, ſolis decoctis lignorum utitur. Haller (r).

Ysbrand de Diemerbroek in *obſervat.* & *curat. obſ.* 63. lues venerea decocto lignorum curata. Alberti. V. *pag.* 24.

Franc. Boujonnier & Robert. Patin *eſtne certa & optima luis venereæ per ſolam hydrargyroſin curatio.* Lutet. 1649. 4. Boehm.

(m) Ibid. (n) Ibid. pag. 481. Sed. ibi lego Prisc. Marquart Slegel. (o) Ibid. pag. 686. (p) Ibid. (q) Ibid. pag. 703. (r) Ibid. pag. 706.

Augustinus Thoner in *obſervat. med.* L. IV. *obſ.* 1. 2. 3. 4. de lue Gallica. Walth. V. *pag.* 450.

Dominicus Panaroli in *iatrologiſmorum* &c. *pentecoſte* III. *obſ.* 1. de mirabili ſpongiæ uſu ad arcendam luem veneream. *Obſ.* 30. morbus Gallicus ante ſex menſes facile curatur, poſtea vero difficile. In *pentecoſte* IV. *obſ.* 45. morbus Gallicus fortuito nimio ſanguinis fluxu curatus. Walth. V. *pag.* 25.

Joh. Scultetus in *obſervat. chirurg. obſ.* 65. gummata venerea, & eorum curatio chirurgica. *Obſ.* 79. de gonorrhœa virulenta. Walth. V. *pag.* 877.

Petrus Borellus in *hiſtor. & obſervat. centuria* I. *obſ.* 79. remedia caruncula venereas auferentia. In *centuria* II. *obſ.* 37. 96. cura morbi venerei. Lues Gallica absque ſudore & ptyaliſmo curata. Alberti. V. *pag.* 25.

Balth. Timæus in *conſilior. med.* L. VII. *conſ.* 1. 2. 3. de lue venerea. Walth. V. *pag.* 26.

Thom. Bartholinus in *hiſt. anatom. centuria* II. *hiſt.* 66. lues venerea & cancri ſanari dicuntur, ſi baltheus mercurio illitus corporique applicitus profunde in terram demergitur. Walther.

Idem in *epiſtolar. med. centuria* I. *epiſt.* 50. conſilium de principe, ob luem veneream ſuſpecto, cum pulſatione totius lateris ſiniſtri.

Idem in L. *de Medicina Danorum* &c. decocta habet cum ſaponaria adverſus luem veneream.

Idem in *Actis Hafnienſ. Vol.* III. *ann.* V. *obſ.* 3. Marc. Aur. Severinum tophos Gallicos curaſſe filis carptis in ſpeciem coni congeſtis, inconſis. Haller (s). V. *pag.* 23.

Petrus de Marchettis in *obſervat. med. chir.* &c. *obſ.* 18. dolor capitis ex lue venerea repetita terebratione ſanatus. Ita Walth. In *tractatu de fiſtulis urethræ* carunculas cereis occupat, ne effloreſcant. Haller. V. *pag.* 26.

Joseph. Schmidt. Ejus *neuer mediciniſch-und chirurgiſcher Feldkaſten, mit einem Anhang wie die Franzoſen ohne Salivation zu curiren.* Marburg 1654. 12. Augspurg 1722. 8. Luem veneream absque hydrargyro vult curari, purgantibus validis, & panacea tartarea, quæ fit ex tartaro, & lignis ſolitis cum ſpiritu vitrioli digeſtis. Valde laudat expertum ſibi arcanum. Haller (t).

Idem

(s) Ibid. pag. 657. &c. (t) Ibid. pag. 700.

Idem in *Spiegel der Wundarzney* L. III. parte... pag. 480. agit de lue venerea. WALTH. V. *pag.* 23.

J. RUD. SALZMANNUS, ſenior, per multos annos Profeſſor Argentoratenſis. Ejus *de morbi Gallici natura, cauſis, ſignis.* ARGENT. 1656. 4. HALLER (u).

GUERNER ROLFINK. Ejus diſp. *de ſalivatione.* JENÆ 1656. 4.

Ejus *de lue venerea.* Ibid. 1666. 4. HALLER (x). V. *pag.* 860.

JOH. RHODIUS in *obſervat. med. centuria* III. *obſ.* 81. hepar non ſemper eſt ſedes luis venereæ. *Obſ.* 82. lues venerea contagioſa. Ita ALBERTI. Mercurio dulci jam tum ad ſanandam veneream luem paſſim utebantur. HALLER (y). V. *pag.* 447.

OSWALD. GREMBS in *arboris integræ & ruinoſæ* &c. L. II. cap. 5. de lue venerea. WALTH. V. *pag.* 27.

J. JACOB. WEPFER in *obſervationibus* &c. pag. 612. 689. &c. agit de gonorrhœa virulenta, de ſignis & curatione luis venereæ. ALBERTI. V. *pag.* 27.

PETRUS OTTOBONUS. Ejus *methodus pro morb. in particulari curatione.* ROMÆ 1658. 8. In L. I. pag. 251. de morbo Gallico. WALTHER.

ANTONIUS BIGORRE, Albienſis, medicus, in *doctoralis laureæ triumpho* MONSPEL. 1658. 4. mercurii uſum damnat. BOEHM.

JOH. ANDR. SMITZIUS in *Medicinæ practicæ* &c. pag. 156. de lue venerea. WALTH. V. *pag.* 316.

MELCHIOR SEBIZ in *manualis* &c. T. II. parte 9. cap. 2. de lue venerea. WALTH. V. *pag.* 364.

GASP. FERQUET in *quæſtionibus* XII. MONSPEL. 1659. laudat decoctum lignorum. BOEHM.

PHIL. GRULING in *Medicinæ practicæ* L. V. parte 1. cap. 2. de lue venerea. WALTH. V. *pag.* 391.

ANTONIUS EVERHARDUS, Medioburgenſis. Ejus *collatio antiqui morbi recrudeſcentis cum Gallico vel Indico.* MEDIOBURG 1661. 12. ASTRUC.

CASPAR REIES in *Elyſ. jucund. quæſt. campo* &c. *quæſt.* 58. lues venerea recidiva poſt 22. annos. *Quæſt.* 59. an novus morbus ſit; an ſine contagio poſſit oriri. *Quæſt.* 60. non communicatur in diſtantias. ALBERTI. V. *pag.* 27.

Nnnnnnnnn 3 JOH.

(u) Ibid. pag. 466. (x) Ibid. pag. 556. &-7. (y) Ibid. pag. 536.

Joh. Vauloue', Genabicenſis, medicus. Ejus *quæſtio medica an inveteratæ lui caſtratio conferat?* Monspel. 1662. 4. Boehm.

Fridericus Monavius. Ejus *de criſtallina, ſ. nova luis venereæ ſpecie.* Brunswic. 1665. 8. Haller (z). V. *pag.* 408.

Caspar Calderer de Heredia in *illuſtrat.* & *obſervat.* L. II. *illuſtr.* 9. de tabe Gallica & lue venerea. *Illuſtr.* 34. de gonorrhœa Gallica. Walth. V. *pag.* 454.

Georg. Hieronym. Welsch in *ſylloges curat.* & *obſervat.* *Dec.* IX. *cur.* 6. ex gonorrhœa neglecta lues Indica cum variis ſymptomatibus curata. *Cur.* 10. a luis reliquiis iſchiadicus dolor. Alberti. V. *pag.* 30.

Paulus Mattot & Claud. Guerin *an in curanda ſyphilide balneum ptyaliſmo præmittendum?* Lutet. 1668. 4. Boehm.

J. G. Trumphius & Bern. Chr. Capelle diſſ. *de ſalivatione mercuriali.* Jenæ 1668. 4. Boehm.

Frider. Hoffmannus in *method. med.* L. I. cap. 11. ſummopere laudat tincturam antimonii ex ſulphure aurato paratam, cumque decocto lignorum ſumtam. Walth. V. *pag.* 393.

Johannes Winell, Anglus. Ejus *lues venerea, vvherein the nomes, nature, ſubject, cauſes, ſignes, en cure are handlet.* London 1670. 8. Mera eſt epitome tractatuum, qui ab aliis de re eadem jam prius ſcripti fuerant, nec ſatis ordinate digeſta. Mitiorem nunc eſſe luem veneream & minus lethiferam, in cujus mutationis cauſas inquirit. Putat eam luem quondam penitus ceſſaturam eſſe, ut in Italia mentagora & germuſa, & in Anglia peſtis ſudorifera pridem ceſſavere, cujus futuri phœnomeni cauſas rimatur. Circa morbi curationem nihil prorſus novi adfert. Se poſſidere arcanum medicamentum, quod *ſympatheticum* vocat, unde manifeſtum eſt hunc tractatulum eo tantum fine ab auctore confarcinatum fuiſſe, ut remediis ſuis famam verbis faceret, quam non poterat effectis. Ita Astruc.

Nic. Brayer & Claud. Puylon *an quæ hydrargyro non cedit, ſyphilis hydroticis percuranda?* Paris. 1670. 4. Boehm.

In *Actis Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* I. *obſ.* 118. num ſedes luis venereæ ſit in liene. *Ann.* IV. *app.* venerea gummata emplaſtro de ranis cum mercurio curata. *Ann.* VIII. *obſ.* 9. caruncula venerea cum maſſa ex mercurio ſublimato & viridi æris ablata. *Obſ.* 78. bubo venereus retropulſus. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 130. gonorrhœa virulenta cum excreſcentiis. *Ann.* V. *obſ.* 172. go-

(z) Ibid. pag. 508.

gonorrhœa virulenta ſanata. *Dec.* III. *ann.* III. *obſ.* 4. lues venerea cito & facile curata. *Ann.* IV. *obſ.* 71. ad luem veneream remedium ſingulare. *Ann.* IX. *obſ.* 34. mulier ſexagenaria venerea lue laborans, & absque mercurio adhibito ſalivans. *Obſ.* 35. æger morbo Gallico infectus duodecies unguento mercuriali largiter inunctus absque tamen inſequenti ſalivatione. In *Vol.* I. *obſ.* 242. vermes luem veneream ordinario concomitantur. In *cent.* I. pag. 143. 200. carunculæ in urethra. *Cent.* III. pag. 39. venerea lues a matre in fœtum puriſſimum non propagata. *Cent.* V. pag. 349. caruncula urethræ venerea. ALBERTI. V. *pag.* 31.

FRANCISCUS SYLVIUS de le BOE, Hanovienſis, natus anno 1614., doctoratus gradum BASILEÆ adeptus eſt a. 1637., HANOVIÆ & AMSTELODAMI medicinam feliciter fecit, deinde ab anno 1658., Profeſſor Lugdunenſis, ibique deceſſit anno 1672. Ita ASTRUC. Ejus *praxeos medicæ idea nova* prodiit LEID. 1671. 12. FRANCOF. 1671. 12. &c. In *appendice*, quæ poſt auctoris mortem a SCHRADERO primum edita eſt, habetur *tractatus de lue venerea*, qui ſeorſim Germanice prodiit cum titulo *Beſchreibung der Franzoſenkrankheit mit Blancard's Anmerkungen.* LEIPZIG 1693. Venenum venereum acidæ eſſe indolis. Salivam a mercurio præcipitato non nimis fixato felicius excitari, ut per mercurium corallinum: curationem eſſe in correctione ſpiritus acidi per ſpirituoſa volatilia, per oleoſa, ſapones, aromata. Ligna humorum acrimonias fortius emendare, quam quidem radices. Coactus & invitus ad ſalivationem deſcendit, præfert, quando ſufficit, ſudorem per decocta motum. Ita HALLER (a). Confer *pag.* 35.

REGNER de GRAAF in L. *de mulierum organis* &c. cap. 9. pag. 140. 141. orificium urethræ ſolum pro ſede muliebris gonorrhœæ habuit; & ideo diſtinguendam hanc a fluore albo, voluit, genitalia eſſe inſpicienda, ſiquidem, inquit, meatus urinarii exitum circumſiſtentes partes (in quibus lacunarum exitus terminatur) mucoſa quadam materie obſeſſas, ac interdum exulceratas reperies. SWIETEN. V. *pag.* 755.

NICOLAUS CHESNEAU in *obſervationibus medicis* &c. Ulcus ſanatum, quod uvulam palatumque conſumſerat, cum venereæ originis eſſet. Sic fiſtulam pectoris ejusdem generis. HALLER. V. *pag.* 34.

EDVARDUS MAYNWARINGE, medicus Anglus. Ejus *the hiſtory and myſtery of the venereal lues.* LONDON 1673. 8. (Latine cum titulo *hiſtoria & myſterium luis venereæ, una cum animadverſionibus ſuper diverſas methodos curationum, Anglis, Gallis, Hiſpanis & Italis in uſu,* FRANCOF. & HAMBURG 1675. 8. Ita KESTNERUS). Opus collectitium. Exſcripſit

(a) Ibid. pag. 627.

ſcripſit a SEBASTIANO AQUILANO, G. TORELLA, ANT. MUSA BRASSAVOLO, ULRICO de HUTTEN, J. BENEDICTO, J. ALMENAR, ALOYS. LOBERA, LUD. MERCATO, GUILIELMO RONDOLETO, JOS. QUERCETANO, & PETRO FORESTO. Horum auctorum non modo opiniones, ſed plerumque verba ipſamet ſigillatim refert. Cæterum nihil proprii habet; in operis calce lectores tantum monet in genere, ne remediis, remediorumve formulis, quæ ex variis illis ſcriptoribus verbis iisdem exſcripta ſunt, imprudentius confidant, cum inter ea medicamenta non pauca ſint inania, & periculi plena, qua de re recte quidem monet, ſed non ideo noſter omni culpa vacat; debuiſſet enim remedia ea dubia, incerta, periculoſa corrigere, ſupprimere, vel obelo ſaltem notare, perſertim in libro lingua vernacula ſcripto, quam in negotio tanti momenti lectoribus plerumque imperitis judicium de illis permittere. Ita ASTRUC.

NICOLAUS BLEGNY, Pariſienſis, vir ſine litteris, initio herniarius chirurgus & ſubligaculorum artifex; deinde anno 1678., Reginæ chirurgus ordinarius; anno 1687., Regis ac ſereniſſimi Aurelianenſis Ducis medicus ordinarius, & director Academiæ cujusdam, quæ LUTETIÆ Pariſiorum circa eadem tempora nomen ſibi arrogabat *Academiæ recens exploratorum in re medica*; demum a. 1693., Regis ac Ducis Aureiianenſis fratris Regis medicus, Eques, Commendator; ſed cum ſuis titulis ſive legitimis ſive fictis magnus ſemper ardelio & veterator egregie impudens; in carcerem conjectus fuit anno 1693. die 4. Junii reus non uno nomine; arguebatur enim de Religione male ſentire ac opiniones erroneas in vulgus ſpargere: equitis nomen ſibi arrogare ſine titulo & ſine genere; &c. Dicitur aliquanto poſt e carcere traductus eſſe PICTAVIUM, unde clam aufugit AVENIONEM, ubi medicinam fecit non ſine nomine, & ubi vitam varie jactatam cum morte commutavit. Ejus *l'art de guérir les maladies vénériennes, expliqué par les principes de la nature & de la méchanique.* LUTETIÆ Pariſiorum 1673. aliæ etiam proſtant editiones. Congeſta cumulataque, quæcunque BLEGNYUS ex variis auctoribus, qui Gallice ſcripſerant, corradere potuit, aut ex diſputationibus medico-phyſicis compilare, quæ in ædibus Abbatis BOURDELOT ſtato ſeptimanæ cujusvis die tunc haberi ſolebant; ſed quæ pro auctoris modulo tractantur & explicantur. Putat, ſi tamen ejus opinio aliquo numerari debeat, veneream luem antiquitus notatam fuiſſe, quod probare conatur adductis ſeu potius laudatis locis aliquot ex HIPPOCRATE, TACITO, SUETONIO, imo ex Deuteronomio, quæ a noſtro nequidem intellecta ſunt. Ita ASTRUC.

Idem in *Zodiaco medico Gallico ann.* 1679. *menſe Mart. obſ.* 7. Extraordinaria curatio carunculæ in urethra. *April. obſ.* 1. luis venereæ in muliere

muliere curatio. *Ann.* 1682. *Febr. obſ.* 13. lues venerea. ALBERTI. V. *pag.* 42.

FRIDER. DECKER in *exercitationibus medicis* &c. etiam de lue venerea agit. BOEHM. V. *pag.* 37.

J. NIC. BINNINGER in *obſervat. & curat. med. centuria* I. *obſ.* 45. venereæ luis varia ſymptomata. In *cent.* V. *obſ.* 59. gonorrhœa virulenta. ALBERTI. V. *pag.* 37.

JOH. CASPAR SPARR, philiatros. Ejus *diſſertationes duæ medicæ de lue venerea.* ARGENTORATI 1673. 4. ASTRUC.

JOH. DANIEL MAJOR & JOH. NIC. SCHIPPEL diſp. *de uſu & abuſu mercurii in lue venerea.* KILIÆ 1673. 4. BOEHM. V. *pag.* 453.

CLAUD. REYNAUD, Lugdunenſis. Ejus *quæſtio medica an ſolis ſudoriferis curari poſſit lues venerea?* MONSPEL. 1673. 4. BOEHM.

LUDOV. von HAMMEN, JOHANNIS SOBIESKY Regis POLONIÆ medicus. Ejus *an in lue venerea hydrargyrum Guaiaco præferendum?* MONSPEL. 1674. 4. BOEHM.

RICHARDUS WISEMANN in *ſeveral chirurgical* &c. liber VIII. eſt de lue venerea. Agit de natura & contagione luis venereæ; de remediis, quæ vulgo adhibentur; de cura ſymptomatum luis venereæ; de gonorrhœa; denique de infortuniis, quæ gonorrhœæ ſolent ſuccedere, de carunculis urethræ. Nihil hic occurrit, quod in præcedentium Scriptorum libris obvium non ſit, ordinate quidem, paucis ſed enucleate ea exponit. Hiſtoriæ 12. diverſarum gonorrhœarum, quas a ſe curatas dicit. Ita ASTRUC. V. *pag.* 41.

BERNARDINUS CHRISTINUS a JUVELLINA. Ejus *inſtitutiones medicæ & regulæ, conſultationes & obſervationes; quibus acceſſerunt centuriæ quinque curationum morborum. Tractatus de lue ſeu venereo morbo, de febre peſtilenti* &c. VENET. 1676. 4. Non vidit ASTRUCIUS. V. *pag.* 41.

ANTONIUS MENIOT, Pariſinus, doctoratus gradum conſecutus eſt MONSPELII, anno 1636., ac deinde medicinam LUTETIÆ fecit, ubi mortem oppetiit ante annum 1697. octogenario major. Scripſit *diſſertationes pathologicas* plurimas, quarum pleræque ſeorſim & diverſis annis primum prodiere, ſed quæ una collectæ & in quatuor partes diſtributæ LUTETIÆ Pariſiorum editæ ſunt in 4. In *Parte ultima*, quæ typis excuſa fuit a. 1677. proſtat *diſſertatio de lue venerea*, in qua noſter contendit, luem illam antiquitus ignotam, anno 1495. oris Auſoniis primum incubuiſſe; in Indiis occidentalibus vernaculam eſſe, & ab Hiſpanis una cum expilatis Americanorum opibus convectam; in tres gradus diſtinguendam eſſe pro intenſione; varias fuiſſe

fuiſſe morbi facies, multumque ætate ſua deſæviſſe ejus inclementiam; redarguendos eſſe, qui elephantiaſim a lue venerea non ſejungunt. De therapia ſilet, quod ſane mirari ſubit in medico, quem ceu opiferum non tam in deſcribendo morbo, quam in proponenda ejusdem curandi methodo verſari decet. Cæterum hæc diſſertatio, ut & cætera auctoris opera, licet eruditione multiplici referta ſit, locisque undequaque corraſis apte condita, in nimio orationis ſtudio peccare videtur. Ita ASTRUC. Confer *pag.* 454.

PAULUS de SORBAIT in *praxis medicæ* Tractatu II. de morbi Gallici natura, cauſis, ſignis, curatione, atque de gonorrhœa, bubone, carie pudendi, nodis & exoſtoſibus agit, ſed brevius quam pro materie dignitate. Pauca occurrunt notatu digna: morbum Gallicum non differre nec a mentagora, quam PLINIUS narrat, nec a lichenibus aut impetigine ab HIPPOCRATE deſcriptis; circa annum 1496. morbum in caſtris Gallicis, occaſione obſidionis Neapolitanæ furere cœpiſſe, ob conſtellationem malam, quæ fuit anno 1483. Internum mercurialium uſum inunctionibus præſtare. Suum mercurii præparatum palmam præripere, quod tam effuſe laudatum nihil aliud eſt præter mercurium præcipitatum rubrum, iterata ſpiritus vini affuſione, deſtillatione, accenſione mitigatum donec, ut ipſe ait, e rubro palleſcat. Luem hanc curari poſſe absque ſalivatione, vel cum mercurio mixtis purgantibus, vel tertia a ſumto mercurio die inſtituta purgatione, ut ſe feliciſſimo ſucceſſu non ſemel expertum fuiſſe teſtatur. Morbum nunc mitiorem eſſe quam olim, quod ejus venenum per multa adhibita pharmaca & diætas plurimum fuerit hactenus debilitatum. Citra contagium ſolo frequenti coitu morbum generari poſſe. Cæterum de plagio vix purgari poteſt noſter, cum pleraque, quæ profert, ab antiquioribus Scriptoribus compilaverit, imo paragraphos ſuos 16. & 17. verbis fere iisdem tranſcripſerit ex capitibus 5. & 6. libri JOHANNIS ALMENAR. Ita ASTRUC. V. *pag.* 33.

THEOPHILUS BONET, Genevenſis, natus anno 1620., obiit a. 1689. In *ſepulchreti* &c. L. IV. parte 9. ex variis auctoribus exſcripſit obſervationes aliquot in cadaveribus ſyphiliticorum inſtitutas, quas ſuis adornavit ſcholiis. Ita ASTRUC. V. *pag.* 39.

SAM. JANSONIUS, Batavus, medicus & chirurgus. Ejus *flagellum Veneris*, *of verhaal van Venus-plage* &c. ROTERDAM 1680. Decoctum lignorum fere omnibus medicamentis anteponit. BOEHM.

THOMAS SYDENHAM, Anglus, anno 1642., Collegii MAGDALENÆ OXONII ſocius, anno 1648., doctor Medicinæ creatus eſt, practicus experientiſſimus & celeberrimus, naturæ, ſucceſſionis & viciſſitudinis morborum obſervator diligens, LONDINI medicinam ab anno 1661. ad annum

uſque

uſque 1686. cum laude fecit. Defunctus dicitur a. 1689. Inter ejus *opera* exſtat epiſtola de *luis venereæ hiſtoria & curatione* ad HENRICUM PAMAN Medicinæ Profeſſorem Lugdunenſem ſcripta anno 1680., in qua pauciſſimis quidem verbis, ſed ſatis enucleate de principio, progreſſu & curatione tum gonorrhœæ, tum luis venereæ diſſeritur. Morbum quidem in EUROPA novum eſſe, ſed non ex Americanis inſulis, ut vulgo creditur, originem traxiſſe, verum e regione aliqua Nigritarum GUINEÆ contermino-rum, quandoquidem mancipia recens e GUINEA allata ad inſulas *Caribas* dictas, etiam antequam in terram deſcenderint, hoc morbo ſæpe tentantur. Non niſi per ſalivationem ab hydrargyro excitatam luem hanc exſtirpari poſſe. Experientiam teſtari nullis evacuationibus aut alio modo ante hydrargyroſin infirmatos multo melius ſalivationis impetum ſuſtinere. Periculoſum eſſe ptyaliſmi jam abiturientis & mox evanituri reliquias catharſi deducere, a qua praxi naſci credit frequentes illas recidivas, quæ miſeris accidunt. ASTRUC.

STEPH. BLANCARD in *collectaneorum* &c. *centuria* VII. pro anno 1682. Os coronale deſtructum a lue venerea, ſervata ægra. HALLER.

Ejus *Venus belegert en ontſet.* AMSTERDAM 1684. 8. Ad luem veneream laudat etiam antimonium crudum. BOEHM. V. *pag.* 45.

GEORG. WOLFG. WEDEL. Ejus & A. LOEW diſp. *de lue venerea.* JENÆ 1682. 4. BOEHM. V. *pag.* 34.

JEAN MICHAULT, chirurgus. Ejus *les diſcours de Chirurgie pour l'explication des nouvelles machines pour les os & pour la vérole ou maladie vénérienne, lorſqu'elle y fait des nodus & exoſtoſes & des anchyloſes aux jointures avec l'art de la guérir méthodiquement par la ſeule application du mercure.* PARIS 1682. 8. Neque librum, neque ejus auctorem ſe noſcere ait ASTRUCIUS. Confer. *pag.* 1338.

In *Actis Erudit. Lipſienſ. ann.* 1682. *menſe Mart.* pag. 80. luis venereæ cura; turpetho minerali curata gonorrhœa. *Ann.* 1683. *Jan.* pag. 37. cura morbi venerei. *Decemb.* p. 409. lues venerea non eſt ab acido. *Ann.* 1684. *April.* p. 15. contenditur non eſſe novum morbum. *Ann.* 1685. *Jan.* p. 24. & *ann.* 1687. *Sept.* p. 508. morbi Gallici & bubonis venerei cura. *Ann.* 1688. *Jan.* p. 40. lues venerea cæcitatis cauſa. *Decemb.* p. 642. curatio luis venereæ. *Ann.* 1689. *Jun.* p. 34. non eſſe morbum novum. *Ann.* 1690. *Jul.* p. 358. lues curata ſine ſalivatione. *Ann.* 1691. *April.* p. 189. lues decocto corticum juglandium curata. *Maj.* p. 233. lues venerea ſcorbuto affinis. *Ann.* 1694. *April.* p. 151. lues venerea a lepra olim vocata. *Ann.* 1699. *Jan.* p. 47. luis venereæ antidotum. *Febr.* p. 74. contagium luis venereæ brutis communicabile. *Ann.* 1700. *Jun.* p. 260. unde materia

gonorrhœæ. *Novemb.* p. 523. lues venerea ſolis cedit anthelminticis. *Ann:* 1707. *Febr.* p. 81. lues venerea morbus antiquus. In infantibus ut curanda. Præcaveri poſſe. *Sept.* p. 418. lues ut in cadavere appareat. In luis venereæ cura errores. *Ann.* 1714. *Octob.* p. 481. luis venereæ ortus; remedia. *Ann.* 1715. *Febr.* p. 71. tractatus de lue venerea. *Aug.* p. 191. ſedes gonorrhœæ virulentæ. *Octob.* p. 461. lues venerea matris non nocet partui. *Ann.* 1716. *Febr.* p. 109. gonorrhœa intempeſtive ſuppreſſa denati viri anatome. *Ann.* 1717. *April.* p. 159. luis venereæ ortus; curatio. *Sept.* p. 410. a lue venerea infectus fœtus ſalvis parentibus. *Ann.* 1718. *Maj.* p. 233. lues venerea quotuplex. *Maj.* p. 234. luis curatio. *Ann.* 1719. *Aug.* p. 336. thee Romanum curat luem veneream. *Ann.* 1723. *Jun.* p. 247. luis venereæ antiquitas. *Ann.* 1724. *Octob.* p. 448. &c. diſſertatio de lue venerea; in hac lue non peccare ſalia media; ut operantur mercurialia; pag. 499. unde venerea lues. *Ann.* 1727. *Jan.* p. 272. luis venereæ antiquitas probata. *Ann.* 1728. *Sept.* p. 426. morbus venereus ſpiritu ligni ſancti non curatur. In *Supplement.* I. pag. 604. cura luis venereæ. *Suppl.* III. pag. 109. luis origo, cauſæ, ſymptomata & curatio; pag. 181. morbi venerei cauſæ, ſymptomata, remedia. *Suppl.* V. p. 79. luis venereæ cura per frictiones & ſudores. *Suppl.* VI. p. 19. lues venerea mercurio absque ſalivatione curata. *Suppl.* VIII. pag. 368. venerea lues incolis fere inſulæ Madagascar familiaris & glorioſa. Alberti. V. *pag.* 49.

Eberhard. Goekel in *conſilior. & obſervat. centuria* I. *conſ.* 63. varia veneni venerei ſymptomata. Alberti. V. *pag.* 29.

Andreas Cleyer. V. *pag.* 51.

Jer. Lossius, Profeſſor Medicinæ. Ejus & J. G. Rebentrost diſp. *de lue venerea.* Witteberg. 1683. 4. Boehm.

David Abercrombyus, Anglus, medicus. Ejus *tuta ac efficax luis venereæ, ſæpe absque mercurio, ac ſemper absque ſalivatione mercurialis curandæ methodus.* London 1684. 12. Gallice vertente G. B. de Saint Romain prodiit Paris. 1690. 12. In brevi hac diſſertatione ſtatuit cauſam luis venereæ eſſe frigidum quemdam humidumque vaporem a partibus generationis propulſum in corpus, vel attractum. Hydrargyrum non eſſe luis venereæ alexipharmacum, ut qui cum natura frigidus ſit frigido veneno mederi nequeat; ſed veram hujus morbi medicinam ex calidioribus remediis petendam eſſe; laudat ideo infuſum Guaiaci vinoſum, cathartica; ſi contumacior fuerit morbus, dandum eſſe decoctum Guaiaci, Chinæ &c.; vinum album cum infuſo mercurio vivo per horas 24; demum pilulæ mercuriales ex mercurio dulci, ſcammonio, trochiſci Alhaandal, aloë, & rheo. De cæteris ſilere viſum eſt, quæ nullius fere momenti ſunt. Ex hiſce ſatis colligitur luem veneream ab Abercrombyo curatam nunquam fuiſſe; vel ad ſummum curatam tantum in primo intenſionis gradu. Ita Astruc.

Ejus

Ejus *opuſcula hactenus edita.* LOND. 1687. 12. Tractatus II. eſt de modo curandi bubones venereos & tutiore ſalivationis methodo: carpit eos, qui venæ ſectionem rejiciunt. Docet quomodo & quibus cautelis emollientia, attrahentia & digerentia externe ſint adhibenda. Quæ de ſalivatione habet nova non ſunt; hic ea revocat noſter, quæ in præcedenti diſſertatione adverſus ſalivationis mercurialis uſum protulerat. Ita ASTRUC.

JOH. DOLÆUS in *encyclopedia med. theor. practica.* FRANCOF. 1684. 4. agit etiam de lue venerea. BOEHM. V. *pag.* 40.

CAROLUS THUILLIER, Rothomagenſis, primum ROTHOMAGII deinde LUTETIÆ medicinam fecit. Ejus *obſervations ſur les maladies vénériennes, avec leur cure ſûre & facile.* ROTHOMAGI 1684. 12. novis obſervationibus auctum recuſum eſt LUTETIÆ 1707. Fatendum eſt nec ingenium nec eruditionem in hoc auctore deſiderari. Egregie probat luem veneream in EUROPA novam eſſe, multisque eos refellit, qui contra ſentiunt. At vero in eo merito culpandus eſt, quod de uſu hydrargyroſeos detrahat quam maxime, quaſi de medicina incerta, difficili, periculoſa; quod inunctionum mercurialium loco laudet & extollat arcanum quoddam, quod *antivenereum ſuum* vocat; quod antivenerei illius præparationem de induſtria celet; & quod in hunc finem opus hocce vulgaſſe videatur, ut arcano illo, quo ſuperbit, quod tam impenſe venditat, popularem auram conciliaret quæſtus gratia. Ita ASTRUC, qui antivenereum illud arcanum componi ex mercurio & antimonio ſuſpicatur.

MART. FR. FRIESS, Profeſſor Medicinæ Lipſienſis. Ejus & J. F. ORTLOB diſp. *de ſalivatione.* LIPS. 1684. 4. BOEHM.

MICHAEL ETTMÜLLER, medicus Lipſienſis, in *collectione operum prima.* LEID. 1685. 4. FRANCOF. 1697. 4. antimonium mercurio jungit. BOEHM.

FRANCISCUS CALMETTE. Ejus *Riverius reformatus, ſ. praxis medica methodo Riveriana.* GENEV. 1688. 8. 2. vol. 1696. 8. 1706. 8. LION 1704. 4. VENET. 1735. 4. Acceſſit de morbis mulierum, de affectibus articulorum, de peſte, de febribus, de morbis venereis. Ita HALLER (b).

Anonymus Gallus *les operations de chirurgie, avec un traité des maux veneriens.* PARIS 1668.. BOEHM.

EDMUND MORPHÆUS, Hibernus, in *quæſtione pro vacante cathedra.* MONSPEL. 1688.. hydrargyrum optimum luis eſſe antidotum, omnibus aliis remediis præferendum. BOEHM.

(b) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 465.

THEOD. de CRAANEN, Profeſſor Lugdunenſis, in *operibus omnibus* ANTWERP. 1689. . ad luem veneream decoctum lignorum laudat. BOEHM.

L. le MONNIER. Ejus *nouveau traité de la maladie venerienne & de tous les accidens qui la précédent & qui l'accompagnent, avec la plus ſûre & la plus facile méthode de les guérir.* PARIS 1689. 12. Exiguus quidem libellus, ſed apto ſatis ordine digeſtus, & in quo ſi nihil quidquam novi, at certe nihil quidquam abſurdi reperire eſt. ASTRUC.

JUSTUS VESTI. Ejus & reſpond. JOH. ERNEST. JACOBI diſp. *de lue venerea.* ERFORD. 1689. 4. Videtur eſſe reſpondentis JACOBI, cum Præſidi ipſi contradicat, ob mercurii certiſſime odium, ptyaliſmum damnat.

Ejus & G. GOTTL. ECKMANN diſp. *de uſu & abuſu medicamentorum mercurialium.* ERFORD. 1705. 4. BOEHM. V. *pag.* 467.

BERNARD. ALBINUS. Ejus & CONR. de HORN diſp. *de ſalivatione mercuriali.* FRANCOF. ad ODERAM 1689. 4. BOEHM. V. *pag.* 703.

J. CONRAD. BRUNNER. V. *pag.* 61.

JOH. ANDR. STISSER, Profeſſor Medicinæ Helmſtadienſis, in *actis laboratorii chemici* HELMST. 1690. 1693. 1698. in tribus ſpeciminibus editis, ſuffituum mercurialium uſum rejicit, eorumque pericula & incommoda exemplis oſtendit. BOEHM.

ANDREAS PETERMANN. V. *pag.* 1136. & 1137.

J. NIC. PECHLIN in *obſervationum* &c. L. I. *obſ.* 72. pag. 194. luis venereæ ſchema. ALBERTI. V. *pag.* 37.

FRIDER. RUYSCH in *obſervat. anatom. n.* 41. diſciſſo bubone venereo, ante perfectam maturitatem vas lymphaticum diſſectum fuiſſe, unde magna copia lymphæ effluebat quotidie. Peritiſſimus noſter Anatomicus ſpleniis infra locum affectum impoſitis, & per fibulam arcte compreſſis, compeſcuit lymphæ per vaſa adſcendentia lymphatica motum, & curavit feliciter moleſtum illud ſtillicidium. SWIETEN. V. *pag.* 63.

MATTH. GODOFR. PURMANN. Ejus *ausführlicher Bericht, wie die Salivations-Cur vorzunehmen* &c. BRESLAU 1692. 8. BOEHM. V. *pag.* 45.

GERV. UCAY, medicus Toloſanus. Ejus *traité de la maladie venerienne, ou l'on donne les moyens de la connoitre dans tous ſe degrez, avec une methode de la traiter pluus ſûre & plus facile que la commune, & la reſolution d'un grand nombre de problêmes-très curieux ſur ces matieres.* TOLOSÆ 1693. 12. AMSTERD. 1699. 12. PARIS 1702. 12. Duæ

ſunt

ſunt partes: in P. I. luis venereæ, carici pudendi, gonorrhœæ, & bubonis venerei naturam, cauſas & therapiam exponit. In P. II. problemata 35. circa luis originem, contagionem, curationem &c. diſtinctis totidem articulis reſolvit. Antiquum morbum eſſe ex SALICETO & GORDONIO oſtendere ſatagit. Antidotum eſſe mercurium. Inunctiones mercuriales vetat ob incommoda & pericula, quæ inde ait imminere. Hac lue affectos ſudoribus levari quidem, ſed non integre reſtitui. Medicamenta mercurialia, etiam ſympathica. ASTRUC.

J. B. VERDUC in *traité des operations* Parte I. cap. 9. de phimoſi & paraphimoſi etiam venerea.

Idem in *pathologie de Chirurgie* &c. Parte I. cap. 2. agit etiam de bubone venereo. In Parte II. cap. 40. de morbo gallico, & gonorrhœa. Morbum eſſe novum. Opiniones PARACELSI & HELMONTII de origine luis deridet. Recens malum lenioribus antivenereis & panacea facile curari, in inveterato autem, ubi nempe ulcera, nodi, tophi obſervantur, inunctionibus mercurialibus opus eſſe. V. *pag.* 305.

Jos. VALLISNERUS, Regienſis, ANTONII VALLISNIERI avunculus, Principis Eſtenſis Archiater. Ejus *vera methodus Celtica lue affectos ſanandi* . . . . . 1693. : : . BOEHM.

HEYDENDRYCK OVERCAMP in operibus omnibus *alle die medicinal* &c. agit de lue venerea. BOEHM. V. *pag.* 48.

MARTINUS LISTER, Eboracenſis. Ejus *exercitationes medicinales.* LONDON 1694. 8. In *exercit.* IV. agit de lue venerea, ſed breviſſime, & ſatis incompoſite. Obſervationes numero quindecim, quas refert, non videntur omnes ad luem veneream pertinere. Morbum hunc ab inſulis Americanis per Hiſpanos in EUROPAM adlatum eſſe; quem in illis inſulis primitus ortum fuiſſe credit eſu lacertorum quorumdam majorum, qui ibidem *Iguanæ* ſive *Ivanæ* appellantur. Laudat purgantia, mercurium dulcem, & decoctum Guaiaci; audet etiam infuſum cantharidum interne præſcribere. In gonorrhœa incipiente injectiones anodinas & adſtringentes, quas quidem non probat ASTRUCIUS. V. *pag.* 462.

VITUS RIEDLIN in *lineis medicis* &c. *ann.* I. *menſ. Jan. obſ.* 18. pag. 21. de lue venerea. *Sept. obſ.* 8. p. 27. lues venerea citra contagium contracta. *Ann.* II. *Jun. obſ.* 25. p. 296. a lue venerea oſſium ſtrepitus. *Oct. obſ.* 9. p. 484. lue venerea ſe inficientes conjuges. *Ann.* III. *Febr. obſ.* 12. p. 103. lues venerea a pariente infecta in obſtetricem translata. *Jun. obſ.* 26. p. 413. falſa luis venereæ ſuſpicio. *Ann.* IV. *Maj. obſ.* 27. p. 426. a lue venerea mictio cruenta. *Aug. obſ.* 22. p. 690. pro lue venerea laborantibus habiti calculoſi. *Sept. obſ.* 9. p. 243. a lue venerea hectica. *Octob. obſ.* 22. p. 1117. lue venerea ſe laborare pertinaciter negantes. *Ann.* VI. *Decemb.*

obſ.

obſ. 1. p. 1357. a lue venerea atrophia, aliaque mala. ALBERTI. V. *pag.* 52.

J. VIERZIGMAN. V. *pag.* 757.

GEORG. BAGLIVIUS in *praxis medicæ* L. I. cap. 9. de lue venerea. ALBERTI. V. *pag.* 340.

GUILIELMUS RIVIERE. V. *pag.* 563.

M. A. SINAPIUS, medicus, Hungarus. Ejus *abſurda vera.* GENEV. 1697.... Ad luem venereàm acorum calamum laudat. BOEHM.

NIC. HEINSIUS, medicus Culemburgenſis, medicus. Ejus *de kwynende Venus* &c. AMSTERDAM 1697... BOEHM.

JOH. JACKSON, Anglus chimiater, in *enchiridio medico* AMSTERD. 1697.. 1716.. in lue venerea mercurio ſudorifera jungit. BOEHM.

CAROLUS MUSITANUS, Calaber, natus a. 1635., APRUSTI in CALABRIA, haud longe a CROTONA in oppido quod nunc *Caſtravillarium* appellatur medicus, ſacerdos, obiit NEAPOLI anno 1714. In *Chirurgiæ theoretico-practicæ* &c. Parte V. *de lue venerea,* quæ pars in quatuor libros ſubdividitur, ubi ordine exponit morbos ſingulos venereos, & peculiarem ſingulorum therapiam, ſed ubi non deſunt quæ merito offendant. Nimium laudat remedia conſueta, quæ quaſi nova proponit, & quibus impenſe ſuperbit. Hunc tractatum Gallice vertit, auxit & edidit JOHANNES DEVAUX, chirurgus Pariſienſis, TRIVOLT. 1711. 12. Ita ASTRUC. Confer *pag.* 72.

CAROLUS BARBEIRAC, Cæſariſtenſis apud Gallo-Provinciales, natus a. 1629., in Academia Monſpeſſulana doctoris gradum adſecutus anno 1649., ubi cum ſumma laude medicinam fecit, & obiit a. 1699. Prodiit nuper liber Gallice ſcriptus *diſſertations nouvelles ſur les maladies de la poitrine, ou cœur, de l'eſtomac, des femmes veneriennes, & quelques maladies particulieres, par M. Barbeirac Docteur en Medecine de Montpellier,* AMSTERD. 1731. 12. In tractatu *de morbis venereis,* agit de lue venerea, de gonorrhœa virulenta, bubone venereo, ulcuſculis cancroſis, porris & verrucis, phimoſi & paraphimoſi, & hydroſarcoſi in urethra. Cæterum in hoc toto libro tum de venereis, tum de cæteris morbis nihil legitur, quod non ſit non modo vulgare, ſed etiam ita mutilum, vitioſum & miſere deturpatum, ut pro certo teneri poſſit opus hoc non CAROLI BARBEIRAC, ſed junioris cujuſdam ſcholaſtici fœtum eſſe rerum medicarum plane ignari. Dolendum eſt ſane, nomen practici ſua ætate celeberrimi ab Anonymo editore tam turpiter traduci. Caveant lectores, ne BARBEIRACII auctoritate putent ad curandam luem veneream poſſe tuto frictiones quotidie adhiberi, & ad frictionem quamlibet uncias quinque vel ſex un-

guenti

guenti præſcribi, ut in cap. 1. hic proponitur; hac enim therapia ægrotos in manifeſtum capitis diſcrimen adducerent. Ita Astruc.

Petrus Garnier, Lugdunenſis, medicus Facultatis Monſpelienſis, qui ex contracto contagio febris peſtilentialis in Villafranca Seguſianorum, quo advocatus fuerat, obiit circa annum 1710. nondum ætate provectus. Secundæ editioni *novarum formularum*, quas in uſum noſocomii majoris Lugdunenſis concinnaverat, adjunxit tractatum de lue venerea Gallice ſcriptum: *traité pratique de la verole*. London 1699. 12. In capite 1. de natura & cauſa; cap. 2. de ſignis diagnoſticis; cap. 3. de methodo curatoria luis venereæ agitur. Omiſſis quæ dubia ſunt ac incerta, explorata tantum & comperta profert, atque curationi luis venereæ unice intentus, quæcunque ad illum ſcopum facere videntur, ingenuo animi candore enucleat. Optandum tamen, ut morbos venereos omnes pauculo fuſius atque adeo enucleatius explicaviſſet. Non laudabis propoſitam a noſtro hydrargyroſim plenam & quotidianam, a qua ptyaliſmus cietur nimius, tumultuarius & periculi plenus. Astruc.

Frider. Hoffmannus. Ejus & reſpond. van den Velde diſp. de mercurio & medicamentis ſelectiſſimis &c. Halæ 1700. 4. Boehm.

Idem in *medicinæ ſyſtematicæ* T. IV. parte 5. cap. 4. (c) agit de luis venereæ origine, ſignis, cauſis, prognoſi, & cura, quæ fit per ſudoriſera, decocta lignorum, ſalivationes, inunctiones, ſuffumigia mercurialia, uſum mercurii internum abſque ſalivatione. Cautelæ. Propriæ obſervationes ſeptem de morbo venereo cum epicriſi. Luem veneream primo in Hispania, tum in Italia & Gallia, poſtea in Germania per contagium, a coitu cum fœminis infectis ſuſceptum, propagatam eſſe. Diſtinguit in malum recens & inveteratum. Diverſum morbi gradum diverſam requirere curationem. Vetat ſalivationem in ſcorbuticis, hypochondriacis, hiſtericis, hæmoptoicis; nimiam ſalivationem compeſcit pediluviis, clyſmatibus, laxantibus mannatis & rhabarbarinis, vel etiam diaphoreticis, & gargariſmatibus adſtringentibus. Dolores colicos a mercurialibus excitatos anodinis ſedat. In exoſtoſibus Guaiacum mercurio præſtare. Dolores oſteocopos noctu ideo graviores fieri putat, quod ſole occiduo, ob motum fluidi ætherei lentiorem, humores magis fiant viſcidi ac tenaces; lecti vero calore acres corrodentes ſubtiliores partes magis in motum cieantur, ut membranas, tendines & nervos graviter vellicent, & vaporoſo flatu diſtendant. Gonorrhœam virulentam mercurialibus non ſiſti, prodeſſe injectiones cum aqua calcis & pauxillo ſacchari ſaturni in urethram factas. In tumo-

(c) Edit. Venet. 1745. 4.

tumoribus teſtium venereis præter mercurialia interne data, fomentis, cataplaſmatibus emollientibus, & emplaſtro VIGONIS cum mercurio externe utitur. V. *pag.* 394.

JOHANNES MERY. V. *pag.* 512.

Ivo GAUKES in *praxi medico-chirurgica* &c. ad morbum venereum cantharides laudat. BOEHM. V. *pag.* 73.

BERNARD. RAMAZZINI in L. *de morbis artificum* &c. caput habet de jatroleptis, ſive venereos ægros unguento mercuriali defricantibus. HALLER. V. *pag.* 1142.

RUD. JAC. CAMERARIUS. Ejus & JOH. CASPAR diſp. *de panacea mercuriali.* TUBING. 1700. 4. BOEHM. V. *pag.* 464.

BARTHOLOMÆUS SAVIARD in *nouveau recueil d'operations* &c. *n.* 74. nullas dari in urethra carunculas, & cicatrices eſſe, quæ pro carunculis habeantur. Vidit ægros periiſſe, & quandoque viginti horarum ſpatio, poſtquam candelula rodenti remedio obducta, in urethram immiſſa fuerat. SWIETEN. V. *pag.* 64.

JOSEPHUS LANZONI in tractatu *de ſaliva humana.* FERRARIÆ 1702. 8., & in *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* IV. *obſ.* 71. gloſſopetram commendat. BOEHM. V. *pag.* 59.

BOIREL, medicus. Ejus *nouvelle obſervations ſur les maladies vénériennes.* PARIS 1702. 12. Exiguus libellus, in quo breviſſime agitur de morbis venereis, & in quo neque novi, neque obſervatione digni quidquam occurrit. ASTRUC.

RICHARD. MEAD, Archiater Anglus, magni in arte nominis auctor. Ita SWIETEN. In *mechanical account of poiſons.* LONDON 1702. 8. hydrargyrum optimum luis venereæ antidotum eſſe, omni medicationi præferendum. BOEHM.

Idem in *monitis & præceptis medicis* LOND. 1751. 8. pag. 256. laudat ad gonorrhœam virulentam tincturæ cantharidum uſum, non quidem directe ad eam curandam, ſed ad ſuperandum moleſtum illud, licet parcum ſtillicidium, quod poſt gonorrhæas quandoque ſupereſt, etiamſi miaſma venereum de corpore expulſum fuerit. Cantharidum drachmas duas infundebat in libra cum dimidia ſpiritus vini rectificati: addebat rheum, gummi Guaiaci, gummi laccæ & pauculum cochinellæ. Collatum hoc infuſum prudenti doſi dabat bis de die, mane & hora decubitus, dilutum hauſtulo aquæ tepefactæ, a guttis triginta, ad quinquaginta uſque. SWIETEN.

CHR. JOH. LANG, medicus Lipſienſis, in *operibus omnibus.* LIPS. 1704.... ſuffumigia ut periculoſa, ac ſumme incommoda damnat. BOEHM.

J. LUD.

J. Lud. Petit in *traité de maladies des os* &c. T. II. pag. 496. agit de exoſtoſibus venereis. Commendat ſalivationem per frictiones mercuriales excitatam, & condemnat uſum internum præparatorum mercurialium, tamquam inefficacem, & ſemper pernicioſum. Swieten. V. *pag.* 1426.

Idem in poſthumo opere *traité des maladies chirurgicales* T. II. agit de phimoſi &c. Haller. V. *pag.* 76.

J. Georg. Neubauer, Argentoratenſis. Ejus *diſſertatio de lue venerea cognoſcenda & curanda.* Argentor. 1706. 4. Boehm.

Caspar Oerius, Tigurinus. Ejus *diſſertatio de hydrargyri natura, viribus & uſu.* Basil. 1706. 4. Boehm.

Conr. Johrenius, Profeſſor Medicinæ. Ejus & Gust. Ad. Casim. Eisner diſp. *de lue venerea.* Francof. ad Viadr. 1706. 4. Boehm. An idem qui *pag.* 460.

G. E. Stahl, Profeſſor Medicinæ Halenſis. Ejus & G. D. Thebesii diſp. *de ſcorbuti & venereæ luis ſignis & medicinis.* Halæ 1706. 4. recuſa in Halleri *ſelectis practicis.*

Ejus & J. D. Isaac diſp. *de ſalivatione mercuriali aliis præter luem veneream morbis rebellibus exſtirpandis pari.* Ibid. 1710. 4. Boehm. V. *pag.* 469.

Hyacinthus Cestoni, pharmacopœus Liburnus. Ejus *vere condizioni della Salſa Pariglia* &c. . . . . 1708. . . Boehm.

Joh. Moyle in *chirurgical memoires* &c. ptyaliſmum per purgantia impedire conatur. Boehm. V. *pag.* 75.

Joh. Sintelaer, Anglus, medicus clinicus. Ejus *the ſcourge of venus and mercury.* London 1709. . Hydrargyri uſum rejicit. Boehm.

Adrianus Helvetius, Batavus, medicinam Pariſiis exercuit cum laude, famamque ſibi fecit uſu radicis hipecacuanhæ, medicus Philippi Ducis Aurelianenſis, fratris Ludovici magni. Ejus eſt *methode pour traiter la verole par les frictions & par les ſueurs.* La Haye 1710. 12. Præmiſſa præparatione parum methodica, jubet ægrum inungi unguento mercuriali, prima quidem frictione a ſummis pedibus uſque ad genua, & a manibus uſque ad cubita. Altero vel tertio die inunctionem iterari, & ſi nulla inde appareant inſtantis ptyaliſmi indicia, tertium repeti, ita ut tribus frictionibus res tota conficiatur; ſaliva deinde probe effluente ſudorem excitari ſemel vel bis in die per dies decem vel duodecim. Astruc. Confer *pag.* 779.

JOHANNES de VAUX, chirurgus Pariſinus natus LUTETIÆ Pariſiorum anno 1649., vir nec ſine ingenio nec ſine litteris, ſed qui fuiſſet laudabilior, ſi ſeſe noviſſet ipſe melius, nec unquam viribus majora auſus eſſet; obiit LUTETIÆ anno 1729. Gallice vertit librum IV. *trutinæ chirurgicæ* CAROLI MUSITANI, & egregiis adnotationibus auxit, illuſtravit & edidit cum titulo *traité de la maladie venerienne & des remedes qui conviennent à ſa guériſon, de Charles Muſitan medecin de Naples, nouvellement traduit avec des remarques, par Monſieur D. V. . . . . maître chirurgien juré de Paris.* TRIVULT. 1711. 12. Errores quidem MUSITANI emendat non ſemel nec indocte, vitiaque therapiæ, quam MUSITANUS proponit, ſæpe corrigit & plerumque recte: at vero ipſemet ibidem in errorem geminum incidit ſuapte culpa. Primum videtur noſter aſſentiri opinioni ſeu potius fabellæ ab HELMONTIO propoſitæ de Æthiope illo PAMPHILI de NARVAEZ mancipio, a quo venerea lues in Zempoalanos ac inde in cæteros novæ HISPANIÆ populos traducta dicitur anno 1519. Secundo objicit idem, ut contra communem opinionem pugnet, veneream luem nec indigenis inſulæ HISPANIOLÆ, nec Hiſpanis advenis prius innotuiſſe quam anno 1503., auctore ipſo, ut ipſe putat, ANTONIO HERRERA diligente rerum Indicarum ſcriptore, unde colligit hanc ab inſula HISPANIOLA, ubi nondum nota erat, NEAPOLIM in Gallorum exercitum traduci non potuiſſe anno 1494., ut vulgaris fert opinio. Ita ASTRUC, qui noſtrum erudite refutat. Confer *pag.* 605.

ELIAS CAMERARIUS. Ejus & TOB. WEISSMANN diſp. *de ſalivatione ſine ſalivatione.* TUBINGÆ 1711. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis practicis.* BOEHM. V. *pag.* 70.

ROSIN. LENTILIUS in *jatromnematibus theoretico - practicis* &c. pag. 143. remedia carunculas pudendi auferentia. ALBERTI. V. *pag.* 54.

J. CRUGER. V. *pag.* 84.

HERMANNUS BOERHAAVE in *aphoriſmis* &c. egit etiam de lue venerea.

Idem ſcripſit anno 1727. egregiam & eruditam diatribam de lue venerea, quæ præfationis loco præfixa fuit editioni Lugduno-Batavæ *collectionis* ALOYSII LUISINI a. 1728. fol., quam ipſe curavit & titulum fecit: *Aloyſii Luiſini aphrodiſiacum, ſive de lue venerea* (uti dictum eſt *pag.* 1543.), & quæ Gallice verſa prodiit PARIS 1736. 8. In hac diatriba multa quidem reperire eſt acute cogitata, graphice deſcripta, uno verbo, auctore ſuo digniſſima, quibus recenſendis ideo ſuperſedeo, inquit celeberrimus ASTRUC, quod ſit hoc opuſculum in omnium manibus. Non placet tamen ASTRUCIO opinio BOERHAAVI de ſede luis venereæ in adipoſa

poſa membrana, & quod mercurius haud valeat corrigere venereum tabum, quando ille figitur in locis, ad quæ actio cordis & arteriarum vix pertingit; in quam opinionem ſua adfert ASTRUCIUS contraria argumenta.

Ejus *prælectiones academicæ de lue venerea.* FRANEKER 1751. 8. Germanice a GODOFR. HENRICO BURGHART verſæ & adnotationibus auctæ. BRESLAU & LEIPZIG 1753. 8. V. *pag.* 79.

HENR. ALEX. NIESER, chirurgus Arauſioburgenſis. Ejus *ſicherer Weg, durch die panacea tartarea die Franzoſen zu curiren.* BERLIN 1713.. BOEHM.

HEINR. HEINRICUS, Profeſſor Medicinæ. Ejus diſſ. *tela ex Pharetra Apollinis in ſui ſecuritatem ſubducta.* HALÆ 1713... Laudat mercurium dulcem. BOEHM.

RUD. HUBER. V. *pag.* 1426.

ARCHIBALD. PITCARNUS, Profeſſor Medicinæ Lugduno Batavus. Ejus *de ingreſſu morbi, qui venerea lues* &c. AMSTERDAM 1714... BOEHM.

RICHARDUS BOULTON, Anglus Ceſtrienſis. Ejus *phyſico-chirurgical treatiſe of the gout, the king evils, and the lues venerea.* LONDON 1714. 8. Quæ de lue venerea dicit, pauca nec ea nova ſunt. De ſalivatione, quam probat, agit quidem, ſed perfunctorie; ac in eo totus verſatur, ut exponat uſum venæ ſectionis, purgationis, vomitionis, enematum, diaphoreticorum &c. quæ auxilia præſtantia ſunt, ſed ex ſe debellandæ lui venereæ plane imparia. Ita ASTRUC. Confer *pag.* 1425.

GUALTHERUS HARRIS, Anglus, medicinam LONDINI faciebat cum laude ante annum 1689., in vivis etiamnum erat anno 1701. (etiam anno 1725., cum ediderit tunc depoſitus ſenex *diſſertationes medicas* &c., ut HALLERUS teſtatur. Confer *pag.* 339.) Ejus libro *de morbis acutis infantum* acceſſerunt in editione ſecunda AMSTELOD. 1715. 12. *obſervationes medicæ de morbis aliquot gravioribus; & quædam de luis venereæ origine, natura & curatione.* Obiter noſter docet, morbum a promiſcua & vaga ſcortatione ortum habere, & ideo antiquum eſſe, in cujus rei fidem adducit varia HIPPOCRATIS loca ex *tertio Epidemiorum.* Halluccinari qui arbitrantur luem fractis & attritis ſenio viribus tyrannidem ſuam ferme omnem jam depoſuiſſe, & ad interitum ſuum cum ſenecta demum vergere: ſed contra conſtare experientia, ut ipſe quidem putat, crudeliſſime etiamnum ſævire, dubiumque eſſe utrum Mars, an Venus plures ex numero viventium tollat. Salivationem, etſi valde moleſtam, eſſe tamen omnium methodorum, quas hactenus excogitavit peritia medica, maxime expeditam atque efficacem. Lignum Guaiaci, Saſſafras, atque radices Salſæparillæ & Chinæ

ex ſe nunquam apud Anglos ſcopum attingere hydrargyro prætermiſſo, venenumque venereum non poſſe penitus delere & extinguere; roborare tamen corpus. Impoſtores illos eſſe, qui ſine mercurio curationem pollicentur. In ANGLIA ab ignaro vulgo credi, lue infectos, ſi cum ſana muliere mutuis amplexibus ſeſe comiſcuerint, a labe omni venerea confeſtim fore immunes, ex quo ſtupido & pernicioſo errore virgines innocuas quamplurimas perire. ASTRUC. Confer *pag.* 652.

J. SIGM. HENNINGER, Profeſſor Medicinæ. Ejus & J. ZACH. THILEMANN diſp. *de medicamentis mercurialibus.* ARGENT. 1715. 4. BOEHM.

JACOBUS VERCELLONUS, Pedemontanus, natus anno 1676. SORDEVOLI apud Bugelas, Medicinæ operam dedit MONSPELII, inde ROMAM petiit anno 1699., ubi in noſocomio S. JACOBI praxim medicam exercuit, in patriam redux medicinam fecit ASTÆ. Ejus *de pudendorum morbis & lue venerea tetrabiblion.* ASTÆ 1716. 8. LUGDUNI Batav. 1722. 8. 1742. 8. Gallice JOHANNES de VAUX vertit PARIS. 1730. 8. Conatur probare ex pura venere etiam impuram naſci, ſi peccatur in exceſſu, ac fœmina concubitu exagitetur, præſertim cum multis miſceatur, quorum confuſa ſemina corrumpantur. Sed infirma ſunt ea, quæ adducit argumenta. De gonorrhœa virulenta mulierum. De porris, verrucis, ulceribus cancroſis, bullis cryſtallinis, phimoſi, paraphimoſi, bubone, & de gonorrhœa virulenta virorum. Multa quidem bona in hoc opere reperies, ſed etiam non pauca, quæ falſa, omiſſa, perperam explicata, aut negligenter tractata ſunt. Stylus & ordo malus. Curandi methodus non optima. ASTRUC.

J. G. STUSSIUS & J. CASP. GEMEINHARDT diſp. *de ægro pudendagra contracturali laborante.* JENÆ 1716. 4. BOEHM.

GUILIELMUS COCKBURN, medicus Anglus. Ejus *virulentæ gonorrhœæ ſymptomata, natura, cauſæ & curatio.* LUGDUNI Batavor. 1717. 12. Gallice vertente JOH. de VAUX, PARIS. 1730. 8. Sedem gonorrhœæ in viris non in proſtata, nec in veſiculis ſeminalibus eſſe, ſed in ipſis ſemper glandulis ſeu lacunis urethræ. Laudat uſum cujusdam injectionis, qua fluentis materiæ acrimoniam citiſſime mitagiri, & gonorrhœam tutiſſime compeſci ait. Hoc remedium ſibi eſſe arcanum, quod ex avaritia ſilentio ſupprimit. ASTRUC.

GERARDUS GORIS, medicus. Ejus *mercurius triumphator, continens argenti vivi hiſtoriam, indolem, prærogativam & noxas in morborum chronicorum, præſertim luis venereæ curatione. Annectitur de curationibus ſympatheticis tractatus.* LUGDUN. Batav. 1717. 8. Varia de origine, natura, depuratione, diverſisque mercurii præparationibus. Negat luem veneream a. 1493. & 1494., primum ortam fuiſſe. GUILIELMUM de SALI-

Saliceto & Valescum de Taranta jam ante hoc tempus plurima luis venereæ ſymptomata commemoraſſe. Novum præparandi mercurii modum ſe reperiſſe, quem non communicat: præparatum ita a ſe mercurium absque ulla ſalivatione morbum debellare, virusque venereum ex corpore per urinam, diaphoreſim, alvum blande eliminare. Salivationem tamen non penitus rejicit, eamque in morbo inveterato & pertinaci commendat. Mercurium, qualis vulgo adhibetur, non eſſe ſpecificum luis antidotum, cum excitando ptyaliſmum utiles pariter ac inutiles humores evacuet. Mercurium e metallis redivivum non excitare ſalivationem, atque eum eſſe in hoc morbo tutiſſimum remedium. Vir iſte credulus curationes etiam ſympatheticas defendit. Astruc.

J. Bapt. Faust. Alliot & Joh. Franc. Leaulte' *quæſtio medica an morbus antiquus ſyphilis?* Paris. 1717. 4. Boehm.

Lud. Guiliel. de Knorr, medicus Lipſienſis. Ejus *Venus a la mode.* Leipzig 1717. 8. Boehm.

Laurentius Heister in *inſtitut. chirurg.* Parte I. L. IV. cap. 12. de bubonibus venereis, eorumque cura. In L. V. cap. 4. de ulceribus venereis. V. *pag.* 82.

Ejus & Joh. Jac. Schmid diſp. *de chirurgorum erroribus in curandis morbis venereis.* Helmstadt 1728. 4. Boehm.

Franc. Chicoyneau, Profeſſor Medicinæ Monſpelienſis. Ejus & Ant. Pelissery *quæſtio medica an ad curandam luem veneream frictiones mercuriales in hunc finem adhibendæ ſint, ut ſalivæ fluxus concitetur?* Monspel. 1718. 4. Boehm.

Guilielmus Becket, chirurgus Londinenſis, in *Phil. Tranſact. Vol.* XXX. *n.* 357. *ann.* 1718. varia producit teſtimonia pro luis venereæ antiquitate: ea quidem numero multa ſed re pauca, imo potius nulla, quæ ex operibus, legibus, tabulisve ineditis, aut libris perraris depromſit, quæ ideirco nec ea qua par eſſet diligentia ſcrutari & excutere, imo nec inſpicere quidem licet, ut de manuſcriptorum ætate, verborum inde excerptorum ſententia conſtaret. Gonorrhœam veneream ſæculis aliquot ante annum 1494. notam fuiſſe contendit in Anglia nomine *ardoris*, *arſuræ incendii* &c. de quibus ſane mentio fit frequens ab Hiſtoricis magnæ Britanniæ. Sed negat Astrucius (d) & Hallerus (vide *pag.* 1510.) *arſuram* illam eamdem fuiſſe cum gonorrhœa venerea, atque adeo gonorrhœam ab impura venere oriundam *arſuræ* nomine olim graſſatam fuiſſe. In altera diſſertatione quæ exſtat in *Phil. Tranſ. Vol.* XXXI. *n.* 365. *ann.* 1720. Becketus totus in eo eſt, ut probet antiquitatem luis ipſius venereæ. Præter ratiunculas

(d) *De morbis venereis* L. I. cap. 6. ubi omnia Becketi argumenta ſuſe & ſtrenue refutat.

culas nonnullas duo adducit teſtimonia, unum excerptum eſt ex THOMÆ GASCOIGNE Manuſcripto, quod aſſervatur OXONII in Collegio Lincolnienſi, & in quo narratur *de morte diverſorum virorum ex corruptione & putrefactione membrorum ſuorum genitalium per exercitium copulæ carnalis cum mulieribus cauſata.* Alterum vero teſtimonium depromptum eſt ex MS. JOHANNIS ab ARDERN, chirurgi in ANGLIA celebris circa annum 1370, in quo MS. agitur de phimoſi, paraphimoſi, carunculis urethræ &c. Sed hæc mala, aliaque partium genitalium, de quibus medici fere omnes (confer *pag.* 748) a primis jam Medicinæ temporibus uberrime diſſeruerunt, non a lue venerea, ſed ab aliis morborum cauſis ſimplicibus orta fuiſſe oſtendit celeberrimus. ASTRUC.

FRANC. RONCALLUS PAROLINUS. V. *pag.* 697.

MICHAEL ALBERTI in *ſyſtematis jurisprudentiæ medicæ.* Parte I. pag. 209, §. 20. & p. 212. caſ. 2. venerei morbi diſſimulatio. In P. II. pag. 18. ſigna luis venereæ; pag. 168. 172. 173. an luis venereæ infectio per ſolum concubitum communicetur; in *append.* pag. 185. luis venereæ ſigna. ALBERTI.

Ejus & HENR. AD. SCHRIMPFFIUS diſp. *de hydrargyroſi.* HALÆ 1740. 4.

Ejus & JOH. HAVIGHORST diſp. *de ſingulari mercurii dulcis uſu in deſperatis quibusdam morbis.* HALÆ 1745. 4. BOEHM. V. *pag.* 608.

JAC. BOVEZ de SIGONE, medicus Corbinacenſis. Ejus *methode nouvelle pour guérir les maladies veneriennes, beaucoup plus ſûre & plus aiſée qu'aucune de celles qui ont été en uſage juſqu'ici, avec une refutation des anciennes hypotheſes touchant les mêmes maladies.* PARIS 1722. 12. Vana declamatio. Arcanum ſuum ambitioſe venditat. Duobus tantum remediis, atque ſemper ea methodo indiſcriminatim utitur, quo nihil poteſt fingi ineptius. 1. exhauriri jubet quotidie mane jejuno ventriculo duas libras aquæ, in qua admiſtum latet ſal quoddam catharticum martiale, forte ſal martis purgans vulgo notum, quo alvus per diem blande ſolvitur. 2. bis in die mane & veſperi exhibet in infuſo calido theæ guttas aliquot *elixirii*, ut ille vocat *rubicundi*; quod ASTRUCIUS ſuſpicatur eſſe ſolutionem cinnabaris, vel præcipitati rubri in aqua forti edulcoratam.

BARTH. BOSCHETTI, medicus Vincentinus. Ejus *diſſertatio de ſalivatione mercuriali phyſico-medico mechanica.* VENET. 1722. . PARIS 1732. . . . . . Salivationem ut periculoſam & valde incommodam rejicit. BOEHM.

GIROLAMO MARINI in *prattica delle più difficili operazioni* &c. negat dari carunculam. Impedimentum catheterem tardans eſſe in capite

pite gallinaginis, neque aliam dari carunculam. HALLER. V. *pag.* 307.

ANTONIUS DEIDIER, Monſpeſſulanus, Profeſſor Medicinæ Monſpeſſulanus. Ejus *diſſertatio de morbis venereis.* MONSPEL. 1723. 8. LONDON 1724. 8. Gallice vertente JOHANNE de VAUX, PARIS. 1725. 8. Curandi methodum paucis ſed enucleate explicat. Morbos venereos referendos eſſe contendit in animalcula, minima, agillima, maxime prolifera, quæ ab infectis in ſanos celeri contagio propagentur; quæ loca ubi hærent morſiunculis impetant, imo etiam depaſcantur; atque ea ratione ſymptomata, quæ morbo venereo propria ſunt, inducant. Sed hæc nova non ſunt, utpote a DAVIDE ABERCROMBYO jam prius dicta. ASTRUC.

C. WILLOUGHBY, medicus Anglus. Ejus *the practice of ſalivating.* LONDON 1723. BOEHM.

ROGERUS DIBON, chirurgus Pariſinus. Ejus *deſcription de la nature, des cauſes des maladies véneriennes, & des plusieurs remedes propres a les guérir.* PARIS 1724. 12. Sub modeſtiore titulo vana ſubeſt declamatio eo fine conſcripta, ut arcano ſuo cuidam auctoritas conciliaretur. Adjectæ ſunt aliquot remediorum formulæ ex variis auctoribus collectæ, ſed non ſatis diligenter ſelectæ, nec ut plurimum ſatis tutæ. ASTRUC.

Ejus *obſervations ſur les maladies vénériennes.* PARIS 1724. 8. Negat dari carunculas, cereos fucos laudat, & non ſatis ſecum concors. Ita HALLER.

Ejus eſt etiam, ut puto, *ſuite de la deſcription &c. dans laquelle on traite des retentions d'urine & des maladies de l'urethre.* PARIS 1748. 12. BOEHM.

ANTONIUS BENEVOLI. Ejus *nove propoſizioni intorno alla caruncula dell' urethra, detta carnoſità.* FIRENZA 1724. 8. Minime inerudi-tum opuſculum. Oſtenſum it, quod pro caruncula habetur, eſſe durum tumens & ulceroſum caput gallinaginis: id demonſtrat per cadaverum inciſiones, in quibus ea in ſede, neque alibi, caruncula reperitur, a conſenſu ſymptomatum cum theoria ſua. Contra rodentes cereolos, quibus mites alios præfert, bona victus ratione adjutos. Fuſiſſime de homine, in cujus curatione ſola aqua Nucerina uſus eſt, cui medelæ bonum eventum tribuit, qui quidem adhibitis demum cereolis apparuit. Ita HALLER. Etſi BENEVOLUS in cadaveribus id ſæpe obſervaverit, inde tamen non ſequitur, ut perpetuum ſit, cum certis liqueat obſervationibus dari aliquando veras excreſcentias; cum præterea certum ſit duriorem urethræ cicatricem, aut ſkirrhodem proſtatarum tumorem ſtranguriæ habituali locum dare aliquando ſine ulla labe capitis Gallinaginis. Ad curationem proponit, ut in urethram immitta-

mittatur candela cerea, vel ſtylus plumbeus ter vel quater in die per 15. aut 20. dies, cujus apex ultimis curationis diebus cerato diapalmæ obducendus eſt. Ita ASTRUC. V. *pag.* 1290.

J. C., medicus Anglus. Ejus *the practice of ſalivating vindicated.* LONDON 1724.. BOEHM.

AUGUSTINUS BELLOSTE in *ſuite du chirurgien* &c., qui libellus prodiit PARIS. 1724. 8., in cujus prima diſſertatione totus verſatur, ut commendet pillulas quasdam mercuriales, quas venales habebat, illarumque compoſitionem ſolicite tegit; ut nempe meliorem redderet inopem familiæ ſuæ conditionem, quam iniquitate temporum, fortunis omnibus everſam eſſe queritur, & quam ſperat ſuſtentatum iri pilulas ſuas venditando. Eadem enim ſemper eſt arcanorum origo, & unicus ſcopus, lucri ſpes. Non diffitetur tamen pilulas ſuas conſtare argento vivo crudo, additis ſimul catharticis, quæ alvum blande movent: unde patet, pilulas BELLOSTII non differre virtute ſua a pilulis, BARBAROSSÆ dictis. SWIETEN. V. *pag.* 68.

P. LABOT. Ejus *nouveau voyage aux Iſles Ameriques.* La HAYE 1724. 4. 2. vol. In T. II. pag. 120. teſtatur, infantes Americanos lue venerea infectos eſſe, vix non eodem, quo naſcuntur, tempore; licet parentes, imo & nutrices, forent ſaniſſimæ, vel ſaltem, uti prudenter addit, viderentur tales. Sed non videtur LABOTI teſtimonium magni momenti eſſe, cum eodem loco affirmet, Batavos in coloniis ſuis Americanis ſtatim lue infectos fuiſſe, antequam ullum commercium cum mulieribus indigenis habuiſſent; poſtea vero, ubi paludes exſiccaverant, & ſtagnantes aquas in motum deduxerant, vixiſſe magis ſanos, præcipue, poſtquam ſylvas denſiſſimas, eradicatis arboribus, reddidiſſent ventis perflabiles. Notum autem eſt primos colonos Batavos, antequam hoc perficere potuerant, peſſimis febribus, aliisque morbis, a lue omnino diverſis, afflictos fuiſſe, quos videtur cum lue venerea confudiſſe. SWIETEN.

PETRUS VIOLETTE du BOIS, chirurgus Pariſinus. Ejus *nouveau traité des maladies vénériennes.* PARIS 1725. 12. Brevis tractatus. Modus vulgaris curandi gonorrhœam virulentam, cariem pudendorum, bubones venereos, tum methodus adminiſtrandæ hydrargyroſeos in lue confirmata ita proponuntur, ut liber medentibus quidem prudentioribus utilis eſſe poſſit. Aliqua tamen auctori jure poſſunt vitio verti: cancrum enim vocem eſſe æquivocam contendit; ſibi plaudit de invento arcano quodam remedio, cujus efficaciam certam eſſe dicit ad variolarum profilaxim; arcanum quoddam antivenereum venditat, cujus uſum hydrargyroſeos uſui multum eſſe præferendum ait, cui ut famam comparet, de hydrargyroſeos utilitate temere & falſo detrahit; denique libellum iſtum conſcripſiſſe videtur, quo popularem favorem ſibi aucuparetur. Ita ASTRUC.

POIN-

N. Pointet, chirurgus, ut ipſe gloriatur, noſocomiorum Regiorum. Ejus *remarques & obſervations très-utiles ſur les maladies vénériennes, ſcorbutiques, & ſur les dartres, à un petit livre intitulé, remede très-particulier, commode & prompt, dont l'action eſt douce & les effects aſſurez* &c. Paris 1725. 12. Chirurgus iſte, inquit Astrucius, ſeſe intolerantius jactat arcano quodam antivenereo, de cujus utilitate mira prædicat ſed fide ſua. At vero qualecunque ſit arcanum illud certo certius liquet nihil eſſe aliud præter mercuriale quoddam præparatum, neque ſatis perita manu confectum, neque ſatis tuta methodo adminiſtratum. Ut arcano ſuo velificetur, conatur inunctionem mercurialem ſuſpectam & inviſam reddere. Acriter invehitur in Rogerum Dibon, chirurgum, qui & ipſe de ſuo gloriatur arcano, quocum acerbe litigat utrum utri præſtet remedium, an ſuum illius remedio, an remedium illius ſuo. Cæcos duos videre videor, inquit Astrucius, qui de cumulo carbonum effoſſo ſuperbiunt quaſi de invento theſauro, & ad utrum potiore jure pertineat inter ſe decertant. Doleo equidem ex animo, pergit Astruc, credulum ægrotantium vulgus in hunc modum ludificari; mirorque ad quos pertinet harumce rerum curatio & adminiſtratio in reprimendis ineptiis vel potius coercendis maleficiis iſtiusmodi indormire, quæ neglecta in magnum tum rei medicæ, tum rei publicæ detrimentum recidunt.

Joh. Freind. Ejus *the hiſtory of Phyſick from the time of Galen to the beginning of the ſixtenth Century*. London 1725. 8. 2. vol. In vol. II. agit de luis venereæ origine, ubi notat ſequentia ex Leone, qui Africæ hiſtoriam ſcripſit, non ita diu poſtquam novus hic morbus ex America in Europam delatus fuit: in Barbaria, inquit, hoc morbo (lue venerea) infecti pereunt plerumqne, & curantur raro. In Numidia, & Lybia vix notus eſt morbus. Unde barbari, lue infecti, in Numidiam, Nigritarum regionem, tendunt, &, ſola aëris temperie, dum morantur ibi, perfectam recuperant ſalutem, & ſani in patriam redeunt, nec medici auxilio, nec medicamentis uſi. Propriis oculis ſe plures ſic ſanatos vidiſſe affirmat. Swieten. V. *pag.* 921.

J. Frid. Schrommius, Cheilſhem. Onoldinus. Ejus diſſ. *de æthiope minerali.* Altdorf. 1725. 4. Boehm.

In *Breslauer Sammlung.* V. *pag.* 101.

Franciscus Colot. V. *pag.* 523.

Franc. Bailly & Desid. Claud. Fremont *an hydrargyrum unicum ſyphilidis alexipharmacum?* Paris 1727. 4. Boehm.

Joh. Georg. Kauch, Wisbad. Naſſoic. Ejus diſſert. *de mercurii uſu & abuſu.* Marburg. 1727. . Boehm.

J. ADOLPH. WEDEL. Ejus & J. G. SLEVOGT diſp. *de lue venerea.* JENÆ 1729. 4. BOEHM.

Ejus *de tumore teſtium venereo.* JENÆ 1735. 4. HALLER. V. *pag.* 880.

MASSON, celeber Facultatis Monſpelienſis medicus, in *Hiſt. de l'Acad. des ſciences* a. 1729. refert in tribus ægris ſe vidiſſe peculiarem gonorrhœæ ſpeciem, in qua tabus venereus ex glandulis coronam glandis cingentibus emanabat, & qui morbus ſolitis ad alias gonorrhœas remediis curabatur. SWIETEN.

J. CASPART. V. *pag.* 1348.

A diſſertation on the origin of venereal diſeaſe. LONDON 1731. 8. Parvus iſte tractatus de origine luis venereæ legi meretur, ſcriptus ab eruditiſſimo medico, qui Anonymus latere voluit. Morbum novum non eſſe ex AMERICA noviter detecta in EUROPAM adlatum, ſed præexſtitiſſe in EUROPA ante primum reditum CHRISTOPHORI COLUMBI ex America. Ita SWIETEN, qui contrariam tuetur ſententiam, & argumenta hujus auctoris refutare conatur. (An opus eſt SANCHEZII?)

GOTTFR. SAM. BÄUMLER in *mitleidiger Arzt* &c. hydrargyrum optimum eſſe luis venereæ antidotum. BOEHM. V. *pag.* 1022.

FRANC. BALTH. von LINDERN, medicus Argentoratenſis. Ejus *Venus-Spiegel.* ARGENT. 1732. . 1765. . BOEHM.

DANIEL TURNER, medicus Anglus. Ejus *ſyphilis. A practical diſſertation on the venereal diſeaſe, in two parts.* LONDON 1732. 8. (Germanice prodiit LIPS. 1754. 8. BOEHM.). In Parte I. agit potiſſimum de gonorrhœa; in P. II. vero de lue venerea. In utraque ſatis copioſe differit de morborum ſingulorum ætiologia & therapia. Ordinem non laudes. Statuit cum GUILIELMO BECKETO gonorrhœam virulentam & luem veneream ante annum 1494. in EUROPA nedum ignotas, ſed vulgo graſſatas fuiſſe; iisdem prorſus BECKETI argumentis & teſtimoniis hanc opinionem tueri ſatagit, rem tamen nullo modo evincit. Luem non ſolum in partibus genitalibus contrahi, ſed in aliis etiam corporis locis. Id obſervationibus ſuis oſtendere adlaborat. Salivationem laudat, quam movet interno mercurii uſu, ſi morbus levis & recens; externo autem unguenti mercurialis illitu, ſi morbus gravis ſit aut inveteratus. Ad cariem pudendi, ulcera narium, nodos, gummata, dolores fixos, cæterosque morbos topicos commendat ſuffumigia. In agyrtas, qui ad curandos morbos venereos audent temere aggredi, merito invehitur & ſtomachatur. Hiſtorias adjecit triginta morbo venereo laborantium & diverſimode infectorum, quos curandos noſter ſuſceperat. ASTRUC.

JOH. HON. RAIBERTI, Profeſſor Medicinæ Romanus. Ejus *diſſertatio medica de morbis venereis.* ROMÆ 1732. BOEHM.

JAC.

JAC. FOURNEAU & OTTO CASIM. BARFECNECHT *an tutiores fri-ctionibus ex mercurio jucundioresque viæ ſint ad profligandam luem vene-ream?* PARIS 1732. 4. BOEHM.

PETRUS DESAULT, Burdigalenſis, medicus. Ejus *diſſertation ſur les maladies vénériennes, contenant une methode de les guérir ſans flux de bouche, ſans riſque & dépenſe.* BURDIGALÆ 1733. 12. PARIS 1738. 12. Auctor certe ingenio valet, nec indiligens eſt rerum medicarum ſcrutator, videtur tamen in Medicinæ hiſtoria nimium hoſpes. Contendit luem ve-neream antiquitus cognitam fuiſſe, & veneri vulgivagæ coævam eſſe, con-tra quam a plurimis demonſtratum fuit. Conatur adſtruere luem veneream a vermiculis venereis produci, qui partes, in quibus hoſpitantur, rodant & depaſcantur; qua in re vidimus ſupra virum eruditum ANTONIUM DEI-DIER jam illi præluſiſſe, ut DEIDIERO ABERCROMBYUM. Novam pro-ponit methodum curandi morbum venereum, hydrargyroſim nempe inter-calatam; inunctiones ſcilicet mercuriales per intervalla inſtitutas, & ptya-liſmum, ſi excitetur, cathartico identidem ſupprimendum; quæ tamen me-thodus nova non eſt, ſed jam primis hujus morbi initiis nota fuit. ASTRUC. J. DANIEL SCHLICHTING. V. pag. 108.

Ejus porro *ſyphilidos mnemoſynon criticon, of vrye en oneenzydige gedachten over ongemakken door't gebruik der teel deelen vors pronkelyk.* AMSTERDAM 1741. 8.

GEORG. HENRICH. BEHR, medicus Argentoratenſis, minime contemnendus homo, niſi vilioribus ſodalitiis ſe dehoneſtaſſet, in *Acad. Nat. Cur. Vol. X. ann.* 1733. *obſ.* 103. retulit de abſceſſu venereo pudendi ſanato. Ita HALLER.

HENRICUS HAGUENOT, Monſpelienſis, in Academia patria Profeſ-ſor Medicinæ. Ejus *memoire contenant une nouvelle methode de traiter la verole.* MONTPELLIER 1734. 8. Huc redit methodus illa nova, ut balnea-tio in aqua leviter calida, qualis vulgo ante inunctiones, eadem per ipſam inunctionum adminiſtrationem uſurpetur. Præmiſſa nempe venæ ſectione & purgatione, balneum unius horæ imperat, deinde ſolita corporis loca un-guento mercuriali ſolito more inungit, idque altera vel tertia quaque die pari ordine iterari jubet per menſem unum & ultra, niſi imminens ſalivatio vel gravior quidam caſus prohibuerit. Hac methodo ſanguinem dilui & tem-perari, laxatis partibus ſolidis immodicos erethiſmos præcaveri, nimiam mer-curii vim retundi, perſpirationem augeri, ptyaliſmum efficaciſſime declinari, & præſentem celerrime reprimi, atque adeo novam hancce methodum anti-quiori plurimum præſtare, ut quæ pari ſucceſſu minorique noxa morbo me-deatur. Verum dubitari poteſt an hæc methodus nova ſit; cum certo con-ſtet uſum balnei tepidi in ipſo hydrargyroſeos ſtadio ab antiquioribus quibus-dam auctoribus pridem indicatum fuiſſe, ut a JOHANNE ALMENAR, JA-

COBO CATANEO de LACU MARCINO, JOHANNE BENEDICTO. Profuit tamen hanc methodum, quæ jam dudum certe in deſuetudinem abierat, renovari, ac experimentis iterum confirmari, cum ſæpe utilis eſſe poſſit ad curandos eos ægros, qui exſucci, emaciati, bilioſi, melancholici, hypochondriaci ſunt. Cavendum tamen ne per balnea mercurii vis funditus perdatur, dum refrenari creditur. Ita ASTRUC.

J. GEORG. HENR. KRAMER, medicus, in *Commercio Litt. Norimb. ann.* 1734. *hebd.* 41. *obſ.* 4. & *ann.* 1738. *h.* 3. *obſ.* 1. & *ann.* 1739. *h.* 38. *obſ.* 1. & *ann.* 1741. *h.* 34. *obſ.* 1. & *h.* 45. *obſ.* 1. aliqua huc facientia habet. BOEHM.

JULIANUS OFRAI vulgo de la METTRIE, medicus, Latinam HERMANNI BOERHAAVII *præfationem de morbis venereis*, quæ *aphrodiſiaco* præfixa eſt, in Gallicum vertit; huic diatribem de eodem argumento a ſe conſcriptam, ac diatribæ ſuæ antelogium præpoſuit, atque tria illa ſchediaſmata in unum collecta excudenda curavit cum titulo: *ſyſteme de Monſieur Boerhaave ſur les maladies vénériennes, traduit en François, avec des notes & une diſſertation du traducteur ſur l'origine, la nature & la cure de ces maladies.* PARIS 1735. 12. In diatriba ab ipſo traductore de la METTRIE ſcripta occurrunt ſane plurima non inſcite dicta, quorum pleraque tamen minime vera ſunt: luem veneream non prius obſervatam fuiſſe, quam exeunte ſeculo XIV., ſeu ut verius diceret, ſeculo XV. Primum infeciſſe Hiſpanos, quod verum eſt, & Luſitanos, quod falſum. In AFFRICA endemiam eſſe, quod veriſimile videtur, & inde in AMERICAM, unde in EUROPAM dimanavit, mancipiorum deportatione traductam fuiſſe; quod in apertam rei veritatem pugnat, cum certum ſit ex AFFRICA mancipia nulla in AMERICAM devecta fuiſſe, niſi longo poſt vulgatam in EUROPA luem veneream intervallo. VALENTIÆ in HISPANIA primum generatam fuiſſe uſu veneris leproſi cum ſcorto, quod quidem a JOHANNE MANARDO olim dictum fuit, ſed tamen falſum eſt. In curatione gonorrhœæ virulentæ rejicit remedia temperantia, refrigerantia, anodyna; laudat vero purgantia draſtica, hydragoga ſæpius iterata, ut diagridium, jalappam, ejusque reſinam, ac imprimis turpethum minerale ad gr. jv., in quibus peccat ex utraque parte. In lue confirmata decoctum Guaiaci mercurio præſtare. Internum mercurii uſum ſemper utilem, tutum, efficacem eſſe. Hydrargyroſim vero periculoſam ſemper & fallacem, in qua vix liceat admiſſi mercurii copiam certo æſtimare. Mercurii virtutem in curanda lue a ptyaliſmo totam dependere. Motum ptyaliſmum verſus inferiora cathartico deduci non poſſe ſine damno. Quæ ſingula refert, & refutat ASTRUCIUS (e). V. *pag.* 126.

B. B.

(e) *De morbis venereis* L. II. cap. 9. & alibi.

B. B. *queſtion ſi c'eſt aux medecins de traiter les maladies veneriennes.* PARIS 1735. 4. Utique. Eruditum opuſculum BARONIO tributum. Ita HALLER.

HYAC. THEOD. BARON, filius. Ejus *queſtion de Medecine dans laquelle on examine ſi c'eſt aux medecins qu'il apartient de traiter les maladies veneriennes, & ſi la ſureté publique exige que ce ſoient des medecins qui ſoient chargés de la cure de ces maladies.* PARIS 1735. 4 HALLER. An idem cum priori?

JOH. HERMANN. FURSTENAU. Ejus & JOH. PHIL. PAXMANN *ſpicilegium obſervationum de Indorum morbis & medicina.* RINTL. 1735. 4. Diſputatio. BOEHM. V. *pag.* 98.

VINCENT. BREST, chirurgus Gallus. Ejus *diſſertation ſur l'uſage du mercure dans les maladies vénériennes* &c. LONDON 1735. . Germanice BERLIN 1749. BOEHM.

J. CHRIST. THEMEL, medicus Annabergenſis. Ejus *de abſceſſu teſtium venereo.* JENÆ 1735. 4. HALLER.

PAUL. GOTTL. WERLHOF, medicus Aulicus Hannoveranus, in *Commerc. Litter. Norimb. ann.* 1735. *hebd.* 13. *obſ.* 5. medicamentum ex Saſſafras, Guaiaco & Salſaparilla cum lenibus laxantibus maximi facit ad luem veneream. BOEHM.

JOHANNES ASTRUC, Archiater AUGUSTI II. Poloniarum Regis, medicus ordinarius Ducis Aurelianenſis, Profeſſor Medicinæ in Regio FRANCIÆ Collegio. Vir celeberrimus. Ejus ſunt *de morbis venereis libri VI., in quibus diſſeritur tum de origine, propagatione & contagione horumce affectuum in genere: tum de ſingulorum natura, ætiologia & therapia, cum brevi analyſi & epicriſi operum plerorumque, quæ de eodem argumento ſcripta ſunt.* PARISIIS 1736. 4. 1738. (f) 4. 1740. 4. 2. vol. VENET. 1741. 4. 1760. 4. 2. vol. Anglice, vertente GUIL. BARROWBY, LOND. 1737. 8. Gallice ſed priores quatuor tantum libros AUGUSTINUS FR. JAULT vertit. PARIS 1740. 12. & 1743. 8. Eruditiſſimum & abſolutiſſimum de morbo venereo opus, quod legi, inquit celeberrimus L. B. van SWIETEN (g), & relegi, non ſine magno emolumento. Germanice, vertente JOH. GOTTLOB HEISE, FRANCOF. & LIPS. 1764. 8. Hæc Germanica verſio eſt compendium ſolummodo, ut tamen ſufficienter ſic methodus magni iſtius medici tutiſſima chirurgis Germanis ob oculos ponatur. Meritæ itaque grates verſori HEISIO debentur, præſertim cum ante eum, quod mireris, nemo fuerit, qui præſtantiſſimum hoc opus Germanice reddidiſſet. Ita in *deutſch allg: Bibl* 1. *Band.* 2. *St.* pag. 261.

NIC.

(f) Hac ego editione uſus ſum illa anni 1740. deſtitutus, quam hic VINDOBONÆ adeo raram ſollicite, quantum per temporis brevitatem licuit, fruſtra quæſivi, ut demum neceſſe mihi fuerit vocare in ſubſidium tum editionem hujus operis Gallicam, tum MICHAELIS FRID. BOEHMI diſſertationem, qui illa mihi deſiderata editione ASTRUCII uſus eſt. (g) In *comment.* §. 1440. *de lue venerea.*

Nic. Robinson, medicus Londinenſis. Ejus *a new treatiſe of the venereal diſeaſe* &c. London 1736. . Boehm.

Anonymus quidam, magni nominis philoſophus, in *Commerc. Litt. Nor. ann.* 1736. *hebd.* 17. *obſ.* 2. pag. 131. Mexicanos pane tritico melli virgineo intincto, vel ex aqua cocto, morbum venereum curare relationes teſtari afferit. Boehm.

Georg Christ. Feuerlin, medicus Heilbronnenſis, in *Comm. Litt. Nor. ann.* 1736 *hebd.* 29. *obſ.* 2. ſudorifera mercurio addit in curatione luis venereæ. Boehm.

Johannes Douglas, chirurgus Londinenſis (an qui *pag.* 519. vel *pag.* 841.), tres diſſertationes Anglice ſcripſit de lue venerea, quæ prodierunt Lond. 1737. 8. 1739. Boehm.

Pasch. Cariophilus. Ejus *de thermis Herculanis.* Vindobonæ 1737. . Mantuæ 1739. . Eas thermas etiam ad luem veneream laudat. Boehm.

Joseph Ant. Pujatus, Sacilenſis, in *decade rariorum obſervationum medicarum* Venet. 1737. 4. hydrargyrum optimum eſſe luis venereæ antidotum. Boehm.

Joh. Frid. Herrenschwandt, Morato-Helvetus, nunc Poloniæ Regis Archiater. Ejus diſſ. *de hiſtoria mercurii medica.* Lugdun. Batav. 1737. 4. Boehm.

Anonymus Anglus in *lettre from a phyſician abroad to a gentlemann in London.* London 1738. . unctionem mercurialem laudat Boehm.

Joh. Mich. Boehm, medicus Argentoratenſis. Ejus diſſ. *de morbo-dicto Neapolitano.* Argent. 1738. 4. Boehm.

Ivo Joh. Stahl, Profeſſor Medicinæ. Ejus & Gottfr. Feinler diſp. *de mercurii in corpus humanum agendi modo.* Erford. 1738. 4. Boehm.

Mich. Peaget & Carol. Dionis *an luis venereæ curationi per frictum potius, quam per ſuffitum faveant medicæ obſervationes?* Paris 1738. 4. Boehm.

Petrus de Rotundis, medicus Romanus, in L. *de victus ratione in febre acuta* &c. Romæ 1739. . hydrargyrum ad luem veneream laudat. Boehm.

Simon Paul Hilscher. Ejus *ſphacelo ſcroti venereo cum febri ſymptomatica acuta conjuncta laborans feliciter curatus.* Jenæ 1739. 4. Diſputatio. Haller.

Ejus *de inſigni faucium tumore & angore moleſtiſſimo circa ſalivationem mercurialem ſymptomate evitando.* Jenæ 1741. 4. Boehm. V. pag. 717.

Ged.

Ged. de Rabours & J. L. Baude de la Cloy *an in lue venerea parciores & longius diſſitæ mercurii doſes plenioribus crebrioribusque anteponendæ?* Paris 1739. 4.

Ejus & Andr. Cantwell *an ptyaliſmus frictionibus mercurialibus provocatus perfectæ luis venereæ ſanationi adverſatur?* Paris 1741. 4. Boehm.

Joh. Conr. a Brunn in Hammerstein, Profeſſor Heidelbergenſis, Guaiaco ſine ſucceſſu ſe uſum eſſe teſtatur; luem veneream ſingulari curabat methodo, quam Joh. Jac. Brunn filius in diſſertatione...... Scaphusæ 1739.. habita declaravit. Ita Boehm.

J. Frid. Schreiber. Ejus *obſervationes & cogitata de peſte.* Petropol. 1740.. Berolin. 1744.. mercurium in lue venerea cum camphora exhibet. Boehm. V. *pag.* 491.

Petrus Guisard, medicus Monſpelienſis. Ejus *eſſais ſur les maladies vénériennes.* La Haye 1740.. Paris 1741.. Boehm.

Bened. Voysin, medicus Sabaudus. Ejus *il medico familiare e ſincero.* Turino 1741.. Gallice *le medecin familier & ſincère.* Ibid. 1747.. In morbo venereo mercurium, ſudorifera varia & balnea juncta commendat. Boehm.

Joh. Midy & L. Ren. Desbois *an ſyphilis per frictiones mercuriales abſque ulla excretione, niſi fere inſenſibili, ſanabilior?* Paris 1741. 4. Boehm.

Carol. Dionis & Nat. Mar. de Gevigland *an ſyphilidi conveniat ſuffumigatio recens?* Paris 1741. 4. Boehm.

James Garlik. Ejus *an injections in the cure of gonorrhæas.* London 1742. 8. Haller.

Abraham Titsingh in *Cypria tot ſchrick* &c. agit etiam de lue venerea. Haller. V. *pag.* 106.

Joh. Petr. Franc. Koehler, medicus Philippob., in *Comm. Litt. Norimb. ann.* 1742. *hebd.* 10. *obſ.* 1. laudat pulverem & ſalem volatilem viperarum cum polline radicis contrayervæ & antimonio diaphoretico. Boehm.

Henr. Franc. le Dran in *traité des operations* &c. carunculas dari, quæ ex ulcere effloreſcant; cereos laudat ex inteſtinalibus chordis factos. Haller. V. *pag.* 308.

GAETA-

GAETANO ARIZARRA, chirurgus Xenodochii ST. MARIÆ Novæ. Ejus *novo metodo per liberare il corpo umano con ſicurezza dal mal venereo* &c. FIRENZE 1743. BOEHM.

CHRIST. GOTTFR. STENZEL. Ejus & J. PH. KLIPSCH *diſſ. ſiſtens caſus aliquot hominum a lue venerea per ſalivationem curatorum.* WITTEBERG. 1743. 4. BOEHM. V. *pag.* 1481.

HERM. PAUL. JUCH, Profeſſor Medicinæ. Ejus & MICH. WEBER diſp. *de cauſa luis venereæ proxima.* ERFORD. 1743. 4. BOEHM.

Ejus *de teſticulo venereo.* Ibid. 1749. 4. HALLER.

WILH. CHRIST. HOFFMANN, Haſſo-Darmſtadienſis. Ejus diſp. *de ſalivatione mercuriali.* GIESSÆ 1743. 4. BOEHM.

S. Coſme vangé STRASBURG 1744. 12. Spurius titulus. Anonymi in JOHANNEM ASTRUC ſatyra, quæ BERTINO tribuitur, & contra ejus L. *de morbis venereis* ſcripta eſt, neque fere facit, niſi ad inutiles in eum Virum accuſationes, fontes non legiſſe, ex nuperis ſua habere. Fatetur tamen, BERENGARIUM medicum fuiſſe, ſed objicit parum fuiſſe in curando felicem. Ita HALLER.

ANDR. ELIAS BÜCHNER. Ejus & JAC. FRID. FRANK diſp. *de graviſſimo luis venereæ ſymptomate tortura nocturna.* ERFORD. 1744. 4.

Ejus & J. ERH. RICHTER diſp. *de medicamentorum mercurialium cum ſalibus paratorum efficacitate per adjunctum ſulphur ad certos quosdam morbos magis accommodanda.* HALÆ 1754. 4.

Ejus & ANT. FRID. STOCKHAUSEN diſp. *de mercurii ſublimati corroſivi uſu medico interno.* HALÆ 1758. 4. BOEHM. V. *pag.* 479.

JACQUES DARAN, chirurgus, qui in exercitu, & noſocomiis Cæſareis olim ſtipendia meruit, poſtea, chirurgi Regis GALLIÆ honorificum munus adeptus, caruncularum urethræ curationi operam præcipue impendit, & celebris in his morbis curandis. Tractatum edidit: *recueil d'obſervations chirurgicales ſur les maladies de l'urethre.* AVIGNON. 1745. 12. Ita SWIETEN. PARIS. 1746. 8. 1757. 8. 1768. 8. Anglice LONDON 1750. 8. vertente T. TOMKYNS, qui fatetur arcanum quidem DARANII ſe ignorare, cæterum ex ſua experientia laudat, cujus quinque adducit ſpecimina. Princeps auctoris ſcopus eſt, cereos ſuos ad fiſtulas, carunculas, aliaque urethræ mala commendare, & felices adducere effectus, in quibus id auxilium ſalutare fuit. Eos cereos modo ex acrioribus medicamentis componit, modo ex mitioribus, ut morbus poſtulaverit. Editio Pariſina anni 1746. multo auctior eſt. Carunculas urethræ tuetur, quas toties viderit. Dari omnino carunculas cum ulcere, aliasque & ſine eo.

Ita

Ita HALLER. 'Cerei hi, ſive candelulæ ſic dictæ ex baſi latiori in apicem deſinunt, flexiles ſunt, vel ſaltem calore ipſius urethræ ſic molleſcunt, ut debitam flexibitatem adquirant, & commode ab ægris geſtari poſſint. Suos cereos ſuppurationem in urethra excitare, carnes fungoſas, excreſcentias, verrucas conſumere, ſed absque eroſione: ſub horum uſu prodire fluxum materiæ gonorrhœicæ, flavæ, virideſcentis; ſicque gonorrhœam, quam ſuppreſſam ſtatuit dediſſe originem his malis, excitari, & quaſi recentem reddi: hoc imprimis inde probat, quod ægri in illo curationis ſtadio, ſi coeant cum fœmina, illam inficiant; putabat enim noſter, virus venereum latere in ulcere urethræ, in corpore cavernoſo urethræ ipſo, qui locus ulceroſus in fungoſam ſubſtantiam prominens, applicatione cereorum conſumeretur, ſicque per ſuppurationem natam extricari virus venereum, & cum pure exire. Quandoque etiam latere credebat miaſma venereum in ſubſtantia cellulari, ſive fungoſa urethræ dicta, ibi manere iners & quaſi dormire, donec a pergræcationibus, vel aliis cauſis fortuitis, redderetur actuoſum, & locum, ubi hærebat, undequaque diſtenderet, ſic canalem urethræ arctaret, imo & obturaret tandem integre, totalemque iſchuriam produceret. Cereis autem ſuis hanc tribuebat efficaciam, quod ulcus tale clauſum aperirent & deleto omni contagio venereo perfecte conſolidarent; atque præterea non in partes urethræ ſanas agerent, ſed mirabiliter tantum in illa ejus loca, in quibus hærent obſtacula, urethræ cavum minuentia, quæ ſuppuratione producta conſumunt. Unde etiam in urethram ſani hominis introducti cerei nihil faciunt, cum careant vi rodente: imo & in ægris nullum dolorem excitant, licet adeo prompta ſit illorum actio, ut, tribus vel quatuor horis poſt horum applicationem, pus jam incipiat prodire. Nulla diæta præſcribitur; pauca vel nulla remedia interno uſu adhibentur; ſed tota curatio a topico hoc remedio exſpectatur, modo locum adfectum tangere poſſit. Ubi tamen curatio ultra ſolitum tempus protrahitur, tunc ſpecifico, ad virus venereum delendum, remedio opus eſſe fatetur auctor. Cura per hoſce cereos triginta dierum ſpatio abſolvitur; quandoque protrahitur per duos tresve menſes, imo & diutius in caſibus difficilioribus. Ita SWIETEN.

Ejus *traité complet de la gonorrhée virulente.* PARIS 1756. 12. Omnes callorum medicationes rejicit, ut ſuam ſubſtituat. De gonorrhœa, quæ fiat pure per coronam balani exſudante. Speculum vaginæ, quo ſedem gonorrhœæ in fœminis detegit. De mali geneſi a vaginæ ulceribus ex gonorrhœa natis orisque uterini. Catheteres ſuos flexiles demum deſcribit, quos ex filo metallico in ſpiram torto parat, & emplaſtro obducit, & quos ſæpe in urethram induxit, cum non alius chirurgus poſſet. Reliqua in practicis dicemus, inquit HALLERUS.

PHIL. FICHET de FLECHI. Ejus *obſervations ſur différens cas &c. & aux maladies vénériennes.* BOEHM. Conf. *pag.* 132.

AUGUSTINUS FRIDERICUS WALTHER. V. *pag.* 586.

LUD. REN. MARTEAU & NAT. AND. J. B. CHESNAU *an in curanda lue venerea ſuffumigia rite adhibita remedium optimum?* PARIS 1745. 4. BOEHM.

SAMUEL SCHAARSCHMIDT in *mediciniſchen und chirurgiſchen* &c. *Berichten* T. V. edito a. 1746. agit de morbis venereis. HALLER.

Ejus *Abhandlung von den veneriſchen Krankheiten, durch Kurella.* BERLIN 1750. 4. BOEHM. V. *pag.* 115.

THOMAS GOULARD. V. *pag.* 759.

Ejus porro *remarques & obſervations pratiques ſur les maladies vénériennes.* PEZENAS & MONTPELL. 1760. 8. Suis obſervationibus docet tanto certius ſanari luem, quanto copioſius argentum vivum in corpore hæreat. Obſervavit ſæpiſſime illos, qui præparabantur ad ſubeundas inunctiones mercuriales, incepiſſe ſalivationem pati, dum, ob penuriam loci, in eodem conclavi morabantur, cum illis, quibus mercurius inunctus fuerat. Ad curandos bubones venereos magno cum ſucceſſu extractum ſaturni ducentis partibus aquæ puræ dilutum fomenti inſtar adhibuit, vel in eodem coquebat micam panis ad cataplaſma. Hoc medicamento bubones ſe reſolviſſe, licet magnæ forent molis, & fluctuatio manifeſta tangeretur, tranſudante puris copia per integræ manentis cutis poros. Idoneis teſtibus hujus aſſerti veritatem firmat. In binis militibus arteriam cruralem a virulento bubonis pure eroſam, indeque ſubito lethalem hæmorrhagiam vidit. Cereos ſuos ad carunculas urethræ laudat, quos ſequenti modo præparat: extracti ſaturni unciam dimidiam miſcet libræ ceræ ſolutæ leni igne, deinde huic miſcelæ linteum intingit, ex quo poſtea candelulas format. Si his non cedant obſtacula duriora, auget quantitatem extracti ſaturni. Pluribus obſervatis confirmat utilitatem hujus remedii. SWIETEN.

J. GODOFR. BRENDEL. Ejus *proluſio de hydrargyri reliquiis a ptyaliſmo expellendis.* GOTTING. 1747. 4. BOEHM. V. *pag.* 839.

GEORG. KEY. Ejus *diſſertation on the effects of mercury in human bodies.* LONDON 1747.. BOEHM.

HIER. LUDOLF, Profeſſor Medicinæ Erfordienſis. Ejus & L. A. RITTER diſp. *Demonſtratio, quod atrociſſima luis venereæ ſymptomata non ſint effectus morbi, ſed curæ mercurialibus inſtitutæ.* ERFORD. 1747. 4.

Ejus & PETR. CHR. GRASS diſp. *de mercurio in alcali ſoluto tutiſſimo ſpecifico antivenereo.* ERFORD. 1747. 4. BOEHM.

SAM.

SAM. THEOD. QUELMALZ. Ejus *proluſio de hydrargyri viribus a ſulphure ſuſpenſis.* LIPSIÆ 1748. . BOEHM. V. *pag.* 308.

ANGELUS NANNONI. V. *pag.* 134.

JOH. PROFILY. Ejus *eſſay and exact method of curing the venereal diſeaſe.* LONDON 1748. BOEHM.

MORANDUS MORANDI in *prima decade di lettere* &c. pag. 111. aquam calcis vivæ, ſaccharum ſaturni, vitriolum album, decoctum Guaiaci, &c. injicienda vult in urethram, & per hæc certam gonorrhœæ curam promittit. Sed hancce methodum damnat SWIETENIUS, ut periculoſam, & ſuppreſſo his adſtringentibus materiæ fluxu, fallacem ſanationis ſpem facientem. V. *pag.* 745.

ANDREAS CANTWELL. Ejus *lettres ſur le traité des maladies de l'urethre de Daran.* PARIS 1749. 12. Dari omnino carunculas. Qui de cereis ſcripſerint. Formulæ cereorum, qui DARANIANORUM ſimiles ſint. HALLER. V. *pag.* 484.

LAUR. CAJET. FABBRI, Profeſſor Medicinæ practicæ in Xenodochio S. MARIÆ Novæ. Ejus *dell' uſo del mercurio ſempre temerario in Medicina.* COLON. 1749. . BOEHM. An idem qui *pag.* 909.

JOH. JAC. BAIER, Altorfenſis. Ejus diſp. *de abuſu purgantium in morbis venereis.* ALTORF. 1749. 4. BOEHM.

SAMUEL SHARP in *critical inquiry* &c. agit etiam de cereis DARANIANIS. De eorum efficacia dubitat, & ſuſpicatur experimenta DARANII non ſatis frequenter repetita fuiſſe in hominibus ſanis, qui nunquam gonorrhœa laboraverant. Repetiit noſter eadem experimenta in adoleſcentibus variæ ætatis, a duodecimo ad vigeſimum annum uſque, quos, certus erat, nunquam paſſos fuiſſe gonorrhœam, & vidit cereos ſuos mercuriales, ut vocat, in urethram immiſſos & poſt 3. 4. 5. 6. horas eductos ſemper aliquam copiam materiæ adhærentis habere. Hinc concluſit hanc materiem cereis adhærentem non fuiſſe pus ulceroſum, ſed mucum naturalem, per cereorum irritationem copioſius ſecretum: ſimilem omnino ſe obſervaſſe effectum a cereo ſive candelula ipſius DARANII, quam fortuito adquiſiverat, & urethræ ſanæ immiſit. Magnum certe beneficium præſtitit generi humano optimus SHARP, hæc experimenta tentando in ſanis, & ab omni ſuſpicione venerei contagii liberis. Poſtquam enim rumor increbuerat, candelulis DARANIANIS non tantum ſanari certo peſſimas gonorrhœæ ſequelas, ſed applicatione candelulæ intra paucas horas detegi poſſe, an lateat in membro virili adhuc virulentus fomes, qui poſtea recrudeſcere poſſit, non pauci fuerunt, qui candelulas hoc ſcopo adhibuerunt. Quanto igitur terrore percelli eos oportuit, dum ſtrias mucoſas, latentis adhuc mali fomitem mentientes, conſpexerunt? SWIETEN. V. *pag.* 309.

JOURDAIN de PELLERIN, medicus, qui LONDINI vivebat. Ejus *treatiſe on venereal maladies, on ſcrophules and other ulcers.* LONDON 1750. 8. Arcana offert ſua & neſcio quod hydrargyri cum auro amalgama, cumque oleo vitrioli, & emplaſtra arſenicalia. Ita HALLER.

JOS. MATTH. DELBOEL, Colon. Agr. Ejus diſſ. *de tuta & facili quadam luem veneream curandi methodo.* ARGENT. 1750. 4. BOEHM.

ANDRÉ. Ejus *diſſertation ſur les maladies de l'urethre, qui ont beſoin de bougies.* PARIS 1751. 12. Utique dari carunculas, ab ulcuſculis venereis & efflorefcente de celluloſa tela urethræ carne fungoſa; totam demum urethram dureſcere, & iter urinæ ſupprimere. In his malis cereorum uſum ſuadet, quem ſuppuratio ſequitur. Latius patere ejus auxilii uſum. Ut fiſtulæ in urethra naſcantur; etiam hic productis teſtibus oſtendit ſalubrem ſuorum cereorum uſum eſſe. De variorum chirurgorum cereis; ſuos ſanæ urethræ nihil nocere, in ægra parte ſuppurationem ciere ſalubrem. Nihil ſuos DARANIANIS cedere, quorum formulam auctor hactenus premit. Ad gonorrhœam valere & ad iſchuriam. Cereum, qui in veſicam ſit illapſus, ſponte prodiiſſe.

Ejus *obſervations pratiques ſur les maladies de l'urethre.* PARIS 1756. 12.

Ejus *maniere de faire les bougies antivénériennes.* PARIS 1756. 8. HALLER.

COSTE, junior. V. *pag.* 699.

Ejus porro *obſervations pratiques ſur les maladies vénériennes.* BERLIN 1760. 8. HALLER.

Ejus chirurgi Regis Boruſſiæ *traité de la verole.* BERLIN 1760.. 1769. BOEHM. An idem cum priori libellus?

JOH. HIERONYMUS LAPI, medicus. Ejus *diſſertatio de curatione ſtranguriæ contumacis frequentem maleque tractatam gonorrhœam conſequentis.* ROMÆ 1751. 4. 1754. 4. huic editioni aliqua addita ſunt, & mutatus ordo. Ab acribus injectionibus carunculas poſſe provenire, quarum etiam ſigna dat, ſumta ab urina diviſo radio parce ſaliente, a pure ex vicinia recti inteſtini preſſionem ſequente, a dolore. Acria omnia rejicit, emollientia ſiphone impellit, deinde recens preſſum amygdalarum oleum. HALLER.

JOH. CHR. STOK, Profeſſor Medicinæ. Ejus & WOLFG. MICH. BECKER diſp. *de lue venerea.* JENÆ 1751. 4. BOEHM.

CONNALIUS a CONNEL. Ejus diſſ. *de optima tutiſſimaque luem veneream radicitus extirpandi methodo.* LUGDUN. Batav. 1751. 4. BOEHM.

FRANC.

Franc. Mery & Claud. Joseph. Gentil *E. bubo venereus ſcirrhodes absque cauterio curandus.* Paris 1751. 4. recuſa in Halleri *ſelectis.* Balnea topica, argenti vivi uſum, ſed interpolatum, ex eodem inunctiones ad inguina laudat. Haller.

J. Targioni Tozzetti in *prima raccolta di oſſervazioni* &c. ad luem veneream decoctum lignorum præ aliis remediis laudat. Boehm. V. *pag.* 144.

Der geſchickte Franzoſen - Doctor. Frankfurt und Leipzig 1752..Boehm.

Anton. Ribeira Sanchez, medicus Luſitanus, qui Pariſiis, literato in otio, honoratam vitam tranſegit, poſtquam depoſito munere Archiatri, quod apud Ruſſorum Imperatricem magna cum laude geſſit, muſis & amicis redditus eſt. Ita Swieten. Ejus *Abhandlung von dem Urſprung der Venus - Seuche worinn bewieſen wird, das dieſs Uebel nicht aus America gekommen ſey, ſondern in Europa durch eine Epidemie ſeinen Anfang genommen habe. Eine Ueberſetzung aus dem Franz. von Georg. Henr. Weber, D. A. D.* Bremen 1775. 8. Germanice verti ſane meruit opus, materiem memoratu dignam continens, quod anno 1752. & a. 1762. Gallice prodiiſſe verſor teſtatur, auctorem, ſub literis M. S. D. M. latentem, ignorans. Auctor eſt Ant. Ribeira Sanchez (*Mſr. Sanchez Doct. en Medicine*). Anglice etiam verſum prodiit, (an idem, quod *pag.* 1596?) & eſt illud ipſum, quod Swietenius in *comment.* T. V. pag. 374. ſuſcepit refutandum, ſed qua felicitate, judicet lector. Contendit Sanchez luem veneream in Italia jam circa annum 1493. & 1494. exſtitiſſe ante Christophori Columbi reditum ex America. Nec ſcriptores coevos, nec ipſum Columbi filium Ferdinandum Colon hiſtoricum de lue venerea quidquam adnotaſſe. Hernandez de Oviedo omnium primus teſtatur hanc luem a Marguerito aliisque anno 1496. in Europam translatam fuiſſe. Certum eſt Gallos Neapoli ab Hiſpanis hoc morbo infici minime potuiſſe, cum Carolus VIII. diſceſſerit Neapoli, antequam Gonsalvo de Cordava appuliſſet. Præterea Marcellus Cumanus occupabatur circa luem veneream curandam in Veneto & Mediolanenſi exercitu, qui ad Forumnovum anno 1495. menſe Julio a Carolo VIII. fuit profligatus: ut adeo Mediolanenſes & Veneti milites tam parum hac lue a Gallis, quam parum ipſimet Galli ab Hiſpanis infici potuerint. Sanchez id quidem primus advertit, ſed non ſat luculenter oſtendit. Operæ igitur pretium eſſet, ut vir aliquis, magna librorum copia inſtructus, rem de novo rimandam adgrederetur. Atque utinam Lessingius in ampliſſima Bibliotheca Guelpherbytana in id genus monumenta inquirere vellet. Nam ſane hæc hiſtoriæ medicæ pars majori adhuc ad ſui certitudinem enucleatio-

cleatione indiget. Recte Weberus optima hac ſua verſione opus Sanchezii divulgavit. Mireris, quo fato acciderit, ut contextus hiſtoriarum mendacium, citra veritatis indagationem, per ſecula etiam, pſittacorum more recitentur. Ita Cenſor in *deutſch. allgem. Bibl.* 28. *Band.* 2. *Stück pag.* 461.

Bryan Robinson in *obſervations on the vertue and operations of medecine.* Dublin 1752. 8. hydrargyrum optimum luis venereæ antidotum, omni medicationi præferendum. Boehm.

Lud. Henr. Winckler, medicus Lipſienſis. Ejus *gründlicher Vorſchlag, ſich von allen veneriſchen Krankheiten zu befreyen.* Freyberg 1752. . Boehm.

J. Dam. Chevalier, medicus Facultatis Pariſinæ. Ejus *lettre à M. Jean ſur la maladie de St. Dominique.* Paris 1752. 8. Ita Boehm. Celeberrimus auctor methodum ſanandi luem per inunctiones, ſine ſalivatione excitata, & absque purgantibus ſalivationem impedientibus, laudat. Se hac methodo in America uſum fuiſſe teſtatur, & ſalivationem damnat, tanquam inutilem, immo noxiam; ideoque ſemper ſollicite evitandam eſſe vult. Vocat hanc methodum *frictionem per exſtinctionem.* Conſiſtit in eo, ut parcior copia argenti vivi illiniatur ſingulis vicibus, quam fieri ſolet, dum frictiones mercuriales adhibentur hac intentione, ut ſalivatio excitetur. Utilitatem talium frictionum inde deducit, quod ſic major quantitas argenti vivi corpus ægri ingrediatur, cum humoribus permiſceatur, & longiori tempore cum illis moveatur per vaſa, unde ſequitur omnium humorum major ſolutio, quam ad curationem ſufficere credit. Si vel minima inſtantis ſalivationis indicia obſerventur illico a frictione abſtinendum jubet, donec hæc ſigna diſparuerint, ne per hanc viam mercurius exeat ex corpore. Se caruncułas urethræ curaſſe vapore mercurii, ope infundibuli in urethram deducto, & hanc curandi methodum cereis præfert, qui ſemper plus minusve moleſtiæ faciant. Swieten.

Ejus & Lud. Ren. P. F. le Thieullier *an per ſuffitum facilior quam per inunctionem mercurialem morbi venerei curatio.* Paris 1752. 4. Boehm.

(q) Ibid. pag. 289. (r) Haller in *Bibl. chirurg.* T. I. pag. 99. (s) Idem in *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 289. (t) Apud Suidam. (u) De ſanguinis detractione.

gulatio. Purgantia alvum. Medicamenta varia. Lienis nimium incrementum. (Hæc ſunt, quæ de iſto auctore recenſet celeberrimus HALLER in ſua *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 289. Nunc ſequuntur, quæ idem in ſua *Bibl. chirurg.* T. I. pag. 100. locavit). Egit etiam de albuginibus oculorum, de oculis contuſis. Mirifica, & pene incredibilis adminiſtratio, qua fœtum in ipſo utero manu jubet incidere. De utero prolapſo reponendo. De parotidibus, frequenti equorum malo. De ſtrumis rumpendis. De polypo. De cervice perverſa, quam injectis per cutem fibulis reſtituere tentat. De armis luxatis, armis ſuppuratis, tumentibus. Ulcera putrida maxillarum. Penis prolapſus, quem acri ſtimulo revocari poſſe putat. Herniæ; ſcrotum fibulis conſtringit, donec funiculus computruerit. Teſtium tumor & inflammatio. De fluxione in genu. Equi ſuffraginoſi. Marmor, quæ pedis eſt rigiditas, ex calloſo topho nata. Equi a calce combuſti, præcipites dati, a calcitrante equo percuſſi. Fracta. Formicatio, ficus. Nervi vulnus. Ad ſerpentum morſus, & ſcorpii, muris aranei, phalangii. Hirudo in ore. De urendi ratione. Caſtrandi modus: adhibet ignem & fibulas. Fracta; ad pedes molles. Ulcera varia. Ex bdellio malagmata, emplaſtrum. CELSUM etiam citat.

EUMELUS, quem citat HIEROCLES, agit de febre, de pulmone, de rupto pulmone, de pulmonariis. Ad parotides. Tuſſis. Cardiacum malum. Ad vermes. Lienoſi. Teredines. Crurum defluxiones. Marcor. Scabies. Cholera. De farragine. Rabies. Capitis dolor. Laſſitudo. Æſtus. Dolores articulares. Alvum ducentia. Malidem ſiccam non poſſe curari. Ita HALLER (x). De locis, in quibus vena inciditur. De albuginibus, oculorum cicatricibus. De parotidibus & ſtrumis. De maxillarum tumore. De cervice emota. Crurum defluxio. Serpentum ictus. Ad ſubtritionem. Luxa. Cataplaſma ad ſedem procidentem, parulides. Ita HALLER (y).

PELAGONIUS agit de febre cum dolore inteſtinorum, de elephantia, ad peſtem, cui etiam remedium opponit ex ebuli radice cum creta, quod PISTERIO Siculo tribuit. Ad tuſſim fuſe, valde acria: præfert tamen expertam ſibi fabam cum adipe ſicco impoſitam. Ad coriaginem. Aſthma, in quo venam ſecat. Cardiacus morbus. Colica. Opiſthotonos: hic adipem etiam varium obungit. Hydrops ſub cute. Teredines. Sanguis de ano fluens. Membris capti. Arteriaca. PELAGONII. Marcor. Phthiriaſis in ano & ricini. Dolor capitis. Lethargus. Ad fluxum ex naribus. Ita HALLER (z). De inflammatione, quæ ſectæ venæ ſupervenit. Ad ictus oculorum collyrium. Fracta cervix aut crus; læſi armi. Vertebræ luxatæ. Penis prolapſus. Meliceris. Mus araneus. Cornu fiſſum.

Ma-

(x) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 290. (y) In *Bibl. chirurg.* T. I. pag. 100. (z) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 290.

Malagmata & viride emplaſtrum; alia unguenta, lipara, ad linguæ vulnera. Ita HALLER (a).

THEOMNESTUS agit de malide arida, & ſicca: de pulmonariis. Rabies equorum ſe ipſos admordentium. Ad tuſſim, coriaginem. Cardiacum malum. Ventris dolor & cruditas. Jecoris dolor: in Pæonia ſe regem ſecutum, ex frigore id malum equum ſuum contraxiſſe, igne acceſo eum ſe refeciſſe, & unguentis. Alvi profluvium. Lienoſi. Teredines. Pilorum defluvium. Marcor. Scabies. Citat ABSYRTUM. De farragine. Oppletio & cruditas. Dolor capitis; ad humores qui naribus devolvuntur, *der Wurm*. Ita HALLER (b). De albuginibus; de ſtrumis & tonſillis; de fractis armis. Uti urere oportet. Ad ſubtritionem. Ita HALLER (c).

TIBERIUS. Ejus ad tuſſim; ad orthopnoeam; nephritidem, in ea cremaſteres convelli; ad tympanitidem, in qua piper, coſtus; cutem amburit ſecatve (d). De ſcapulis luxatis; ad ſcabiem (e).

ANATOLIUS, idem, ut videtur, qui in *Geoponicis*. Agit de febre. Cura equarum prægnantium (f). Ad ictum ſcorpionis, ad hauſtam hirudinem: ungulam fiſſam (g).

ARCHIDEMUS, cujus eſt malagma (h).

HIPPASIUS HELIAS, cujus medicamentum ex argenti ſpuma. (i).

TETRIPPI aliquot medicamenta (k).

STRATONICUS (l).

VETERINARIUS apud HIEROCLEM citatus (m).

HIEROCLES J. C. & ethnicus, qui multa priorum videtur collegiſſe. Ejus ſunt de albuginibus: ad ictus, ad contuſiones oculorum & ungues. De ventre perforando (non perferendo, ut in editione RUELLII) ad eximendum fœtum, fere ut in ABSYRTI conſilio. De parotidibus; de tonſillis; de aurium ulceribus. De ſtrumis reſolvendis. In hydrope urit, ut vitet inteſtina. De polypo, de cervice adtrita, perverſa. Puſtula in trituranata. De ulceribus in ſpina dorſi. In ore ulcera. Vulnus pectoris: jubet fibulam injicere. Penis prolapſus. Teſtium tumor & inflammatio. Hernia. Defluxus in genu, in pedes. Marmor. Radius fractus. Ulcera ſerpentia. Vulnera, ea debere conſui. Equus præceps datus, calce percuſſus. Crus fractum, quod ferulis & quiete, fere ut in homine curat. Fracta. Fragmentis oſſis per tophum cujunctis ignis admoveatur. Carcinoma, melice-

ris,

(a) In *Bibl. chirurg.* T. I. pag. 100. (b) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 290. (c) In *Bibl. chirurg.* T. I. pag. 100. (d) Ita HALLER in *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 291. (e) Idem in *Bibl. chirurg.* T. I. pag. 100. (f) Idem in *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 290. (g) Idem in *Bibl. chirurg.* T. I. pag. 100. (h) Idem ibid. (i) Idem ibid. (k) Idem ibid. (l) Idem ibid. (m) Idem ibid.

ris, abſceſſus, extrahendi aculei; uſtio ut curanda. Formicatio, ficus; ad ſerpentum morſus & ſcorpii, muris aranei, phalangii. Hirudo ori adhærens. Caſtrandi modus. Fracta. Fiſtula. Malagma tripherum; emplaſtrum; alia medicamenta externa. Glutinans. Barbarum. Hippacopum. Agglutinantia. Ita HALLER (n). Pariter de febre equi agit, & de malide humida, deque ſicca malide articulorum. De elephantia, de pulmone, iterum morbo noſtro bovillo ſimili, de hordeatione. EUMELUM carpit, quod fatigato equo ſanguinem detrahat. Ad parotides. Tumor tonſillarum. Angina. Tuſſis, ad eam lenientia. Ad puſtulam. Ad armorum dolores. Orthopnœa. Pulmonis ulcus. Malum cardiacum. Nephritis. Ventris dolor. Venam ſecat, calida fovet. Morbi veſicæ, eadem hic quæ ABSYRTUS. Opiſthotonos; eſſe qui in balneum equum deſcendere cogant. Alvi profluvium. Converſio inteſtini plenioris: manum ſubdere vetat; eſſe quibus inteſtinum inde diſſiliat. Dolor tenuis inteſtini. Hydrops: paracenteſin ſuadet & ventris exuſtionem. Dyſenteria ex ABSYRTO. Lienoſi. Teredines. Sanguis de ano. Alvi obſtructio. Sanguis de dorſo. Ilium inflatio. Pilorum in cauda rigor. Aphthæ. Arteria ulcerata. Bulimus. Strigoſi, ut ABSYRTUS. Scabies. Cholera. Nervus. Herbæ venenatæ. Equi hirſuti. Farrago, ſive viridis ſeges. Rabies. Medicamenta. Ex miſſione ſanguinis ad genua tumores naſci. Ita HALLER (o).

Auctor hujus operis (ſive collectionis, quæ mox dicetur, & in qua continentur auctores nunc dicti) non eſt HIEROCLES. Præfatio quidem libri I. & II. ei tribuitur, ſed utique ipſe HIEROCLES nomine ſuo (p) citatur, & demum plurima medicamenta & curationes integræ reperiuntur, nulli nomini adſcriptæ, dum aliis HIEROCLIS nomen præmittitur. Poſt *Geoponicos* (q) collectio veterinariorum facta eſt, quorum pluſculi citentur (r), temporibus, ut videtur chriſtianis. GREGORIUS (s) enim nomen, cum quo paſtillus recenſetur, niſi fallor inquit HALLERUS, eſt chriſtiani. Pleniſſime videntur de veterinaria ABSYRTUS ſcripſiſſe & HIEROCLES.

Edidit J. RUELLIUS collectionem, nempe *veterinariæ medicinæ libros duos*. PARIS 1530. fol. Latine verſos ex Græco codice. Tum BASIL. 1537. 4. LION 1571. fol. RUELLIUS vocum ad veterinariam pertinentium lexicon adjecit.

Codex ditior 25. medicamentis Græce exſtat in Bibliotheca BODLEYANA, ABSYRTI nomine n. 164. demum CANTABRIGIÆ, codex eſt vulgato melior, quem vidit UFFENBACHIUS (t).

An

(n) Ibid. pag. 101. (o) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 290. (p) Hic emplaſtrum HIEROCLI fertur acceptum pag. 75. b. HIEROCLIS emplaſtrum pag. 111. b. (q) QUINTILIOS. (r) DIDYMUS, DIOPHANES, TARENTINUS &c. (s) pag. 118. (t) *Reiſen* L. III. p. 50.

An eadem eſt collectio hippiatrica cum figuris, multum diſcrepans ab editis Isaaci Vossii Cod. Brit. n. 2217. Ita Haller (u).

Prodiit etiam Anatolius *de re veterinaria* Græce Basil. 1537. 4. nempe ipſi *veterinariæ medicinæ libri* II., nunc primum Græca lingua editi.

Germanica eſt editio *Roſsarzney* Nürnberg 1579. fol. Italice Venet. 1543. 8.

Porro Hierocl is de curandis morbis equorum libri duo, cum iconibus equorum ſunt in Bibl. Reg. Pariſ. n. 2284. Videntur iidem eſſe libri.

Græce Hierocl is & Absyrti opuſcula de eodem argumento ſunt in eadem Bibl. ibid.

Tum collectio Hippiatrica a Sostrato & Hippocrate collecta, in Bibl. Reg. Par. n. 1994.

Et Absyrti libri, qui reperiuntur in Bibliotheca Ducis Mantuæ; Citat alium codicem Georgius Agricola. Alius Absyrti nomine inſcriptus codex eſt in Bibl. Bodleyana Uffenb. (x).

Quæ ſit *ars veterinaria ſ. faciendi equis medicinam* in lat. Bibl. Leid. p. 324. & in Bibl. Vossiana n. 2217., ignorat Hallerus.

Nonne idem cum noſtris fuerit excerptum ex *libris de medicina veterinaria* ex Absyrto, Hierocle, Theomnesto, Anatolio, Eumelo, Chirone, Agathotycho, Hippocrate &c. cujus codex eſt in Bibl. Medicea Bandin. L. III. p. 149. Plut. LXXV. Idem eſt opus, quod Grynæus edidit Basileæ.

In Ruelliana porro editione ſuperius dicta alii continentur Veterinarii, nempe Agathotychius, qui de febre equi; de malide; de jecoris dolore agit.

Niphon. Ejus ad malidem articularem.

Æmilius Hispanus.

Litorius Beneventinus, qui agit de peſte.

Gregorius (ſuperius jam dictus). Ejus ad tuſſim; paſtillus ad dyſenteriam.

Berytii aliqua, tum Pamphili & Diophanis, qui ſunt inter *Geoponicos.*

Democritus de dyſenteria.

Diodorus ad pondera & menſuras.

Denique multa capita ſunt absque præfixo nomine auctoris, ut nephriticorum curatio. Ad dolores lumborum, coxendicis, claudicationem alvum

(u) In *Bibl. chirurg.* T. I. pag. 101. (x) L. III. p. 50.

alvum torminoſam, verminoſam. Lienis mala, teredines. De ruptis intus viſceribus; hic oſteocola ad fracta ſananda laudatur. Ad ſcabiem. Ad ileoſos: manu ano inſerta hic alvum evacuat. Medicamenta plurima. Phazala ſingulare malum maris rubri, dracunculus, non ille vermis. In univerſum hi ſcriptores ad empiricorum morem farragine medicamentorum pugnant. Ita HALLER (y).

Præterea, cum magna pars operis epiſtolis fiat ad varios ſcriptis, multæ ſunt epiſtolæ ad medicos veterinarios, quorum nomina hic repeto, inquit HALLERUS (z), cum nihil ultra repererim. Nempe DAMON LAODICENSIS. SECUNDUS. APELLES LAODICENSIS. EPIPHANIUS. MARCUS. AGATHOCLES. ANTIPATER. MEMNON. DIUS. APOLLONIADES, cujus nomen AETIUS habet (a). HEGESAGORAS medicorum optimus. FRONTO EPHESIUS. JULIUS FRONTINUS. HERODION ALEXANDRINUS. ELENUS. MENECRATES CLAZOMENIUS. PAPIAS ANTIOCHUS. GAIUS ALEXANDRINUS. PASICRATES ALEXANDRINUS.

FLAVIUS VEGETIUS (b). Summi viri nomen barbarus aliquis multo nuperioris ævi homo uſurpavit. Hoc tamen opus hic ob id ipſum nomen recenſeo, inquit HALLER; etſi ipſe auctor VEGETIUM citat. Italici nuperi idiomatis pluſcula veſtigia reperiuntur. Foci pro igne. Glante ferreo calceare (c). Gamba (d). Battitura chalybis (e) ſic barbare declinatur malagmæ, cum malagmatis ſcribi oporteret (f). Ejus *artis veterinariæ*, ſ. *mulomedicinæ* L. IV. prodierunt BASIL. 1528. 4. edente HERMANNO ſcomite in NEUENAAR, curante J. FABRO EMMEO typographo; deinde BASIL. 1537. 4. porro SAMBUCI cura 1574. & denique plenius & multo caſtigatius inter J. MATTHIÆ GESNERI *ruſticos* LIPS. 1735. 4. cum J. ZACH. PLATNERI notis. Germanice FRANCOF. ad MOENUM 1565. 4. Gallice vertente BERNARDO du PUY MONCLAR prodiit PARIS 1563. 4. Italice VENET. 1543. 8. cum *Hippiatricis* Græcis. Notas & lexicon RHODIUS paraverat, quæ cum aliis BARTHOLINI libris incendio conſumta ſunt (g). Multa VEGETIUM ex COLUMELLA habere, & ex eo reſtitui poſſe REINESIUS (h) vidit. Citat Veterinarios Græcos, PELAGONIUM, quem elegantem vocat, & ABSYRTUM, qui nimis humiliter ſcripſerit. Sed & PELAGONII formulam repetit, & CHIRONIS armamentarium pulverum. Morborum nomina, ſpecies, etiam cauſæ, deinde farrago medicamentorum. Morbi a capite ad calcem, inter eos externi. In morbo malleo (malide) recte jubet morboſa jumenta ſeparare, ea enim & viva & mortua

Xxxxxxxxx 2 ſuo

(y) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 291. (z) In *Bibl. chirurg.* T. I. pag. 101. (a) L. VIII. cap. 48. (b) HALLER in *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 291. (c) L. III. cap. 18. (d) L. II. c. 53. L. IV. &c. (e) L. II. c. 27. (f) Ita HALLER in *Bibl. chirurg.* T. I. p. 102. (g) *Bibl. incend.* (h) Ad DAUMIUM; tum MORGAGNUS *epiſtol.* III. ad PONTED.

ſuo fœtore inficere. Sic de malleo boum, qui ipſe dirus eſt morbus, qui armenta pene univerſæ EUROPÆ devaſtat: in malide etiam conſiliginis radicem per cutem trajici. Calculum, qui e veſica in rectum inteſtinum irrepſit, jubet digito expediri. In hydrope abdomen perforat. Manu ſtercora retenta recte jubet ejici. Vermes inteſtinorum. Sanguinem a nimia fatigatione per nares effundi. Potionem diapente valde laudat, in qua gentiana, ariſtolochia, baccæ lauri. Cyclo (ad methodicorum ſenſum) jubet animalia ſanare, diæta & medicamentis. Platochoriaſis, in qua pupillæ dilatantur, ut imaginem tuam in oculo inſpecto non videas. Muci varietas, qui de naribus fluit. Ad ſanguinis mictum lac. In epilepſia ſanguinem repetito mittit, tum alvum ducit. Tuſſis funeſta, in qua non vult ſanguinem detrahi. Intercedunt ſuperſtitioſa. Anatem conſpectu mulos & equas ſanare. Primi duo libri ſunt de equis, inde de bobus (i). Multa ſunt etiam chirurgica; venæ incidendæ ratio, deque ratione *foci*, ſive ignis admoti. De calculoſis, eſſe ubi veſica rupta ſit: jubet per vulnus recti inteſtini & veſicæ aculeo lapidem ejicere. De capitis vulneribus & calva fracta; de aurium ulceribus. De oculorum morbis; de paracenteſi oculi, de ſtaphylomate. De ſuffuſione curanda flatu per nares impulſo. Venam intra nares ſecat; variasque alias in equo venas. De ſtrumis, glandulis, fiſtula & peculiariter de maxillæ, faucium & capitis tumoribus; de lingua inciſa, oſſe fracto, polypo, cervicis vulneribus, ſcapularum diſſolutione, armis læſis, fractis articulis, marmore, ozæna. Exungulatio, ungulæ molles; de dorſo læſo, pulmunculis in dorſo, vulnere, luxato talo; viperæ, aranei muris, phalangii morſu, & rabidi canis, quo loco cutem cuprinis cauteriis jubet urere. Igne multum utebatur in morbo ſubcutaneo, ad morſus venenatos animalium, etiam alias. Frequenter etiam ſcarificat. Setonem ex conſiliginis radice per cutem ducit. Sinapi adhibet, ſed præfert cauterium. Trichiaſin tranſuendo ſanat, ut fiebat in homine. Cataractam ut in homine deponebat. Bovem (inquit) ſagitta compungo, fiſtulam ſubdo, poſt triduum iterum aquam educo. Fiſtulam ani non ſyringotomo curat, ſed papiri injectione. Caſtratione boves roboroſos fieri, (tetano corripi) ſi negligantur. Sagitta bovem curat hydropicum. Ad finem medicamenta. Ita HALLER (k).

Der Veldbaw, oder das Buch von der Veldtarbeyt. Vor tauſent Jaren von dem Chriſtlichen Keyſer Conſtantino dem Vierdten, inn Griechiſer Spraach beſchriben, unnd nachmals durch Dr. Michael Herrn in Teütſche ſpraach erſtmals verdolmetſchet. Jetzunde von neüwem vberleſen gemehrt und gebeſſert (l). STRASBURG 1567. 8. In L. XIV. de columbis, gallinis, anſeribus &c., ut a morbis præſerventur. In L. XVI. de equis, aſinis,

(i) Ita HALLER in *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 292. (k) In *Bibl. chir.* T. I. pag. 102. (l) Qui auxit & emendavit erat D. LUDWIG RABUS von MEMMINGEN, & dedit anno 1551. ARGENTORATI, ut ex præfatione apparet.

aſinis, mulis, eorumque morbis. In L. XVII. de armentis, & eorum morbis & curatione. In L. XVIII. præcipue de ovibus & agnis, eorumque ægritudinibus curandis. In L. XIX. de canibus, & porcis, eorum morbis & cura.

SEVERUS SANCTUS ſ. ENDELEICHUS, Rhetor Aquitanicus, ROMÆ vixit exeunte ſeculo quarto chriſtianus. Ejus eſt *carmen de mortibus boum.* PARIS. 1586. 4. 1590. cura PETRI PITHOEI, LION 1596. 8. FRANCOF. 1612. 8. cum notis WOLFGANGI SEBER cumque iis & J. WEITZII, LEID. 1775. 8. Breve carmen non contemnendum, ut ea ætate. HALLER (m).

DEMETRIUS PEPAGOMENUS, ſeculi videtur XIII. exeuntis vel incipientis XIV., cum ea ætate duo fuerint MICHAELES PALÆOLOGI, quorum alter librum ſuum dedicavit. Ei tribuitur codex a PETRO GYLLIO Latine, eleganter ſed licenter verſus, & LUGDUNI 1562. 8. Latine editus cum ÆLIANO, quem inde Græce & Latine ex codicibus Bibl. Reg. Pariſ. & Mediceo NICOLAUS RIGAULT edidit cum titulo *ἱεϱακοσοφιον ſ. πεϱι της τεν ἱεϱακων ανατϱοφης τε και επιμελειας.* PARIS. 1612. (non 1619.). Concinnus libellus ad medicinam beſtiarum inter principes pertinet, neque malo ordine, neque ſtylo malo ſcriptus. Primum accipitrum ſpecies, captura, & educatio: quæ ſolis blanditiis & apta cibi exhibitione abſolvitur. Deinde morbos hujus avis recenſet a capite ad calcem, totidem fere quot hominis, & eosdem, ut accipiter etiam aphthis vexetur. Ut tamen etiam morbos ſibi proprios patiatur, vermes in oculo, lapides in ventriculo, ex quarumdam carnium uſu natos. Deinde medicamenta ſubjicit, ſimiliaque eorum, quæ homini eo in caſu dantur, ut ſæpe non habeatur ratio peculiaris in ave rapace ingenii, & malva detur ad alvum ſolvendam. Venam etiam in pede ſecat. Inter morbos recenſet accipitrem crebro bibentem, quem ex ARISTOTELIS lege putes, nunquam bibere. Emphyſema aqua gelida affuſa, & cute acicula compuncta, non male curat. Si penna fracta fuerit, alienam pennam in fractæ truncum adaptat, quam ſperat comprehenſuram.

Cum iſto libro alterum PETRUS GILLIUS edidit, ejusdem argumenti, quem perinde DEMETRIO tribuit, RIGAULTUS vero in Bibl. Reg. Pariſ. anonymum adſervari monet. Duriorem vocat GYLLIUS, brevior eſt, fere in formulis medicamentorum occupatur, & multa habet cum priori communia, nonnulla alia. GREGORII medicamentum citat, quod euphorbium recipit. Recudit Græce & Latine NICOLAUS RICAULT cum priori PARIS. 1612. 4.

(m) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 292.

Κυνοσοφιον η περι της των κυνον επιμελειας primus Latine vertit & Græce atque Latine edidit PHÆMONIS nomine ANDREAS AURIFABER, idque nomen in GESNERI *Bibliotheca* jam reperitur, WITTEBERG 1545. 8. Noviter Latine vertit GYLLIUS nepos, & cum prioribus libellis edidit LION 1562. 8. & DEMETRIO perinde tribuit. Idem RIGAULTUS Græce & Latine cum hieracoſophio reddidit: denique ANDREAS RIVINUS cum ſuis, RUDBERTI a MUSHAIM, & RIGAULTI notis LIPS. 1564. 8. & Latine T. JOHNSONUS cum libro *de re venatica.* LONDON 1700. 8. Brevis libellus, de hac vero veterinaria parte ex antiquitate ſolus ſupereſt. Vermem dicit ſub lingua, cui rabiem tribuit; ſanguiſugæ epotæ meminit, & aliqua miſcet ſuperſtitioſa.

Ορνεοσοφιον juſſu Imp. MICHAEL ſcriptum una Græce edidit RIGAULTUS, breve fragmentum, barbare ſcriptum, in quo genera avium nominibus nuperis diſtinguuntur, denique morbi etiam aliqui tanguntur. Eum MICHAELEM putes Ducam eſſe, doctum principem ſeculi XI.

Adjicit idem inficetam epiſtolam AQUILÆ SYMMANI & THEODOTIONIS ad R. PTOLEMÆUM, catalaunice, & Latine. Agit de falconum octo generibus, quatuor accipitrum. Deinde de morbis. Vitioſa ſæpe lectio.

Aliud ἱερακοσοφιον eſt in Bibl. Vindobonenſi apud LAMBECIUM L. VII. pag. 261. & *ornithoſophium* ibid. L. VI. p. 160.

In Bibl. ANT. AUGUSTINI erat LEONIS Imp. liber *de aucupio.*

Κυνοσοφιον exſtat in Bibl. Reg. Pariſ. n. 2246. & in Bibl. Vindobonenſi apud LAMBEC. L. VI. p. 119.

Ἱερακοσοφιον exſtat etiam in Bibl. Reg. Pariſ. n. 2246. Ita HALLER (n).

GERODIUS, cujus veterinaria a MATTHÆO SYLVATICO & SIMOne JANUENSI ſæpe citantur. HALLER (o).

Anonymi Græci aut Pſeudepigraphi *hippoſophium, ſ. liber de curandis equorum morbis* ſervatur in Bibl. Reg. Par. n. 2091.

Anonymi Græci aut Pſeudepigraphi *de curis boum ex diverſis auctoribus* eſt in Bibl. Medicea. Ita HALLER (p).

Script. Arab.

THABEB EBN KORRA EBN MERWAN (q) Sabeus, HARUNI Khalifæ medicus. Ejus *veterinaria* exſtat in Bibl. Reg. Pariſ. n. 1038. HALLER (r).

RHAZEUS. Ejus librum *de leonibus & eorum morbis.* CASIRUS pag. 300. recenſet. HALLER (s). V. *pag.* 265.

AVI-

(n) Ibid. pag. 322. (o) Ibid. pag. 328. (p) Ibid pag. 329. (q) Apud ABULFARAI p. 192. (r) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 352. (s) Ibid. pag. 364.

Scriptores Arabes.

Avicenna. In libris *de animalibus* Venet. 1508. fol. excuſis, caput eſt de animalium infirmitatibus. Haller (t). V. *pag.* 267.

Dhiaeddin Abdalla Ben Achmet al Magrebi Ben Beithar, ſive medicus veterinarius, Afer Malacutanus, Saladini aliquamdiu medicus, obiit anno 648. hegiræ. Vide apud Hallerum (u).

Abu Beker Ben Ali Bedr al Beithar, equitum magiſter Ægyptius, ſcripſit *kamel al ſanaa thain* ſ. veterinariam, cujus codex eſt in Bibl. Reg. Pariſ. Herbelot p. 246. 20. Haller (x).

Anonymi *de equorum morbis libri* III. exſtant in Bibl. Reg. Pariſ. n. 176. & 179. Haller (y).

Valentinus ex regia ſtirpe Aragonica. Ejus L. *de cavallo de las ſuas malatias e grand part de las curas de aquellas* Cod. MS. Vixiſſe a. 1443. Cap. de Villa teſtatur. Haller (z).

Anonymus incertæ ætatis *de practica equorum, avium* &c. eſt in Bibl. Bodleyana n. 3541. Haller (a).

Jean de Francieres, eques Melitenſis, ſcripſit *de l'art de fauconnerie.* Paris 1511. 4. ut putatur, Poitieres 1567. 4. cum aliis 1614. Paris. cum Fouilloux ibid. 1621. 4. 1628. 4. Haller (b).

Hieronymus Fracastorius in *ſympathia & antipathia* &c. luem contagioſam etiam boum horumque *Zungenkrebs* deſcribit. Haller (c). V. *pag.* 1525.

Laurentii Rusii *hippiatria ſ. mareſcallia, in qua præter omnium morborum ſaluberrima remedia* &c. Paris. 1531. fol. & 1532. fol. quæ editiones non differunt. Gallice cum titulo *la nouvelle marechallerie traduite par* Bernard du Puy Monclard prodiit Paris. 1556. 4. 1563. 4. Italice Venet. 1573.. Antiquioris veterinarii Hallero opus videtur, cum morbi in urbe Roma meminerit, ex quo intra unum annum 1301. milleni equi perierint, & codicem ex Bibliotheca J. a Lugduno ſe habuiſſe typographus moneat. Propria utcunque medicamenta proponit, non veterum exſcriptor; morbos vero a capite ad calcem recenſet. Quater in anno equo debere venam ſecari. *Cymorea* (*morve*) periculoſiſſimum malum eſſe. Vermis furens. Vermis *antecor* (avant cœur), morbus nobis notus, in quo humor putreſcat, qui ſit in cordis capſula, febris nempe acutiſſima. Setacea commendat.

In

(t) Ibid. pag. 392. (u) Ibid. pag. 403. (x) Ibid. pag. 405. (y) Ibid. pag. 421. (z) Ibid. pag. 461. (a) Ibid. pag. 486. (b) Ibid. pag. 499. (c) Ibid. pag. 522.

In Bibl. *Taurinenſi* T. II. dicitur de JORDANE RUSSI, cujus celebris ſit tractatus *delle malatie delli cavalli*, & cujus codex MS. in ea Bibliotheca ſervetur. HALLER (d).

MICHAEL ANGELUS BLONDUS. Ejus *de canum cura & venatione*. ROMÆ 1544. 4. HALLER (e). V. *pag.* 1532.

HIERONYMUS CARDANUS in *libris de ſubtilitate XXI.* NORIMBERG. 1550. fol. &c. & Gallice verſis PARIS. 1556. 8. Germanice BASIL. 1559. fol. in libro nempe XI. monet vitiliginem facile ab equis in homines tranſire, & veterinarios medicos inficere.

Idem *de rerum varietate* L. XVII. BASIL. 1557. fol. &c. in L. VIII. lues aliquas armentorum deſcribit, HALLER (f). V. *pag.* 374.

GUALTH. HERM. RYFF. Ejus *Luſtgarten der Geſundheit im Hausgemach*, *Viehzucht* &c. FRANKFURT 1546. fol. HALLER (g). V. *pag.* 6.

La medicina de' cavalli compoſta da diverſi antichi ſcrittori, e dal Greco tradotta. VENEZIA 1543. Fuerint veterinarii a RUELLIO editi. HALLER (h).

J. PHIL. ab INGRASSIA. Ejus *quæſtio de purgatione per medicamentum* &c. *Quod veterinaria medicina formaliter una eademque cum nobiliori hominis Medicina ſit, ex quo veterinarii quoque medici ad regiam protomedicatus jurisdictionem pertineant.* VENET. 1568. 4. Ducis de Medina Cæli accipitrem curandum receperat, cui crus fractum erat, & in deligando chirurgos direxerat. Ob hoc dedecus cavillos paſſus eos fuſe repellit. HALLER (i). V. *pag.* 6.

CONRAD. GESNER. Ejus *hiſtoriæ animalium L. I. de quadrupedibus viviparis.* TIGURI 1551. fol. Capita occurrunt etiam de morbis epidemicis armentorum. HALLER (k). V. *pag.* 350.

CAROLUS STEPHANUS, medicus, anatomicus, botanicus, vir doctus. Ejus eſt *præſidium ruſticum.* PARIS. 1554. 8. 1629. 8. ſæpe recuſum Gallice ibid. 1574. 8. 1668. 4. Germanice cum amplis augmentis, primum J. KIEBAULT, deinde M. SEBIZ ſenioris, tum GEORGII MARII & J. FISCHART prodiit ARGENT. 1576. fol. In hac editione L. II. reperias morbos equorum eorumque curationem. In L. XIV. medicinam accipitrariam. HALLER (l).

JEAN

(d) Ibid. pag. 535. (e) Ibid. pag. 519. (f) Ibid. T. II. pag. 18. (g) Ibid. pag. 57. (h) Ibid. pag. 68. (i) In *Bibl. chirurg.* T. I. pag. 195. Monere hic debeo: ubi in ſequentibus ſolum nomen HALLERI reperies absque citatione loci, ſcias ea eſſe ex ejuſdem *Bibliotheca chirurgica* depromta. (k) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 52. (l) Ibid. pag. 91.

JEAN VINCENT *receptes pour guérir les chevaux de toutes les maladies.* ANVERS 1557. 8. Ex Italico verſum opuſculum, non laudatur a VITTETO. Ita HALLER (m).

FRID. GRISONI. Ejus *ordine di cavalcar, e la natura dei cavalli.* PADOVA 1559. 8. VENEZIA 1561. 8. hic cum COLUMBA. Ita HALLER (n).

HIERONYMUS GABUCCINI, Faneſtris. Ejus *de comitiali morbo* L. III. VENET. 1561. 4. 1568. 4. Compilatio quidem hominis aſtrologicis ineptiis dediti. Aliqua bona. A THEODOSIO præceptore habet, in ovibus junioribus cavitatem intra ſinciput reperiri aqua plenam, quæ ovum capere poſſit, eam aquam in culpa eſſe, cur animal in gyrum circumeat. HALLER (o).

GUILIELMUS GRATAROLUS, Bergomenſis, ob religionem profugus. Ejus *de regimine omnium iter agentium, vel equitum, vel peditum, vel navi, vel curru, vel rheda.* PARIS 1561. 8. ARGENT. 1563. 8. COLON. 1571. 8. In L. I. etiam medicina equorum. HALLER (p).

AGOSTINO COLUMBA. Ejus *natura de' cavalli e le medicine appartenenti a loro.* VENEZIA 1561. 8. cum FR. GRISONI. Ita HALLER (q).

CLAUDIO CORTE di PAVIA. Ejus *il cavallerizzo, nel quale ſi tratta della natura dei cavalli* &c. VENEZIA 1562. 4. HALLER (r).

JEAN MASSE'. Ejus *l'art vétérinaire ou grand maréchallerie.* PARIS 1563.. HALLER.

ALFONSO de TORRES. Ejus *recapitulacion de los autores Griegos y Latinos que tratan de los cavallos ſos enfermidades* &c. TOLET. 1564. fol. HALLER (s).

FRANCISCO de REYNA, veterinarius. Ejus *libro de Albeiteria.* BURGOS 1564. 4. 1602. 4. COMPLUT. 1623. 4. 1647. 4. idem auctor, quem ajunt ſanguinis circulationem tradere. HALLER (t).

LAURENT. JOUBERT in libro *de peſte* LION 1567. 8. etiam ovium morbum habet, *la clavelée* dictum. HALLER (u). V. pag. 631.

NICOLO BELLI. Ejus *de marchi de' cavalli.* VENEZIA 1569. HALLER (x).

Zwey

(m) Ibid. pag. 120. (n) Ibid pag. 125. (o) Ibid. pag. 81. (p) Ibid. pag. 105. (q) Ibid. pag. 138. (r) Ibid. pag. 141. (s) Ibid. pag. 150. (t) Ibid. (u) Ibid. pag. 132. (x) Ibid. pag. 173.

Zwey nützliche Bücher von allerley Gebrechen, und Krankheiten, damit die Roſſe, Mauleſel &c. *geplagt ſeyn.* EGER 1571. fol. HALLER (y).

Remedies for diſeaſes of horſes. LONDON 1572. 4. HALLER (z).

FREDERICO GIORGI. Ejus *modo di conoſcere boni falconi, aſtori* &c. *di governarli, e di medicarli.* VENEZIA 1573. 8. 1622. 8. HALLER (a).

JOHANNES LIEBAULT, gener CAROLI STEPHANI, ejus *prædium* auxit, & cum titulo *agriculture ou maiſon ruſtique* iterato edidit PARIS. 1574. 8. ſæpe etiam Germanice verſum. Totum opus longe recedit a STEPHANI *prædio*, multoties amplius, antiquitatibus refectis. Deinde Germanica editio *fünfzehn Bücher vom Feldbaue* iterum quam Gallica multo plenior eſt ARGENTOR. 1588. fol. In L. I. morbi pecoris & equarum. L. XIV. de medicina accipitrum. HALLER (b). Confer *pag.* 1100.

JOHANNES FAYSER. Ejus *Bericht und Beſchreibung der bewährten Roſsarzney; erſtes Buch.* AUGSPURG 1576. fol. HALLER (c).

JACOB. HORST in L. *von den wunderbahren Geheimniſſen der Natur* &c. etiam animalia & eorum morbos habet. HALLER (d). V. *pag.* 1057.

Vieharzney. FRANKFURT 1578. 8. HALLER (e).

MICHAEL BAPST von ROCHLIZ. Ejus eſt *neues und nützliches Arzneykunſt und Wunderbuch wie Menſchen und Vieh geholfen werden kann.* MULHAUSEN 1590. 4. LIPS. 1592. 4. EISLEBEN 1596. & 1597. 4. 1604. 4. tres partes. Paracelſicis hypotheſibus addictus & aſtrologiæ, miracula rerum undique compilat, admiſcet, nullo ordine ſervato, collectis medicamentorum formulis. HALLER (f).

Ordine di cavalcar e modi di conoſcer le nature dei cavalli e per far eccellenti razze. VENEZIA 1590. . HALLER (g). An opus eſt FRID. GRISONI? Confer *pag.* 1641.

GUIL. FABRICIUS. In ejus *poſthumis codicibus*, in tribus nempe voluminibus, quæ in Bernenſi Bibliotheca ſervantur, HENRICUS SCHOBINGER beſtias & urinariis calculis eſſe obnoxias & felleis. HALLER (h). V. *pag.* 274.

DIOMEDES CORNARIUS in *hiſtoriis admirandis* habet etiam luem bubulam. HALLER (i). V. *pag.* 1440.

ULYSSES ALDROVANDUS in inmenſa *collectione* . . . . ſua morbos etiam pecorum habet, & in *metallotheca* calculos boum ſuumque. HALLER (k). V. *pag.* 400.

CARO-

(y) Ibid. pag. 184. (z) Ibid. pag. 188. (a) Ibid. pag. 190. (b) Ibid. pag. 192. (c) Ibid. pag. 207. (d) Ibid. pag. 215. (e) Ibid. pag. 219. (f) Ibid. pag. 292. (g) Ibid. pag. 293. (h) Ibid. pag. 305. (i) Ibid. pag. 154. (k) Ibid. pag. 331.

CAROLUS RUINI. Ejus *delle infermità del cavallo ſ. liber ſecundus anatomes equi.* BOLOGNA 1598. 4. VENEZIA 1599. fol. Veterinariam continet. HALLER (l).

CASP. REUSCHEL. Ejus *hippopronia Bericht von Art und Eigenſchaft der Pferde von derſelben Zufällen und Krankheiten.* STRASBURG 1599. fol. HALLER (m).

MAGNUS SEUTER (MANGEN SEUTER). Ejus *Buch von der Roſs-arzney ſo von vielen Kunſtbüchern von allerley Gegenden in Ordnung gebracht worden.* AUGSPURG 1599. fol. HALLER (n).

Hippiatrique, ou traité de cauſes des maladies des chevaux. PARIS 1601. 8 HALLER.

CHARLES d'ARCUSIA Sr. d'ESPARRON. Ejus *la fauconnerie en IV. livres.* PARIS 1605. 8. quæ editio tertia eſt, tum 1615. 4. ROUEN 1644. 4. Viri nobilis & experti opus. Non invenio, inquit HALLERUS, aves rapaces, ut erudiuntur, in delirium conjici, valde enim monet noſter, ut blande tractentur, quo dominum ament. Morbi, ſcholaſtice ſecundum quatuor elementa dicti: numeroſi cæterum; eos inter calculus cretaceus internam faciem inteſtini obſidens. Vermes teretes, quos naturales putat eſſe & congenitos. Purgatio avium, vomitus, pilulæ variæ. Catarrhus malignus a naribus ad pulmones decidens: emphyſema per univerſum corpus diffuſum. Accipitris educatio & morbi. In adjecto opuſculo P. de LUSEREY de accipitris (*autour*) etiam morbis aliqua. Ita HALLER (o). Morbos etiam chirurgicos habet & aliquas mirificas curationes. Naribus obſtructis medetur perforata cute inter oculum & roſtrum, & traducto ſetaceo. Venæ pedum ut bis ligatæ reſecentur. Fracturæ, ad eas ferulæ ex ramis pineis novellis. Pennæ ruptæ ut inſitione reparentur. Unco extractum concrementum ventriculum replens. Emphyſema totius corporis inciſionibus ſublatum. Ventriculum incidit & conſuit. HALLER.

J. GEORG. SCHENK. V. pag. 434.

GIOVANNI ANT. CITO. Ejus *di conoſcer le infermità del cavallo.* VENEZIA 1508. (forte 1608.) 4. HALLER (p).

GEORG. MARKHAM. Ejus *cure of all the diſeaſes incident to horſes.* LONDON 1610. 4. Annon idem *the Engliſch farmer or remedies for all diſeaſes in horſes.* LOND. 1649. 8. HALLER (q).

BALTHASAR SCHNURR. Ejus *Kunſt und Wunderbuch Schazkammer menſchlicher Geſundheit.* FRANKFURT 1611. 4. 1626. 8. 1635. 8. 1643. 4. 1654. 8. 1666. 4. 1690. 4. Ita HALLER. In hoc opere reperio etiam libellum de arte veterinaria: *Roſs-Büchlein; etliche ſchöne Regeln und Stück.* Agit etiam de venatione, de morbis canum.

(l) Ibid. pag. 332. (m) Ibid. pag. 335. (n) Ibid. (o) Ibid. pag. 378. (p) Ibid. pag. 404. (q) Ibid. pag. 414.

JAC. AUGUSTUS THUANUS. Ejus *de re accipitraria* L. III. PARIS. 1612. 4. a NICOLAO RIGAULT editi. HALLER (r).

NICOLAUS RIGAULT edidit PARIS. 1612. 4. collectionem cum titulo ἱερακοσοφιον, *ſ. rei accipitrinæ ſcriptores*: Κυνοσοφιον *de cura canum*. Ea collectione continentur duo ἱερακοσοφια, olim a GYLLIO edita, tum Ορνιθοσοφιον *l. de cura avium* Græce Latine, porro liber Catalaunicus *de falconum & accipitrum generibus* cum Latina verſione, demum J. AUGUSTI THUANI libri III. *de re accipitraria*, quo etiam carmine avium morbi continentur, & FRACASTORII ALCON, *ſ. de re venatica*. Ita HALLER (s). Confer *pag*. 1637.

J. B. DESASSIX. Ejus *avertiſſement ſur les morts de bêtes malades & maladies veneneuſes, lesquelles ont cours en ce royaume*. PARIS 1612. 8. HALLER (t).

Pratique de chevaux. LION 1712. 12. HALLER (u).

FLORIANO CANALI. Ejus *ſecreti univerſali raccolti ed experimentati — rimedii per tutte le infermità de' corpi umani . . . . de' cavalli, bovi, e cani*. VENEZIA 1613. 8. 1645. 8. 1677. 8. HALLER (x).

Cheap and good husbandry for the ordering of beaſts fowls and the cure of their diſeaſes. LONDON 1614. 4. HALLER (y).

HORACE de FRANCINI. Ejus *hippiatrique, ou traité des cauſes des maladies du cheval tant internes qu' externes & le moyen de les guérir*. PARIS 1619. 4. HALLER (z).

RENE' de MAON. Ejus *practique des cavaliers*. LION 1619. 12. PARIS 1651. 4. HALLER (a).

S. AULAIRE. Ejus *fauconnerie*. PARIS 1619 4. HALLER (b).

PIERRE HAMONT *dit* MERCURE. Ejus *miroir de fauconnerie ou inſtruction pour nourir, dreſſer toute ſorte d'oiſeaux, connoître les maladies & remedes pour les guérir*. PARIS 1620. 8. 1625. 8. 1641. 8. HALLER (c).

BARET. Ejus *de la connoiſſance des chevaux, jugement de leurs maladies & remedes d'icelles*. PARIS 1623. 8. 1666. 8. HALLER (d).

J. B. v. HELMONT in *opuſculis propriis* COLON. 1644. 8. in tract. *de ignoto hydrope*, lapillos verno tempore in boum hepate frequentes concreſcere. HALLER (e). V. *pag*. 439.

ANTOINE de PLUVINEL. Ejus *medecine des chevaux*. PARIS 1625. fol. Germanice ARNSTADT 1652. 8. ARGENT. 1658. 8. FRANKFURT 1670. fol. LEIPZIG 1696. 8. HALLER (f).

CASPAR

(r) Ibid. pag. 428. (s) Ibid. pag. 427. (t) Ibid. pag. 429. (u) Ibid. (x) Ibid. pag. 434. (y) Ibid. pag. 441. (z) Ibid. pag. 487. (a) Ibid. pag. 488. (b) Ibid. (c) Ibid. pag. 494. (d) Ibid. pag. 515. (e) Ibid. pag. 518. (f) Ibid. pag. 541.

CASPAR COLLART. Ejus *recueil & abregé contenant les qualités de toutes les parties de la bouche du cheval & les receptes pour ſes mala-dies.* BRUXELL. 1627. 12. HALLER (g).

Du MESNIL. Ejus *art de la maréchallerie.* PARIS 1628. 4. HALLER (h).

SIMON PAULI. Ejus *anatomiſches, mediciniſches Bedenken über ein anatomirtes königliches Reitpferd.* HAFNIÆ 1672. 4. 1674. Spaſmo perierat equus regius. Vermes inter inteſtina reperti, & calculus in inteſtino, lien mollis, hepar permagnum, lividum. In ventriculo vermes, in pyloro durities cartilaginea. Cor durum, flavus in celluloſa tela muſculorum ichor, glandulæ ſub axillis friabiles. De tetano & ſpaſmo equis ex amputatione ſupervenientibus. De nimiæ ligaturæ noxis. HALLER (i). V. *pag.* 773.

THEOD. TURQUET de MAYERNE in *Phil. Tranſ.* n. 193. agit de canum morbis. HALLER (k). V. *pag.* 1016.

J. PRÆVOT. Ejus *conſilia aliqua medica* exſtant cura G. H. WELSCHII in *conſiliorum centuria* IV. ULM. 1676. 4. in iis memorabile ejus eſt teſtimonium de lue a bobus Pannonicis in ITALIAM adducta, pulmonibus adfectis cum cibi faſtidio. HALLER (l). V. *pag.* 1015.

THOM. BARTHOLINUS. Ejus *de unicornu obſervationes novæ.* PATAV. 1641. 8. recuſæ filii cura redierunt AMSTERD. 1678. 12. Etiam equi cornuti: collectio eorum, quæ de cornubus unquam dicta ſunt.

Idem in *obſervat. anatom. centuria* VI. h. 91. Cerebrum bovis lapideſcens.

Ejus *carmina varii argumenti* HAFNIÆ 1669. 8. Inter ea etiam in aves, animalia.

Idem in *Actis Hafnienſ. Vol.* I. *obſ.* 11. Equus regius, qui ob vermes in ventriculo nidulantes, ſpaſmo cynico perierat. *Obſ.* 33. ſphacelus cerebri in bove. HALLER (m). V. *pag.* 23.

J. B. SITONI in *jatroſophiæ* &c. Parte I. de morbis etiam veterinorum agit. HALLER (n). V. *pag.* 1570.

JOH. SCULTETUS in *centuria obſervationum* &c. In ove vertigo; cujus cauſa in hydatide, cerebrum inter & piam meningem, reperta eſt. HALLER (o). V. *pag.* 877.

F. CARCANO. Ejus *arte del ſtrucciaro con il modo di conoſcer e medicar i falconi.* MILANO 1645. 12. HALLER (p).

GIORGIO GIORDANI. Ejus *prattica di medicar i cavalli.* LIVORNO 1646. 8. HALLER.

 JEAN

(g) Ibid. pag. 551. (h) Ibid. pag. 565. (i) Ibid. pag. 573. (k) Ibid. pag. 359. (l) Ibid. pag. 590. (m) Ibid. pag. 653. (n) Ibid. pag. 674. (o) Ibid. pag. 702. (p) Ibid. pag. 706.

JEAN JOURDAN. Ejus *veritable connoiſſance du cheval, ſes maladies & remedes.* PARIS 1647. fol. HALLER (q).

ANT. le PLUVINEL. (Idem qui *pag.* 1644.) & STEPHAN. BRACCIOLINI *Zwey Bücher auserleſener und bewährt gefundener Roſsarzney* ex Gallico verſa ARNSTADT 1652. 8. ARGENT. 1658. 8. FRANKFURT 1670. fol. LEIPZIG 1696. 8. HALLER.

SEBAST. SCARABICIUS. V. *pag.* 452.

GUILIELMUS CAVENDISH, Marquis in Newcaſtle. Ejus *general ſyſtem of horſemanship.* LONDON 1657. fol. 1743. fol. & alias. (Germanice NÜRNBERG 1764. fol. cum 82. iconibus). Morbos equorum tractat. HALLER.

FOUQUET. Ejus *l'art de monter à cheval, avec les remedes les plus efficaces pour les maladies de chevaux.* PARIS 1664. 8. HALLER.

R. LOWER in BIRCHII diario T. II. & anno 1667. agit de vitio oculorum in equis, appendice nempe exuberante tunica uveæ. HALLER.

In eodem BIRCHII diario T. II. a. 1668. refertur de rene in cane inciſo & deſtructo, ut integre ſanaretur. HALLER.

CLARKE in BIRCHII diario a. 1670. refert de calculo 22. librarum ex utero vaccæ exciſo. HALLER.

J. NIC. PECHLIN in *obſervationum* &c. L. II. pag. 221. equos Calmucorum & Hungarorum ſibi ipſis ſanguinem morſu educere. HALLER (r). V. *pag.* 37.

LUCAS SCHROECKIUS. V. *pag.* 38.

J. SOLEYSELIUS. Ejus *parfait maréchal.* GENEV. 1677. 4. PARIS 1698. 4. Morbos habet etiam chirurgicos. Ejus operis vitia recenſet VITTET. Ita HALLER.

MARTINUS LISTER. V. *pag.* 462.

WINKLER in BIRCHII diario a. 1682. & in *Phil. Tranſ.* n. 145. agit de cancro linguæ, frequente equorum & armentorum malo. HALLER.

H. P. M. D. in *collectionibus philoſophicis* n. 7. (a. 1682.) agit de calculo maximo, reperto in veſica urinaria equi, pondere librarum quinque. HALLER.

Apud BIRCHIUM a. 1684. refertur de cane, qui convaluit, poſtquam ei non exigua pulmonis particula exciſa fuerat. HALLER.

GEORG. SIMON WINTHER. Ejus *hippiater expertus, ſ. medicina equorum abſolutiſſima.* NÜRENBERG 1685. 4. Germanice *wohlerfahrner Pferd-*

(q) Ibid. pag. 718. (r) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 4. *nota* (d).

Pferdarzt, welcher lehret, wie man der Pferde complexion, Natur, und Alter erkennen, und alle Krankheiten curiren ſolle; mit Kupfern. Ibid. 1757. 8. 1722. 8. De vulneribus, tumoribus, fracturis, luxationibus. HALLER.

GEORGIUS HELMHART v. HOCHBERG. V. pag. 58.

L'ecuyer François, la ſcience de connoitre les chevaux & de guérir leurs maladies. PARIS 1694. 8. HALLER.

GUILIELMUS COWPER in *Phil. Tranſ.* n. 208. canum vulnera etiam absque medicamento ſanari. HALLER. V. pag. 67.

JOH. WALLIS in *Phil. Tranſ.* n. 219. retulit de equo, cui ventriculus perforatus fuerat, facile ſanato. HALLER.

MART. BOEME. Ejus *neues Buch von bewährten Roſsarzneyen.* LEIPZIG 1697. 8. HALLER.

CHARLES (vel JAQUES) CESAR BAUDELOT. Ejus *lettre ſur une pierre trouvée dans un cheval.* PARIS 1700. 8. Calculus maximus, funeſtus, inteſtinum equi replens. HALLER.

J. V. V. N. P. C. *bewährtes Ros-Arzneybuch.* HANOVER und WOLFENBÜTTL 1697. 8. HALLER.

HERVIEUX. V. pag. 717.

ANTONIUS VALISNIERI. V. pag. 473.

Hausbuch von Viehzucht handlend, allen Hausvättern und Hausmüttern ſehr nützlich; 2. Theile. NÜRNBERG 1710. 8.

JACOBUS VERCELONI. Ejus *de glandulis œſophagi conglomeratis & humore vero digeſtivo.* ASTÆ 1711. 4. huc referas, cum de ſtrumis ulceroſis & verminoſis agat, quæ canibus frequenter ſunt moleſtæ. HALLER.

Der wohlerfahrne Roſsarzt der durch ſeine glückliche Curen ſich bekannt gemacht hat . . . . (NÜRNBERG vel LEIPZIG) 1712. 4. absque loco. HALLER.

J. WALTHER. Ejus *bewährte Roſs - und Vieharzney.* LEIPZIG 1715. 8. HALLER.

Der wohlbeſtellte Meyer d. i. heilſame Mittel wider alle Seuchen des Viehes. NÜRNBERG 1715. 8. HALLER.

J. V. *approbirtes Roſsarzneybuch.* WOLFENBÜT. 1716. 4. HALLER.

VAL. TRICHTER. Ejus *Pferd-Anatomie oder Roſs-Arzneybuch.* 2. *Theil.* NÜRNBERG 1716. 8.

CHR. TROSTLÖWE. Ejus *Anleitung zu der wahren Roſsarzney.* BUDINGEN 1717. 8. HALLER.

ABR.

Abr. Frid. (vel Wilh.) Kraft. Ejus *der ſo wohl Menſchen als Vieh grauſamer Thiere Ausrottung.* Nürnberg 1717. 8. Si huc facit. Haller.

Gregor. Gerhardi. Ejus *vollſtändiges Roſsarzneybuch.* Nürnberg 1721. 12. Haller.

J. Fuchsens *vollkommenes Roſsarzneybuch.* Leipzig 1721. 8. Haller.

Gibson. Ejus *farriers guide.* London 1721. 8.

Ejus *method of dieting horſes.* Ibid. 1721. 8. Diverſum putat Hallerus eſſe ſcriptorem ab eo, qui de equorum morbis ſcripſit.

J. Jac. Scheuchzer. Ejus *vom fliegenden Zungenkrebs einer Viehſeuche.* Tiguri 1732. 4. De ulcere linguæ depaſcente, quod eraſum facile curatur. Haller. V. *pag.* 97.

Olaus Bromel in *Actis Litterariis Suecicis* a. 1725. agit de calculis animalium, equorum, boum, & de cerebro bovis oſſefacto. Pergit idem a. 1726. & calculos renales veſicales, ſalivales & alios deſcribit. Haller.

Paulus Dudley in *Phil. Tranſ.* n. 398. refert de magno inteſtini calculo. Haller.

Joseph. Gall. Lucan. Ejus *neues und wohleingerichtetes Roſs- und Arzneybuch.* Leipz. 1728. 8. Haller.

Benedictus Duddell. V. *pag.* 1294.

Jacob Gabr. Stallmeister *höchſtnützlicher Vorrath von allerhand bewehrten Roſsarzney-Mitteln.* Nürnberg 1730. 8.

Garsault. Ejus *anatomie générale du cheval.* Paris 1732. 4. 1755. 4. &c. Morbos etiam habet chirurgicos, *farcin*, *morve*, tumores varios, vulnera, contuſiones, aneuryſmata, fracturas, luxationes, cariem &c., machinas, quibus medicus veterinarius utitur, medicamenta. Haller.

J. H. Matthæus Hodſon ingleichen Holled Willis, Hodſon, Robinſon, Holden, Thom. Embſon, Roper. Medrolf und Nath. Shaw engliſcher Stallmeiſter und bewährter Roſsarzt überhaupt. Leipzig 1732. 8. Haller.

Albertus de Haller. Ejus *de lue bovilla agri Bernenſis commentatio.* Götting . . . . 4. V. *pag.* 112.

Henricus Braken. Ejus *farriery.* London 1743. 12. Haller. V. *pag.* 1166.

Joh. Nicol. Textor, medicus Hallenſis. Ejus *Verſuch wie die giftige anſteckende Viehſeuche unter Hornvieh und Pferden zu curieren.* Carlsruhe 1739. 4.

Ejus

Ejus *vernunft- und erfahrungsmäſſiger Bericht wie die giftig anſte-ckende Viehſeuche unter dem Hornvieh und Pferden wohl erkannt, präſer-virt und curirt werden können.* STUTTGARD 1764. 8. (CARLSRUHE 1768. 8.) MEUSEL.

GOTTWALD SCHUSTER. Ejus *der im Felde und auf der Reiſe ge-ſchwind heilende Pferdarzt.* BERLIN 1767. 8. eſt editio ſecunda. HALLER. V. *pag.* 119.

De la GUERINIERE. Ejus *manuel de la cavalerie, où l'on enſeigne la maniere de dreſſer les chevaux, leurs maladies & leurs remedes.* PARIS 1740. 8. 3. vol. La HAYE 1742. 8. HALLER.

DELCAMPS. Ejus *connoiſſance parfaite des chevaux.* PARIS 1741. 8. HALLER.

W. WATSON in *Phil. Tranſ. n.* 475. retulit de lapide non modico in equi ventriculo reperto, in quo ſalem ammoniacum analyſis deprehendit. HALLER.

GOTTL. HEINR. KANNEGIESSER. Ejus *Unterricht von der im Holſteiniſchen graſſierenden Hornviehſeuche.* KIEL 1745. 8. MEUSEL. V. *pag.* 124.

GEORG. AUG. LANGGUTH. Ejus *de recuperanda Medicinæ veteri-nariæ prima dignitate.* WITTEBERG 1765. 8.

Ejus *de morbo boum adhuc epidemice graſſante.* Ibid. 1765. 8. MEUSEL. V. *pag.* 720.

Pferdarzt oder Mittel vor allerhand Pferdkrankheiten. LEIPZIG 1746. 8. HALLER.

JOH. FÜRSTENAU. Ejus *kurze Einleitung zur Haushaltungs- und Vieharzneykunſt, oder vernünftige Gedanken von unvernünftigen Haushal-tungsthieren.* WOLFENBÜTTEL 1747. 8.

W. BOURDON. Ejus *maréchal de poche du cavalier ... remedes qui conviennent dans les maladies & accidens.* La HAYE 1748. 8. ex Anglico verſum opus. HALLER.

Roſsarzneybuch oder bewährter Gegentheil wider alle Krankheiten der Pferde. BERLIN 1748. 8. HALLER.

De la FOSSE, pater. Ejus *traité ſur le véritable ſiege de la morve des chevaux.* PARIS 1749. 8. Anglice, cum titulo *of the glanders in horſes,* H. BRACKEN vertit LONDON 1751. 8. Germanice HALÆ 1752. 8. Mor-bum funeſtum & incurabilem reſidere unice in membrana pituitaria, cujus ulcus ſit: poſſe & in ſepto narium ſedem eſſe, & in ſinu maxillari aut fron-tali, aut in oſſibus turbinatis, demum in glandulis nonnullis equo propriis: eſſe ubi in pulmonibus reſideat. Veram curationem poni in perforatione narium, inter mediam lineam & angulum oculi internum, tum in alia tere-bratio-

bratione in fine ſinus maxillaris. Idonei liquores in nares injiciuntur. Subinde neceſſe eſt, ſeptum ſinus maxillaris perforare.

Ejus *obſervations & decouvertes faites ſur les chevaux avec une nouvelle pratique de la ferrure.* Ibid. 1754. 8. Germanice HALÆ 1759. 8. Exemplum laceratorum tendinum a terrore. Inflammatio ſoleæ carnoſæ. Callum renaſcentis & conferventis tendinis vidit. Vulnera. Demum de morbo *la morve* agit. Sanum equum experiendi cauſa eo morbo infecit, dum inficientem liquorem in ejus naſum inpulit. Oriri a frigore ſubito. De leviori morbo catarrhali *la Gourme*, qui & ipſe & ad ulcera pertineat, & egeat inciſione. Ulcus ad diviſionem aſperæ arteriæ. Experiendo didicit a pulvere lycoperdi ſanguinis jacturam, etiam cum arteriæ vulnere, ſubprimi.

Idem in *Mem. des ſav. étrang.* T. IV. agit de tumore in pede equi, quem male ſoricis morſui tribuant, & quem inciſione curat. HALLER.

MATTHÆUS von HODSON. Ejus *der engliſche Stallmeiſter und bewährte Roſsarzt, welcher von den Eigenſchaften, Urſachen und Curen aller und jeder Krankheiten, die bey Pferden vorfallen, Unterricht giebt.* LEIPZIG 1749. 8. 1756. 8. Confer *pag.* 1648.

NIGROSILI *Gedanken von der Viehſeuche.* LEIPZ. 1749. 8.

J. GEORG. LEOPOLD. Ejus *Einleitung zu der Landwirthſchaft.* SORAU 1750. 4. Morbos huc revoces pecoris, vertiginem ab arietum concuſſis frontibus natam, hernias boum, placentulas in utero vaccarum reſides, caſtrationem. HALLER.

J. STAAR, M. D. in *Phil. Tranſ. n.* 494. refert de equo a rabido cane demorſo, hydrophobo, rabido. HALLER.

GUILIELMUS GIBSON, chirurgus, alius, ut putat celeberr. HALLER, a veterinario ſuperius dicto (*pag.* 1648.) Ejus eſt *a new treatiſe on the diſeaſes of horſes.* LONDON 1751. 4. Morbi equorum. Inteſtinum laxius nonnunquam rumpi, aut ventriculum. Hernias raras eſſe. De *farcys*, duris venarum nodis. *Boneſpavin* eſt coacti humoris articulorum tarſi induratio. *Bloodſpavin* eſt varix. In vulneribus turundæ perinde nocent ut in homine. Morbum *Glandels* (Rotz) raro curari. Herniam, etiam coli, in equo vidit. A vulneribus herniæ ventrales. HALLER.

The travellers pocket farrier or a treatiſe upon the diſtempers and common incidents to horſes on a journey. LONDON 1751. 8. HALLER.

VICENZO PERALES. Ejus *tirocinio veterinario.* MODENA 1751. 8.

Ejus

Ejus *lettera apologetica in difeſa del tirocinio veterinario.* RIMINI 1757. 8. HALLER.

J. BRIDGES. Ejus *no foot no horſe.* LONDON 1752. 8. HALLER.

T. de GREY. Ejus *expert farrier.* LONDON 1752. 4. HALLER.

DANIEL GOTTFRIED SCHREBER, ex œconomicis ſcriptis notus, non quidem chirurgus, vertit tamen la FOSSII opus, & edidit cum titulo: *Abhandlung von dem wahren Sitze des Rotzes in den Pferden* HALÆ 1752 8. & recuſ. in *Samml.* IV. *St.* 175). 8. Varia addidit. Morbum *der Rotz* poſſe absque trepani uſu curari, quoties humores nondum nimis corrupti ſunt, neque cauſæ mali terebram mederi, eam eſſe in cacochymia. Veteres & ABSYRTUM hoc malum deſcripſiſſe, ſedem ipſam D. GARSAULT dixiſſe. Varia medicamenta veterinaria ad glandulas induratas, alia mala.

Ejus verſio libri alterius la FOSSII *neue Entdeckungen an Pferden zum Behuf der Armeen, Landwirthe und Huffſchmiede.* HAL. 1759. 8. Male vir ceterum Cl. hic la FOSSIUM tuetur, cum certum ſit ACHILLIS tendinem in calcaneum, eum vero quem la FOSSIUS Achilleum vocat, in externum digitum inſeri, qui certo ſit in equo unicus. Addit SCHREBERUS diſſ. de morbo *der Rotz*, adverſus quem medicamenta mercurialia laudat, & teſtatur fuiſſe eo ſanatum equum. Ceraunium lapidem ad mala equorum laudat, improbabile conſilium. Eſſentia caſtorei pro certo remedio ad morbum *des verſchlagen.* Lapis viridis ex ærugine, ſale ammoniaco & alumine factus, ad ulcera equorum. Ita HALLER.

Der nach mediciniſchen Lehrſätzen ſicher und gewiſs curierende Pferdarzt, das iſt, wie alle innere, und äuſſerliche Krankheiten der Pferde bald, ſicher und auf unfehlbare Weiſe zu heben. LEIPZIG 1752. 8. 1757. 8. 1770. 8. Iſta quarta eſt editio. Ante aliquot annos magni momenti in arte veterinaria habitum opus brevi forte, ob tantam nunc hominum ubique ad ſtudia ejuſdem artis incumbentium ſolertiam, inutile reddetur. Putat auctor equos morbis iiſdem prorſus ac homines infeſtari. Ita in *deutſch. allg. Bibl.* 15. *Band.* 1. *St.* pag. 208.

Lettera d'un coochiere ad un ſuo figlio. . . . . avertimenti neceſſari per eſſercitar con lode la propria arte. RIMINI 1753. 8. HALLER.

EISENBERG. Ejus *de perfectione & vitiis equorum . . . .* Editionem primam ignorat HALLERUS. Italice prodiit FLORENT. 1753. fol.

J. B. MONTANUS in *conſult. med. conſ.* 27. 28. de ulcere pedum. WALTH. V. *pag.* 424.

JODOC. LOMMIUS in *med. obſervat.* L. II. pag. 242. (i) de ulceribus. WALTH. V. *pag.* 425.

ANTON. CHALMETHÆUS in *enchiridii chirurgici* &c. L. III. cap. 1. &c. de variis ulceribus. WALTH. V. *pag.* 274.

HIERONYM. CRASSUS. Ejus *de ulceribus.* VENET. 1566. 4. HALLER. V. *vulnera capit.*

GEORGIUS PHÆDRO, Paracelſicus homo, ob peſſimum teſtimonium C. GESNERI HALLERO notus. Ejus *opuſcula*, *inter quæ Chirurgia minor, ſ. omnium ulcerum perfectæ curationis methodus.* BASIL. 1562. 4. FRANCOF. 1621. 8. HALLER. Confer *pag.* 387.

J. ANTO-

(i) Edit. FRANCOF. 1643. 8.

J. Antonius Foglia. Ejus *de faucium ulceribus.* Neapoli 1563. 4. 1635. 4. Si idem, quem A. a Cruce Fogliatum vocat, eſt inter præcipuos ejus ævi chirurgos. Libellus ipſe potius ad clinicam pertinet, morbumque malignum anginoſum. Ita Haller.

Gabriel Fallopia, vulgo Fallopius dictus, pagus enim a quo nomen habet *Falloppia* dicitur, & Falloppia gens Mutinenſis, cujus Tassonus in *culeo capto* meminit. Noſter Mutinenſis, Profeſſor Patavinus, magnus inciſor fuit, qui anno 1563. præmatura morte ex pleuritide obiit (k). Chirurgiam cum laude exercuit (l), & calculum etiam ſecuit (m). Sed ea fuit magni viri infelicitas, ut chirurgica ejus opera poſt mortem demum auctoris a diſcipulis edita fuerint, plerumque deformata. Primi excuſi ſunt *de ulceribus & de tumoribus præter naturam libri* II. Venet. 1563. 4. continuo a morte Fallopii. Librum *de ulceribus* multo emendatiorem & pleniorem reddidit Bruno Seidel & edidit Erford. 1577. 4. Prælectiones ſunt anni 1557. Multa tamen bona ſuaque habet. Nihil magis repellere, quam faſciarum uſum. Aërem Piſanum, Mantuanum, Ferrarienſem ulceribus inimicum eſſe, favere Patavinum. Ægyptiacum optimum eſſe medicamentum, magisque ſiccans, ſi pompholygem addideris. Eſcharoticum laudat, in quo cum argento ſublimato opium miſcet & ceruſſam. Arſenico etiam utebatur, idque commendat. Ulceribus malignis aquam puram aut mineralem in ſpongia adhibet. Non debere ulcera quotidie detegi, ſufficere, ſi die tertio & quarto. Phagedænicum ulcus aqua aluminoſa eluit. Haller.

Leonardo Fioravanti. Ejus *compendio dè ſecreti medicinali.* Venezia 1571. 8. 1591. 8. &c. Germanice Darmstadt 1624. 8. In L. I. de ulceribus agit. Haller. V. *pag.* 9.

Joh. Fragosus in *Chirurgia univerſal* agit etiam de ulceribus. Haller. V. *pag.* 9.

J. Andr. della Croce in *Chirurgiæ* L. III. de ulceribus. Haller. V. *pag.* 10.

Franciscus Arcæus *de recta curandorum vulnerum ratione* &c. præter vulnera etiam ulcera tangit. Haller. V. *vulnera.*

Joh. Banister. Ejus *a needfull new and neceſſary treatiſe of Surgery briefly comprehending the general and particular curation of ulcers.* London 1575. 8. Haller. V. *pag.* 10.

Victor. Trincavellus in *enchirid. med.* L. III. cap. 13. de curandis ulceribus, quibus ſupercreſcit caro inutilis. Walth. V. *pag.* 378.

Adam

(k) Ita Haller in *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 143. (l) Guilandin *papir.* p. 25. (m) Thoner L. VII. *obſ.* 4.

ADAM BODENSTEIN a CARLSTAD. Ejus *heimlicher Rathſchlag zu curieren Peſtilenz, Bruſt Geſchwür.* BASIL. 1576. 8. HALLER.

MATTHIAS NARVATIUS in *ſylva ſententiarum* &c. etiam ad ulcera. HALLER. V. *pag.* 10.

LAURENTIUS JOUBERT in tract. *de affectibus pilorum* &c. agit quoque de faucium ulceribus. HALLER. V. *pag.* 631.

JOH. RIOLAN in *general. med. method.* Sect. III. cap. 2. de ulceribus. WALTH. V. *pag.* 378.

PETR. de la MER & J. de GAYETTE *E. ulceris curatio ſiccatio.* PARIS 1577. 4. HALLER.

TANEQUIN GUILLEAUMET. V. *vulnera.*

JUST. ORTLOPH. MAROLDUS in *practica medica* &c. pag. 326. ad ulcera varia. WALTH. V. *pag.* 379.

HIERONYM. RUBEUS in *L. de deſtillatione* Sect. III. ad ulcera maligna. WALTH. V. *pag.* 381.

PETRUS FORESTUS in *obſervationum* &c. L. XXVI. & XXVII. ulcera partium genitalium. HALLER. V. *pag.* 381.

EUSTACH. RUDIUS in *artis medendi* &c. *de externis curandis* L. I. cap. 1. &c. de variis ulceribus. Cap. 17. ad ulcera fiſtuloſa & calloſa injectiones ex unguento Ægyptiaco, ſublimato, & lixivio laudat. WALTHER.

Ejus *de ulceribus libri tres.* PATAV. 1602. 4. Ad veterum undique ſaporem, nulla cum ſua adnotatione. HALLER. V. *pag.* 382.

HIERONYM. CAPIVACCIUS in *conſil. med. conſ.* 47. de crurum ulceribus. WALTH. V. *pag.* 382.

ALEXAND. MASSARIA in diſp. *de ſcopis mittendi ſanguinem* &c. de ulceribus etiam nonnulla habet. HALLER. V. *pag.* 1502.

FELIX PLATERUS in *obſervationibus* &c. ulcera varia etiam faucium, partium genitalium. HALLER. V. *pag.* 385.

HIERONYM. FABRICIUS in *prælect. chirurg.* L. III. de ulceribus.

Idem in *pentateuchis* &c. ulceribus ferrum ignitum ſed varie temperatum admovet. Cauſtica medicamenta non amat. HALLER. V. *pag.* 302.

GUIL. FABRICIUS in *obſervat. chirurg. centuria* III. *obſ.* 39. ex ulcere cruris empyrice curato pleuritis lethalis. WALTH. V. *pag.* 274.

NIC. ABRAHAM. FRAMBESARIUS in *canon. & conſult.* pag. 602. de cura ulcerum. WALTH. V. *pag.* 14.

Barthol. Hierovius. V. pag. 15.

Durant. Scacchius in *ſubſidii Medicinæ* &c. L. IV. agit etiam de ulceribus. Haller. V. pag. 15.

Jul. Cæs. Claudinus in *conſult. & reſponſ. conſ.* 72. de ulceribus fiſtuloſis cum oſſis corruptione. Walth. V. pag. 386.

Idem *de ingreſſu ad infirmos* L. II. cap. 32. quæ ulceribus conveniunt. Walth. V. pag. 1502.

Petr. Matth. Rossius in *conſult. & obſervat. obſ.* 7. ulcus ſordidum. *Obſ.* 8. ulcus corroſivum. *Obſ.* 9. ulcus ſinuoſum. *Obſ.* 11. ulcus calloſum perinæi a gangrænæ curatione relictum, per quod tota urina diffluebat, tamen curatum. Alberti. V. pag. 322.

Paulus Reneaulme *ex curationibus obſervationes* &c. Crurum ulcera ſanata medicamentis. Haller. V. pag. 1040.

Hippolit. Parma in *introductione* &c. etiam de ulceribus. Haller. V. pag. 17.

Lelius a Fonte in *conſultationibus* &c. etiam de recti inteſtini ſordido ulcere. Walth. V. pag. 434.

Christoph. Guarinoni in *conſil. med. conſ.* 493. de ulceribus crurum. Walth. V. pag. 436.

Sebast. Cortilio *de chirurg. inſtitut.* L. II. cap. 15. de ulceribus malignis. Walth. V. pag. 17.

Henr. Smetius in *miſcellaneis* &c. Inteſtinum tenue a lumbricis perruptum, per ulcus elapſum, fæcesque reddens, repoſitum, lamina argentea compreſſum, ſanatum. Hepatis ulcus ſponte per umbilicum patens; icterus inde & mors. Haller. V. pag. 436.

Daniel Sennertus in *Medicinæ practicæ* L. V. agit quoque de ulceribus. Haller. V. pag. 17.

Wolfg. Gabelchoverus in *curat. med. centuria* IV. *cur.* 4. ulcus profundum tibiæ. *Cur.* 46. ulcus in ſuperiori parte palati. Alberti. V. pag. 352.

Petrus van der Stylle in *chirurg. Handbuch* Parte V. cap. 4. de carnis excreſcentia in ulceribus. Walth. V. pag. 555.

Gregor. Horst in *obſervat. med.* L. IX. *obſ.* 16. fœtida ulcera curata. Walth. V. pag. 276.

Johannes Vigier (non diverſus a J. Vigiero Lindenii), medicus caſtrenſis. Ejus *traité de ulceres*, Lion 1614. 12. *La grande Chirurgie des ulceres & tumeurs.* Lion 1656. 8. *La grande Chirurgie de tumeurs.* Lion 1657. 8. & *troiſieme partie diviſée en trois traités.* Lion 1656. 8. Ita componuntur *les œuvres chirurgicales.* Lion 1658. 8. 3. vol. Cujus alius eſſe titulus videtur *la grande Chirurgie & pratiques des tumeurs, ulce-*

ulceres, *& des toutes les parties externes* &c. Plura ſcripſit Gallico fere ſermone, quæ collecta & Latine verſa filius ejusdem nominis edidit cum titulo *operum medico chirurgicorum* PRAG. 1659. 4. Horum librorum duo ſunt chirurgici argumenti. *Chirurgia magna* ſive artis compendium ſ. pentateuchus, medicamentarius magis quam chirurgicus, etſi auctor tamen & ipſe operi manum admovit. *Theſaurus & armamentarium chirurgicum* totum in medicamentis eſt. In eo medicamenta aliqua reperiuntur nuperorum conſenſu probata, ut unguentum ex enula. HALLER.

L'epitome des ulceres de CALVE, *traduit par* GUY S. PONT 1614. Ita HALLER.

PETRUS POTERIUS in *inſign. curat.* &c. *centuria* III. etiam ulcera. Mumia minerali narium ulcus ſanavit. HALLER. V. *pag.* 387.

CLAUDE GERVAIS & MICH. SEGUYN *ergo ulceri exſiccantia.* PARIS 1615. 4. HALLER.

GUIL. BALLONIUS in *conſil. med.* L. III. *conſ.* 171. de ulcere & tumore inguinis. WALTH. V. *pag.* 387.

FRANCISCUS PECCETTI. V. *pag.* 18.

LAZARUS RIVERIUS in *obſervat. med. obſ.* 21. ulcus ſordidum. *Obſ.* 32. ulcus verminoſum. WALTH. V. *pag.* 388.

SAILLENS in *quæſtionibus medicis* MONSPEL. 1617. 4. an ulcera rotunda an ſinuoſa difficiliora. HALLER.

MELCH. SEBIZ. Ejus diſp. *de ulceribus.* ARGENT. 1647. 4. Ulcus inguinis recrudeſcens. HALLER. V. *pag.* 1502.

PAULUS ZACCHIAS in *quæſt. med. legal.* L. III. tit. 2. *quæſt.* de effectibus ulcerum. WALTH. V. *pag.* 599.

J. RUD. CAMERARIUS in *ſyllog. memorab. centuria* IV. part. 58. Ulcerum facilis aut difficilis curatio ex aëre. ALBERTI. V. *pag.* 19.

SANCTORIUS SANCTORIUS. Ejus *commentarii in* I. *ſectionem aphoriſmorum Hippocratis.* VENET. 1629. 4. Huc faciunt, quæ habet de ulcerum curatione, a qua ſiccantium uſum removet.

Idem in *commentario ad artem parvam Galeni.* VENET. 1630. 4. aliqua etiam habet de ulceribus.

Idem in *methodo vitandorum errorum* GENEVÆ 1631. 4. de ulceribus variorum viſcerum, etiam veſicæ agit. HALLER. V. *pag.* 19.

PHIL. SALMUTH in *obſervat. med. centuria* I. *obſ.* 8. de ulcere veſicæ. ALBERTI. V. *pag.* 442.

J. ANT. LAMBERT. V. *pag.* 20.

ZACUTUS LUSITANUS *de med. princip. hiſt.* L. I. ulcera faciei curata cauterio, cui plurimum tribuit. HALLER.

Idem in *praxis med. admirandæ* &c. L. I. *obſ.* 4. Ulcus reſtrictum in infante lethale. *Obſ.* 89. ulcera oris & genitalium curata. In L. II. *obſ.* 96. ulcera cacoethea uteri. *Obſ.* 97. ulcera uteri aqua theriacali curata. In L. III. *obſ.* 132. ex ulcere depaſcente in pede mors repentina. *Obſ.* 136. ulcera manantia diuturna in univerſa corporis mole exorta. ALBERTI. V. *pag.* 389.

SAMUEL HAFENREFFER in πανδοχεῖον &c. L. II. cap. 15. de cura ulcerum. WALTH. V. *pag.* 412.

JOH. PRÆVOTIUS in *medicina pauperum* &c. pag. 293. de ulceribus. WALTH. V. *pag.* 1015.

MARC. AUR. SEVERINUS *de efficaci medicina* Parte II. cap. 52. &c. de variis ulceribus. Cap. 99. de calloſo plantæ pedis ulcere. In *pyrot. chir.* L. II. part. 1. cap. 1. 2. &c. de variis ulceribus. WALTH. V. *pag.* 303.

Idem in *trimembri chirurgia* &c. cap. 5. & 20. de ulceribus. WALTHER. V. *pag.* 1016.

WOLFG. HOEFER in *Herculis medici* &c. L. V. cap. 2. de ulceribus. WALTH. V. *pag.* 390.

ALEXANDER READ. V. *pag.* 1471.

PHIL. GRULING *curar. med. centuria cur.* 2. de ulceribus crurum. WALTH. V. *pag.* 391.

JOH. RHODIUS in *obſervat. med. centuria* III. *obſ.* 25. ulcus veſicæ ſanatum. ALBERTI. V. *pag.* 447.

GODOFR. MOEBIUS. Ejus diſp. *de ulceribus.* JENÆ 1645. 4. HALLER. V. *pag.* 1118.

NICOL. TULPIUS in *obſervat. med.* L. II. cap. 53. Ulcus veſicæ ſanatum. ALBERTI. V. *pag.* 22.

THOM. BARTHOLINUS in *hiſt. anatom. centuria* III. Ulcus in dorſi ſpina cum carie, tamen ſanatum. HALLER.

Idem in *Actis Hafnienſ. Vol.* V. *obſ.* 44. Ulcera crurum contagioſa. ALBERTI. V. *pag.* 23.

JOSEPH. SCHMIDT in *Spiegel der Wundarzney* L. II. pag. 223. &c. de variis ulceribus, & eorum curatione. WALTH. V. *pag.* 23.

YSBRAND de DIEMERBROECK in *centum obſervat. & curat. obſ.* 45. Ulcus profundum tibiæ. ALBERTI. V. *pag.* 24.

PETRUS PIAZZA in *breve & utile diſcorſo* &c. agit etiam de ulceribus. HALLER. V. *pag.* 25.

SAMUEL FORMEY. V. *pag.* 684.

AUGUST. THONER in *obſervat. med.* L. IV. *obſ.* 1. ulcera tuberoſa & ſinuoſa in capite curata. *Obſ.* 2. exulcerata frons pene tota carne ad os abſumta reſtituta, chirurgorum opera annua fruſtanea cum decocto ſalſæ-

parillæ

parillæ & emplaſtro de gratia Dei. *Obſ.* 3. ulcus ſordidum in indice manus dextræ. ALBERTI. V. *pag.* 450.

JOH. SCULTETUS in *armament chirurg. obſ.* 82. Excreſcentia carnis in ulceribus digitorum & pedum. WALTH. V. *pag.* 877.

PETRUS BORELLUS in *hiſtor. & obſervat. centuria* I. *obſ.* 16. Ulcera magna emplaſtro ex maitiche, terebinthina, & cera flava, curata. *Obſ.* 20. ulcus pediculis refertum. In *cent.* II. *obſ.* 48. in ulcere animalcula. *Obſ.* 86. ulcus pilis refertum. In *cent.* IV. *obſ.* 4. ad ulcera balſamus FIORAVANTI utilis. ALBERTI. V. *pag.* 25.

BALTASS. TIMÆUS in *caſ. med.* L. I. *caſ.* 28. (vel 26.) ulcus rheumaticum in crure occluſum cauſa cœcitatis, ALBERTI.

Idem in *reſponſis medico poſthumis* &c. Cœcitas ex clauſo ulcere. HALLER. V. *pag.* 26.

PETRUS de MARCHETTIS in *obſervat. med. chirurg. obſ.* 57. ulcus amplum depaſcens diuturnum cruris uſtione oſſis repetita ſanatum. WALTH. V. *pag.* 26.

OSWALD GREMBS in *arboris integræ & ruinoſæ* &c. L. II. cap. I. pag. 308. ad ulcera crurum. WALTH. V. *pag.* 27.

CORNEL. van der VOORDEN in *lichtende Fakkel* &c. etiam de ulceribus. HALLER. V. *pag.* 28.

ANTONIUS THYMIUS diſputavit in HIPPOCRATIS *aphoriſmum* 46. *ſect.* 6., *quo ulcerum antiquorum ſtatus & prognoſis continetur.* JENÆ 1665. 4. HALLER.

EBERHARD. GOEKEL in *conſil. & obſervat. centuria* II. *conſ.* 55. Ulcera pedis dextri a ſanguine ſcorbutico & atrabiliario lethalia. *Conſ.* 59. ulcus partes cum facie corrumpens. ALBERTI.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* II. *obſ.* 143. Ulcus abdominis fiſtuloſum ſanatum. *Ann.* VII. *obſ.* 129. ulcus in inguine, de quo vermes exierunt, ſanatum. HALLER. V. *pag.* 29.

OLAUS BORRICHIUS in *Actis Hafnienſ. Vol.* V. *obſ.* 44. Crurum ulcera, ut putat, contagioſa. HALLER. (an eadem cum BARTHOLINI obſervatione? Confer *pag.* 1678.). V. *pag.* 30.

GEORG. HIERONYM. WELSCH in *curation. propr. Dec.* IX. *cur.* 3. Ulcus tibiæ dyſepuloton a contuſione cum affluxu ichoris ſalſi. ALBERTI. V. *pag.* 30.

JOH. MURALTUS in *Schriften von der Wundarzney* &c. ulcus uteri ſanavit. Ulcus renis ſublatum. Ulcus graviſſimum uteri cum plurimo pure effuſſo, tamen ſanatum. HALLER. V. *pag.* 30.

J. HENR. MEIBOM. Ejus diſp. *de ulcerum natura & curatione in genere.* HELMSTADT 1674. 4. HALLER. V. *pag.* 448.

J. GEORG.

J. Georg. Volcamer in *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* V. *obſ.* 152. a clauſis tibiarum ulceribus impotentia ambulandi. Haller. V. *pag.* 455.

Justus Schrader, Profeſſor Helmſtadienſis. Ejus diſp. *de ulceribus.* Leid. 1670. 4. Haller.

In *Act. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* VI. *obſ.* 61. ulcus ex veneficio, cum cineribus fagæ combuſtæ curatum. *Obſ.* 188. ulcus ſponte natum fluens ſalutare, repreſſum vero noxium. *Dec.* II. *ann.* II. *obſ.* 41. ulcus annoſum reciſo pede curatum. *Ann.* III. *obſ.* 127. ulcera fluida genu tumefacti & abſciſſi, mortem includunt, *Obſ.* 129. ulcera fiſtuloſa in oſſe humeri. *Ann.* IV. *obſ.* 81. ulcerati pedis lepida curatio & inde damna. *Ann.* V. *obſ.* 152. ulcerum in cruribus periculoſa curatio. *Ann.* VIII. *obſ.* 83. funeſta ulceris antiqui conſolidatio. *Ann* IX. *obſ.* 128. ulcus fiſtuloſum ani ſanatum. *Obſ.* 216. ulcus veſicæ, amore proximi, per ſuctionem maxime curatum. *Ann.* X. *obſ.* 124. ulcus in inguine ſanatum. *Dec.* III. *ann.* III. *obſ.* 131. ulcus faſcinationi falſo adſcriptum. *Obſ.* 145. ulcus in brachio circa articulationem humeri & cubiti periculoſum, tandemque lethale. *Ann.* V. VI. *obſ.* 115. ulcus ad tibiam manans, ad id repertum euporiſtum. *Ann.* IX. *obſ.* 227. ulcera pedum per ſpontaneam gonorrhœam curata. In *Centuria* I. pag. 118. ulcus mammarum ex phthiſi. In *Cent.* III. pag. 43. ulcerum cura per ſpiritum vini. In *Cent.* V. pag. 89. ulceris antiqui conſolidatio funeſta. Alberti. V. *pag.* 31.

Elias Rud. Camerarius. Ejus diſp. *de ulceribus antiquis.* Tubing. 1689. 4. Haller. V. *pag.* 33.

Ehrenfried Hagedorn in *obſervat. & hiſtor.* &c. Ulcera circa aſperam arteriam ſanata. Fiſtuloſum pectoris ulcus funeſtum. Haller. V. *pag.* 33.

Franciscus Sylvius de le Boe. V. *pag.* 35.

Henricus Schultze. Ejus diſp. *de ulceribus.* Haderovici 1672. 4. Haller.

Cornelius Solingen in *manuale operation* &c. Mirifica curatio ulceris ſub axilla nati, pectorali muſculo perforato. Haller. V. *pag.* 304.

J. Nicol. Pechlin in *obſervationum* &c. L. I. *obſ.* 39. per ulcus pedum fluor albus. Alberti. V. *pag.* 37.

J. Nicol. Binninger in *obſervationum* &c. *centuria* II. *obſ.* 28. ulcus tibiæ ſiniſtræ rarum ab aura maligna. Alberti. V. *pag.* 37.

Jacob. Constant in *chirurgien charitable* &c. agit etiam de ulceribus. Haller. V. *pag.* 37.

Ru-

. Rudolph. Wilhelm Krause. Ejus diſp. *de ulceribus uteri.* Jenæ 1690. 4.

Ejus *de ulceribus crurum antiquis.* Ibid. 1699. 4. Haller. V. *pag.* 813.

Richardus Visemann in L. II. *de ulceribus*: mala eſſe, quæ inter dorſi muſculos. De vero tempore, quo epulotica conveniant, quando nempe caro pene ad labia ulceris adſcendit. Quæ medicamenta conveniant pro varietate ulcerum. Medicamentum ad carnis fungoſæ incrementum. Ad ulcera ſordida lixivium. Exemplum difficillimi ulceris, cum tamen os nihil eſſet paſſum. Carioſa ulcera deligationem poſcunt. Quæ profunda, ſi fieri poteſt, in ima & oppoſita ſede aperienda. Ulcera penetrantia pectoris inmiſſo piſo mutavit in fonticulos. Ea ratione ulcus renis in infante ſanavit. Ulcerum calloſorum rotundorum labra oportet emolliri, demum cauſtico removeri, aut ſcalpello. Eximia in univerſum tractatio. Ita Haller. V. *pag.* 41.

Nicol. Blegny in *Zod. med. Gallic. ann.* 1681. *Menſ. Octobr. obſ.* 4. ulcus inguinis ſanatum. *Obſ.* 5. ulcus inguinis enterocelen ſecutum. *Ann.* 1682. *Febr. obſ.* 22. ulcus tonſillarum lethale ex ſanatis ulceribus tibiarum. Alberti. V. *pag.* 42.

Gerard. Blasius in *Medicinæ univerſæ* Parte X. ſect. 1. cap. 2. de variis ulceribus. Walth. V. *pag.* 42.

Samuel Ledel. V. *pag.* 43.

Cornelius Bontekoe. V. *pag.* 44.

Steph. Blancard in *anatomiæ practicæ* &c. *centuria* I. *obſ.* 43. ulcus in pene & veſica. In *cent.* II. *obſ.* 5. ulcus in abdomine. Alberti. V. *pag.* 45.

Dionys. van der Sterre in *genees en heelkonſtige pratyc* &c. Mortes ex ulceribus ſerius apertis. Ulcus calculoſæ veſicæ validis medicamentis purgantibus ſanatum. Haller. V. *pag.* 48.

In *Actis Eruditor. Lipſienſ. ann.* 1694. *Menſ. Jan.* pag. 5. ulcera pedum non tuto ſæpe curantur, *Ann.* 1699. *Febr.* p. 74. ulceribus cancroſis ſuffumigium cinnabaris medetur. *Ann.* 1700. *Jun.* p. 254. ad ulcera antiqua remedium. *Ann.* 1712. *Decemb.* p. 548. ulcerum cauſa. *Ann.* 1715. *Sept.* p. 410. ulcerum vermes. *Ann.* 1721. p. 317. ulcera antiqua folia cariophilatæ mundificant. In *Supplem.* IV. p. 123. ulcera ſinuoſa curata. Alberti. V. *pag.* 49.

Bourbon in *diario*, quod Abb. de la Roque edidit, & deinde T. Bonnet complevit a. 1682. Ab ulcere tibiæ ſanato funeſtum ulcus tonſillarum. Haller.

Joh.

Joh. Muys in *Podalirio redivivo* &c. Ulcus tibiæ carioſum cum eryſipelate ſpontanea hæmorrhagia oborta mitigatum, denique ſanatum. Ex enormi femoris ulcere hydatides. Haller. V. *pag.* 51.

Vitus Riedlin in *lin. med. ann.* III. *menſ. Mart. obſ.* 13. ulcus veſicæ in pene apertum. *Maj. obſ.* 21. ulcera antiqua ſalivatione curata. *Ann.* IV. *obſ.* 14. ulcere in pede curato ſuccedens catarrhus diu durans. Alberti. V. *pag.* 52.

J. Christian Frommann. V. *pag.* 54.

Rosin. Lentilius in *miſcellaneis* &c. Ulcera etiam veſicæ.

Idem in *jatromnematibus* &c. Ulcus veſicæ: ulcus auris poſt morbillos. Haller. V. *pag.* 54.

Diſſ. ſur les fievres pourprées par les medecins de Dijon, diſſ. ſur les ulceres des riens, & de la veſſie. Dijon. 1685. 12. Haller.

Samuel Collins in *ſyſtemate anatomico* London 1685. fol. refert etiam de ulcere uteri in rectum inteſtinum communicante. Haller.

J. Conr. Leonh. Peyer. Ejus diſp. *de exulceratione.* Altdorf. 1686. 4. Haller.

David Kellner. V. *pag.* 1340.

Nicolaus Grimberg. V. *pag.* 61.

J. Conrad. Brunner in L. *de duodeni glandulis* agit etiam de œſophagi ulceribus. Haller. V. *pag.* 61.

Christian. Vater. Ejus diſp. *de ulcere cancroſo.* Witteberg 1700. 4.

Ejus *de ulceribus fiſtuloſis.* Ibid. 1700. 4.

Ejus *de ulceris veſicæ originibus, ſignis, remediis.* Ibid. 1709. 4. Haller. V. *pag.* 62.

Frid. Ruysch in *obſervationum* &c. *obſ.* 12. ulcus uteri malignum. Alberti. V. *pag.* 63.

J. B. Verduc in *pathologie de Chirurgie* Parte I. cap. 15. de ulceribus. V. *pag.* 305.

J. Phil. Eysel. Ejus diſp. *de phagedæna.* Erford. 1706. 4. Haller. V. *pag.* 1366.

Walther Schouten in *verhandeling* &c. Ulcera ſanata. Haller. V. *pag.* 1476.

J. Victor Jægerschmidt. V. *pag.* 66.

Guilielmus Cowper. V. *pag.* 67.

J. Hadrianus Slevogt. Ejus *de roncho infantis ex ulcerum parotidum intempeſtiva curatione variis ſymptomatibus ſtipato.* Jenæ 1699. 4. Haller. V. *pag.* 580.

Ludo-

Ludovicus Apinus. V. *pag.* 68.

August. Bellostr in *chirurgien de l'hôpital* &c. ulcera non fodienda digito neque ſtylo. Haller. V. *pag.* 68.

Frider. Hoffmannus. Ejus *ulcerum ætiologia vera & circa curam cautelæ.* Halæ 1703. 4.

Ejus *de exulceratione veſicæ.* Ibid. 1724. 4.

Idem in *Medicinæ conſultatoriæ* T. II. ulcus pertinax femoris, & ex ejus luxatione atrophia. In T. V. ulcus inteſtini recti In T. XII. ulcus renis.

Idem in *Medicinæ ſyſtematicæ* T. IV. parte 5. caput habet de ulceribus. Haller. V. *pag.* 324.

Petr. Verduyn in *obſervationibus* &c. de ulcere diuturno in cerebri ventriculum patente, poſt triennium lethali. Haller. V. *pag.* 69.

Christian. a Steenevelt. Ejus diſſ. *de ulcere verminoſo ad* Bidloum eſt inter Bidloi *opuſcula.* Ita Haller.

Reinhold Wagner. V. *pag.* 71.

J. Carol. Westphal. V. *pag.* 72.

Carolus Musitanus. V. *pag.* 72.

Dionysius Sancassani. V. *vulnera.*

Antonius Boccacini. V. *vulnera.*

J. Albergi. V. *pag.* 75.

J. Matth. Müller. in *Eph. Nat. Cur. cent* V. *obſ.* 57. retulit de apoplexia ex antiquo ulcere clauſo. Haller. V. *vulnera capit.*

J. B. Morgagni V. *pag.* 77.

J. Jacob. Baier. V. *pag.* 78.

David Scholz. Ejus diſp. *de ulceribus uteri.* Traject. 1711. 4. Haller. V. *pag.* 472.

Hermannus Boerhaave in *prælectionibus*, quas ignotus auctor edidit. Ulcus ad cervicem ſanatum fuiſſe, ſubnato ad coccygem ulcere, ut utrumque communicaret. Ulcera ſcorbutica non ſanari vulgari ulcerum medela. Haller. V. *pag.* 79.

Thomas Becket in *chirurgical obſervations* &c. Ulcus ad vertebras pertinens funeſtum. Haller. V. *pag.* 81.

Cornelius Trioen in *obſervationibus* &c. De ulceribus ſermo, Ulcera perinæi & urethræ ſanata absque cereolis. Ulcus tumidi cruris elephantiaco morbo adfine. Haller. V. *pag.* 1146.

Laurent. Heister in *inſtitut. chirurg.* Parte I. L. IV. de ulceribus. V. *pag.* 82.

Mich. Alberti in *ſyſtem. jurisprud.* Parte 1. p. 104. §. 13. Ulcera ſimulata. Alberti. V. *pag.* 608.

Anton. Deidier in *conſultations* &c. Urethræ ulcera. Ulcera proſtatæ. Ulcus auris. Ulcera crurum. Ulcus veſicæ a calculo. Ulcus oris cum carie conjunctum. Ad ulcera. Haller. V. *pag.* 1479.

J. Christ. Stisser in *obſervationibus* &c. Ulcus ſinuoſum ex repreſſo eryſipelate: aliud ex nervi punctura. Haller. V. *pag.* 729.

J. Caspar Grimm. V. *pag.* 85.

Gottfrid David. Mayer. V. *pag.* 85.

Mich. Ernest. Ettmüller. V. *pag.* 86.

Sebastianus Melli. V. *pag.* 86.

Johannes Fantonus. V. *pag.* 87.

Sam. Gottl. Scholz (an idem qui *pag.*1683.) Ejus diſp. *de ulceribus uteri*, Utrecht. 1713. 4. Haller.

Martin. Gotthelf Loescher. V. *pag.* 88.

Gottfried Klaunig. V. *pag.* 88.

Gerard Arnold de Vincquedes. V. *pag.* 88.

Johannes Freind. V. *pag.* 90.

Christian Gottlieb Reusner in *Eph. Nat. Cur. cent.* V. *obſ.* 9. ex ulcere brachii curato tuſſis ferina. *Obſ.* 12. phthiſis ex ulcere tibiarum. Haller.

Johannes Astruc. V. *pag.* 1480.

Fulv. Gherli in *centuria di rare oſſervazioni* &c. ulcera diuturna cauteriis ſiccavit. Maxima ulcera & fiſtulas inteſtini recti curavit. Graviſſima ulcera ſanavit, etiam cum femoris carie conjuncta. Erraſſe ſe fatetur, cum fœtidum ulcus cariei tribuiſſet. Graviſſima femoris ulcera turundis adhibitis ſanata, conſumto callo. Haller. V. *pag.* 92.

In *Actis Helveticis* &c. V. *pag.* 93.

Renat. Jac. Cresc. Garengeot in *traité des operations* &c. ulcera ad anum quantocyus aperienda. Haller. V. *pag.* 306.

Franc. Roncallus Parolinus in *hiſtoriis morborum* &c. de ulcere auris. De uteri ulcere. De ulcere veſicæ. Haller. V. *pag.* 93.

Joh. Juncker. V. *pag.* 280.

J. Herm. Fürstenau. V. *pag.* 98.

In *Breslauer Sammlung.* V. pag. 98.

CHABERT in *obſervations* &c. Sanatum ulcus hepatis. Ulcus cerebri non adgnitum & ſero lethale. HALLER. V. *pag.* 758.

J. STORCH in *theoretiſch-und practiſche Abhandlung* &c. T. IV. etiam de ulceribus agit. V. *pag.* 1153.

J. ABRAHAM MAYER. Ejus diſp. *de curatione ulcerum rebellium.* GREIFSWALD. 1724. 4. HALLER.

ANT. MONRAVA y ROCCA. V. *vulnera.*

J. THOM. HENSING. Ejus diſp. *de ulcere cacoethe feliciter curando.* GIESSÆ 1725. 4. HALLER.

GUILIELM. RUTTY. V. *pag.* 1021.

J. HENR. SCHULZE in *Chirurgia in uſum auditorum* &c. agit etiam de ulceribus. HALLER. V. *pag.* 102.

BENEDICTUS GULMANN. V. *pag.* 102.

FRANC. QUESNAI in tr. *de la ſuppuration* &c. ulcera mundat turundis, injectis aptis liquoribus. Spiritum nitri dulcem in putridis ulceribus laudat. HALLER. V. *pag.* 1445.

PIERRE GUISARD. V. *vulnera.*

LAUR. THEOPHILUS LUTHER. Ejus diſp. *de opprobrio medentium phagedæna.* ERFURT. 1731. 4. HALLER.

THOMAS SHORT in *Phil. Tranſ. n.* 420. de hepatis ulcere per anum egeſto, pureque acido, eventu funeſto. HALLER.

J. GUIL. KRAUSIUS. V. *pag.* 105.

ABRAHAM. TITSINGH. V. *pag.* 106.

J. FRID. ZIESNER. Ejus *rarus œſophagi morbus.* REGIOMONT. 1732. 4. Diſputatio. Vitium deglutitionis & œſophagi; ulcus cum ſphacelo & rupta gula. HALLER.

GEORG. EBERHARD HAMBERGER. Ejus *ulcerum pathologia.* JENÆ 1753. 4. Diſputatio. HALLER. V. *pag.* 343.

J. PHILIPP. BURGGRAV. V. *pag.* 106.

J. GEORG. HENR. KRAMER. V. *pag.* 106.

J. LEMBKEN & J. BUCHOLZ auctor, diſp. *de ulcere inteſtini recti ſinuoſo.* GREIFSWALD. 1733. 4. tamen feliciter ſanato. HALLER.

JOSIAS WEITBRECHT in *Comm. Litt. Nor.* 1734. *h.* 19. cor ulceribus eroſum. HALLER. V. *pag.* 897.

Claud. Nic. le Cat in *Journal de Medecine* T. XIV. de ulcere fungoſo, cum coſtarum carie & glandularum axillarium tumore tamen extirpatum & ſanatum. Haller. V. *pag.* 529.

J. Christoph Pohl. Ejus *de callo ulcerum.* Lips. 1767. 4. Haller. V. *pag.* 1483.

Antonius Formellini. Ejus commentarius in Fioravanti caput XIII. *degli ulceri.* Venezia 1736. 8. Haller.

Samuel Schaarschmid. V. *pag.* 115.

Elias Col de Villars in *cours de Chirurgie* &c. Ulcus lethale thoracis cartilagine coſtæ perforata. Haller. V. *pag.* 116.

Joh. Freke. V. *pag.* 117.

Petr. Stuart. V. *pag.* 117.

Giuseppe Cignozzi. Ejus *la cura delle piaghe.* Venezia 1739. 8. Haller.

Samuel Sharp in *treatiſe on the operations* &c. ulcera calloſa lapide infernali tangenda, ulcus dyſepuloton aqua calcis. Haller. V. *pag.* 309.

Gottwald. Schuster. V. *pag.* 119.

J. Grashuys in *Eph. Nat. Cur. Vol.* X. *obſ.* 40. retulit de curato ulcere pectoris: terebinthinato remedio. Haller. V. *pag.* 1415.

Guilielmus Bromfield. V. *pag.* 121.

Gerardus v. Swieten. V. *pag* 123.

Guilielmus Burton in *Phil. Tranſ. n.* 464. retulit de renis ulcere ab ictu nato. Haller.

J. Adolph. Jauch. V. *pag.* 124.

Gottfried Wilhelm Müller. V. *pag.* 124.

J. Martin Brehm. V. *pag.* 124.

Dale Ingram. V. *pag.* 125.

Henr. August. Gerlach. Ejus *de cura mammæ in mamma exulcerata poſſibili.* Hamburg 1744. 4. & in *appendice Vol.* VIII. *E. N. C.* Ita Haller.

J. Gottlieb Boetticher. V. *pag.* 131.

Georg. August. Langguth. Ejus *de optima methodo ſanandi ulcera corporis humani per remedia potiſſimum interna.* Witteberg 1753. 4. Haller. V. *pag.* 720.

An-

Angelus Nannoni. V. *pag.* 134.

Henr. Frid. Delius. V. *pag.* 137.

Jac. Roelke. Ejus diſp. *de therapia morborum per ulcera.* Leid. 1748. 4. Haller.

Christ. Frid. Daniel. V. *pag.* 139.

Gedeon (vel Guil.) de Rabours & C. Aug. Vandermonde *an in ulcere faucium gangrænoſo antiſeptica.* Paris 1749. 4. recuſ. in Halleri *ſelectis pract.*

Gottlob Carl Springsfeld in *Eph. Nat. Cur. Vol.* X. *obſ.* 83. retulit de curato ſinuoſo pectoris ulcere, quod ad femoris uſque muſculos deſcenderat, eventu funeſto. Haller. V. *pag.* 494.

J. Georg. Roederer. V. *pag.* 1185.

Antonius de Haen. V. *pag.* 140.

Michael. Lud. Vernage & Honorati Petiot auctoris E. *in inveteratis ulceribus remediis internis potius quam externis inſtituenda curatio.* Paris 1752. 4. Haller.

Wolfgang Thom. Rau. V. *pag.* 145.

Delaisse. V. *pag.* 145.

Frid. Herm. Lud. Muzell. V. *pag.* 146.

Joseph Raulin in *obſervations de Medecine* &c. Ulcera tibiæ decocta cum rapis aqua curata. Haller. V. *pag.* 1198.

Georg Wilhelm Feuerlin. Ejus diſp. *de ulcerum artificialium in criſibus febrium acutarum imperfectis præclaro uſu.* Götting 1754. 4. Ex Ill. Brendelii ſcholis. Ita Haller.

Carolus Augustus Vandermonde. V. *pag.* 148.

Lud. Gottfr. Klein in *interprete clinico* &c. tit. ulcus. V. *pag.* 283.

J. Wolfg. Frid. Boenneken. V. *pag.* 148.

Benjam. Gooch. V. *pag.* 149.

Philipp. Jacob. Schlotterbeck. V. *pag.* 152.

Trecourt. V. *pag.* 156.

Martin. V. *pag.* 157.

Thomas Gataker. V. *pag.* 1025.

Michael (vel Steph.) Franc. Valenzi. Ejus diſp. *de ulceribus.* Viennæ 1757. 4. Haller.

Antonius de Storck. V. *pag.* 1026.

Le

Le Beau. V. pag. 163.
Baratte. V. pag. 164.
Vermont. V. pag. 165.
J. Frid. Henning. V. pag. 166.
In *recueil de pluſieurs pieces* &c. V. pag. 1488.

Andreas Eppli, Helvetus. Ejus *rarior ulceris inteſtinalis caſus & epicriſis.* Tubing 1759. 4. præſide P. F. Gmelin. Recuſ. anno 1773. in *Sammlung* Gesneri. Tumor hypochondrii apertus, in fiſtulam abiens, ad inteſtinum tenue patentem. Eam fiſtulam decocto vulnerario J. C. Brunnerus minorem reddidit, demum mercurio in aqua forti ſoluto ſanavit. Ita Haller.

J. Christian. Bruns. V. pag. 171.

Frider. Lud. Thiel. Ejus diſp. *de curatione morborum artificiali per ulcera.* Götting 1760. 4. Agitur de ulceribus ab ipſa natura ſuppeditatis, aut utilibus, aut noxiis. Funeſtus abſceſſus umbilici. Mala ulcera, quæ variolas conſequuntur. Inſignes noxæ confervefcentium ejuſmodi ulcerum. Ulcera artificialia, fontanellæ, uſtiones, veſicatoria, ſetacea, eorumque utilitas. Haller.

Christoph. Molinari. V. pag. 899.
Frid. August. Weiz. V. pag. 175.
Leberecht Ehregott. Schneider. V. pag. 178.

P. Imman. Hartmann. Ejus *ulcus inguinis ſiniſtri ileique ſanatum.* Francof. ad Viadr. 1766. 4. Haller. V. pag. 499.

Joseph. Quarin. V. pag. 1028.

Adam Niezki. Ejus diſp. *de callorum circa ulcera ortu, effectu, præſervatione, & curatione.* Halæ 1762. 4. Haller.

Triquet. V. pag. 181.

Manœuvre d'ouvrir & traiter les abcés &c. V. pag. 284.

Sannier. V. pag. 181.
David. Henr. Galandat. V. pag. 182.

Christ. Andr. Mangold & P. Wilh. Apel diſp. *de generibus & ſpeciebus ulcerum.* Erford. 1765. 4. Haller. V. pag. 318.

De la Brousse. Ejus *eſſai ſuivi d'obſervations ſur la phthiſie, les fievres lentes, les ulceres à la veſſie, de cours de ventres purulens guéris par un remede nouveau.* Avignon 1769. 12. Haller. V. pag. 187.

Aur-

Aurran. V. pag. 188.

Vincentius Pasquinelli. V. pag. 189.

Hunt. V. pag. 189.

J. Phil. Nonne. Ejus diſp. *de excoriatione morborum comite.* Erlang 1765. 4. Haller. V. pag. 871.

Robert Tailford. Ejus diſp. *de ulcere alæ.* Leid. 1765. 4. Haller.

Richard Browne Cheston. V. pag. 191.

Charles Bisset. V. pag. 191.

Richard de Hautesierk. V. pag. 192.

August Gottlieb Richter. Ejus obſervatio de ulcere pecto- ris, de quo, inciſione facta, plurimum pus eruperit, quale ægrotus exſcreaviſſet: ſpecillum profunde penetraſſe, ægrum ſaporem injecti medicamenti non percepiſſe. Reſpirationem tamen fuiſſe malignam: malum in fiſtulam abiviſſe, quacum æger Orthoſtadios vixerit. *Gött. Anz.* 1772. n. 17. ex *Commentariis Soc. Gott.* ineditis. Haller. V. pag. 1318.

Scherer. V. pag. 194.

Joh. Else. V. pag. 197.

Dupouy. V. pag. 199.

J. Godofr. Jaenichen *pentas obſervationum medicarum.* Hal. 1768. 4. Ex repercuſſa ſcabie, & ex clauſo vetuſto ulcere maxima ſymptomata, iſta ſanata refricato ulcere. Haller.

Grivet. V. pag. 204.

Dumas. V. pag. 204.

Vincent. Bortolini. V. pag. 205.

J. August Montanus. Ejus diſp. *de curatione ulcerum per puris reſorptionem.* Erford 1769. 4. Haller.

William Rowley *eſſay on the cure of ulcerated legs without reſt* &c. London 1770. 8. A ſolo nitro curationem ſperat. Non probat quietem perpetuam, quæ momentaneum præſtet levamen, ut deterius malum continuo erumpat, quamprimum corpus exerceatur. Addita curationum exempla. Haller.

Nicolaus Gerard Oosterdyck retulit in T. II. *verhandelingen Zeeuwſche genootſchap der Wetenskapen* Middelburg 1771. 8. de femore putrido, variis excreſcentiis obſito, inſenſili; ut de ingraſſata tela celluloſa. Haller.

Benjamin Rush. V. pag. 215.

Man-

Mangin. V. pag. 216.

Poulain. V. pag. 216.

Matth. Fr. Alix. V. pag. 218.

Pieter van Esch. V. pag. 226.

J. D. Metzger. V. pag. 226.

Lud. Pathiot & J. Jac. Rousseli, auctoris, *E. ulcerum curationi blanda medicatio.* Paris 1772. 4. Haller.

J. Daniel Reichel in Ludwigii *adv.* P. III. refert de ulcere mammæ pueri nuper nati. Haller. V. pag. 502.

Godot. V. pag. 229.

Joh Frid. Consbruch. V. pag. 229.

J. Christ. Huhn. V. pag. 237.

Michael. Phil. Bouvart & Thomæ le Tenneur, auctoris *E. ulcus inveteratum ſi exaruerit arte revocandum.* Paris 1774. 4. Haller.

Franc. Segura. V. pag. 237.

Leautaud. V. pag. 239.

Power. V. pag. 240.

V U L N E R A.

Hippocrates in *aphoriſmis* agit de vulnerum majori ad mortem inferendam vi. De oſſium vulneribus.

In L. *de locis in homine* atram bilem ſi vulneratus vomat, lethale.

In *prorrheticorum* L. II. agit de vulneribus in univerſum; de febre, quæ vulneri ſupervenit; de articulorum & tendinum vulneribus; de vulneribus occidendi vim habentibus, etiam vaſorum.

Liber minus certo Hippocratis περι ἑλκων, quem Manialdus mavult *de vulneribus* interpretari (a). Inter Hippocraticos Erotianus habet, ſed tres facit titulos, *de ulceribus*, *de vulneribus*, *de vulneribus & telis.* Citat etiam librum *de ulceribus* Hippocratis Galenus (b) & auctor *lect.* Hipp. quæ ſunt inter Galeni opera. De vulneribus utique aliqua habet Hippocrates, eaque vetat, niſi vino, humectare, multa vero vulnera

(a) Hippocratem ἑλκος pro vulnere dixiſſe Schulze *hiſt.* p. 281. (b) *Meth. med.* L. IV.

vulnera monet neque cataplaſmata ferre. Pus ut cito generetur procurari debere, & ut liberum habeat exitum; ſimplex tamen vulnus non egere ſuppuratione; ex eo recte ſanguinis effluxum aliquamdiu permitti. Oleum vetat adhibere, ſpongiam ſolam imponit. Ad ulcera cataplaſmata varia & adeo numeroſa medicamenta, ut etiam ex eo indicio habeas pro alterius ſcriptoris opere.

Reperitur in collectione VIDI VIDII, inque altera MANIALDI, & in Gallica FRANCISCI le FEVRE cum L. *de vulneribus capitis.* PARIS. 1555. fol.

Italice ex editione JOSEPHI CIGNOZZI. FLORENT. 1690. 8.

Arabice verſus exſtat, *Ketab albothur* (c).

M. S. *codex Græcus* eſt in B. R. Par. n. 2148. non antiquus. In CAIO GONVILENSI. B. Cantabrig. n. 949.

In L. περι εκτρωσιος agit de extrahendo telo. Conf. *pag.* 1.

In aliis quoque minus certo HIPPOCRATICUS libris multa de vulneribus reperiuntur. Sic in *prædictionibus Coacis* in L. II. moriuntur empyi, quibus thoracis penetrabile vulnus extus ſanatum eſt. In L. III. agit de vulnerum eventibus. Inteſtini vulnus funeſtum. Vulnera tendinum claudicationem facere.

In *Epid.* V. plurima ſunt chirurgica. Vulnus illud celebre diaphragmatis, ex quo manavit receptus error, ab ejus muſculi læſione riſum fieri Sardonicum. Ibi etiam illa HIPPOCRATIS de errore ſuo ex fiſſura nato, quam pro ſutura habuit & neglexit, confeſſio, CELSO olim laudata. Mors ex vulnere punctorio. Cuſpis ſagittæ multis annis in vulnere manſerat; quoad ſponte prodiit. Vulnus per abdomen penetrans funeſtum: recte ſuſpicatus eſt, ſanguinem eſſe effuſum. Vulnera ventriculi, hepatis; hoc lethale. Vulnus, ut videtur, nervi, aut ipſius ſpinalis medullæ, unde funeſtus ſpaſmus cynicus. Tetanus ex acri medicamento in vulnus dato.

Hunc librum GALENUS HIPPOCRATI II, vel DRACONI tribuit; HALLERO videtur omnino magno HIPPOCRATE non indignus, ſed obſtat venarum ab arteriis diſtinctio.

In *Epid.* L. VII. multa ſunt eadem, quæ in quinto.

In L. *de morbis* II. vulnus aſperæ arteriæ, & ejus curatio.

In L. περι παθων tradit vulneratorum curam. Fame jubet adfligere.

In L. περι ευσχημοσυνης monet debere machinas & ferramenta, & inſtrumenta ad vulnera præſto eſſe. Edidit G. A. MATTHIÆ, GÖTTING. 1740.

(c) HERBELOT *bibl.* p. 965.

1740. 4. Reperitur in editione MACKII T. I. Gallice vertit DACIER cum aliis. Ita HALLER. Vide *pag.* 286.

CTESIAS. V. *pag.* 964.

ARISTOTELES in *Probl.* V. 31. paſſim aliqua de vulneribus habet. HALLER. V. *pag.* 588.

CRITOBULUS ſagittam ab ASTERE emiſſam, quæ in palpebra hærebat PHILIPPI MACEDONIÆ Regis, feliciter excidit (d), ut amiſſo quidem oculi uſu vulnus absque fœditate ſanaretur. HALLER.

CRITODEMUS, ex gente Aſclepiadarum, ALEXANDRI M. curam geſſit, cum in Malliorum oppido graviter fuiſſet vulneratus (e). HALLER.

ANTISTIUS CÆSARIS vulnera inſpexit, poſtquam in Senatu fuerat occiſus (f). HALLER.

GLYCON, vulnera PANSÆ Conſulis curavit, & in ſuſpicionem venit veneni illiti, ſed ejus innocentiæ BRUTUS graviſſimus teſtis eſt (g). HALLER.

AUR. CORNEL. CELSUS *de re medica* L. VII. cap. 5. de telis e corpore extrahendis. Veſicæ vulnera lethalia eſſe. Cap. 16. de ventre ictu perforato & inteſtinis vulneratis. Ita WALTHER. In L. VIII. cap. 10. vulnere ſuper ſupercilia illato (in frontali ſinu) fieri non poſſe, quin per omnem ætatem ulceratio ſuperſit. HALLER. V. *pag.* 287.

ARETÆUS in *diuturn. cauſ.* L. II. cap. 4. vulnera in veſicam illata funeſta eſſe, aut ſubito, aut intra paucos dies. HALLER. V. *pag.* 291.

CÆLIUS AURELIANUS in *tardar.* L. III. cap. 12. pulmonem a ſagitta læſum aliquando convaluiſſe. HALLER. V. *pag.* 293.

GALENUS *de methodo medendi* in L. V. de vulneribus venarum & arteriarum: ea thrombo claudi. Contra eſcharotica in arteriarum vulneribus. Candens ferrum permittit, ubi metus eſt putredinis. Contra methodicos, medicamenta a partium vulneratorum ſubſtantia mutari, neque in omni parte convenire. In L. VI. vulnera tendinum & nervorum. Iſta requirere non aquam, ſed medicamenta calida, euphorbium ipſum cum terebinthina. Puncto nervo oleum antiquum recte imponi. Gaſtroraphiæ diverſi modi. Alia vulnera, ventriculi, omenti: hoc exiguum reſecandum tantum, vinculo injecto, ne ſanguis nimis fluat.

Idem in L. VI. *de locorum adfectorum natura* &c. multa huc facientia habet, ut ſigna vulneratæ veſicæ urinariæ. De vulnere inteſtini, cujus ſedes ex puritate ſanguinis exque tempore divinetur, quo cruor decedit;

(d) PLIN. VII. 37. (e) ARRIAN. *exped.* VI. (f) CÆLIUS *tard.* L III. cap. 8. (g) Ad CICERONEM *epiſt.* L. VI.

dit; tanto enim proditurum meraciorem, & tanto citius, quo propius rectum inteſtinum vulneratum fuerit.

Idem in L. *de plenitudine* inciſam in cubito arteriam ſe injecto vinculo abſque aneuryſmate ſanaſſe, & præſtare totam diſſecare arteriam.

Idem in *adminiſtr. anat.* L. VII. mortem vidit ſuperveniſſe, cum ob vulnus arteriæ, artus nimis diu vinculo fuiſſet interceptus. In L. VIII. arteriam inciſam tranſverſim jubet diſſecare.

Idem *de compoſ. med. ſec. genera* L. III. potiſſimum ad vulneratos nervos.

Idem in *ſpuriis & anatome mortuorum* de vulnere abdominis agit, in quo omentum adparebat: amplius vulnus reddidit & conſuit. In alio exemplo, bilis profluxit, in alio urina: ſanatus etiam eſt, cui ſtercus de vulnere effluebat. HALLER. V. *pag.* 1002.

ORIBASIUS *de morb. curat.* L. III. cap. 3. de nervis vulneratis.

Idem in *ſynopſis* L. VII. cap. 11. de nervis vulneratis. WALTH. V. *pag.* 264.

THEODORUS PRISCIANUS in *phæn. eup.* L. I. cap. 21. de vulneribus telo inflictis. WALTH. V. *pag.* 361.

AETIUS in *tetrabibl.* IV. ſ. 2. cap. 26. de cruentorum vulnerum cura. Cap. 27. de nervorum vulneribus. Cap. 28. de cura nervorum denudatorum & vulneratorum. WALTH. V. *pag.* 265.

PAULUS ÆGINETA in L. IV. cap. 5. de inteſtinorum vulneribus. Cap. 54. de nervis ſauciatis. Ita WALTHER. In L. VI. agit etiam de varietate telorum, & ut evellantur. HALLER. V. *pag.* 293.

JOHANNES ACTUARIUS *de meth. med.* L. IV. cap. 6. de inteſtinorum vulneribus. Cap. 16. de nervorum vulneribus. WALTH. V. *pag.* 358.

RHAZEUS in L. XIII. de venarum & arteriarum vulneribus. Albumine ovi, thure & aloe, arteriæ vulnus ſanatum fuiſſe. Socios ſuos in noſodochio colcothar cum calce & thure ad ea vulnera terere. Arterias jubet bis ligari. Digito per tres horas arteriæ impreſſo, quæ venæ loco inciſa fuerat, ſanguinem ſubſtitiſſe. In alio caſu, vinculo per quatuor dies non remoto, dum impoſita ſpongia ſubinde humectabatur, ſanatum fuiſſe vulnus. Sic etiam diuturna preſſione, impoſitis leporinis pilis, aut goſſypio. HALLER. V. *pag.* 265.

HALY ABBAS in *theoriæ* L. VIII. cap. 19. de vulneribus. In L. IX. cap. 21. de vulnere cordis. In *practicæ* L. IV. cap. 18. & 19. de vulnerum ſimplicium & compoſitorum medela. Cap. 21. de nervorum vulnere. WALTH. V. *pag.* 295.

AVICENNA in L. *fen.* 16. tract. 5. cap. 1. de inteſtinorum vulneribus. In L. IV. *fen.* 4. tract. 1. cap. 1. &c. de vulneribus & eorum cura. WALTH. V. *pag.* 267.

AVENZOAR in opere *Tajeſſir* experimentum in capra fecit, pulmonis particulam abſcidit, & feliciter curavit. Hominem vidit, cui per vulnus lateris longo tempore alimenta deceſſerant. HALLER. V. *pag.* 295.

MAIMONIDES de vulneribus etiam breviſſime agit. HALLER. V. *pag.* 267.

ALBUCASIS in L. I. arteriam læſam aut abſcindit, aut ligat, aut amburit, aut impoſito digito compreſſam tenet. In L. II. de vulneribus etiam agit ex ordine; ſanavit noſter virum, cui ampliſſimo vulnere abdomen patebat, & inteſtinum 24 horis extra ventrem fuerat, ſutura ſimplici & repetita, quam vocant *entrecoupée.* Vulnus ventriculi abiiſſe in fiſtulam, diuque cum bonis ægri rebus toleratum fuiſſe. Alium hominem curavit, cui inteſtinum læſum fuerat. Suturam inteſtino injicere diſſvadet. De telorum varietate, eorumque extrahendorum artibus. Ut telum extraxerit, quod prope oculum ſubierat, & ad aurem alterius lateris exierat. Ut ex oculi adipe & palpebra inferiori ferrum extraxerit illæſo oculo. Ut ex gutture hamatum ſagittæ ferrum de mediis venis jugularibus eduxerit; ut ex ventre exciderit; ut in muliere ſagitta in abdomine manſerit abſque incommodo, ut in facie. Ut non ſine difficultate ſagittam infra naſum hærentem tandem evulſerit. Debere nonnunquam ſagittam per inciſionem introitui vulneris oppoſitam excidi. HALLER. V. *pag.* 267.

CONSTANTINUS *de morb. cognit.* agit etiam de vulneribus renum, uteri, & teſtium. HALLER. V. *pag.* 268.

GARIOPONTUS *ad totius corp. ægrit.* etiam de vulneribus ventriculi, inteſtini, renis. HALLER. V. *pag.* 296.

BRUNUS. V. *pag.* 2.

THEODORICUS in *Chirurgia* pag. 138. &c. arteriæ vulnera impoſitis pulvillis & apta, diuque non remota, preſſione ſanat. Olea perinde reprobat ut BRUNUS, vinumque vult vulneratis dari, & alimenta boni ſucci. HUGONEM omnia vulnera vino, ſtupa & apta deligatione ſanaſſe. Ipſe multa vulnera arteriarum abſque aneuryſmate curavit (h). Narcoticorum uſum rejicit. De vulnerum curatione; turundas improbat, ROGIERUM & ROLANDUM corrigit, arteriarum vulnus ſolo vinculo ſanari. HUGONEM thoracis vulnus, cum pars pulmonis amiſſa eſſet, ſanaſſe, præſente ROLANDO, male ſibi hanc curationem tribuente. Os inciſum ſanavit. Diuturnum ſanioſum vulnus thoracis SALERNI ſe ad ſanationem perduxiſſe. In vulneratum inte-

(h) Niſi GALENUS eſt, qui loquitur.

inteſtinum molle quid de ſambuco introducit, tum conſuit, tum ventrem ipſum conſuit, finitque coaleſcere, omni rejecta cannula. Vulnus etiam cum fractura complicatum jubet conſui, & pariter deligat. HALLER. V. *pag.* 2.

GUILIELMUS de SALICETO in *Chirurgia* pag. 331. &c. aſperæ arteriæ vulnus ſanavit. Demum ſutura curavit hominem, qui eodem vulnere & aſperam arteriam ſibi præciderat, & œlophagum: dem m um ſagitta per collum penetraſſet, non læſa tamen gula. Inteſtinum cultro læſum ſutura, quam vocant pellionum, conſuit, repoſuit, tunc abdomen conſuit, felici eventu. Nervos ſenſibiles & motivos jubet conſuere. Detectum nervum ſenſum amittere, experimento procul dubio a tendinibus ad alios nervos tranſlato. Sigillatim deſcribit vulnera ſingularum partium. HALLER. V. *pag.* 268.

LANFRANCUS in *Chirurgiæ magnæ Doctr.* III. tract. 1. cap. 1. &c. de variis vulneribus. In Tract. 2. cap. 1. &c. de vulneribus variarum partium. Ita WALTHER. In vulneribus ſimplicem curationem adhibuit, quam eo ævo vocabant *primæ intentionis*, & turundas undique rejicit. Nervos ut Magiſter ſuere jubet. Puerum ex vulnere venæ organicæ (in collo) exſanguem & pene exanimem compreſſa primum digito vena, deinde apta & diuturna deligatione ſervavit. Cum & vena eſſet in brachio inciſa, & nervus conpunctus, illam quidem vinculo intercepit, nervo oleum roſatum adhibuit; & male a laico ſucceſſore ſuo tractatum vulnus, alius phyſicus ex ſuo conſilio iisdem præſidiis ad ſanitatem reduxit. Vino juſſit in vulneribus abſtinere, niſi debilis fuerit æger. HALLER. V. *pag.* 2.

PETRUS de APONO in *conciliatore* &c. etiam de vulnere agit. HALLER. V. *pag.* 270.

Codex chartaceus &c. V. *pag.* 1671.

BERNARDUS GORDON in *Medicinæ* &c. Parte I. cap. 26. de vulneribus. WALTH. V. *pag.* 270.

ARNALDUS de VILLANOVA in *breviario* &c. vulnera aqua ardente fere ſanat. HALLER. V. *pag.* 296.

GUILIELMUS de VARIGNANA in *ſecretorum* &c. Tract. II. ſerm. 3. cap. 1. de vulneribus. WALTH. V. *pag.* 371.

Tractatus anatomicus & chirurgicus, in quo de vulnerum curandorum ratione diſſeritur, PHILIPPI VALESII ævo ſcriptus eſt, reperitur in Bibl. Reg. Pariſ. I. n. 394. HALLER.

GUY de CHAULIAC in *Chirurgiæ* Tract. III. doctr. 1. cap. 1. &c. de vulneribus. WALTHER. Sagittæ cuſpidem ita extrahere jubet, ut ad baliſtam adligata ejus elatere explodatur. Nervos & tendines vidit inciſos conſu-

confutos & feliciſſime ſanatos. Hepatis exigua vulnera curari vidit. HALLER. V. *pag.* 297.

NICOLAUS de FALCONHS in *ſermone* VII. agit etiam de vulneribus. HALLER. V. *pag.* 634.

LEONARDUS BERTAPALIA. V. *pag.* 3.

PETRUS de la CERLATA in *opere chirurgico* nervos vetat conſui. Sagittam inter duo ſupercilia ad quatuor digitos ſubiviſſe, vulnusque facile a ſe curatum fuiſſe narrat. Mors ſubita vix ädparente vulnere, & læſa vena jugulari. Sagittam de gula felici eventu extraxit. Motum, non ſenſum, ex vulnere periiſſe, cum muſculus (ſublimis, ut videtur), inciſus fuiſſet. Vulnera maxima manus, etiam diſſectis omnibus tendinibus, conſuit & ſanavit, & in univerſum ſuturis conſtanter in vulneribus uſus eſt. Sagittam gulæ infixam cum extraheret, ex ſanguinis jactura æger ſubito interiit. Et colli veſicæ vulnus & uteri ſanavit. Nervi parvum vulnus, non æque mortem intuliſſe refert ingenuus. In univerſum magnam vulneram varitetatem vidit & curavit. HALLER. V. *pag.* 269.

JOHANNES de KETAM in *tractatu de Chirurgia.* Vulnerum per univerſum corpus tabula. Medicamenta chirurgica varia. Paſſim etiam conſilia. Inteſtina jubet filo ſubtili conſuere. Codex eſt in libris BERNARDI B. Brit. n. 3669. HALLER. V. *pag.* 1499.

HIERONYM. a BRUNSWICH in *Buch der Chirurgia* &c. agit de vulneribus a capite ad calcem, & eorum ad inferendam mortem poteſtate. HALLER. V. *pag.* 4.

MAESTRO BARTOLOMEO SERAFINO, incertæ ætatis ſcriptor. Ejus codex M. S. *delle ferite* eſt in Bibl. Vatic. apud MONTF. I. p. 23. n. 395. HALLER.

Anonymi L. *de vulneribus & morbis* eſt in Coll. ſ. Mar. Magd. B. B. n. 2349. HALLER.

ANTON. BENIVENIUS *de abditis morb. cauſis* cap. 76. Mortes ex vulnerato inteſtino tenui. HALLER. V. *pag.* 362.

JOHANNES de VIGO in *practicæ* L. III. de vulneribus. Hæmorrhagiam cum putrefactione turunda longa conpeſcit. Vulnus faciei curat ſutura incruenta, alterne ſibi reſpondentibus triangularibus emplaſtris facta. Vulnus veſicæ ſanavit, cum lotium effluxiſſet. Suturarum varietatem deſcribit. Eas inter intortam ad labra, & vulnera.

Idem in *Chirurgiæ compendioſæ* L. I. de vulneribus. Vulnus in collo enorme cum deſtructo brachii motu, duodecies repetita ſutura ſanatum. Telum vel glans infixa, ſi commode extrahi non potuerit, non nimis laborandum, absque noxa enim multis annis carnibus incluſum ferramentum manſiſſe. HALLER. V. *pag.* 270.

ALEXAN-

ALEXANDER BENEDICTUS *de omnium a vertice ad plantam* &c. in L. XVII. cap. 21. de lienis vulnere. WALTH. V. *pag.* 300.

GODOFR. STEGHIUS in *artis medicœ* L. XIII. cap. 14. de vulnerum curatione. WALTH. V. *pag.* 313.

MARIANUS SANCTUS BAROLITANUS in *compendio* &c. agit quoque de vulneribus. Ut in vulnere ſupra genu, cum MARIANUS periculum non intellexiſſet, monitus ſit a præceptore, ne fauſtum, ſed mendax prognoſticon, ſibi ſineret elabi: adeo vere, ut quinta die ægrotus ex nervorum diſtentione interierit. Ut vulnus contuſum male futura clauſum idem J. de VIGO feliciter aperuerit. In vulnere venæ (arteriæ forte) futura vas læſum cum cute comprehendit. HALLER. V. *pag.* 271.

PETR. de BAYRO *de medendis corp. hum. malis* L. IX. cap. 2. de vulnere pectoris. WALTH. V. *pag.* 374.

LEONHARD. FUCHS in *curandi ratione* L. VI. agit de vulneribus, HALLER. V. *pag.* 683.

PHIL. THEOPH. PARACELSUS *der groſſen Wundarzney* L. I. de vulneribus. Suturas rejicit. Multum tribuit antiquis illis potionibus vinoſis cum herbis vulnerariis coctis; deinde medicamentis ex antimonio, oleo vitrioli. Sanguinis eruptionem debere comprimi emplaſtris ſtypticis (*Stichpflaſter*). Sagittas certis vocibus obſequi, quas ſophiſtæ male contemnant.

Ejus *Bertheonea f. tres libri de vulneribus* &c. Cuique parti corporis ſuam eſſe mumiam ex ea ipſa natam, qua ejus vulnera ſanentur. HALLER. V. *pag.* 272.

NICOL. MASSA in *iſagoge anatomica* aliqua habet de vulneribus abdominis: de repoſitione inteſtini per vulnus ope ſyringotomi dilatatum: de inteſtini futura ad pellionis morem facta, ſed cum adſuta ſubtiliſſima agni membranula, quæ inteſtinum conglutinet: de omento vinciendo, & ubi corruptum eſt, exurendo; deque gaſtroraphia. Os femoris in vulnere tibiæ ſenſu fuiſſe deſtitutum ipſe miratus eſt, cum nervum forte profundum aliquem tetigiſſet.

Idem in *epiſtol. med.* L. II. *Epiſtola* 11. eſt fere integer de vulneribus tractatus, multis cum utilibus adnotationibus. Multa exempla vulnerum cerebri ſanatorum. Pectoris vulnera, quæ in cavum penetraverant, ſanata decocto, cujus formulam dat. Solet lychnos terebinthina oblinitos inmittere. Se empyos ex vulnere ſanaſſe, inciſione facta inter tertiam quartamque coſtam, injectis in pectus decoctis vulnerariis. Inteſtini vulnera. Renis vulnus ſanatum. Meſenterium in colo per vulnus elapſum revinctum, cauterio compreſſum. Sanatum a natura vulnus inteſtini. HALLER. V. *pag.* 273.

HIE-

HIERONYM. CARDANUS *de cauſis*, *ſignis* &c. L. VI. pag. 163. &c. Vulnus pulmonis. Vulnus ſepti transverſi. Vulnus cordis. WALTHER.

Idem in *comment. ad aph. Hipp.* Vulnus pericardii ſanatum.

Idem in opere *de varietate rerum.* Vulnus graviſſimum in genu a Græco contra omnium ſpem ſanatum. HALLER. V. *pag.* 374.

JOH. GUINTHERUS in *comment.* T. I. agit etiam de vulneribus. HALLER. V. *pag.* 421.

MICHAEL ANGELUS BLONDUS. Ejus *de partibus ictu ſectis citiſſime ſanandis*, & *medicamento aquæ nuper inventæ.* VENET. 1542. 8. & in collectione GESNERIANA & UFFENBACHIANA. Valde laudat aquam, contra nuperos. Hominem 17. vulneribus conciſum, cui pectus perforatum erat, in Brutiis ſanavit. Reſina aliisque ad glutinandum utitur. Puncto nervo cataplaſma ex farina fabarum, aceto, lixivio, oleo impoſuit. HALLER.

ALPHONSUS FERRUS, qui laudatur a BLONDO inter principes chirurgos. Ejus *de ſclopetorum*, *ſ. arquebuſorum vulneribus L. III. Corollarium de ſclopeti ac ſimilium tormentorum pulvere. De caruncula* &c. LION 1553. 4. 1559. 4. FRANCOF. 1675. 4. ANTWERP. 1583. 4. cum BOTALLO, & ROTA, & in collectione GESNERI, TIGUR. 1555. fol. & UFFENBACHII, FRANCOF. 1610. fol. In medicamentis plurimus, venenum ſclopetariis vulneribus eſſe defendit, graviſſimorum malorum argumento, quæ ejusmodi vulneribus ſuperveniant. Quare adhibenda eſſe bezoardica. Ad extrahendas glandes inſtrumentum invenit, quod vocat *Alphonſinum*; forceps eſt dentata, tricruris. Ejus eſt ſpecillum ad detegendas glandes. Acus incurva ad revinciendam arteriam. Vitriolum calcinatum ad oſſium cariem adhibuit. In *ſupplemento* ſuam de venenata indole vulnerum ſclopetariorum hypotheſin defendit. A tranſeunte ſphæra majori humerus fractus, & magnæ contuſiones a levi majoris pilæ contactu. HALLER. V. *pag.* 1530.

JOH. FERNELIUS in *univerſæ Medicinæ* L. VII. cap. 8. de vulneribus variarum partium. WALTH. V. *pag.* 273.

ANTON. FUMANELLUS in tract. *de compoſ. med.* cap. 73. quæ vulnera ſanant. WALTH. V. *pag.* 375.

JOH. TAGAULT *de chirurgica inſtitutione* L. I. cap. 2. 3. 4. de vulneribus. WALTH. V. *pag.* 6.

JACOB. HOLLERIUS in *materia chirurgica* L. II. pag. 51. &c. de vulneribus. WALTH. V. *pag.* 1012.

VIDUS VIDIUS *de curatione membratim* L. VIII. cap. 18. thoracis vulnera. In L. IX. cap. 21. de curatione vulnerum inteſtinorum.

Idem

Idem *de curatione generatim* L. IX. cap. 3. de vulneribus nervorum. WALTH. V. *pag.* 375.

AMBROSIUS PARÆUS in *maniere de traiter les playes d'arquebuſades* &c. methodum lenibus medicamentis curandorum horum vulnerum habuit a chirurgo Italo (i), quem TURINI vidit. Vulnera ſclopetaria negat amburere, negat glandem plumbeam figuram mutare; eaque vulnera ſuppurantibus medicamentis excipit. Digitis corpora aliena melius eximi; ſæpe plumbeas glandes diu abſque malo in vulnere manere, non perinde ferreas. Os longe ſuper percuſſionis ſedem a globis majoribus frangi. Machinæ ad evellendos globos, & varii forcipes; acus pro trajicienda ſutura, ne vulnus prius coaleſcat, quam glans extracta ſit. Inde de ſagittis; etiam ad eas varia inſtrumenta. De fracturis cum vulnere complicatis, a ſagitta inflictis aut ab igne. Excuſat ſe quod diætam tangat. Exempla graviſſimorum vulnerum ſanatorum. Injectiones in vulneribus thoracis præſcribit. Vulnus venæ jugularis & aſperæ arteriæ ſanatum. Sic lanceæ ictus, qui Ducem GUISIUM (ideo dictum *le balafré*) ſub oculo percuſſerat, ut ſub aure alterius lateris exiret. Vulnus inteſtini craſſi ſanatum. Quare monet, non eſſe in maximis etiam malis deſperandum.

Idem in collectione *operum* L. VIII. de vulneribus in genere & de eorum ſymptomatibus. Pulvere vitrioli hæmorrhagiam comprimit. In L. IX. de cruentis vulneribus ſigillatim. In vulnere genæ perpetua aquæ ſtillam, ſuppreſſa aqua forti. Humorem articularem, ut CELSUS, vidit affluere, a quo periculum ancyloſeos. Eſſe qui poplitis tendinem conſuant; ſe non ea eſſe audacia. Lingua pene tota reſecta, tamen reconciliata. Aliquot exempla vulnerum aſperæ arteriæ ſanatorum. Sanguis in pectus effuſus, & ſpiritum impediens, injectis aptis liquoribus, & proprio ſitû eductus: tubuli ad educendum tabum. In pectoris vulnera nonniſi urgente neceſſitate dandi penicilli, a quorum uſu in fiſtulas degenerent. Ad vulnera nervorum validi balſami, etiam terebinthinæ. Vulnera medium corpus transverberantia ſanata. HALLER. V. *pag.* 301.

JULIUS ALEXANDRINUS in *enantiomatibus* agit etiam de vulnerum exſiccatione. HALLER. V. *pag.* 376.

AMATUS LUSITANUS in *curationum* &c. *centuria* I. Vulnus pectus ad quartam coſtam, ut videtur, penetrans ſanatum. In *cent.* III. omentum per vulnus elapſum, vinctum & præciſum, bono eventu. HALLER. V. *pag.* 314.

BARTHOLOMÆUS MAGGIUS. Ejus librum frater J. BAPTISTA edidit, *de vulnerum bombardarum & ſclopetorum, globulis illatorum, & de eorum ſymptomatum curatione tractatum.* BONON. 1552. 4. & in collectione

Fffffffff 2 Tigu-

(i) *Preface.*

Tigurina 1555. fol. tum in Veneta 1566. 8. & in Uffenbachiana a. 1610. fol. Bonus liber & utilis. Non aduri a globulis ſclopetariis vulnera, neque enim ægros ſentire ſe aduri, neque glandes ſtupam incendere, experimento facto, ſed ne pulverem quidem pyrium a glandibus inflammari, denique liquatum plumbum chartam non adurere. Eſcharam vulnerum ſclopetariorum eſſe a contuſione, hinc in exitu glandis nullam. Sulfureo globo ex ſtlopo emiſſo paries perforatur. Neque in pyrio pulvere venenum eſt. Turundas non debere in imum vulnus mitti. Solum immittendum oleum roſatum cum reſina, deinde lenia quæque, ut unguentum dialthææ. Leniter vulnus tractandum neque abſtergendum. Sarcoticum optimum parari ex pompholyge. Glandes eximendæ prima die, etſi non ſunt malignæ; ſi profundiſſime penetrarint, in oppoſito fine incidendum. Veſtes aliaque peregrina corpora deteriora ſunt, & omnino debent eximi. Oſſi impactus globulus terebella eximitur, per cannulam immiſſa. Ad nervoſa vulnera oleum cum aceto confert. Terebinthina contuſis non convenit. Oſſa etiam non tacta franguntur, ut tibia, cum ſola fibula tacta eſſet. Fragmenta oſſea non tamen evellenda, ob magna, quæ inde ſequuntur ſymptomata, ſed imponendæ faſciæ non arcte adſtringendæ. Ex ichore intelligas aut ſquamam eſſe impactam, aut os abſceſſurum. Granula pulveris pyrii primus docuit emoliri ſpecillo, tum digerentibus medicamentis. Inſtrumenta varia, etiam acus pro ſetaceo. Apparet omnino, PARÆUM plerumque placita noſtri ſecutum eſſe. De ulceribus fuſe.Ranioſa ulcera a corporibus peregrinis in vulnere relictis fieri. Cutis, quæ cranio non cohæret, incidenda. HALLER. V. *pag.* 1534.

CHRISTOPH. a VEGA in *commentariis in aphoriſmos Hippocratis*, LION 1576. fol. habet vulnus ventriculi ſanatum. HALLER. V. *pag.* 1536.

JOH. LANGIUS in *epiſtol.* L. I. *epiſt.* 3. &c. de vulneribus. WALTH. Oculum cultro violatum ipſe ſanavit. In L. II. ACHILLIS GASSERI hiſtoria vulneris uteri, & ipſius, qui utero gerebatur fœtus, feliciter ſanati. HALLER. V. *pag.* 320.

FRANC. VALERIOLA in *exercitat.* L. II. vulnus lethale renis & inteſtini. Sanguis in homine occiſo poſt mortem manans. In L. IV. a vulnere empyema. Vulnus ſanatum, in quo globulus de ano exierat. Sauciorum in prælio curationes. Empyema a vulnere, tali parte per alvum ejecta in fiſtulam abiens. Sanatus homo cujus totum pectus globulus peragraverat. Æneo tormento in pede percuſſus, ſervato artu claudus manſit, cætera ſanus. Cui thoracis catenati pluſculi circuli in pectus depulſi fuerant, tamen ſervatus. Sanatus, cui tormenti ænei globulus os tranſverberaverat. In L. V. globuli ſtlopetarii vulnus in pectore ſanatum. HALLER. V. *pag.* 273.

J. FRAN-

J. Franciscus Rota, lector Chirurgiæ publicus Bononienſis. Ejus *de tormentorum vulnerum curatione & natura.* Bonon. 1555. 4. 1566. 8. Francof. 1575. 4. Antwerp. 1583. 4. Multa ex Maggio, etiam rationes, quibus vincit, globos ſtlopetarios vulnus non amburere, venenum utique habere ex halitu pulveris pyrii natum. Veneno ergo primum occurrendum, & ſcarificandum. Magnas arterias a globis ſtlopetariis divelli; nullo ſanguine ex tanto vulnere ſequente. Albumen ovi imponit cum bolo Armena tritum. Molliter debere deligari. Longiorum turundarum noxa. Ut tela eximantur. Facile eximi facta inciſione. Glande plumbea trajectum absque malo abdomen. Venas etiam vincire nonnunquam neceſſe. Cæterum ſectarius homo, & antiquorum fere medicamentis confiſus. Ad vitam in diarii Orteschiani T. I. aliqua. Haller.

Petrus Franco in *traité des hernies* &c. etiam de vulneribus agit. Haller. V. *pag.* 801.

J. B. Montanus in *conſultat. med. conſ.* 13. 14. 16. de vulneribus. Walth. V. *pag.* 424.

Bald. Ronsseus in *epiſtolis* de potionibus etiam vulnerariis. Haller. V. *pag.* 629.

Realdus Columbus in L. XV. *de re anatomica* . . . . . muſculum in vulnere convelli vidit. Pleuram frequenter pulmoni adnatam facere, ut vulnera pectoris non adgnoſcantur. Haller.

Leonhardus Botallus, Aſtenſis ex Pedemontio, ex ſchola Italica, Doctor Ticinenſis, Catharinæ Reginæ, Caroli IX., deinde Guilielmi Arauſiaci medicus, caſtra ſecutus, præceptore fratre chirurgo uſus, manu medicatus eſt, & inter præcipuos medicos a Fioravanto numeratus. Ejus *de curandis vulneribus ſclopetorum.* Lion 1560. 8. 1565. 16. Venet. 1566. 8. 1597. 8. Antwerp. 1583. 4. cum Ferro & Rota. Germanice Nürnberg 1676. 8. Liber Taurini datus eſt. Contra Alphonsum Ferrum oſtendit, non eſſe in his vulneribus venenum, ſed neque ignem ineſſe, & glandem tepere, non inflammari, neque in pannis ſclopo percuſſis aliquot ignis indicium eſſe. Corpora peregrina relinquenda, quoties non absque magno malo educi poſſunt. Contra inſtrumentum *Alphonſinum.* Cutis non incidenda, niſi glans ſubter eam longum iter fecerit. Artus gravius confractos continuo amputandos. Triduo & quatriduo, non ultra, repercutientibus utendum. Ad ſanguinem comprimendum tamen denique ignis adhibendus. In principio, unica die, vehementibus digeſtivis noſter utitur, ipſoque demum ſublimato mercurio; deinde cum abſterſione ſiccantibus. Non anxie quærendam glandem eſſe, qua in abdomine relicta, æger tamen ſanatus fuerit. Oſſa niſi libera non extrahenda. Vulneratus artus in capſula continendus absque vinculis. Inſtrumenta varia, etiam tre-

panum cum rectis laminis. Glandem cranio impactam ter admoto trepano exemit. Celebris huc pertinet curatio Principis Auriaci, cujus læſa arteria carotis digito diu impreſſo conſolidata eſt.

Ejus *opera omnia conjuncta* JOHANNES V. HORNE edidit AMSTERD. 1660. 8. HALLER.

JOD. LOMMIUS in *med. obſervat.* L. II. pag. 123. &c. vulnera pectoris, cordis, inteſtinorum. WALTH. V. *pag.* 425.

ANT. CHALMETHÆUS in *enchirid. chirurg.* L. II. cap. 13. de oſſibus vulneratis. Cap. 12. de thoracis vulneribus. WALTH. Vulnus pectoris cum fracta coſta & emphyſemate ſanavit. HALLER. V. *pag.* 274.

HIERONYMUS CRASSUS. Ejus *de ſolutione continui.* VENET. 1563. 4. HALLER. V. *vulnera capit.*

THOMAS GALE. V. *pag.* 7.

GABRIEL FALLOPIUS. Ejus *de vulneribus in genere, de vulneribus capitis, naſi, oculorum, colli* &c. VENET. 1571. 4. Videtur hunc librum eumdem eſſe, quæ *Chirurgia* dicitur FALLOPII, quæ iterum prodiit VENET. 1604. 4. 1637. 4. 1647. 4. 1675. 4. Vulnera carnis ſecundum primam intentionem ſanari; non ita arteriarum, nervorum, oſſium. Sanguinem non debere ſupprimi, ſed ad deliquium uſque manare, eum cæterum ſe multo linteo carpto compeſcere. In facie turundas ſe non adhibere, in femore utique. Eſſe, qui ſola frigida vulnera ſanent, etiam ſibi ſucceſſiſſe, neque tamen ſibi probari. Laudat ceratum barbarum & iſidis. Nimium aërem metuit. Naturam etiam absque medicamentis vulnera ſanare. Carnem luxuriantem mercurio præcipitato reprimit. Unguento de minio inter epulotica plurimum tribuit; pro vulnerario medicamento ſucco hyperici cum vino expreſſo. Vulnus diaphragmatis in parte carnoſa non eſſe lethale. Vulnus ventriculi ſe ſanaſſe. Queritur, quod chirurgus legibus teneatur intra tertium diem de vulneris curatione reſpondere, quo tempore ſæpe ipſi non liqueat. Vulnus veſicæ urinariæ ſclopetarium. Auriculam reſectam & de pellicula pendentem adglutinavit. Acetum in vulneribus ipſi parum placet. Peregrina corpora, tela, fragmenta calcis in vulnere incluſa, quod conſerbuit. Quæ continuo extrahere oporteat, quæ minus egeant ea celeritate. Suturæ ſiccæ cruentam præfert. Curatio ſympathetica, quæ fere DIGBYI, Germani, qui cultro medebatur. Digitum pene totum abſciſſum tamen conferbuiſſe. Decocta vulneraria, quibus ſolis Hebræi chirurgi eo ævo utebantur; formulæ, etiam celeberrima & abſurda Romani circulatoris. Non debere oſſa confracta facile avelli, dum carnibus adhæreſcunt. Muſculos colli in tranſverſum ſectos conferbuiſſe. Vaſorum vulneri labiorum ſuturam opponit; melius tamen paulo poſt ex GALENI conſilio arteriam vulnera-

neratam ligavit. Neque tamen cauterium rejicit. Injectis aptis liquoribus, ſe in vulneribus pectoris felicem operam poſuiſſe. Totum omentum cum emortuum eſſet, abſque ſuperſtite malo extraxit. Inteſtina craſſa conſui debere. Contra inmiſſum tubulum ſambucinum. Vulnera ſclopetaria. Nullam in iis ambuſtionem eſſe, neque ſtupam incendi, & pulverem pyrium in cute inventum abſque malo. Extrahendarum per partem oppoſitam glandium conſilium. HALLER. V. *pag.* 1674.

FELIX WURTZ in *practica der Wundarzney* &c. L. I. contra ſuturas; nocere, neque eſſe neceſſarias. Contra uſum ferri igniti ad compeſcendas hæmorrhagias. Contra nimiam in explorandis vulneribus ſedulitatem. Contra turundas, conſolidationem vulneris impedientes: vidit a turunda ruptam venam, funeſto eventu. De malis curationibus, quas in ITALIA vidit vulneribus adhiberi. L. II. de cura vulnerum. Non debere aërem admitti, neque vulnera elui. Fragmenta oſſium non debere evelli, niſi undique mobilia ſint. Vulnera articulorum & humeri ſuturas requirere, cæterum id auxilium rariſſime debere adhiberi. Vulnera ſigillatim. Peregrina ſæpe diu in corpore humano abſque dolore & ſymptomatibus retineri. De vulneribus ſclopetariis. Contra ſetaceum in iis vulneribus. Contra olea & emollientia. Suturas cruentas ſe raro adhibere, cum ſiccæ ſufficiant: ſi aliqua adhibenda, eam præfert, quæ fit diſtantibus filis & repetitis. Acu utitur Damaſcena, quam ipſe ſuper flammam flectit. Vulnus veſicæ ſanatum. L. III. vulnerum ſymptomata, & prognoſtica, ſuppuratio, ſynovia: compreſſa unguento fuſco (ſuo) & opodeldoch. Ut coactus ſanguis diſſolvatur: hic decocta ſudorifera. Alumen uſtum ad compeſcendum ſanguinem. Emollientibus & ferulis ſuperata rigiditas vulnerati articuli. Vulnera arida vitriolicis tentanda. HALLER. V. *pag.* 8.

J. le PAULMIER. Ejus *de la nature & curation des playes de piſtole, d'arquebuſe* &c. PARIS 1568. 8. CAEN. 1569. 4. Reſiſtendum uſtioni. HALLER.

MARCEL. DONATUS *de medica hiſtoria* &c. L. V. Oſſium vulnera majora ſanata. Vulnera præter fidem ſanata. Vulnus ventriculi ſanatum. HALLER. V. *pag.* 578.

FELICE PALAZZO (PALATIUS), Trebias, M. D. Ejus *de vera methodo quibuscunque vulneribus medendi cum aqua ſimplici & fruſtulo de canabe & de lino.* PERUSIÆ 1570. 8. & cum *dilucidationibus* SANCASSANI, VENET. 1733. Linteis aqua calida ebriis omnia vulnera ſanat. HALLER.

LEONARDO FIORAVANTI in *teſoro della vita umana* Parte II. lienis vulnus ſanavit, cujus partem reſecuit.

Idem

Idem in *compendio de' ſecreti* &c. L. II. agit de vulneribus. HALLER. V. *pag.* 1674.

J. PAULUS NATIUS. Ejus *opuſculum de Chirurgia*, & *potiſſimum de ſolutione continui.* VENET. 1570.. HALLER.

JOH. FRAGOSUS in *Chirurgia univerſal* L. II. etiam de vulneribus. Tela absque malo longo tempore in corpore latuiſſe. Sclopetarios globos neque inflammari, neque venenari. Vermes in vulneribus non valde noxii, per exempla. HALLER. V. *pag.* 9.

COMPAGNON. Ejus *diſcours des arquebuſades*, *en forme d'épitre, pour répondre à certaines apologies publiées par Ambroiſe Paré.* LION 1572. 8. Pro GOURMELENO contra AMBROSIUM PARÆUM, qui ſua opera a medicis habuerit &c. HALLER.

J. ANDR. della CROCE. Ejus *due trattati*, *uno in materia delle ferite, e l'altro del cavar le armi e le ſaette fuor delle carni* VENETIIS 1560. 4. prodierunt cum JOHANNE de VIGO.

Idem in *Chirurgia* &c. vulnera pectoris penetrantia ſæpe ſanari, pulmonis aliquando, qui vix dolorem percipiat. Sanguinem in pectus efſuſum ſiphone reſorbet. In gaſtroraphia una & peritonæum filo comprehendit & abdominis muſculos. Vulnus renis ſe brevi tempore ſanaſſe, terebinthina, ſed non bene, data. HALLER. V. *pag.* 10.

FRANCISCUS ARCÆUS, vulgo de ARCE, Fraxinalenſis, METHYMNÆ medicum fecit, manuque etiam medicatus eſt. BENEDICTUS ARIAS MONTANUS ei ſuaſor fuit, ut opus ſuum ederet; ideo multa ob novam methodum paſſo. Vivebat anno 1573. annos natus octoginta, integerrima valetudine, felix practicus, ut ex ipſo opere conſtat, & pius homo, paulo nimius in medicamentorum laudibus. Edidit ALVARUS NONNIUS (NUNNEZ) a B. ARIA rogatus, & notas nonnullas addidit. Liber non grandis eſt, *de recta curandorum vulnerum ratione* T. II. ANTWERP. 1574. 8. AMSTERDAM 1658. 12. Belgice *kortbondige middel van allerhand ſorten van Wonden to geneeſen*, vertente GEUSIO prodiit RUREMONDE 1667. 8. Germanice *von der rechten Wunden* &c. NÜRNBERG 1614. Nullam in vulnus mittendam flammulam, niſi in futuris; ſuperdandum ſuum vulnerarium balſamum ex terebinthina & gummi elemi cum axungia coctum. In magno vulnere flammulam in parte inferiori admittit; embrocationes rejicit. Nervos non ſuere, ſed fines extremos ſibi adponere & ſitu juvare jubet, ut conferveant. Spica deglutita ex vulnere femoris extracta. In vulneribus pectoris negat fiſtulas (cannulas) requiri; flammulam tantum in partem inferiorem dat; cæterum vulnus bene elutum conſuit, duodecimo die flammulam abjicit. Vulnera pulmonis ſanavit, cum æger vix ſpiraret. Cum ſagitta veneno tincta eſſet, ignem adhibuit. Aliud vulnus pectoris ſanavit, per inciſionem aditu ſibi aperto, enormi copia lym-

lymphæ effluente. Jecore & liene rupto hominem ſanavit. Alia etiam mala præter vulnera tangit, ulcera, pedem diſtortum, quem propria machina correxit. Exempla inſignium curationum. Medicamenta. HALLER.

Traité des arquebuſades, contenant la vraie eſſence du mal, & ſa vraie curation, par certaines & methodiques indications: avec l'explication de pluſieurs problemes touchant ces matieres. Plus, des cures, en forme d'epitre touchant la curation des arquebuſades. Epitome de la therapeutique des arq. Tr. des bruslures. Le regime des bleſſés. LION 1574 8. HALLER.

JOH. BANISTER. V. *pag.* 709.

CORNELIUS GEMMA. In ejus *naturæ divinæ characteriſmis* ANTWERP. 1575. 8. editis vulnera aliqua gravia curata recenſentur; etiam cum pulmonis pars ablata eſſet. Pars tenuis inteſtini reparata. HALLER.

HORAT. AUGENIUS in *epiſtol. med.* L. IX. *epiſt.* 2. de vulneribus. WALTH. V. *pag.* 427.

JOSEPHUS du CHESNE vulgo QUERCETANUS. Ejus *ſclopetarius, ſ. de curandis vulneribus, quæ ſclopetorum & ſimilium tormentorum ictibus accidunt.* LION 1576. 8. 1600. 8. Gallice *traité de cure générale & particuliére des arquebuſades.* LION 1576. 8. PARIS 1625. 8. Utique glandes plumbeas veneno imbui poſſe, etſi vulgo neque ipſæ ſint venenatæ, neque ſclopetarius pollen. Curationes (ex PALATII conſilio) tepida in fomentis adhibita peractas laudat, & utilitatem, per ſua etiam experimenta confirmatam, oſteocollæ in fracturis oſſium. Sanatus oleo & aceto, cui putabatur hepar læſum eſſe. Brachium totum a majoris tormenti ictu confractum & tamen ſervatum. Contra arcta vulnerum vincula. Thermarum uſus ad inducendam cicatricem. HALLER. V. *pag.* 427.

FRANCISCUM MARTEL *de curatione vulnerum a bombardis inflictorum* citat PASCHALIS GALLUS; annum non adddit. HALLER.

DESIDERIUS JACOT. In ejus *commentariis ad Coaca Hippocratis præſagia*... Sanatum vulnus inteſtini & diaphragmatis, tum aſperæ arteriæ. HALLER.

J. JACOB. WECKER. V. *pag.* 1014.

MATTHIAS NARVATIUS in *ſylva ſententiarum* &c. etiam ad vulnera. HALLER. V. *pag.* 10.

LAU-

LAURENTIUS JOUBERT in tract. *de pectoris adfectibus* meminit ſanati vulneris arteriæ aſperæ.

Ejus *ſentence de deux belles queſtions ſur la curation des arquebuſades & autres playes.* LYON 1581. 8. editio tertia. Laudatur. Ea vulnera negat eſſe venenata, aut glandes ſclopetarias urere. Suppurantia & deterſiva adhiberi debere. HALLER. V. *pag.* 631.

RAYMOND FILLIOL (vel FILLIOT), M. D. Cadurcenſis. Ejus *traité des playes faites par arquebuſades & tous bâtons à feu, avec leur cure & remedes ſecrets expérimentés.* PARIS 1578. 8. HALLER.

NICOLAS POGET, chirurgus Monſpelienſis. Ejus *apologie contre* JOSEPH *du* CHESNE *pour* LAUR. JOUBERT, *touchant le probleme s'il eſt poſſible d'envenimer les balles de archebouze, & que le venin en ſoit porté dans le corps.* AVENIONE 1578. 8. Primum locus QUERCETANI excuſus eſt, quo contendit, utique plumbeas ſphærulas poſſe veneno imbui, adeo enim parum caleſcere, ut ab eo tempore venenum difflari nequeat. Sagittas enim venenatas citat POGETUS, & putat utique extus venenum poſſe plumbo oblini, idque ſuum effectum producere, niſi ab igne diſſipetur. Intus autem in plumbum venenum niſi minerale recipi non poſſe, cum fuſioni neceſſarius ignis animale aut vegetabile venenum continuo diſſipet. Ceram duriorem in ſclopeto non liqueſcere.

TANNEGUY (TANNEQUIN) GUILLAUMET, chirurgus Nemauſenſis. Ejus *traité de Chirurgie pour guérir les playes d'arquebuſade par Jacques Veyras & Tannequin Guilhaumet, avec les avis de Laurent Joubert* prodiit LION 1581. 8.

Ejus *replique à la reponſe de Maitre Jacques Veyras D. M. ſur la refutation & diſpute entre eux debattue quant à la nature des arquebuſades.* LYON 1590. 8. Utique caleſcere pilas, glandesque plumbeas de ſclopo emiſſas & exurere, cumque fulminis adfinitatem iis intercedere. Neſcio quem balſamum Paracelſicum cujusque partis corporis admittit, a quo ea ipſa læſa reſtituatur. Venenum eſſe in ſclopetariis vulneribus. Vinum vulneratis non nocere. Male D. VEYRAS unicum in omnibus vulneribus medicamentum deprædicare.

An ejus L. *des ouvertures & ulceres ſpontanés.* LION 1611. 8. HALLER.

Ejus etiam eſt (ut putat HALLER) *Xenodochial c'eſt-à-dire hoſpitalier.* LYON 1611. 8.

WILLIAM BULLEYN (alius a RICHARDO). Ejus *a little dialogue between two men the one called ſorene/s* (vulnus) *and the other chirurgici concerning apoſtumations and wounds.* LONDON 1579. fol. HALLER.

J. UDAL-

J. Udalricus Rumler in *obſervationibus* &c. Vulnus prope umbilicum cum maxima ſanguinis jactura. Vulnus ſclopetarium ſero conſolidatum, expulſa denique petia. Acus ſero de vulnere exiens. Vulnus inteſtini ſanatum. Cartilago ſcutiformis præſecta absque morte ægri. Haller. V. *pag.* 338.

Joh. Hester edidit etiam *ſpagyricum antidotarium contra vulnera ſclopetaria.* London....8. Haller. V. *pag.* 11.

Germanus Courtin in *leçons anatomiques* &c. L. IX. de vulneribus in univerſum. In L. XI. de vulneribus ſigillatim. Haller. V. *pag.* 11.

Alexander Dionise, chirurgus & tonſor Vindociſmenſis. Ejus *traité & reponſe propoſée par d'Angaron & Martel chirurgiens du Roi, & decidée par L. Joubert à ſavoir ſi avec la ſeule eau froide & ſimple on peut guérir tant les playes des arquebuſades qu'autres.* Paris 1581. Haller.

Jacques Guillemeau in *Chirurgie Françoiſe* &c. de vulneribus etiam agit, & ſubinde proprias adfert adnotationes, ut de curatione vulneris ſclopetarii, & fibulæ a glande plumbea diffractæ, quam Nicolaus Habicot chirurgus tonſor jam anno 1589. perfecit. Haller. V. *pag.* 11.

Ludov. Lemos in *method. med.* &c. agit etiam de methodo ſimpliciori curandorum absque turundis vulnerum, ad Apparitti ignoti hominis conſilia, quæ noſter probat. Haller. V. *pag.* 12.

Roder. a Fonseca in *conſultat. med.* T. II. *conſ.* 9. ad vulnera. Walth. V. *pag.* 381.

Guil. Bertinus in *Medicinæ* L. XIII. cap. 7. de vulneribus. Walth. V. *pag.* 12.

Andreas Libavius. Ejus *de curatione vulnerum recentium.* Jenæ 1590. 4.

Ejus περι οπλιατρειας, *ſ. de medicatione vulnerum, quam empirici telo aut alio inſtrumento cereato moliuntur.* Ibid. 1590. 4.

Ejus tract. *de impoſtoria vulnerum per unguentum armarium ſanatione Paracelſicis uſitata.* Francof. 1594. 8. Impoſturas eſſe, quæ de eo unguento Paracelsus & Witticheus protulerint. Haller. V. *pag.* 553.

Petrus Forestus in *obſervat. chirurg.* Vulnera a capite ad calcem, etiam viſcerum. In pulmone ſanatum vulnus. Hæmorrhagia inſignis ex omento læſo neque ligato: inde natus abſceſſus, injectionibus exacte factis denique curatus. Vulnus pectoris ſanatum, potione, ut putat optimus, valde compoſita. Sic vulnus utrinque penetrans, (quale Hallerus præter ſpem & facillime, fere ſola ſtricta victus ratione Göttingæ ſe ſanaſſe nar-

rat.) Vulnus a paſtinaca marina inflictum vehementi deligatione curatum. Arteria læſa digito compreſſa; alia cauterio. Manus pene tota abſciſſa, etiam oſſibus inciſis, tamen ſutura facta reconciliata. Vulnus leve in planta pedis, moto tetano funeſtum.

Idem in *obſervationibus*, quæ ab anno 1589. prodierunt. In L. IX. ex vulnere colli hemiplegia totius lateris. A vulnere gulæ ſclopetario paralyſis & convulſio, tamen denique ſublata. HALLER. V. *pag.* 13.

EUSTACH. RUDIUS in *artis medicæ* &c. L. I. cap. 13. de pectoris vulneribus. WALTH. V. *pag.* 382.

LEBERLIN. Ejus diſp. *de ſolutione unitatis*. BASIL.... 8. HALLER ad annum 1590. refert.

An approved practice for all jung ſurgeons concerning burnings with gunpowder and wounds made with ſhot ſword &c. LONDON 1590. 4. HALLER.

HIERONYM. FABRICIUS in *prælect. chirurg.* L. II. de vulneribus. Suturam præfert, quæ multis & repetitis punctionibus abſolvitur. Aciam ex ære fieri traducto & intorto. Olea ablegat a vulneribus, quod conglutinationem impediant. Turundas in cavo & profundo vulnere requirit. In vulnere arteriæ ultimum remedium eſſe deligationem, bis repetitam. Pectoris vulnus exiguum, cum non intelligeretur, penetraſſe, collecta in cava ſanie, levatum eſſe pure cum lotio erumpente. Vulnus inteſtini conſuit abſque ineptis tubulis.

Idem in *pentateuchis* ſuturas nunc totas rejicit, præter ſiccas, ſecutus FALLOPIUM. Suturas in vulneribus citat. Aciam eſſe ſuturam repetitam: neceſſariam eſſe in cavo vulnere.

Ejus tract. M. S. *de vulneribus* inter codices ſuos habuit FRANCISCUS BERNARD B. Brit. n. 3671.

FRANCISCI PLAZZONI *liber de vulneribus ſclopetariis* potius FABRICII opus eſſe MAZUCCHELLIUS ex PLACCIO. Ita HALLER. V. *pag.* 302.

GUILIELMUS FABRICIUS vulgo HILDANUS in *obſervat. cent.* I. Oculus a ſagitta perforatus, ſed humor aqueus, & ipſe demum viſus reſtitutus. Lingua pene integra abſciſſa reconciliata. Turundæ tuſſi ejectæ, quæ per vulnus pectoris in cavum datæ fuerant. Mors ex umbilico in juvene refecto. In *cent.* II. ABELIS ROSCII pectoris vulnus cum jactura particulæ pulmonis ſanatum. Sic hepatis, etſi ea vulnera ſunt graviſſima. Culter dimidiatus ex lumborum vulnere poſt biennium exiens, vulnus ſanatum.

Ejus *de vulnere quodam graviſſimo & periculoſo ictu ſclopi inflicto obſervatio & curatio ſingularis.* OPPENHEIM 1614. 8. Accurata hiſtoria vul-

vulnerum tribus globulis plumbeis inflictorum & natæ inde gangrænæ. Decocti vulnerarii uſum hic & alibi improbat. Demum cum fiſtulæ ſupereſſent, malum cauſtico detectum, maxima oſſis fragmenta educta, trajectum per fiſtulam ſetaceum, callus deſtructus, & poſt multorum oſſiculorum deceſſionem, integra valetudo reparata.

Idem in *obſervat. cent.* III. Peſſimi eventus unguenti armarii. GREGORIUS HORST vulnus pulmonis ſanavit.

Ejus *von geſchoſſenen Wunden und derſelben gründlichen Curen und Heilung.* BASIL. 1615. 8. Latine, vertente J. HENRICO LAVATER, inter *opera omnia.* Non eſſe venenum in vulnere ſclopetario. Ad glandes eximendas, eadem intra fiſtulam terebra, ſetacea laudat.

Idem in *obſervat. cent.* IV. de variis graviſſimis vulneribus, quæ absque funeſto eventu fuerunt. Globulo trajectum abdomen nullo viſcere læſo. Contra F. WURZ, quem noſter non amabat, vulnera digitorum debere aperta ſervari. In *cent.* V. CLAUDIUS DEODATUS de enſis cuſpide poſt annum de vulnere abdominis per anum educto. In *cent.* VI. vitri fragmentum, acus, ſimilia corpora peregrina diu absque malo in media carne tolerata.

Idem in tribus voluminibus, in quibus multum eſt ineditorum. De vulnere Chriſti. Vulnus veſicæ gladio inflictum ſanatum. JOHANNES WESLING de tendine extenſoris feliciter conſuto. M. SEBIZIUS vulnus articuli genu ſanatum terebinthina. HALLER. V. *pag.* 274.

Idem porro *vom Nutzen der Anatomey* Venæ cavæ ſtylo percuſſæ ſubito funeſtum vulnus, illæſis viſceribus. Ab adſtringentium medicamentorum uſu vulnera articulorum in ancyloſin tranſiiſſe. HALLER. V. *pag.* 598.

LUDOV. MERCATUS in *inſtitut. chirurg.* L. I. agit etiam de vulneribus. HALLER. V. *pag.* 14.

NICOL. ABRAHAM FRAMBESARIUS in *canon. & conſultat.* &c. Vulnerum etiam univerſa judicia & curationem tradit, & pluſculas curationes a patre noſtri HECTORE ABRAHAMO perfectæ, minime vulgares, & magnorum malorum. Glans plumbea in genu defixa ſponte ſe poſt curatum vulnus obtulit, & paſſa eſt excidi. Cum ſanguis plurimus in pectus effuſus putreſceret, injecta potione vulneraria denique vulnus clauſum eſt. Vulnera pulmonis etiam grandia, dilatato ſed turundis vulnere curata. Sed & hepatis vulnus idem ſanavit. Maximum vulnus, & os humeri a ſclopo diffractum, absque gangræna curavit, multa jactura oſſium & car-

carnium reparata; mera hic aromatica adhibuit. HALLER. V. *pag.* 14.

BARTHOLOMÆUS HIEROVIUS. V. *pag.* 15.

GABRIEL FERRARA in *nova ſelva* &c. L. I. quædam habet de vulneribus, ſed admiſta ſuperſtitioſa, ut telis evulſis ex ſuris perire ſaucios, debere ea adeo in vulnere relinqui. HALLER. V. *pag.* 15.

HIPPOLYTUS BOSCUS, Ferrarienſis. Ejus *de vulneribus a bellico fulmine illatis.* FLORENT. 1569. 4. 1603. 4. Ambuſtionem ſtatuit. HALLER.

BALTHASAR GITTLER. Ejus *de renum vulnere, & qui huic ſuccedit, cruento mictu.* LIPS. 1596. 4. HALLER.

WILLIAM CLOWES. Ejus *a neceſſary book of obſervations for all theſe who ale burnd by the flames of gunpowders.* LONDON 1596. 8. HALLER. V. *pag.* 1546.

DIOMED. CORNARIUS in *hiſtoriis admirandis.* Vulnus ventriculi curatum. HALLER. V. *pag.* 1440.

EILHARD LUBINUS. Ejus *de diviſione continui.* ROSTOCK 1599.. HALLER.

FRANCISCUS MURATORI. Ejus *apologia adverſus calumniatores therapiæ, quam ipſe in vulnere brachii cujusdam ſclopeto læſi adhibuit.* BONON. 1600. 4. Arteria violata erat: venam non ſecuit, digeſtivo uſus eſt, inde hæmorrhagia, & cum vinculum noſter admoviſſet, alius vero medicus abſtuliſſet, mors ipſa. Nulla preli memoria, nulla arteriæ deligatio &c. HALLER.

FRANCISCUS RANCHIN in *queſtions de Chirurgie* &c. agit de vulnerum vi ad inferendam mortem: de vinciendis, non amburendis vaſis, non claudenda eſſe neque conſuenda vulnera pectoris. In vulneribus curandis multum tribuit purgationi & venæ ſectioni. HALLER ex PORTALIO. V. *pag.* 15.

JOH. SCHENK in *obſervationibus* &c. Vulnera etiam capitis & reliquarum corporis partium. Gulæ vulnus curatum. Vulnera ſclopetaria. HALLER. V. *pag.* 16.

JOH. JESSENIUS in iisdem SCHENKII *obſervationibus* refert de pulmone vulnerato & abſcedente ſanato.

JOH. OETHEUS ibid. refert de vulneribus ventriculi ſanatis.

JACOB. SEIDEL ibid. de vulneribus inteſtinorum ſanatis.

ABRAHAM MEGEL ibid. de vulneribus inteſtinorum ſananatis.

ESAIAS

Esaias Meichsner ibid. de vulnere hepatis ſanato. Haller.

Josephus Fenton. Ejus codex MS. de vulneribus capitis, faciei, pectoris, nervorum, ventris & partium ejus. Ex Nicolao Massa. Eſt in libris H. Sloane n. 8935. Haller.

Antonius de Cruz. V. *pag.* 275.

Barth. Cabrol in *alphabet anatomique* &c. Ex vulnere inteſtini coli ſclopetario anus præter naturam natus. Vulnus profundum hepatis enſe inflictum, ſanatum & cicatrice clauſum, ut in cadavere adparuit. Sanguis effuſus, per inciſum abdomen, exhauſtus. Vulnus veſicæ ſanatum. Haller. V. *pag.* 275.

Felix Platerus in tract. *de doloribus* cap. 17. de curatione vulnerum. Walther.

Idem in *obſervationibus* &c. etiam vulnera & mutilationes varii generis. Haller. V. *pag.* 385.

Petrus Parisius, Siculus. Ejus *breve diſcorſo ſopra il medicamento di vino ed oglio per guarir ogni ſorta di ferite.* Panorm. 1603. 4. Gallice *diſcours touchant le medicament du vin & de l'huile pour guerir les bleſſures.* Paris 1607. 8. Haller.

Franciscus Plazzoni, qui operationes chirurgicas Patavii demonſtrabat. Ejus *de vulneribus ſclopetorum tractatus.* Patav. 1605. 4. Venet. 1618. 4. Patav. 1643. 4. 1658. 4. 1669. 4. In caſtris Venetorum medicinam fecerat, neque tamen ea opportunitate ad eruendum verum uſus eſt. Nam a principio vulnera ſclopetaria facit venenata, & amburere adſeverat. Inciſionem medicam in mali principio præſcribit, hæmorrhagias ferro candente comprimit, neque eſcharæ lapſum metuit. Alexipharmaca propinat, ex hypotheſi. Si ſphacelus urſerit, amputat in limite partis ſanæ & mortuæ. Haller.

Adam Adamius. Ejus *de thoracis vulneribus, de immodico menſtrui profluvio.* Basil. 1605. 4. Haller.

Jul. Cæs. Claudinus *de ingreſſu ad infirmos* L. II. cap. 31. de vulneribus. Walth. V. *pag.* 1502.

Petr. Matth. Rossius in *conſultationibus* &c. Vulnus ſclopetarium teterrimum dorſi feliciter ſanatum. Haller. V. *pag.* 322.

Hippolitus Parma in *introductione in Chirurgiam* de vulneribus etiam agit. Vulnus ventriculi a Casserio ſanatum. Haller. V. *pag.* 17.

Petrus Pigraus in *epitome* &c. Gulæ vulnus injecta futura ſanatum. Vulnus, quo pulmo & thorax tranſverberatus, multumque pus excreatum, tamen ſanatum: & aliud cum coſtæ fragmentum per aſperam arte-

riam

riam rejectum fuiſſet: aliud ubi coſtam diffractam de diaphragmate extraxit. Aliquot graviſſima vulnera pectoris ſanata, etiam cum pus ſubnatum eſſet. Vulnus œſophagi ſanatum, ſed ex tracheæ vulnere fiſtula lente funeſta. HALLER. V. *pag.* 17.

RUDOLPHUS GOCLENIUS, Profeſſor Marburgenſis, Paracelſiſta. Ejus *tract. de magnetica curatione vulnerum extra ullum dolorem & remedii applicationem.* MARBURG. 1608. 8. 1609. 12. FRANCOF. 1613. 8. tum cum *theatro ſympathetico* NORIMBERG. 1662. 4. Pro ſympathia & antipathia in univerſum, exempla collectitia. Sigilla ſub certis planetis ſculpta ſuam virtutem poſſidere. Taliſmani & ſigilla dæmonum. Uſneæ virtutes.

Ejus *ſynarthroſis magnetica oppoſita infauſtæ anatomiæ* JOHANNIS ROBERTI JESUITÆ *pro defenſione tractatus de magnetica vulnerum curatione.* MARBURG. 1618. 8. & in *theatro ſympathetico.*

Ejus *nova defenſio magneticæ curationis vulnerum ex ſolidis principiis.* FRANCOF. 1625. 8. 1643. 8. HALLER.

SEBAST. CORTILIO *de chirurgica inſtitutione* L. II. cap. 1. 2. 3. 6. 7. de vulneribus variis. WALTH. V. *pag.* 17.

Relatio chirurgorum, qui vulnera HENRICI IV. *poſt ejus cædem explorarunt* a. 1610. M. S. eſt in Bibl. Reg. n. 7141. HALLER.

HENRICUS SMETIUS in *miſcellaneorum* &c. L. IV. de ſolutione continui. A vulnere pus in pectus effuſum & putridum, per paracenteſin feliciter eductum. Ex pectoris vulnere enorme emphyſema, quod die quinto evanuit. HALLER. V. *pag.* 436.

De lampade vitæ &c. V. *pag.* 1015.

MICH. JAC. DOERING *de Medicina & medicis* &c. agit etiam de lethalitate vulnerum. HALLER. V. *pag.* 912.

J. RUD. SALZMANNUS. Ejus χνασκευη οπλιατριας. *Quæſtio an unguentum armarium, quod panno ſolum gladiove cruento illitum a concinno applicatu vulneribus ægri ſ. præſentis, ſ. ad multa milliaria abſentis medelam adferat naturaliter.* ARGENTOR. 1663. 4. HALLER. V. *pag.* 711.

DANIEL SENNERTUS in *Medicinæ practicæ* L. V. agit etiam de vulneribus. HALLER. V. *pag.* 17.

PETR. van der STYLLE in *chirurg. Handbuch* Parte IV. cap. 10. de ſclopetorum vulneribus. WALTH. V. *pag.* 555.

GREGORIUS HORST in *complemento ad librum* II. &c. A vulnere coli inteſtini in pectus migratio.

Idem in *centuria problematum* &c. Vulnera thoracis non continuo claudenda. In *conſultat. & epiſtol.* Ad HILDANUM etiam exempla corporum

porum peregrinorum diu abſque dolore toleratorum. Aliqua de malis vulnerum curationibus. HALLER. V. *pag.* 276.

LUDOV. SEPTALIUS in *animadverſ.* L. VIII. vulnerum curationem tradit. MAGATI conſilia noſter ſequitur, laudat raram vulnerum deligationem in bellicis noſocomiis experientia propria doctus. Vulnus vix, niſi quarto quintove die vult deoperiri. HALLER. V. *pag.* 18.

JOH. VIGIER in *operum med. chir.* L. II. cap. 16. de vulneribus nervorum. Cap. 25. de vulnere thoracis. WALTH. V. *pag.* 1676.

PETRUS POTERIUS in *inſign. curat. centuria* II. in articulatione vulneratum digitum ſanavit, balſamum acrem adhibuit. In vulnere faciei ſutura abſtinuit. HALLER. V. *pag.* 387.

JOHANNES ROBERT, Jeſuita. Ejus *tractatus novi de magnetica vulnerum curatione* R. GOCLENII *brevis anatome.* LOVAN. . . . . TREVIRIS 1615. 8. NORIBERG. in *theatro ſympathetico* 1662. 4. Curationes ſympatheticas admittebat, ut dæmonis eſſent opus.

Ejus GOCLENIUS *heautontimorumenos ſive curationis magneticæ & unguenti armarii ruina.* LUXEMBURG 1616. 8. NÜRNBERG 1662. 4. in eodem *theatro.*

Ejus *metamorphoſes magneticæ Calvino-Goclenianæ, ſ. curationis magneticæ & unguenti armarii magica impoſtura clare demonſtrata. Modeſta reſponſio ad* J. B. v. HELMONT *contra eundem* ROBERTUM *pernicioſum diſputatorem.* LUXENBURG 1618. 8. Cölon. 1622. 8.

Ejus GOCLENIUS *magus ſerio delirans.* DUACI 1619. 12. HALLER.

CÆSAR MAGATUS, Scandianenſis, Profeſſor Ferrarienſis, inde Franciſcani ordinis monachus, medicus ſed in chirurgicis adminiſtrationibus exercitatus, magnum Chirurgiæ incrementum addidit in *duobus libris de rara medicatione vulnerum*, qui VENET. 1616. fol. prodierunt & ſæpe alias ſunt recuſi ibid. 1676 fol. NORIBERG. 1733. 4. 2. vol. etſi locus non additus eſt. In L. I. agit de vulneribus in univerſum. Etſi ante Cl. virum FELIX WURZ & alii de relegandis turundis cogitarunt, deque ſimpliciori medicina, etſi a medicis Romanis ſuam ſimpliciorem medicationem ipſe MAGATUS accepit, etſi frater id conſilium ipſe tribuit APPARITIO Vaſconi, deinde LEMOSIO, totum tamen inventum noſter primus pro dignitate propoſuit, & ejusmodi fulcivit rationibus, ut peritorum adſenſum mereretur, etſi in viro multa experto potius aliquanto nimis ſit Galenicæ lectionis. Curioſam vulnerum deterſionem, frequentem vinculorum ſolutionem, merito reprehendit, aërem metuens & deterſionem novorum renaſcentium ſtamiuum. Turundas, communi nuperorum cum plauſu, ut inutile & noxium conferventis vulneris impedimentum rejicit. Unionem labiorum, mitem medica-

dicationem, clauſum vulnus commendat. In L. II. copioſe agit de capitis vulneribus. Vulnus maximum peritonæi absque hernia ſanatum. Sclopetorum vulnera neque venenata eſſe, neque exurere, omneque malum a contuſione eſſe. Oleum ſuum hyperici cum ophiogloſſo paratum valde laudat.

Deinde, cum SENNERTUS nonnulla objeciſſet, & pro turundis ſtetiſſet, MAGATUS jam induta religioſa vita ſub nomine J. B. MAGATI ſe tuitus eſt, eſſe enim CÆSARIS opus SANCASSANUS teſtis eſt. Titulus eſt: *tractatus, quo rara vulnerum deligatio defenditur contra* SENNERTUM, BONON. 1637. 4. & cum CÆSARIS opere VENET. 1676. fol. FRANCOF. 1733. 4. FRATRIS curandi modum a L. SEPTALIO adoptari, & ab eo feliciter eſſe adhibitum. SENNERTUM MAGATI opus non legiſſe. Ad auctoritatem HIPPOCRATIS, GALENI, & AVICENNÆ noſter provocat. Fratrem de vulnere ſimplici agere. Unicum medicamentum ſufficere: diligente illa per ſtilos vulnerum indagatione non eſſe opus. Abſceſſum humeri profundum, qui vulgaribus auxiliis non obtemperaverat, cum raro curaretur, continuo coiviſſe. Vulnus pectoris cum copioſo puris adfluxu ſimpliciori reddita curatione, ſuppreſſis injectionibus, omiſſa nimia diligentia ſanatum eſſe. Ægyptium tamen unguentum poſt 24. dies a CÆSARE removeri, quod carnes corrumpat. In HILDANUM, turundarum defenſorem. Exempla, in quibus cum puris copia a turundis continuo creſceret, chirurgus ad raram curationem rediens feliciter ſanitatem reſtituit.

Quantum SANCASSANUS MAGATO fauerit, ut etiam nomen viri ſuo nomini adderet, infra dicetur. In SANCASSANI *dilucidationibus*, inque T. I. ROM. 1731. fol. compendium ſententiæ MAGATI recuſum eſt, ALEXANDRI PISONI opus. In T. II. vita exſtat MAGATI, a PROSPERO MAGATI J. BAPTISTÆ filio ſcripta. Ex ea vita adparet, ſecundum & tertium tomum reſponſionum J. BAPTISTÆ manuſcriptum ſuperfuiſſe: primam vero partem in linguam vulgarem converſam in Tomo III. ROMÆ 1737. SANCASSANUS recudi fecit. Ita HALLER.

JULIUS GASTAVINUS in *locor. de med. ſelect.* aliqua habet de dolore a vulnere. HALLER. V. *pag.* 407.

GUIL. BALLONIUS in *conſil. med.* L. II. Vulnus in manu reciſis tendinibus decimo die lethale. Cum vulnus pectoris peſſimo conſilio chirurgorum clauſum fuiſſet, e ſanguine in cavum pectoris effuſo mors ſupervenit non exſpectata. In L. III. Extenuatio cruris a vulnere globi miſſilis, ex æneo, ut videtur, tormento expulſi; catapultam noſter latine vocat. HALLER. V. *pag.* 387.

FRANC. PECCETTI. V. *pag.* 18.

HENR.

Henr. Petræus in *Handbüchlein* &c. Tract. III. agit de vulneribus. Walth. V. *pag.* 18.

Lazarus Riverius in *obſervat. med. obſ.* 1. de vulnere pectoris. *Obſ.* 6. de vulnere thoracis. In *obſervat. communicat. obſ.* 8. de vulnere ſclopetario. Walth. V. *pag.* 388.

J. Schwab. Ejus *de horribilium atque horriſonorum* πυροβολω και σφαιροβολων *tormentorum bellicorum vulnerum eſſentia & curatione.* Basil. 1618. 4. Haller.

Matthias Ludwig Glandorp, medicus Bremenſis, qui ad Italorum, quos audiverat, exemplum etiam manu medebatur. Exiguos ſcripſit libellos, ſed per experientiam natos. Anno primum 1619. edidit admodum juvenis *ſpeculum chirurgorum*, (*in quo, quid in uno quoque vulnere faciendum, quidque omittendum præmiſſa partis adſectæ anatomica explicatione, obſervationibusque ad unum quodque vulnus pertinentibus adjunctis, conſpicitur ac pertractatur.* Bremæ 1619. 8. Ita Kestnerus) in quo vulnera fere ſunt, ſigillatim ſecundum corporis humani partes. Ad patris fere, tum Spigelii, etiam Holzemii experimenta. Pulmonis vulnus per os egeſto pure ſanatum; alias vero per urinam. Vulnus diaphragmatis ſanatum; tum œſophagi, colique inteſtini, hoc ſutura pellionum adhibita; denique profundum hepatis vulnus curatum. Glans plumbea per oppoſitam partem extracta. Extracta oſſis ab ejusmodi glande percuſſi lamina, vulnus ſanatum.

Ejus *opera omnia* collectà prodierunt Londini 1729. 4. cum brevi auctoris vita. Ita Haller.

Melchior Sebiz edidit *de vulneribus* octo diſſertationes his cum titulis: *prodromus examinis vulnerum ſingularum corporis humani partium, quatenus vel lethalia ſunt, vel incurabilia, vel ratione eventus ſalutaria & ſanabilia.* Argentor. 1632. 4.

Prodromi pars II. affectus, qui vulneribus ſuperveniunt, & cauſas eorum exponens. Ibid. 1633. 4.

Prodromi pars III. problemata quædam decidens. Ibid. 1633. 4.

Examen vulnerum partium ſimilarium. Ibid. 1635. 4.

Examen vulnerum partium diſſimilarium P. I. Ibid. 1636. 4. continens eventus vulnerum capitis.

Pars II. eventus vulnerum colli & thoracis. Ibid. 1637. 4.

Pars III. eventus vulnerum abdominis. Ibid. 1637. 8.

Pars IV. eventus vulnerum artuum ſuperiorum & inferiorum, cum appendicula de eorum excrementitio humore Gliedwaſſer dicto. Ibid. 1637. 4. Collectaneæ omnes. Ita Haller. V. *pag.* 1502.

Stephanus Manialdus. V. *pag.* 691.

HERMANNUS CORBEUS. Ejus *oratio de vulneribus lethalibus & ſanabilibus*. FRANCOF. 1620. 8. MARBURG 1620. 8. HALLER.

DAVID de PLANIS CAMPY. Ejus *traité des playes faites par les mouſquetades*. PARIS 1623. 8. Aſtrologiæ deditus & alchemiæ. HALLER. V. *pag*. 1566.

FRANC. QUIQUEBOEUF & NIC. REGNIER *E. articulorum vulnera lethalia*. PARIS 1620. 4. HALLER.

J. B. v. HELMONT. Ejus *de magnetica vulnerum curatione*. PARIS 1621. 8. & in *theatro ſympathetico* NORIMBERG. 1662. 4. inque *operibus omnibus* AMSTERDAM 1652. 4. & *propoſitiones deſumtæ ex* HELMONTII *curatione magnetica vulnerum*. COLON 1624. 8. In litem ſe immiſcuit, quam diximus, GOCLENIUM inter & ROBERTUM fuiſſe agitatam. Non laudat illum, qui bonam cauſam male egerit. Contra ROBERTUM defendit experimenta magneticarum curationum non eſſe a dæmonio. Unguentum autem potiſſimum armarium tuetur, quod ex adipe humano, mumia, ſanguine, uſnea componebatur. Teſtimonia citat curationum magneticarum, aliqua valde paradoxa. Artes dari putat, quæ corpus reddant invulnerabile.

Idem in tract. *de ſympatheticis mediis* etiam aliqua de vulnerum curatione, quæ fit per ſympathiam. HALLER. V. *pag*. 439.

JOH. COLLE in *Coſmetore Mediceo* &c. Vulnus Labii. HALLER. V. *pag*. 19.

PAULUS ZACCHIAS. V. *pag*. 599.

EPIPH. FERDINANDUS in *centum hiſtoriis* &c. Vulnus cum hæmorrhagia ab uſu turundæ renovata, lethale. HALLER. V. *pag*. 354.

HENR. ab HEERS in *obſervationibus* &c. Vulnus ventriculi non cruentum quidem ſed tamen funeſtum. Vulnus cordis baſi conoque a glande plumbea trajecti, ſeptima die funeſtum. Sanatus, qui ab ictu ſclopeti ſanguinem ſurſum egerebat & deorſum. HALLER. V. *pag*. 364.

J. RUDOLPH. CAMERARIUS in *ſylloge memorabilium* &c. *centuria* IV. de vulnerum facili aut difficili curatione ex aëre. In *cent*. XVII. vulnerum curatio per ſolam aquam. ALBERTI. V. *pag*. 19.

SANCTORIUS SANCTORIUS in *commentario ad artem parvam Galeni* &c. aliqua etiam habet de vulneribus nervi & tendinis. HALLER. V. *pag*. 1677.

CASPAR WINK, S. J. Ejus *notæ unguenti magnetici & actiones ejus adverſus* GOCLENIUM, DILLING. 1626. 8. HALLER.

PETR.

Petr. Fabrus in *chirurgiæ ſpagiricæ* Sect. II. cap. 2. &c. de vulneribus. Walth. V. *pag.* 19.

Quirini le Vigneron & Jac. Thevart *non E. ſclopetorum vulnera venenata.* Paris. 1626. 4. Haller.

Joh. Riolan & Jac. Cornuty *non E. neceſſaria vulneribus μαστοῖς.* Paris 1626. 4. Haller.

J. Ant. Lambert in *commentaires & œuvres* &c. L. I. Vulnus pectoris ſanatum. Oeſophagus vulneratus ſutura contorta conjunctus, ſanatus. In L. II. Vulnus hypogaſtrii; ex uſu turundæ multus ſanguis, felici eventu. In vulnere manus, arteria digitali læſa, ſenſus & motus amiſſus rediit. In L. IV. Vulnus pectoris, injectionibus ſublimati diſſoluti alvus mota, exfoliato pulmone tamen ſanatum. Haller. V. *pag.* 20.

Albert. Fr. Knopius. Ejus diſp. *de vulneribus.* Basil. 1628. 4. Haller.

Simon Pauli. Ejus *de periculoſiſſimo difficillimo anatomico & chirurgico caſu.* Francof. 1660. 8. idem (ut putat Haller), qui prodiit ad finem παρεκβασεως *de cauſa febrium malignarum; vulnus nempe grave abdominis diaphragmatis & ventriculi, ſolutum abſceſſu in femore ſubnato & aperto.* Acceſſit reſponſoria Riolani. Magna ſymptomata ex vulnere acu per jocum inflicto.

Idem in *quadripartito botanico* Argentor. 1667. 4. 1708. 4. vulneris veſicæ ſanati hiſtoriam habet. Haller. V. *pag.* 773.

Bernardus Suevus. V. *pag.* 600.

Samuel Hafenreffer in πανδοχειον &c. L. III. cap. 3. de vulneribus ictu vel ſclopeto inflictis. Walther. V. *pag.* 412.

Joh. Georg. Pelshofer. Ejus *de Paracelſiſtarum unguento armario.* Witteberg. 1630. 4. & in *theatro ſympathetico* Noriberg. 1662. 4. Contra id unguentum. Haller.

Jacob. Primerosius in *enchiridii* &c. Parte I. pag. 99. de vulneribus variis. Walth. V. *pag.* 443.

Robertus Forster. Ejus *hoplochriſma ſpongus or a ſponge to wipe away the weapon ſalve.* London 1631. 4. Diſcurſus de unguento armario.

Contra eum libellum prodiit Roberti Fludd *reſponſum ad hoplochriſma ſpongum M. Forſteri ab ipſo ad unguenti armarii validitatem deludens ordinatum ſpongiæ M. Forſteri expreſſæ.* Goudæ 1638. . Haller.

Marc. Aurel. Severinus *de efficaci medicina* Parte II. cap. 30. de vulneribus thoracis. Cap. 31. de vulneribus anguſtis ampliandis.

Cap. 122. de ſutura vulnerum. Cap. 123. de nervi præciſi & vulnerum ſutura. WALTH. V. pag. 303.

JOSEPH. COVILLARD in *obſervations chirurgiques* &c. Vulnera ſclopetaria gravia. Vulnus ignivomi tubi thoracem perterebrans. Vulnus fiſtuloſum ventriculi ex ſclopeti ictu. Vulnus in lumbis, a quo crura ſtupida, tamen reconciliatum: non ſatis tamen cauſas tantæ felicitatis aperit, modumque, quo mortis minas ſuperaverit. HALLER. V. pag. 303.

JOH. AGRICOLA in *Chirurgiæ parvæ* Tract. III. de vulneribus ſclopetariis. Tract. IV. de vulneribus venenatis. WALTH. V. pag. 21.

WOLFG. HOEFER in *Herculis medici* &c. L. II. cap. 3. de thoracis vulneribus. In L. V. cap. 2. de vulneribus ſclopetariis. Cap. 20. de vulneribus. WALTH. V. pag. 390.

J. PIETRE & LEO le TOURNEUR *Ergo qui e trucidati vulnere antea ſicco manat ſanguis, prodeunte etiam ſicario ſola effluit putredine.* PARIS 1634. 4. HALLER.

ALEXANDER READ. V. pag. 21.

DANIEL BECKER. V. pag. 21.

PHILIPP. GRULING in *Med. pract.* L. V. part. 3. cap. 20. de vulneribus. WALTH. V. pag. 391.

JOH. RHODIUS in *obſervationum* &c. *centuria* II. *obſ.* 18. Thorax a ſiniſtris ad dextra transverberatus, nihil inde mali natum. *Obſ.* 19. a vulnere thoracis mictio cruenta. *Obſ.* 38. vulnus pericardii ſanatum. *Obſ.* 39. vulnus cordis, vita tamen aliquamdiu durante. ALBERTI. V. pag. 447.

ERICH MOHYUS, Eburo. Ejus *pulvis ſympatheticus, quo vulnera ſanantur absque medicamenti applicatione.* . . . 1639. . Ita HELMONTIUS. Recuſus eſt cum utroque *theatro ſympathetico* NORIBERG. 1662. 4. & 1666. 12. Brevis libellus. Veram curationem ab eo pulvere ſperari; neque ſuperſtitionem in ejus uſu eſſe. HALLER.

In *tractatu*. . . FRAGOSO SECUNDO. V. pag. 22.

NICOLAUS TULPIUS in *obſervationibus* &c. Ab autocheire diſſecta aſpera, ſutura adhibita rupta, ſubventum glutinante ſutura felici eventu. In furioſo vulnus aſperæ arteriæ ſanatum. In vulnere pectoris abſorpta turunda & per os rejecta. Emortui & extra pectus effuſi pulmonis tres unciæ reſectæ, eventu felici. Ab ictu baculi, nulla parte extus læſa, lien diffiluit. Paralyſis & mors a vulnere medullæ ſpinalis. HALLER. V. pag. 22.

ATHANAS. KIRCHER in *magnetis* &c. L. III. caput habet de hoplochriſmate, in *theatro ſympathetico* recuſum, ubi pro diaboli opere habet; interponit hiſtoriam utriusque cultrivori. HALLER. V. pag. 1043.

GUER-

GUERNER ROLFINK. Ejus diſp. *de vulneribus*, JENÆ 1653. 4. HALLER. V. *pag.* 860.

PETRUS SERVIUS. Ejus *de unguento armario, ſive de naturæ artisque miraculis.* ROMÆ 1643. 8. alii 1642. Germanice. . . . 1672. 8. Liber plenus fabulis, variisque miraculis, quæ magno numero congerit, ut fabuloſo unguento fidem faciat. Ita HALLER.

HERMAN. van der HEYDE. V. *pag.* 1016.

THOMAS BARTHOLINUS. Ejus *de latere* CHRISTI *aperto.* LEID. 1646. 4. LIPS. 1685. 8. HALLER.

Idem in *hiſtor. anatom. centuria I. hiſt.* 77. vulnera cordis. Ita WALTHER. In *cent.* V. VI. Ex vulnere prope claviculam inflicto emphyſema. Manus offibus, muſculis, vaſis, diſſectis ut ſola cute hæreret, tamen reconciliata. Vulnus aſperæ arteriæ facile ſanatum. Pulmonis vulnus ſanatum. Glans plumbea demum ex faucibus exciſa. Scapula a forti nixu divulſa. Thorax enſe tranſverberatus, ſanatus, illæſis pulmonibus. Ex pulmonis vulnere emphyſema. Ferramentum diu in diaphragmate latuit. HALLER.

Idem in *epiſtolarum* &c. *centuria* I. *epiſt.* 68. de vulneribus thoracis. Ita WALTHER. De aqua ex latere CHRISTI fluente BARTHOLINUS cum HIERONYMO BARDI diſputavit. MICHAEL LYSERUS de cœcitate ex vulnere labii, & alterius lateris paralyſi. Ita HALLER.

Ejus *de unguento armario.* NORIBERG. 1662. 4. Hiſtoriæ collectæ curationum ſympatheticarum.

Idem in *Actis Hafnienſ. Vol.* II. *obſ.* 21. Mors ex vulnere cordis, per ſomnum & absque ſenſu. In *Vol.* IV. *obſ.* 32. Vulnus ſclopetarium per gangrænam lethale. HALLER. V. *pag.* 23.

JOH. JOHNSTONUS in *ideæ univerſæ Medicinæ* L. V. tit. 2. cap. 2. de vulneribus. In L. IX. cap. 4. de pulmonum vulneribus. In L. X. tit. 5. cap. 1. art. 3. de lienis vulneribus. Art. 5. de inteſtinorum vulneribus. WALTH. V. *pag.* 391.

JOH. PETR. LOTICHIUS in *conſil. & obſervat.* L. VI. cap. 8. *obſ.* 4. 5. 7. 8. 9. 10. de vulneribus, etiam ſclopetariis. WALTH. V. *pag.* 23.

J. THEODORUS SCHENK, Profeſſor Jenenſis. Ejus diſp. *de vulneribus.* JENÆ 1644. 4.

Ejus *de vulneribus.* Ibid. 1670. 4. HALLER.

JOSEPH. SCHMIDT in *Spiegel der Wundarzney* &c. L. I. de vulneribus variarum corporis partium. WALTH. V. *pag.* 23.

NICOLAUS PAPINUS. Ejus diſſ. *de pulvere ſympathetico.* LUTET. 1644. 8. ROM. 1650. 8. PATAV. 1654. ſed cenſura VESLINGII eſt anni 1646.,

1646., porro recuſa eſt hæc diſſ. in *theatro ſympathetico* NORIBERG. 1662. Pro eo pulvere: ad experimenta provocat CARMÆI: & eundem pulverem defendit ex vitriolo Romano ad ſolem calcinatum. Ad omnia vulnera valere.

Ejus *la poudre de ſympathie defendue contre les objections de Mr.* CATTIER prodiit PARIS. 1651. 8. Non debere nimia ab eo pulvere ſperari. Robur addere naturæ, & ſanguini cæleſtes quasdam moleculas reddere, quæ per vulnus exiverint. Eſſe ubi male adhibeatur. Contuſis non mederi, neque vulneribus ignivomarum machinarum. HALLER.

FRID. GNICHWIZIUS MONAVIUS. V. *pag.* 408.

J. JOSEPH. BROGLIA, medicus Aquiſextienſis. Ejus *exercitatio medica, qua vulgo pulveris ſympathetici vires propugnantur.* AIX 1644 4. Ita PORTALIUS, ſed HALLER putat eſſe a. 1648.

FRANCISCUS SOARES TEYO. Ejus *tratado de come ſi devem abrir feritas e dos enfermidades de bicho ſalicions* &c. LISBOA 1649. 4. HALLER.

HERMAN. CONRING in PHILIPPI SALMUTH *obſervationibus* &c. vulnus veſicæ ab enſe inflictum, ſanatum. HALLER. V. *pag.* 24.

YSBRAND de DIEMERBROECK in *centum obſervationibus* &c. In tibiæ vulnere turunda intruſa, ſummum gangrænæ periculum; id noſter ſuſtulit rejecto inepto auxilio, ad F. WURZII ductum, duobus exemplis confirmato. Glans ſclopetaria in pectore, ſupra diaphrapma reſes, ut vulnerata fœmina eam perciperet, cæterum reſtituta.

Idem in *anatome* . . . Vulnus ventriculi ſanatum. HALLER. V. *pag.* 24.

JOH. VESLING in *epiſtolis medicis* &c. pro ſententia MAGATI. In Ægypto vidit frequentia vulnera enſibus inflicta ſimpliciſſima curatione ſanata fuiſſe. HALLER. V. *pag.* 24.

ISAAC CATTIER. Ejus *diſcours ſur la poudre de ſympathie.* PARIS 1650. 8. cum L. *de la macreuſe.* Exempla colligit, in quibus poſt ſympatheticam curationem varia mala ſucceſſerunt. Negat quidquam in diſtans poſſe operari. Curationes fere fabuloſas eſſe.

Ejus *reponſe a M.* PAPIN *touchant la poudre de ſympathie.* PARIS 1651. 8. Evertit ſubtilem magnetiſmum, quo ſe PAPINUS tegebat. Nihil facere pulverem ſympatheticum, niſi quod ſponte natura ſua præſtet.

Idem in *obſervationibus* &c. Magna vulnera ſanata, veſicæ mediæ, inteſtini HALLER. V. *pag.* 450.

CONRADUS VICT SCHNEIDER. Ejus *de vulneribus pulmonum.* WITTEBERG. 1654. 4. HALLER. V. *pag.* 450.

PETRUS

Petrus Piazza in *breve ed utile diſcorſo* &c. agit etiam de vulneribus. Haller. V. *pag.* 25.

Charles St. Germain. Ejus *la poudre de ſympathie prouvée naturelle & exempte de magie diabolique* . . . . 8. Haller. V. *pag.* 1120.

Laurentius Straus. Ejus *epiſtola de pulvere ſympathetico ad* Digbæum . . . . . 1651. 8. & in *collectione majori* Norimberg. 1662. 4. Variorum miraculorum confarcinatio. Haller.

Kenelmus Digby, vir nobilis, ſed credulus. Ejus *orationem de pulvere ſympathetico* oportet ante annum 1651. prodiiſſe, quæ eo ipſo anno a Strausio citetur, eam vero editionem Hallerus non reperit citari, alias vero bene multas. Gallice *diſcours ſur la guériſon des playes & la compoſition de poudre de ſympathie.* Paris 1658. 8. 1749. 12. Rouen 1633. 12. cum Papino. Porro Utrecht 1681. 12. Belgice *theatrum ſympatheticum of wonder-tonneel der natur verborgenheden.* Leeuwarden 1697. 8. Germanice *von Heilung der Wunden ohne Berühren.* Frankfurt 1661. 8. Latine in utroque *theatro ſympathetico* Norimberg. 1660. 12. 1662. 4. Anglice *diſcours touching the cure of wounds by the powder of ſympathy.* London 1658. 8. 1659. 8. Hiſtoriolæ ſanatorum vulnerum, cum ſoli periſcelidi ſanguini imbutæ medela adhiberetur: doloris, quem æger a calore, levaminis, quem a vitrioli inſperſo pulvere perceperit. Inde in multa alia, quæ putat eſſe naturæ miracula, ſe diffundit, quorum multa manifeſto vana ſunt. Vitriolum requirit cyprium.

Ejus *receipts of Surgery and Phyſik.* London 1668. 12. Germanice Francof. 1689. &c. Ita Haller.

Dominicus Panaroli in *iatrologiſmorum* &c. *pentecoſte* II. opiſthotonus a pedis vulnere. Haller. V. *pag.* 25.

Gerhard Gelman. V. *pag.* 25.

P. Stollius. V. *pag.* 25.

Joh. Scultetus in *obſervat. chirurg. obſ.* 27. Vulnus ſclopetarium in maxilla inferiori. *Obſ.* 40. vulnus thoracis cum fractura. *Obſ.* 42. vulnus thoracis paracenteſin requirens. *Obſ.* 47. vulnus per ſeptum tranſverſum. *Obſ.* 49. 50. vulnus thoracis. *Obſ,* 53. vulnus ſclopetarium in inguine & pene curatum. *Obſ.* 58. vulnus ſclopetarium in dorſo. *Obſ.* 69. vulnus ſclopetarium cum gangræna. *Obſ.* 94. vulnus ſclopetarium cum fractura tibiæ. Walth. V. *pag.* 877.

Pe-

PETRUS BORELLUS in *hiſtor.* & *obſervat. centuria* I. *obſ.* 16. vulnera magna curata. *Obſ.* 88. vulnus in corde ſine morte. *Obſ.* 93. vulnera ob amaſiæ præſentiam non curata. In *cent.* III. *obſ.* 20. a tormento bellico utraque ſcapula ſuis cum carnibus ablata, ut cordis ſyſtole oculis cerni potuerit, ſaucius tamen curatus. *Obſ.* 25. vulnera citius quam decet clauſa vel gangrænæ metus. In *cent.* IV. balſamum FIORAVANTI laudat ad vulnera. ALBERTI. V. *pag.* 25.

BALTAS. TIMÆUS in *reſponſ. med.* &c. *reſp.* 16. Vulnus pulmonis. *Reſp.* 52. 53. vulnus pectoris. Ita WALTHER. V. *pag.* 26.

PETRUS de MARCHETTIS in *obſervat. med. obſ.* 3. nervos & tendines vulneratos non eſſe ſuendos. *Obſ.* 41. vulnus in thoracis cavitatem penetrans. *Obſ.* 42. in vulnere pectoris turundam inmittit: ab ejus tamen uſu epilepſia viſa. *Obſ.* 43. ex vulnere thoracis pus effuſum: monet ne vulnera pectoris præpropere claudantur. *Obſ.* 45. thoracis vulnus in cavitatem penetrans. Ex vulnere in cavo thoracis pus collectum per os & urinam evacuatum. WALTH. V. *pag.* 26.

PAULUS MOTHIUS. Ejus *caſus chirurgicus perforati thoracis fideliter deſcriptus.* HAFNIÆ 1656. 1658. 1661. 4. cum reſponſione ad S. PAULI *animadverſionem amicabilem in eum intercalatam.* HALLER.

J. NARDIUS in *noct. genial.* L. VII. aliqua habet contra MAGATUM. HALLER. V. *pag.* 26.

IRVINE. Ejus *medicina magnetica, or the art of curing by ſympathy.* LONDON 1656. 8. HALLER.

J. JACOB. WEPFER in *obſervat. med. pract.* pag. 169. vulnus ſclopetarium pedi inflictum, curatum. ALBERTI. V. *pag.* 27.

BARTH. DEUXIVOYE & FAB. PERREAU *E. conglutinandis tenuium inteſtinorum vulneribus parciſſima diæta.* PARIS 1650. 4. HALLER.

J. ANDR. SMITZIUS in *Medicinæ practicæ* &c. pag. 241. de variis vulneribus. WALTH. V. *pag.* 316.

CONSTANTIN. ZIEGRA. Ejus *contra* σπλιατρίαν. WITTEBERG 1659. 4. HALLER.

ANTON. ULR. GOSKY. Ejus *de vulneribus.* ARGENTOR. 1659. 4. HALLER.

J. ANTONIUS van der LINDEN inter *miſcellanea* . . . . habet etiam aliqua de vulnere thoracis. HALLER. V. *pag.* 1568.

CA-

Caspar. Reies in *Elyſio jucund. quæſt. campo* de acuum & ferramentorum in alias corporis ſedes migratione. Emphyſema a pectoris vulnere. Haller. V. *pag.* 27.

J. Wolfg. Rentschius. Ejus *de heteriatria, ſ. unguento armario.* Wittebergæ. 1662. 4. Haller.

J. Matthæus, Profeſſor Herbornenſis. Ejus *enodatio quæſtionis: an unguentum armarium ad curanda vulnera aliquid conferat.....* Reperitur in *theatro ſympathetico.* Noribergæ 1662. 4. Negat conferre. Ita Haller.

Christoph. Nicolai & Jacob. Bürlin diſp. *de pernicioſo Paracelſiſtarum hoplochriſmate.* Altdorf. 1662. 4. & in *theatro ſympathetico.* Haller.

Anton. Deusing, Profeſſor Groninganus. Ejus *pulveris ſympathetici examen.* Groning. 1662. 12. & in *theatro ſympathetico.* Magnus & verboſus libellus, defenſionibus hujus pulveris obpoſitus. Haller.

Theatrum ſympatheticum auctum exhibens varios auctores, de pulvere ſympathetico & de unguento armario. Norimbergæ 1662. 4. Omnes ſcriptores ſuo loco jam diximus, quorum opuſcula hic collecta habentur.

Henr. v. Roonhuysen in *genees en heelkonſtige aanmerkingen* &c. P. II. cap. 4. de vulnere nervi ſanato. Haller. V. *pag.* 28.

J. Arnold. Friderici. Ejus *diaphragma ex vulnere læſum.* Jenæ 1671. 4. Diſputatio. Haller. V. *pag.* 1460.

Franciscus Redi. V. *pag.* 775.

Cornel. van der Voorden in *lichtende Fackel* &c. habet etiam vulnera. Haller. V. *pag.* 28.

J. Laurentius Bausch. V. *pag.* 453.

Eberhard Goekel in *conſil. & obſervat. centuria* I. *conſ.* 19. vulnera ſclopetaria colli lethalia. *Conſ.* 69. & 72. vulnus pulmonis ſclopetarium lethale. *Conſ.* 73. vulnus femoris lethale. *Conſ.* 74. vulnus veſicæ lethale. *Conſ.* 78. vulneratorum militum hiſtoria. *Conſ.* 81. vulnus ventriculi lethale. *Cent.* II. *conſ.* 26. vulnus ſclopetarium ſcapulæ in puero curatum. *Conſ.* 77. vulnus ſclopetarium in meatu urinario. *Conſ.* 81. vulnus bombardæ manui inflictum lethale. Alberti. V. *pag.* 29.

Hieronymus Nigrisoli. Ejus *epiſtolæ & reſponſa medicorum & philoſophorum de pulvere ſympathetico.* Roterdam 1665. 8. Haller.

In *Actis Soc. Reg. Britan.* V. *pag.* 29.

Job. van Meekren in *heel en genees* &c. Flatus a vulnere thoracis in ſcrotum communicans, quod utique per celluloſæ telæ continuitatem explicari poteſt. Ex lingua glans ſclopetaria feliciter exciſa, quæ in ea diu hæſerat. Haller. V. *pag.* 30.

Georg. Hieronym. Welsch in *curat. propr. decade* IX. *cur.* 5. Vulnus pectoris lethale. Alberti. V. *pag.* 30.

Joh. Muraltus in *Schriften von der Wundarzney* &c. Vulnus ſclopetarium pectoris recte ſanatum, etſi glandem impulſam noſter non potuit educere. Laudes balſami vulnerarii Poteriani.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 124. de morte ex vulnere jecoris. Haller. V. *pag.* 30.

Caspar Manzius in iisdem Muralti *Schriften* &c. Vulnus articuli cubiti inciſivum, feliciter emplaſtris vulnerariis curatum: ancyloſis, quæ metuebatur decocto inteſtinorum ſuperata. Haller.

Pierre Dailly. Ejus *traité des bleſſures & playes faites par armes à feu.* Paris 1668. 12. Liber eſt Plazzoni Gallice verſus, & nonnullis propriis adnotationibus auctus. Tamen glandes plumbeas caleſcere. Haller.

J. Henr. Meibom. Ejus diſp. *de vulneribus lethalibus.* Helmstadt 1674. 4. 1694. 4.

Ejus *de vulnerum natura & curatione in genere.* Ibid. 1685. 4. Sanatum vulnus colli veſicæ; cochlea umbellata ad arteriæ vulnus. In Italia arterias ligari forcipe correptas. Haller. V. *pag.* 448.

Pierre Joseph. Michon vulgo Abbé Bourdelot in *converſations* &c. Vulnus inteſtini ſevera diæta ſanatum. Haller. V. *pag.* 1044.

In *Act. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* III. *obſ.* 176. vulnera inteſtinorum ſanata. *Obſ.* 310. vulnera vino, in quo ſaccharum ſolutum, eluta, & croco repleta, ſanata. *Ann.* IV. V. *obſ.* 115. vulnus pectoris & pulmonum quinquennale minime lethale. *Ann.* VIII. *obſ.* 61. in phthiſin mutatum. *Ann.* X. *obſ.* 122. vulnus inteſtini coli cum vulnere hypogaſtrii coaleſcens. *Obſ.* 131. vulnus ventriculi fiſtuloſum ſanatum. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 1. & 20. vulnera inteſtinorum ſanata. *Obſ.* 26. vulnus ventriculi ſanatum. *Obſ.* 29. vulnera cum convulſionibus combinata non ſemper ſunt lethalia. *Ann.* II. *obſ.* 188. vulnus cordis non ſtatim lethale. *Ann.* III. *obſ.* 118. vulnus pectoris ſclopetarium. *Ann.* V. *obſ.* 9. vulnus ventriculi ultra undecim annos apertum. *Ann.* IX. *obſ.* 93. vulnus ſclopetarium pulmonis lobum & œſopha-

phagum perforans, a natura feliciter curatum. *Ann.* X. *obſ.* 134. vulnus aqua vitæ curatum. *Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 141. vulnus ſclopetarium thoracis cum pulmonis læſione feliciter curatum. *Ann.* II. *obſ.* 154. vulnus inferioris ventris grave feliciter ſanatum. *Ann.* III. *obſ.* 43. vulnus gulæ lethale. *Ann.* IV. *obſ.* 4. vulnus periculoſum manus dextræ curatum. *Ann.* IX. *obſ.* 44. vulnus hactenus inauditum & horrendum. *Obſ.* 225. vulnus thoracis grave cum inſigni pectoris contuſione, feliciter ſanatum. In *cent.* I. pag. 19. vulnus hepatis lethale; pag. 68. vulnus cordis ſingulare; pag. 69. vulnus hepatis. In *cent.* V. pag. 56. vulnus ventriculi lethale; pag. 87. vulnus vaginæ uteri curatum; pag. 206. vulnerarius liquor. In *cent.* IX. pag. 16. vulnus pulmonum brevi ſanatum; pag. 159. vulnus veſicæ lethale; pag. 160. vulnus abdominis utrinque penetrans ſanatum; pag. 204. vulnus ventriculi lethale; pag. 263. vulnus lienis & renis lethale; pag. 339. vulnus hepatis. In *cent.* IX. X. *obſ.* 20. vulnus ventriculi curatum. ALBERTI. V. *pag.* 31.

PETRUS MOELLER. Ejus diſp. *de vulneribus ſclopetorum.* REGIOMONT. 1671. 4. HALLER.

SIMON SCHULZE. V. *pag.* 32.

PAULUS de SORBAIT. V. *pag.* 33.

EHRENFRIED HAGEDORN in *obſervat.* & *hiſtor.* ventriculi vulnus funeſtum. Vulnus abdominis a bove cornipeta inflictum ſanatum. Vulneris utilis ſuctio. Globulus ſclopeti ſub clavicula absque malo retentus. HALLER. V. *pag.* 33.

CASPAR THEOPH. BIERLING in *adverſariis* &c. Ex levi vulnere brachii per malam curationem mors. HALLER. V. *pag.* 34.

GEORG. WOLFG. WEDEL. Ejus diſp. *de punctura nervorum.* JENÆ 1689. 4.

Ejus *de fundamentis lethalitatis vulnerum.* Ibid. 1695. 4.

Ejus *de vulnere in quinta coſta.* Ibid. 1684. 4.

Ejus *de latere* CHRISTI *aperto.* Ibid. 1686. 4.

Ejus *de efficacia dierum criticorum in vulneribus de lethalitate dubiis.* Ibid. 1712. 4. HALLER. V. *pag.* 34.

JOHANNES BOHN. V. *pag.* 602.

BERNARD. GENGA in *anatomia chirurgica* &c. vulnera *penetrantia* non vult dilatari, niſi eo fine, ut ſanguini effuſo exitus paretur; in abdomine vero, ſi quando partes elapſas non aliter datur ſuum in locum reponere, HALLER. V. *pag.* 1338.

THEODORUS KIRCHMAJER. Ejus diſp. *de vanitate pulveris ſympathetici.* WITTEBERG 1672. 4. HALLER.

Daniel Ludovici. V. pag. 36.

Georg. Frank. V. pag. 36.

Cornelius Solingen in *manual operation* &c. Vulnera vaſorum lymphaticorum, novum malum: ex eo caſu tumor aquoſus, compreſſione ſanatus: ex eadem cauſa diuturna diſtillatio lymphæ, ut atrophiæ metum faceret, etiam cauſticis ſublatam. Ductus ſalivales læſos ſanari, ſed ægre, compreſſione. In vulneribus etiam particulas duras calloſas conſpici, quæ ſint ipſa lymphatica vaſa, ea debere erodi. Exempla de tibia pila plumbea, cochlea, ſive cannula & terebella adhibita. Quæ glandes ſunt in focilium intervallis permittendæ ſuppurationi. Veſicæ vulnera non eſſe lethalia. Vulnus abdominis & inteſtini absque ſutura ſanatum, gaſtroraphiam enim negat in vivo homine locum habere poſſe. Haller. V. pag. 304.

Jacob Constant in *chirurgien charitable* agit etiam de vulneribus. Haller. V. pag. 37.

Leonard. Tassin, chirurgus caſtrenſis. Ejus *la Chirurgie militaire, ou l'art de guérir les playes d'arquebuſades.* Nimegue 1673. 12. Paris 1688. 12. Germanice *kurze Kriegswundarzney.* Nürnberg 1676. 8. Lentiſſime nonnunquam oſſa vitiata ſquamas dejicere: aërem noſocomiorum perniciem ſæpe inferre. Gangrænæ curatio & hæmorrhagiæ, quam fere vitriolo ſuſcipit comprimere cum pulvere tragacanthi. Vinculum trajectum, quo arteria una cum carnibus comprimatur, periculoſum eſſe auxilium, certe ſi diutius artum adſtrinxeris. Medicamenta aliqua. Haller.

Christoph. Helwig. Ejus diſp. *de vulneribus cum fracturis & luxationibus conjunctis, eorumque præcipuis ſymptomatibus.* Greifswald 1674. 4. Haller. V. pag. 458.

Anton. de Pozzis. V. pag. 38.

J. Nicolaus Pechlin, Profeſſor Kilonienſis, inciſor, & acuti ingenii vir. Ejus diſp. *de vulneribus ſclopetorum in genere.* Kiel 1674. 4.

Ejus *diſſertatio ſiſtens hiſtoriam vulneris thoracis & in eam commentarium.* Ibid. 1682. 4. recuſa cum *obſervationibus;* & in Halleri *ſelectis.* Docta ephemeris vulneris pulmonis, ex quo immenſa vis ſanguinis & puris fluxit, ut tamen longo medicamentorum uſu ſanatum ſit, nulla maſcula medela adhibita. Aneuryſma cum gangræna circa ruptam arteriam brachii. Vulnus venæ jugularis ægre ſanatum. Caſu quercui admotum corpus vulnerati, inde ſuppreſſus ſanguis. Cæterum hæc hiſtoria nuper acerrime a Valentino Gallico chirurgo tractata, & mihi, inquit Hallerus, præter omnem rationem imputatum eſt, eam medicationem Pechlini me probaſſe. Haller.

J. Lu-

J. Ludov. Hanemannus. V. pag. 39.

Rudolph. Wilhelm. Krause. Ejus diſp. *de vulneribus per ſe lethalibus.* Jenæ 1684. 4.

Ejus *de ſclopetorum vulneribus.* Ibid. 1695. 4. Haller. V. pag. 813.

Henricus Nicolai. Ejus diſp. *de vulneribus ſclopetorum,* Argentor. 1675. 4. Haller.

Daniel Wincler. V. pag. 40.

Richard Wisemann in *ſeveral chirurgical* &c. L. V. de vulneribus. Non ſemper peregrina corpora extemplo eximi poſſe, eſſe ubi ſuppurationi debeant relinqui: ſed neque nimis curioſe ſanguinem coactum oportere repurgari. Turundas a ſimplici vulnere abeſſe debere. In victus ratione debere aliquid conſuetudini dari. Eſſe quos enecares ſi vino prohiberes. Vermes non metuendos. Cavendum ne vulnus ante diem tertium deligetur. Vulnera ex multis vicinis vulneribus compoſita poſſe conſui, etiam ſutura intorta. Exemplum vulneris in cavum pectoris non penetrantis, magna turunda corrupti, cum vero totum aperiretur mortis ſecutæ. Vulnus punctorium, profundum, male futura curatum eam noſter reſecuit, ſetaceum per imum fundum trajecit. Vulnus perterebrans femoris facile ſanatum, utrique fini plumaceolis impoſitis. Iterum profundum femoris vulnus rejecta turunda facile clauſum: alia ſimilia exempla. In L. VI. de vulneribus ſclopetariis. Haller. V. pag. 41.

Bernard. Christinus in *obſervationibus* &c. in vulneribus multum plumbeis uſus eſt. Solebat in vulneribus vinum in ſcyphum vitri antimonii infuſum propinare. Integræ familiæ a ſicario varie vulneratæ feliciter ſubvenit, naſum poſt horam adſuit & reconciliavit, arteriæ vulnus impoſito digito compreſſit. Oculi etiam vulnus vino reguli antimonii eluit & ſanavit. Vulnus ſanavit, de quo inteſtina prodierant & hepar. Haller. V. pag. 317.

Joh. Verbrugge in *veſtibulo Chirurgiæ* &c. Vulneris renum ſanati exemplum. Haller. V. pag. 41.

Nicol. Blegny in *zod. med. Gall. ann.* 1679. *Menſ. Jan. obſ.* 2. Elixirium vulnerarium. *Jul. obſ.* 1. vulnus pectoris, ex quo vermes excluſi. *Aug. obſ.* 10. vulnera citra ſuppurationem curandi ratio. *Decemb. obſ.* 2. vulnus pectoris, cui acceſſit fiſtula & phthiſis, feliciter ſanatum. *Obſ.* 5. vulnus tibiæ cum carie feliciter curatum. *Ann.* 1680. *Febr. obſ.* 9. vulnus ſclopetarium. *April. obſ.* 10. vulnus cordis. *Jun. obſ.* 4. vulnera inteſtinorum. *Octob. obſ.* 1. vulnera inteſtinorum. *Obſ.* 2. vulnus ventriculi. *Ann.* 1681. *Maj. obſ.* 2. vulnus manus inſigne curatum. *Ann.* 1682. *Febr. obſ.*

11.

11. vulnus ſclopetarium. *Mart. obſ.* 14. vulnera jejunii parca diæta curanda. ALBERTI. V. *pag.* 42.

MATTHIAS HYER. Ejus *doctrine nouvelle de la poudre vitriolique de ſympathie.* TOULON 1677. 12. HALLER.

GERARD. BLASIUS in *medicinæ univerſæ* &c. Parte II. ſect. 14. cap. 4. de vulneribus pectoris. Sect. 42. cap. 9. de vulnere inteſtinorum. Parte X. ſect. 1. cap. 8. de vulneribus diaphragmatis. Sect. 4. cap. 10. de vulneribus pulmonum. WALTH. V. *pag.* 365.

RAYMUND. FORTIS. V. *pag.* 42.

JOH. SILLER, chirurgus, in *Act. Hafnienſ. Vol.* V. *obſ.* 6. de enormi vulnere femoris & abdominis, reſectis muſculis iliacis & abdominis muſculis inciſis, cujus eventus felix fuit. HALLER.

CHRISTOPHORUS WREN in BIRCHII *diario* T. III. a. 1677. glandem plumbeam in aſperam arteriam illapſam expedivit, ægro de pedibus ſuſpenſo. HALLER.

JOHANNES BROWN, chirurgus. Ejus *compleat deſcription of wounds both in general and particular.* LONDON 1678. 4. De varia lethalitate vulnerum. Curatio. Telorum extractio. Symptomata. Vulnera ſclopetaria. Ipſi brachium a vento fractum, quem tranſiens pila 24. librarum excitaverat. Vulnera ſecundum partes humani corporis. Fere collectitium opus. HALLER.

SAMUEL LEDEL. V. *pag.* 43.

JACOB. JOUNG. V. *pag.* 323.

CHRISTOPH. VOELTER. V. *pag.* 1129.

BENJAMIN SCHARF. Ejus *Gedanken von magnetiſchen Curen.* SONDERHAUSEN 1700. 8. HALLER. V. *pag.* 1045.

J. EISENHART. Ejus diſp. *de die critico vulnerum lethalium.* HELMSTADT 1679. 4. HALLER.

ANTONIUS de LEEUWENHOECK in *Journ. des ſav. a.* 1679. oſtendit cur goſſypium ad vulnerum curationem inutile ſit, plana nempe fila eſſe duasque habere acies. HALLER.

CORNELIUS BONTEKOE. V. *pag.* 44.

STEPHANUS BLANCARD in *collectaneis* &c. WILH. MILLAND: ſanatus, cui pars pulmonis abtruncata. JOH. SWART: natium altera cum ultimo inteſtino ab ictu ſclopi ablata, eventu felici. Aſpera arteria reſecta, vulnus ſanatum. Vigeſimo ſecundo anno pars cultri de brachio exemta.

Idem in *duabus aliis centuriis.* Vulnus hepatis extus clauſum, inde purulenta ſputa funeſto eventu. J. B. PINCKET vulnus

nus ſclopetarium penetrans abdominis, ſolis medicamentis curatum.

Idem in *anatomia practica* &c. Vulnus ſclopetarium diaphragmatis ſero funeſtum, neque alia ciens ſymptomata, præter ea, quæ a colo inteſtino in pectus adſcendente nata eſſent. Ex vulnere brachii pus per alvum & urinam. HALLER. V. *pag.* 45.

MATTH. GODOFR. PURMANN *der wahrhaftige Feldſcherer* &c. ſæpius ſe leviora ventriculi vulnera ſanaſſe.

Idem in *chirurgiſcher Lorberkranz* &c. Vulnus gulæ & aſperæ arteriæ ſanatum. Lienis vulnus cum naturæ ejus jactura ſanatum. Vulnera faciei non eſſe ſuenda. Auris reſecta reconciliata. Vulnera ventriculi ſanata, aliquoties, ut filum de cutis vulnere prodiret.

Idem in *fünf und zwanzig ſonderbare Schuswundencuren.* Videas pulmonis, hepatis, lienis ſanata vulnera ſclopetaria. Sphæras plumbeas neque urere, neque venenum admittere confirmat.

Idem in *Chirurgia curioſa.* Videas olfeciſſe expertum virum, vulnera etiam breviori modo curari poſſe.

Idem in *curioſis obſervationibus* &c. Vulnus ſclopetarium, quo linguæ particula deſtructa, cujus curationis duo adfert exempla. Vena jugularis & gula læſa & ſanata, tum diſſectus larynx & arteria aſpera. Vulnus thoracis utrinque ab enſe trajecti ſanatum. Renis & veſicæ vulnera ſanavit. Sphæra plumbea in humeri os impacta tandem exemta. Enormia vulnera a rota molendini illata, amputatione facta, demum ſublata. A pila tormentaria ablatæ tibiæ, æger tamen ſervatus. HALLER. V. *pag.* 45.

CAROLUS PATINUS. V. *pag.* 47.

BERNARD. ALBINUS. Ejus diſp. *de cervo glande plumbea trajecto poſt tres horæ quadrantes quatuor circiter paſſuum millia aufugiente.* FRANCOF. ad VIADR. 1686. 4. HALLER. V. *pag.* 703.

J. MAURITIUS HOFMANN. V. *pag.* 47.

JULIUS MALVICINUS. V. *pag.* 48.

DIONYS. van der STERRE in *genees en heelkonſtige practyc* &c. reſtituto ſitu, in quo æger vulnus acceperat, oſtendit noſter vulnus in pectoris caveam non penetrare. HALLER. V. *pag.* 48.

In

In *Act. Eruditor. Lipſienſ. ann.* 1682. *Menſe Jul.* pag. 221. vulnus ilei curatum. *Ann.* 1684. *Jul.* p. 356. vulnus vaſorum lymphaticorum. *Ann.* 1686. *Jul.* p. 366. vulnus coſtæ quintæ. *Decemb.* p. 616. vulnus veſicæ conſolidatum. *Ann.* 1687. *Jul.* p. 397. vulnus abdominis. *Sept.* p. 397. vulnus thoracis; pag. 398. vulnus tibiæ cum fractura. *Ann.* 1689. *Febr.* p. 101. vulnerum examen. *Novemb.* p. 561. vulnus ventriculi ſanatum. *Ann.* 1694. *Aug.* p. 378. vulneribus medetur ſuccus chelidonii. *Ann.* 1695. *Jan.* p. 15. ad vulnera præſtantiſſimus balſamus Americanorum ex gummi Carannæ. *Ann.* 1699. *Febr.* p. 52. vulnera ventriculi non omnia lethalia; pag. 74. vulnus laryngis ſanatum. *Ann.* 1703. *Maj.* p. 212. vulnera rarius curata citius ſanantur. *Ann.* 1707. *Aug.* p. 380. vulnerum ſuctio quando admittenda. *Ann.* 1709. *Jun.* p. 214. vulnus mirabile. *Ann.* 1712. *Aug.* p. 357. vulnerum lethalium, aliorumque ſciagraphia. *Ann.* 1713. *Jul.* p. 323. medicamentorum vulnerariorum natura. *Ann.* 1715. *Novemb.* p. 491. vulnus ſpiritu vini ſanatum. *Ann.* 1719. *Aug.* p. 337. ad vulnera lignum ſyringæ cæruleæ. *Ann.* 1720. *Mart.* p. 143. vulnera mundificat pulſatilla. In *Supplement.* III. pag. 113. vulnerum cura & remedia. ALBERTI, V. *pag.* 49.

LAURENTIUS FEHR. V. *pag.* 50.

GUNTHER CHRIST. SCHELHAMMER. V. *pag.* 50.

DARLES in *diario*, quod Abb. de la ROQUE edidit, & deinde T. BONNET complevit a. 1682 retulit de vulnere ſclopetario femoris cum plurima ſanguinis effuſione, tamen ſanato. HALLER.

J. PAUL. WURFBAIN. V. *pag.* 51.

MICH. BERN. VALENTINI. V. *pag.* 51.

Idem porro in diſp. *de herniis* &c. caſum narrat memorabilem viri, cui a vulnere ſclopetario magnus in ſepto tranſverſo hiatus perforatus fuerat, ut tamen interim maneret orthoſtadios, & uxorem duceret, in cujus amplexibus concitato ſpiritu inflammationem & ulcus pulmonis contraxit. HALLER. V. *pag.* 815.

JOH. MUYS in *Podalirio redivivo* &c. plumbum utique diu abſque malo inter carnes noſtras morari, ferrum non item. Tibiæ os a ſclopo comminutum feliciter curatum. Vulnus vaſculi lymphatici in talo curatum replicito vaſculo, quod vulneratum fuerat. Mors a levi vulnere talo per chartam contortam illato ex ſclopo emiſſam. Vulnus colli veſicæ a lithotomia ſuperſtes ſanatum. HALLER. V. *pag.* 51.

VITUS RIEDLIN in *lin. med. ann.* I. *Menſe Decemb. obſ.* 14. vulnus inepte deligatum ſequentia ſymptomata. *Ann.* III. *Sept. obſ.* 26. vulnus inepte deligatum, gangrænoſum. *Octob. obſ.* 12. vulnus uteri non lethale. *Novemb. obſ.* 26. a vulnere in genu ſiniſtro ſpaſmus oris aliarumque partium. *Decemb. obſ.* 30. vulnus pectoris feliciter ſanatum,

tum. *Ann* IV. *Mart. obſ.* 20. vulnus parvum digiti indicis gravia poſt ſe trahens mala. *April. obſ.* 6. vulnus ſclopeti in principio minus recte tractatum.

Idem in *obſervat. chirurg. obſ.* 22. vulnus in femoris articulo. *Obſ.* 25. vulnera thoracis curata. *Obſ.* 26. vulnus femoris cum fractura. *Obſ.* 36. vulnera ſclopetaria in femore lethalia. *Obſ.* 37. vulnus ſclopetarium humeri ſanatum. *Obſ.* 38. vulnera in articulo cubiti ſanata. *Obſ.* 39. vulnus metatarſi ſanatum. ALBERTI. V. *pag.* 52.

GEORG. LANE. Ejus diſp. *de unguento armario.* LIPS. 1683. 4. HALLER.

PHILIPPUS MATTHÆUS. Ejus diſp. *de pulmonum vulneribus.* FRANEKER 1683. 4. HALLER.

CORNELIUS SPIELMAN. V. *pag.* 53.

ROSINUS LENTILIUS. V. *pag.* 54.

LAURENTIUS VERDUC. V. *pag.* 715.

GIDEON HARVEY, medicus Regis & celebris ſatyricus. Ejus *moſt memorable caſe of a nobleman deccoſed, the art of curing the moſt dangerous wounds by the firſt intention.* LONDON 1685. 12. Acris ſcriptor, neminique parciturus, itinera fecerat, noſodochia erat ſecutus, manu ſua faſcias admoverat. Vulnus erat, de quo agit, per abdomen deſcendens in inguen, valde dolorificum. De chirurgo Gallo queritur, qui ſpecillum intruſerit & turundam, LOWERUM non quidem nominat. Multum propinatum eſt opii. A diureticorum uſu ſupervenit verus diabetes, & hectica conſumtio. Noſter demum vocatus nervum magnum læſum fuiſſe pronuntiavit, ex eo nervo pituitam defluere. Cucurbitulas admovit, cauſtico medicamento ei pituitæ exitum conatus eſt aperire. Cum æger melius ſe haberet, relapſus urinam reddidit purulentam & periit. Ren ſanus erat. Pſoas muſculus ſphacelatus. Ad vulnera ſtyptica medicamenta laudat, Regisque guttas vulnerarias. Stypticum commendat ex vitriolo ad rubedinem calcinato, alumine & ſale prunellæ cum ſpiritu vini maceratis. HALLER.

JOACHIM BECCHERUS. Ejus *wohlerfahrner Wundmedicus.* LEIPZIG 1685. 12. HALLER.

FRID. SCHRADER. Ejus *de vulnerum cura.* HELMSTADT 1695. 4. Fuſe de D. VIVIENI liquore ſtyptico, cujus ſcripturam CAROLUS II. magni redemit. HALLER. V. *pag.* 1133.

GABRIEL CLAUDER. V. *pag.* 55.

J. BERN. GRÜNDEL. V. *pag.* 55.

J. Jacob. Harder in *apiario obſervationum* &c. Vulnus pulmonis gladio icti ſanatum. Vulnus tenuis inteſtini exquiſita victus ratione ſanatum. Haller. V. *pag.* 56.

Anton. Nuck in libello *de ductu ſalivali* aliqua habet de vulneribus ductuum ſalivalium, & de diuturnorum liquoris fluxuum moleſtia, ut corrodentibus medicamentis demum uti neceſſe fuerit. Novum hoc malum, nova fuit curatio. Simile etiam malum in lacrumali ductu vidit, in quo neceſſe fuerit punctum lacrumale coalitum reſecare.

Idem in *operationibus* &c. iterum de vulneribus vaſorum lymphaticorum ſanatu oppido moleſtis. Haller. V. *pag.* 56.

Cornel. Stalpart van der Wiel in *centum & quinquaginta adnotationibus* &c. Vulnus ſterni, pus in mediaſtino collectum, ſterno perfoſſo emiſſum. Vulnus, quo pectus trajectum, facile ſanatum. Aphonia ex pectoris vulnere, plane ut in Vesalii experimento. Vulnus infimi ventriculi, felicis eventus. Veſicæ vulnus facile ſanatum, & in partu ruptum. Calculus per inguinis vulnus. Haller. V. *pag.* 56.

Le manual des chirurgiens, ou l'art de guérir methodiquement les playes. Paris 1686. 12.

Georg. Hannæus. V. *pag.* 57.

J. Daniel Geyer. V. *pag.* 57.

J. Jacob. Waldschmidt in *chirurgo* Cartesiano &c. pro curatione vulnerum ſimplici, & excludendo aëre. Vulnera ſclopetaria veneno carere. Haller. V. *pag.* 57.

Franc. Maria Nigrisoli. V. *pag.* 58.

J. Ern. Walther de Tschirnhausen, nobilis Saxo, in *appendice ad medicinam corporis* Lips. 1687. 4. 1695. 4. egit de vulneribus. Ea ſola quiete, aëre excluſo, & admoto perpetim corpore aliquo oleoſo vult ſanari. Haller.

Joh. de la Serre. V. *pag.* 59.

Alard Mauric. Eggerdes. V. *pag.* 59.

Petrus Chirac, Archiatrorum Comes, acri vir ingenio, amans gloriæ & hypotheſium, carus Philippo Aurelianenſi, quem curaverat, cum in carpo vulnus maxime dolens accepiſſet. Ad annum 1688. refert Portalius, ſerius tamen chirurgica ſcribere adgreſſus eſt. Ejus *quæſtio medico-chirurgica, utrum abſoluta vulnerum ſuppuratione ad promovendam cicatricem præſtet detergentia ſalino aquea ſarcoticis aliis oleoſis & pinguibus quibusdam medicamentis.* Monspel. 1707. 12. Gallice cum titulo: *obſervations de chirurgie ſur la nature & le traitement des playes.* Paris 1742. 12. Plenus libellus acidæ theoriæ. Aquas hic Balarucenſes laudat, quibus vulnera tendinum foveas, quod ipſum auxi-

lium

-lium in Duce Aurelianenſi efficax expertus erat, cæterum non diverſum a FELICIS PALATII conſilio. In univerſum ſimplicem vulnerum curationem commendat, primæque intentionis, ut olim vocabant, pulveresque digeſtivos diſſuadet. Lixivium poſſe aquæ Balarucenſis vicibus fungi. Ita HALLER.

JEAN BIENNAISE. V. *pag.* 304.

JUSTUS VESTI cum *collegio chymico* CASPARI CRAMERI, FRANCOF. & LIPS. 1688. 4. edidit *decadem obſervationum*, in qua vulnus pectoris, quo diaphragma bis transfixum fuerat.

Ejus diſp. *de vulneribus ſclopetariis.* ERFURT 1711. 4. HALLER. V. *pag.* 467.

JOSEPHUS LANZONI. V. *pag.* 59.

J. CHRISTIAN MACK. V. *pag.* 60.

MAXIMILIAN PREUSS. V. *pag.* 60.

GUALTHERUS HARRIS. V. *pag.* 1491.

CHRISTIAN. VATER. Ejus diſp. *de vulneribus eorumque ſymptomatibus.* WITTEBERG 1712. 4. HALLER. V. *pag.* 62.

PETRUS DIONIS in *cours d'operations* &c. ſola commoda ſitus ratione effuſo ſanguine pectus liberavit: alium, cui fruſtra ſanguinem exſuxerant, ampliato vulnere ſervavit. Pectoris vulnere dilatato ſanatus, cui multus ſanguis in caveam effuſus erat. Suctio non ſuffecit. A veſtium fragmentis in vulneribus ſclopetariis diuturna incommoda, ſoli exciſioni ceſſura. Corpora peregrina continuo extradenda, non tamen de oſſe glandem. Fragmenta globi ferrei (*bombe*) inevitabilem fere mortem inferre. Non amputandi digiti, ſi vel de filo hæſerint. Itinera glandium plumbearum longe proceſſurarum, ſi ab oſſe repulſæ fuerint. HALLER. V. *pag.* 304.

JOSEPH de la CHARRIERE. V. *pag.* 305.

GUSTAV. CASIM. GAHRLIEP. V. *pag.* 62.

J. ZWINGER in *neue wohlbeſtellte* &c. primum de vulneribus & infortuniis, quibus vita militaris obnoxia eſt. Deinde ciſta militaris. HALLER. V. *pag.* 63.

FRID. RUYSCH in *obſervat. anatom. obſ.* 53. vulnus thoracis penetrans, egreſſa pulmonis particula, ea ligata ſanatum. *Obſ.* 75. notabile veſicæ vulnus feliciter ſanatum, ſuccedente hernioſo tumore. ALBERTI.

Idem in *adverſar. anatom.* Meſenterii etiam ſolius vulnera funeſta. HALLER. V. *pag.* 63.

PAULUS SPINDLER in *confignat. obſervat. obſ.* 48. Vulnus abdominis ſtercus eructans. ALBERTI. V. *pag.* 64.

J. B. Verduc in *traité des operations* &c. experimenta aliqua fecit: inteſtina animalium vulneravit: quoties ſutura ea confirmare neglexerat, animalia vidit periiſſe, materia cibaria in ventrem effuſa; facilius vero ſanata eſſe, quoties ſuturam inteſtino injiciebat, hanc ad vulneris labra adſuebat. Haller.

Idem in *pathologie de chirurgie* cap. 18. 19. 20. 21. 22. de vulneribus variarum partium, eorumque lethalitate. V. *pag.* 305.

Jean François Laugier, chirurgus Maſſilienſis. Ejus *traité des remedes vulneraires, leur nature, leurs effects, avec la theorie des accidens qui arrivient aux playes.* Lion 1693. 12. Laudari video, inquit. Haller.

J. G. R. *ſynopſis doctrinæ ac medicinæ vulnerum.* Witteberg 1693. 4. Haller.

Georg. Dethardìng. Ejus diſp. *de operationibus medicamentorum vulnerariorum catherœticorum.* Hafniæ 1735. 4. Haller. V. *pag.* 468.

J. Phil. Eysel. Ejus *vulnus ventriculi duplicatum non lethale.* Erford. 1716. 4. Diſputatio. Haller. V. *pag.* 1366.

Christian. Joh. Lang, Bohnii diſcipulus. Ejus *de remediis vulnerariis.* Lips. 1694. 4. Haller.

Fr. H. Werkmeister. Ejus diſp. *de vulnere arteriæ magnæ.* Halæ 1694. 4. Haller.

J. Victor Jægerschmid. V. *pag.* 66.

Guilielmus Cowper. V. *pag.* 67.

Franciscus Poupart in *Journal des Savans* a. 1708. refert de vulnere ictu cornu bubuli illato, ſponte a natura ſanato, etſi chirurgus labia vulneris reſecuerat. Haller. V. *pag.* 68.

Joh. Colebatch *a new light* &c. de pulvere etiam, quem ſolutum in apto liquore injiciebat in vulnera: eo hæmorrhagiam & omnia ſymptomata putat compeſci poſſe: interna vero ſanguinis profluvia, tinctura ſua ſupprimebat. De Cowpero minus amice de eo arcano medicamento judicante conqueritur. Stlopetaria vulnera abſque ſuppuratione, ſolo quodam emanante liquore curari poſſe, per exempla aliqua confirmat. Haller. V. *pag.* 68.

J. Lebzelter. Ejus diſp. *de vulneribus, quæ ſclopetorum globis infigi ſolent, & eorum curatione.* Lips. 1695. 4. Haller.

J. Georg. Hoyer. V. *pag.* 68.

Christoph. Horch. V. *pag.* 68.

August. Belloste. V. *pag.* 68.

Scipion

SCIPION ABEILLE. Ejus *traité des playes d'arquebuſades.* PARIS 1695. 12. Non eſſe venenata. HALLER. V. *pag.* 69.

Du TREYVE. Ejus *lettre ſur la bleſſur de M. du Palais.* PARIS 1696. 12. HALLER.

J. JAC. WOYT. Ejus *Unterricht von den tödlichen Wunden des ganzen menſchlichen Körpers.* DRESDEN 1716. 8. V. *pag.* 69.

Mle. D'AUVERGNE *recueil de ſecrets touchant la Medecine pour les maladies & les playes.* PARIS 1696. 12. HALLER.

FRIDER. HOFFMANN. V. *pag.* 606.

GODOFR. BIDLOO *de extraneis ex vulneribus eximendis*, quod ſtudium noſter accurate commendat: exemplum addit trabeculæ ferreæ, multis annis in lumbis geſtatæ. Periiſſe, cui glans plumbea inter coſtas hæſerat, quam noſter juſſerat eximi. Laxato vulnere demum vitri fragmentum noſter eduxit, quod vix tactum convulſiones ciebat. HALLER. V. *pag.* 70.

M. L. D. *lettre ſur l'impoſſibilité des cures ſympathiques.* ROTERDAM 1697. 12. Medicus ſerio eas curationes refutat. HALLER.

REINHOLD WAGNER. V. *pag.* 71.

CAROLUS MUSITANUS. V. *pag.* 72.

J. W. RHODE. Ejus diſp. *de nervi punctura.* LEID. 1698. 4. HALLER.

GEORG. ERNEST. STAHL. Ejus diſp. *de vulnerum lethalitate* HALÆ 1705. 4. HALLER. V. *pag.* 469.

JUSTUS FRID. DILLENIUS. V. *pag.* 73.

J. KEEN in *Phil. Tranſ. n.* 258. refert de vulnere aſperæ arteriæ ſanato. HALLER.

ALEXIUS LITTRE. V. *pag.* 73.

GUILIEL. ULR. WALDSCHMIDT. Ejus diſp. *de vulneribus arteriarum in artubus ſæpe funeſtis.* KIEL 1728. 4. HALLER. V. *pag.* 74.

ROB. SUTTON *obſervatio medica de corpore vulnerato* eſt M. S. ſeculi XVII. inter ASHMOLEANOS n. 7746. HALLER.

KYNDER *a confutation of the pouder of ſympathy* pariter M. S. ejusdem ſeculi. ASHMOL. n. 7678. HALLER.

DIONISIUS SANCASSANI, medicus Comaclenſis, qui MAGATI nomen adoptavit. Paſſim ſupererant in Italia viri ad MAGATI modum turundis abſtinebant, vulnera eo fine curabant, ut clauderent, & ſimpliciſſimam medicationem adhibebant. Laudat (k) noſter ALEXANDRUM GUIC-

CIAR-

(k) *Dilucid,* I. p. 180.

CIARDINUM chirurgum, qui eandem ſecutus ſit methodum. Sed etiam pater SANCASSANI eamdem in curando MAGATI methodum ſecutus erat (l). Ejus prima eſt *polyarchia*, *ſ. enneas diſſertationum epiſtolarium* FERRAR. 1701. 4. quæ num quædam chirurgica contineant, ignorat HALLER.

Idem edidit etiam BELLOSTI opus *il chirone in campo* a. 1708. deinde 1729. cum ſuis notis, in quibus MAGATO ſuas laudes noſter vindicat. Ardens in confirmanda ſententia auctor, verboſior, neque timidus ſuas interſpergere laudes.

Ejus *il lume all' occhio per la lettura d'un tal modo di medicar le ferite* FORLI 1707. 8. MAGATI propria jura contra BELLOSTIUM defendit.

Ejus *Aforiſmi generali della cura delle ferite col modo di Magati*. VENEZ. 1713. 4. recuſ. cum *dilucidazioni*. Acceſſit epiſtola JAC. PEREGRINI NUVOLETTI de modo, quo lingendo canes ſua vulnera ſanant. Deinde SANCASSANI reſponſio, tum alia epiſtola de vulnere balſamo ſympathetico ſanato; de eodem porro balſamo, & de auricula propriæ filiæ adſuta & reconciliata.

Ejus *oſſervazioni medico-chirurgiche cum tr. de balſamo ſympathetico*. VENEZ. 1713. 8.

Ejus *dilucidazioni fiſiche mediche tendenti a richiamare la medicina prattica e la precioſa purità in cui ſi laſciò il grande* HIPPOCRATE, ROMA fol. 4. vol. Magna eſt collectio. In Tom. I. multi ſunt libelli PHILIPPI PALACII, de quo jam diximus, cum vita viri ſcripta a J. B. BOCCOLINO.

ZAMBECCARI porro experimenta facta in vivis animalibus.

REDI de liquore ſtiptico.

HERMANNI de HEYDE diſcurſus de efficacia aquæ ſimplicis in vulneribus. Adjecit noſter decadem obſervationum, partim alienarum, partim SANCASSANI, cephalææ, maniæ, pleuritidis, aqua frigida ſanatarum. Deinde SANCASSANI epiſtola ad eundem libellum HERMANNI van der HEYDEN. Epiſtola ad BELLOSTIUM. Ipſum ſuæ apologiæ auctorem eſſe MAGATUM. Vitio ſæculi medicamenta compoſita a MAGATO præſcribi, amaſſe tamen SETTALAM ſimplicia. Sequaces viri CIGNOZZI, FALCINELLI.

MARIO CECCHINI *bilancia fatta in Roma frà li due modi di curar le ferite communale, e del* MAGATI. Vulgari modo Petrus CESCONI curabat. Magatiana CECCHINUS ſuperat felicitas curationis ſimplicis.

ALES-

(l) Ibid. III. p. 282.

Alessandro Pisoni, chirurgi Cremonenſis, *breve compendio dell' opinione di* C. Magati *intorno al medicar rare volte e ſenza taſta le ferite.* Brevis libellus.

Cinquanta oſſervazioni chirurgiche eſtratte dalle opere del Magati. Notas adjecit Sancassanus.

Paradoſſo chirurgico dedotto da una oſſervatione di M. de la Peyronie, quam curationem late patentis cariei aqua potiſſimum Balarucenſi perfectam alias laudavimus: cum variis Sancassani additamentis.

Josephi Mariæ Bacchettoni, chirurgi Bononienſis, epiſtola ad Sancassanum.

In Tom. II. Romæ 1733. fol. Prosper Magatus, ex fratre nepos, Cæsaris vitam deſcribit. Habetur hic etiam *il vero Magati redivivo.* Satis fuſus liber ex Bellostio fere decerptus, quo primum methodus curandorum vulnerum Magatiana, dein pharmacopœa chirurgica, tunc aphoriſmi practici continentur. Inde de cura ſinuum, & ulcerum, de remediorum ſpagyricorum in vulneribus curandis uſu & abuſu, de certarum partium corporis humani in certis regionibus faciliori, aut difficiliori ſanatione. Omnia fere ex Magato decerpta. Denique tres epiſtolæ Prosperi Magati.

Centum curationes a Dionysio Sancassano aliisque peractæ ad leges Magati, *cum dilucidationibus, ſ. adnotationibus.* Ita titulus ait, nam 19 tantum hic obſervationes reperiuntur, reliquæ ſunt in Volumine III. Deglutitus fuſus, exiens de tumore ſub gula nato. De ulceribus & fiſtulis, rejecta turunda ſanatis. Contra magnas inciſiones. Ulcus inteſtinorum & abdominis rara deligatione ſuperatum. Sic vulnus arteriæ carotidis. Vulnera pectoris ad Magati leges ſanata, etiam cum globus plumbeus utramque pectoris caveam perterebraſſet. Vulnera laryngis, aſperæ arteriæ & œſophagi ſanata. Solo neglectu chirurgi ſanatus æger. Digitus reconciliatus, qui pene totus reſectus erat. Magna hæmorrhagia digitorum preſſione ſanata.

Tomus III. a. 1737. fol. prodiit. In eo centum obſervationes perficiuntur.

Decas curationum Sancassani, per quas conſtitit, uſum turundarum nocere. J. B. Magati quam diximus apologia. Epiſtolæ quinque medicorum Magati conſilia probantium, Francisci Veratti, Brizii Paoluccii, J. Antonii Milliari, Antonii Fridiani, Nicolai Capelleti.

San-

SANCASSANI apologia *II. ſ. il lume della raggione all' occhio della mente; epiſtola ad* VALISNERIUM. Variæ probantium MAGATI conſilia epiſtolæ, etiam VALISNIERI.

J. ANTON. MILLIARI, & ANTONII FRIDIANI, adnotationes, quibus utilitas methodi MAGATIANÆ porro confirmatur.

Scriptum adverſarii contra ARCANGERILLUM cum titulo *conſiderazioni chirurgiche d'un chirurgo Italiano*, auctore, ut putat HALLER, J. BAPTISTA AGNOZI. Sic etiam TATTONI *ricerche*, uterque liber cum reſponſionibus fictitii ARCANGERILLI, cui titulus eſt *ſtrattojo.*

Tomus IV. poſthumus prodiit ROM. 1738. fol., in quo continuatur primum ARCANGERILLI *ſtrattojo.* Deinde ſequuntur epiſtolæ duodecim, judicia celebrium virorum pertinentia ad vulnus femoris articulationi vicinum, demum ad MAGATI leges rejectis turundis curatum.

DOMINICI ANEL ars exſugendi vulnera Italice verſa, & remedia chirurgica Cl. ANELLII, cum SANCASSANI notis, qui ſuctionem reprobat, ob aëris noxium acceſſum. Ad medicamenta notas etiam adjecit.

Chirurgia ſvelata, o ſia continuazione del Chirone in campo. VENEZ. 1716. 8. Scripta fuerat pro MAGATO. In eam excuſa erat *chirurgia inforzata* VENEZ. 1721. 8. Contra eandem ſcripſit SANCASSANUS *lettera della chirurgia ſuelata alla chirurgia inforzata circa l'uſo ed abuſo delle taſte.* Morborum curationes ab auctore chirurgiæ *inforzatæ.* Nihil eas pro methodo vulgari & pro turundis facere. Obſervationes adeo chirurgiæ, quæ dicitur *inforzata*, recudi fecit, ſuasque addidit refutationes.

Epiſtolæ aliquæ doctorum virorum, & judicia de *chirurgia inforzata.*

ANTONII MARIÆ FANELLI decem obſervationes, quibus utilitas ſimplicis curationis confirmatur.

Epiſtolæ eruditorum virorum, eandem methodum laudantium. Inter eas & magni BOERHAAVII.

Apologia moralis, prius VENET. 1724. 12. excuſa, qua defenſor *chirurgiæ inforzatæ* refutatur.

ANTONIUS BOCCACINI, chirurgus Ferrarienſis, SANCASSANI diſcipulus, edidit *cinque diſinganni chirurgici per la cura delle ferite* VENEZ. 1713. 8. quos libellos ipſius SANCASSANI ſcripta eſſe ipſe teſtatur in *dilucid.* IV. p. 119. etſi in iisdem paſſim SANCASSANUS laudetur. Pluſculi ſunt libelli. In primo laudes dantur curationis MAGATIANÆ, quæ fit rara deligatione, turundarum abſtinentia &c. Accedit vulneris ſclopetarii femoris ad MAGATI modum feliciter curati hiſtoria, quæ etiam eſt in *dilucidationibus.*

Giunta

Giunta di alcune lettere in difeſa dei diſinganni ibidem. Approbationes ſunt CECCHINI, & BELLOSTII eamdem methodum laudantium.

Ejus porro BOCCACINI *cinque diſinganni chirurgici per la cura delli ulceri*. VENEZ. 1714. 8. Ulcera abſque unguentis & medicamentis oleoſis curari debere, & ideo in nonnullis regionibus pedum ulcera non ſanari, quod perperam curentur.

Ejus *giunta ſeconda di alcune lettere in difeſa dei diſinganni*. VENEZ. 1714. 8. Sunt approbationes TORTI, CECCHINI, PETRUCCI.*

Ejus *cinque diſinganni chirurgici per le cure delli ſini*. VENEZ. 1715. 8. Ex turundis & injectis liquidis medicamentis ſinus naſci. Addita curatio abſceſſus ad anum, plumaceolis ſolis cum oleo adjectis ſanati.

Ejus *giunta terza di alcune lettere*. ALOYSIUS della FABBRA, H. NIGRISOLIUS, J. DOMINICUS GOTTI methodum MAGATI probant. Ita HALLER.

POLYCARP. GOTTLIEB SCHACHER. V. *pag.* 819.

JUSTUS HENR. MANGOLD. Ejus diſp. *de vulnere lethali*. RINTELN. 1701. 4. Id fumo myrti baccarum ſanavit agricolas imitatus. HALLER.

J. HENR. HOTTINGER. V. *pag.* 74.

JOHN MOYLE in *chirurgo marino* &c. a vulneribus cruentis turundas rejicit. Vulnus œſophagi caſu factum ſanatum.

Idem in *chirurgical memoires* &c. Curatio vulneris œſophagi, brachii a globo de tormento majori emiſſo avulſi. HALLER. V. *pag.* 75.

BENJAMIN EWALDT. Ejus diſp. *de pulvere ſympathetico*. REGIOM. 1702. 4. HALLER.

J. CASPAR SCHWARZ. Ejus *wundarzneyiſcher Anmerkungen erſtes Duzt von gehauenen Wunden*. HAMBURG 1705. 8. Adparet in caſtris Danicis militaſſe, ſectamque ſecutum C. BONTEKOE, ut acidum, & viſcidum pro cauſa morborum haberet, digeſtiva, turundas, & alia vulgaria præſidia rejiceret. In præfatione declamat contra chirurgos vulgares, ſuumque ebrioſum inimicum FRIEDLIEBII nomine utentem, quem vocat RECHEB. Errorem adgnoſcit ſuum, qui in vulneribus turundis & digeſtivis medicamentis uſus ſit, monitus vero a medico, ſinibus cultro conjunctis, adhibitis aromaticis facile malum curaverit. Os ſicca deligatione ſanavit. Plurimum tinctura aloës & myrrhæ uſus eſt. Theoriam addit acidi & viſcidi.

Ejus *zweytes Duzt von geſtochenen Wunden.* Ibid. 1705. 8. Ut æger ex vulnere pectoris non penetrante perierit, adhibitis turundis, iis rejectis ſanitatem recuperaverit. Pluſcula alia exempla noxii turundarum uſus.

Ejus *drittes Duzt von geſchoſſenen Wunden.* Ibid. 1706. 8. Siccam curationem laudat. Vulnera magnorum tormentorum eſſe ab aëre compreſſo: ardere negat: monet ne glandulæ impactæ celeriter & violenter extrahantur.

Ejus *viertes Duzt von zufälligen Wunden.* Ibid. 1713. 8. cum prioribus.

Ejus *fünftes Duzt von Geſchwulſten und Geſchwüren.* Ibid. 1718. 8. & una priores. Ita HALLER.

J. ALBERGIUS. V. *pag.* 75.

J. MATTH. MÜLLER in *obſervat. & curat.* &c. refert de vulnere hepatis ſanato.

Idem in *Eph. N. C. cent.* V. *obſ.* 56. de vulnere vaginæ ſanato. HALLER. V. *vulnera capit.*

IDON. WOLF. V. *pag.* 75.

J. CONRAD ZACHMAN. Ejus diſp. *de vermiculis in vulnere cum oſſis fractura genitis.* BASIL. 1704. 4. eſt relatio morbi patri ſuo viſi. HALLER.

ANDR. RAPS. Ejus diſp. *de ſclopetorum vulneribus* LEID. 1704. 4. HALLER.

RAPHAEL THORESBY in *topography* &c. caſus etiam aliquos vulnerum habet. HALLER. V. *pag.* 472.

J. LUDOV. PETIT in *traité des maladies* &c. T. I. Vulnera pectoris, quæ in cavum non penetrant, tamen nonnunquam magna mala facere, ſi ſanguis ſub magnis muſculis collectus fuerit. Vulnera axillæ magnas facere puris collectiones. Sanguinem in celluloſam telam effuſum ea divulſa eduxit. Dari vulnera pectoris, in quibus ſutura vitari nequit. Poſt vulnus ſclopetarium terebratum ſternum ejusque ſpongioſa natura a PETITO deſtructa, exfoliata, ſæpe ſanata. Sternum depreſſum ſymptomata pleuritidis inde facta. Emphyſema a longo vulnere. Periculoſa vulnera pectoris extus coaleſcere, dum ſanguis intus effuſus eſt. Vulnus glandulæ ſalivalis lata inciſione egere. HALLER. V. *pag.* 76.

J. B. MORGAGNI. V. *pag.* 77.

J. JACOB BAIER. V. *pag.* 78.

THOMAS JACOBÆUS. Ejus diſp. *de vulneris Aeneæ curatione.* HAFNIÆ 1706. 8. HALLER.

DOMI-

Dominicus Anel, chirurgus primarius caſtrenſis, deinde in Aula Sabaudica artem exercuit. Ejus *l'art de ſuccer les playes ſans ſe ſervir de la bouche d'un homme.* Amsterdam 1707. 8. 1716. 12. 1733. 12. Italice a Sancassano recuſa cum ſuis *dilucidationibus.* Siphonis ope ſanguinem & pus de pectoris cavea & de muſculorum intervallis docet educere, ad militum imitationem qui ſolo ore idem moliuntur. Inſtrumenta etiam depingit ſua, inter ea ſiphonem metuendæ magnitudinis, & aliqua medicamenta. Haller.

François Gigot de la Peyronie. V. *pag.* 78.

Benjamin Bened. Peterman. V. *pag.* 79.

Il lume all' occhio Forli 1707. Gloria inventorum Magati contra Bellostium adſeritur. Haller.

Hermannus Boerhaave. V. *pag.* 79.

Thomas Becket in *chirurgical remarks* &c. Glans plumbea pelvim per foramen pubis ſubiens, inde ſinuoſa ulcera. Haller. V. *pag.* 81.

J. Henr. Grahe *epiſt. I. das Nervenheften betreffent.* Greifswald. 1709. 4. nervos vulneratos non debere conſui, cutémque emplaſtris glutinantibus adduci; id ſe feliciter eſſe molitum aſſerit. In tendinibus rem admitti poſſe. Haller.

Villiers. Ejus diſſ. *ſur le ſecret de* M. de Revel *pour faire ſuer par ſympathie à la* Haye 1709. 8. Haller.

Jac. Staal. Ejus diſp. *de medicamentis vulnerariis.* Leid. 1709. 4. Haller.

J. Lambregts. Ejus diſp. *de vulnere lethali.* Leid. 1709. 4. Haller.

Robertus Fielding in *Phil. Tranſ. n.* 32. refert de vulnere, quod a ſclopeto accepit. Glans plumbea prope os petroſum ſubierat, ea longiſſimo poſt tempore 30. annis elapſis per abſceſſum prope cartilaginem thyroideam ſubnatum prodiit. Haller.

Jac. Finkenau. Ejus diſp. *de ſclopetorum vulneribus.* Regiomont. 1716. 4. Haller. V. *pag.* 704.

Georg. Emmerich. Ejus diſp. *de vulnere lethali in genere.* Regiomont. 1711. 4. Haller.

Laurent. Heister in *inſtitut. chirurg.* Parte I. L. I. de vulneribus.

Ejus diſp. *de arteriæ cruralis vulnerè periculoſiſſimo feliciter ſanato.* Helmstätt 1741. 4. Exemplum curationis, ſanguis faſcia compreſſus & preſſione, vulnusque ſanatum; Ob hoc vulnus non continuo artus amputandus.

Ejus *de oſſium vulneribus rite curandis.* Ibid. 1743. 4. Vulnus, quo digitus, & quo cubitus pene totus abſciſſus feliciter ſanatum. Vulnus, quo os a glande plumbea tranſverberatum per linguam & maxillam trajectum, tamen curatum, fuſe.

Ejus *de vulneribus machinarum ignivomarum auctore, ut ſe vocat*, HELMKAMPFIO. Ibid. 1744. 4. HALLER. V. *pag.* 82.

MICHAEL ALBERTI. Ejus diſp. *de curationibus ſympatheticis.* HALÆ 1730. 4. HALLER. V. *pag.* 608.

PAULUS BERNARDUS CALVO in chirurgiæ ſuæ Italicæ Tom. II. TURIN 1711. agit de vulneribus. Annum ignorat HALLER, quo Tomus I. de tumoribus prodiit.

ANTON. DEIDIER in *conſultations* &c. etiam ad vulnera. HALLER. V. *pag.* 1479.

HIERONYM. LUDOLF, Profeſſor Erfordienſis. Ejus diſſ. *de lethalitate vulnerum.* ERFORD. 1712. 4. HALLER.

J. DAVID MAUCHART. V. *pag.* 85.

MICHAEL ERNEST. ETTMULLER. Ejus *de vulneribus diaphragmatis.* LIPS. 1730. 4. Collectio.

Ejus *de vulnere ventriculi progr.* Ibid. 1730. 4. Ulcus ventriculi ex contuſione natum, a virgine decem annos toleratum, denique ſponte ſanatum. HALLER. V. *pag.* 86.

SEBASTIANUS MELLI. V. *pag.* 86.

PANDOLFO MARAVIGLIA. Ejus *riſleſſioni ſopra i cinque diſinganni chirurgici per la cura delle ferite dell' Antonio Boccacini.* RAVENNA 1713. Contra ſimpliciorem vulnerum curationem, modeſtiam in viro laudant auctores *del giornale de' letterati.* Ita HALLER.

Ejus *riſpoſta alla difeſa de' dritti di C. Magati d'Antonio Boccacini.* RAVENNA 1714. 12. Ita RICHTER.

DOMENICO CECCHINI. Ejus *la difeſa dei diritti di C. Magati riſponſiva alle riſleſſioni di Pandolfo Maraviglia contro i cinque diſinganni chirurgici per la cura delle ferite ſpoſti da Antonio Boccacini con ragioni anatomiche & fiſico-mechaniche.* ROMA 1714. 4. HALLER.

CRISTIAN POLYCARPUS LEPORIN. Ejus *wahrhafte Nachricht von einem Handſchaden eines Knaben ſo er bey loſſchieſſen einer Flinte bekommen.* QUEDLINBURG 1715. 4. Cum puer imperite ſclopo uſus pollicem ſibi pene evulſiſſet, & carpum fregiſſet, chirurgus quidam futura uſus fuerat, demum cum gangræna immineret, LEPORINUS pollicem reſecuerat. Alius medicus advocatus curationem improbaverat. LEPORINUS ſe tuetur.

J. HEN-

J. Henrich Bolmann. Ejus *kurze aufrichtige ſpecies facti über die verwundete Hand eines Knaben von 12. Jahren*, 1716. medicus, adverſarius Leporini ſuturam condemnat, ut in vulnere complicato, tum ſpem ſanationis irritam quam gangræna refutavit. Acerbus nimis.

Leporinus repoſuit *continuation der wahrhaften Nachricht von einem Handſchaden.* Ibid. 1716. 4. Acris & ipſe, ita ſe tuetur, ut parum inde utilitatis arti accedat.

Ejus *Leben* W. Fabrici v. Hilden. Ibid. 1722. 4. Brevis neque viro dignus libellus.

Ejus *vom Leben und Schriften* H. Heisters. Ibid. 1725. 4. Studia viri, & opera. Ita Haller.

J. Conr. Barchusen. V. *pag.* 87.

Gottfried Klaunig in *noſocomio* &c. Vulnus, ex quo plurima lympha. Haller. V. *pag.* 88.

Hieronymus Laub. V. *pag.* 88.

Jac. Ant. Lupi. V. *pag.* 89.

J. Henr. Croeser, Profeſſor Groningenſis. Ejus *de thoracis vulneribus.* Leid. 1716. 4. Exemplum vulneris conſpicui, cum enſis per coſtam penetraſſet. Haller.

J. P. Wagret in *obſervations* &c. etiam vulnera ſclopetaria & alia. Haller. V. *pag.* 89.

J. Daniel Gohl in *Actis Eruditor. Berolinenſ.* Dec. I. Vulnus thymi funeſtum. Coli inteſtini vulnus a chirurgo factum, ſanatum. Gangrænæ ex levi vulnere. In *Dec.* II. Reſectus enſe condylus humeri internus, radius trepano perforatus & exemtus, felici eventu. Ex lapſu inteſtinum jejunum ruptum. Theodori Valentini Kramer relatio de vulnere pectoris in empyema degenerante, tamen—ſanato. In *Dec.* III. Glans plumbea trigeſimo poſt anno ex pede extracta. Haller V. *pag.* 89.

Santi Zarini *alcune raggioni della cura fatta nella città di Prato d' una ferita nella corda magna.* Luca 1718. 4. Methodum Magati defendit, qua uſus eſt, rejectis turundis. Haller.

Guil. Mauquest in *traité complet* &c. Os cubiti diſſectum integre conferbuit, ſed difficulter. Sic pes, cum totus reſectus a ſolo metatarſi quinto oſſe retineretur. Vulnera etiam arteriarum. In vulnere debere oppoſita in ſede incidi, quoties nimis magnum malum fieret, ſi totum incideretur. Vulnus furca per ligamentum interoſſeum inflictum, ægre ſanatum. Tendines ſuendi. In facie vulnera noſter ſæpe conſuit. Naſus pene reſectus ſutura reconciliatus. Vulnus venæ cruralis, & arteriæ brachii facile ſana-

ſanatum. Vulnera diaphragmatis, renis, inteſtinorum, ventriculi, curata. In vulnere pectoris tamen turundam adhibet, quæ vulnus accurate claudat: ſed injectione idem abſtinet. Ad educendum ſanguinem ſcalpello vulnus potius aperuit. Vulnus medii ſterni absque exfoliatione ſanatum. HALLER. V. *pag.* 90.

ANDREAS HUTTER in *funfzig chirurgiſche Obſervationes* &c. morti raro exemplo eripuit, quibus globus ſclopetarius major brachium avulſerat manumve. Vulnus articulationis cubiti enſe factum, tamen curatum & motus ob violatum maſculum temporalem læſus reſtitutus. Renis vulnus, & inteſtini, quod nimis preſſum plurimis punctis conſuit, tamen felix. Sic vulnus ſclopetarium vertebræ & renis. HALLER. V. *pag.* 91.

J. FRIDER. du PRE'. Ejus diſp. *de vulneribus.* ERFORD. 1726. 4.

Ejus *de vulneribus lethalibus in genere per ſe, & per accidens contingentibus.* Ibid, 1726. 4. HALLER. V. *pag.* 395.

In *Breslauer Sammlung.* V. *pag.* 91. 98. 100. 101.

FULVIUS GHERLI in *centuria di rare oſſervazioni* &c. Cum in vulnere ſclopetario turundam vellet omittere, nati ſunt ſinus ulceroſi, quos turundis dilatavit, oſſicula exemit, malum ad ſanationem perduxit. Vulnus pectoris, effectus funeſtus, cum præmature clauſum eſſet, absque turundarum uſu. Inteſtinum ab imperito chirurgo pro abſceſſu inciſum, tamen ſanatum.

Ejus *i feriti poſti in ſalvo, o ſia il vero modo di curar le ferite.* PADOVA 1724. 8. HALLER. V. *pag.* 92.

RENAT. JAC. CRESC. GARENGEOT in *traité des operations* &c. in vulneribus cruentis ſimplicem curationem docet, & de reconciliato naſo refert, qui nuper fuerat refectus, quæ felicitas incredulos invenit. Contuſa, aut ab inſtrumentis non accurate ſcindentibus inflicta, vulnera ſuppurare cogit, ſpirituoſa exoſus. In profundis majorum muſculorum vulneribus, inque gaſtroraphia clavatam futuram commendat. Inſtrumentum vulnerans longe inter muſculos abdominis viam ſibi aperire monet, neque in caveam proximam penetrare. Turundas fere rejicit. Vulnus aſperæ arteriæ ſanavit Cl. ARNAULD, etiam & aſperæ arteriæ & gulæ. Vulnus abdominis & forte hepatis ſanatum. Vulnus ſclopetarium veſicæ ſanatum: circa glandem plumbeam calculus. Vulnera veſicæ poſterioris funeſta. In vulneribus inteſtinorum anum ſubinde facit artificialem. Suturam ſiccam putat fere obſoleviſſe. Raro deliganda vulnera, quæ pus non habent. In perforatione thoracis turundas rejicit.

Idem

Idem in *Memoires de l'Acad. de Chirurgie* T. II. agit de ſanguine in abdomen effuſo. Migrare ad ſedem a vulnere remotam, in ſuperficie tamen inteſtinorum conſiſtere. Poſſe in ſede commodiſſima incidi, ut emittatur. HALLER. V. *pag.* 306.

FRANC. RONCALLUS PAROLINUS. Ejus *quatuor diſſertationes*. BRIXIÆ 1740. 4. Earum ſecunda eſt de hominibus invulnerabilibus. Fraudulentæ aliquæ hiſtoriæ. HALLER. V. *pag.* 697.

JOH. JUNCKER. Ejus *de viſcerum læſionibus rite dijudicandis & congrue tractandis.* HALÆ 1745. 4. HALLER. V. *pag.* 93.

MARTINUS SCHURIG. V. *pag.* 781.

ABRAHAM VATER, Profeſſor Wittebergenſis, inciſor & clinicus, in numeroſis ſuis diſputationibus etiam Chirurgiam adtigit. Ejus & TIEFFENBACH *lethalitas vulnerum in inteſtinis, occaſione caſus rariſſimi, quo colon vulneratum inverſum per* 14. *annos ex abdomine propendens exhibetur.* WITTEBERG 1720. 4. HALLER.

ALEXANDER CAMERARIUS in *Eph. Nat. Cur. cent.* X. *obſ.* 158. Sanatum vulnus abdomen perforans utrinque. HALLER. V. *pag.* 1481.

J. B. AGNOZZI, chirurgus Fanenſis. Ejus *ſyntaxeos tragediæ chirurgicæ cataſtrophe, in qua* J. B. RUBINUS *auctor ſyntaxeos malus hiſtrio, pejor hiſtoricus, peſſimus chirurgus inſtruitur.* VENET. 1721. 4. Exiguus libellus, quo agitur de viro nobili, cui ob femoris abſceſſum AGNOZZIUS turundam in vulnus dederat, & qui idem eadem rejecta convaluit. Tuetur ſe AGNOZZIUS, & in MAGATI methodum invehitur.

ANTONII BOCCACINI *a J. B. Agnozzi ſalute.* MODENA 1721. 4. De curatione ejuſdem vulneris adverſus mendacem AGNOZZI epiſtolam. Ita HALLER.

SALVAT. FRANC. MORAND in *opuſcules de Chirurgie* &c. Turundarum abuſus: eſſe tamen, ubi neceſſe ſit vulnus tenere dilatatum. Vulnera veſicæ felicia, etiam ſclopetaria. Vulnera abdominis: in ventriculi vulnere vomitus feliciter motus. Vulnera pectoris: a læſis vertebris funeſta mala. Vulnera ſclopetaria: trepano pila ex oſſe calcanei exciſa. KEITHII vulnus in genu: ſanatum cum pannus exemtus eſſet. Vulnera a fanaticis ſibi inflicta, facile ſanata. HALLER. V. *pag.* 95.

J. ER-

J. Ernestus Wrede. V. pag. 96.

Jacob Field in *Phil. Tranſ. n.* 371. duo adfert exempla vulnerum ventriculi ſanatorum. Haller.

J. Adam Limprecht. V. pag. 97.

J. Herm. Fürstenau. V. pag. 98.

Du Vivier, chirurgus, in *Hiſt. de l'Acad. des ſciences* a. 1723. refert de vulnere œſophagi ſanato, in quo malo audacter & felici eventu emeticum propinavit. Haller.

Chabert in *obſervations* &c. in vulnerum curatione abſtinet turundis, unguentis etiam & emplaſtris, totus Magatianus. Magna pars operis verſatur in vulneribus. Funeſtum vulnus arteriæ humeralis. Vulnus ſclopetarium graviſſimum brachii cum arteriæ læſione, ſenſim ſanatum absque amputatione. Vulnus abdominis ſanatum, de quo fæces prodierant. Tendo ad dimidia ſectus facile ſanatus, & absque ſymptomate. Haller. V. *pag.* 758.

J. Storch. V. *pag.* 98.

Johannes Ranby, (qui obiit anno 1773. 28. Auguſti). Ejus *method of treating gunshot wounds.* London 1744. 8. 1760. 8. Gallice vertente Desnoues. Mitem curandi rationem ſequitur. Non vult multum ſpecillo vulnera fodicari, quod & dolorificum ſit, & periculoſum, cum præterea relictæ in vulnere glandes vix quidquam noceant. Melius ſanguinem ſibi permitti, ut aliquamdiu fluat. Turundis parciſſime utitur. Spirituoſa rejicit. Laudes corticis Peruviani in vulneribus ſclopetariis, ſed etiam elixirii vitrioli in caſibus gravioribus. Glandem non nimia vi evellendam. Ad grave vulnus oſſis emollientia feliciter adhibita. Sanguinei ſudores de trunco amputato corticis febrifugi uſu repreſſi. Nunquam uncis utendum. Exemplum arteriæ, quæ ligata perinde ſanguinem dedit, ut vinculum oportuerit iterare. Haller. V. *pag.* 1293.

Ant. Monrava y Rocca. Ejus *tratado proemial de las plagas, de las feridas, de las fracturas, de differentes enfermidades.* Lisboa 1745. fol. 3. vol. Haller. V. *pag.* 100.

J. Henr. Becker. Ejus diſp. *de vulneribus tibiarum a contuſione ortis.* Argentor. 1725. 4. Haller.

Urban. Elswing. Ejus diſp. *de vulnere lethali ventriculi.* Abo. 1725. 4. Haller.

Robertus Payne vel Payen: in *Phil. Tranſ. n.* 391. retulit de furca, quæ in inteſtinum rectum ſubiverat, feliciter exciſa. Haller.

Mar-

Martin in *Hiſt. de l'Acad. des ſciences* a. 1725. de vulnere veſicæ, & ſimili exemplo a Morando addito. Haller.

Andr. Elias Büchner. Ejus diſp. *de aëris externi noxis in cura vulnerum.* Erford. 1737. 4.

Ejus & Wolf diſp. *de damnis ex præmature ſuppreſſis hæmorrhagiis vulnerum oriundis.* Halæ 1766. 4. alii 1767. 4. Haller. V. *pag.* 479.

J. Henr. Schulze. Ejus & Schafner diſp. *de mechanico naturæ medicatricis in vulneribus perſanandis artificio.* Halæ 1735. 4.

Ejus *nonnulla ad motum globuli a ſclopeto exploſi pertinentia.* Ibid. 1737. 4. Phyſici argumenti ſed cujus in vulneribus ſclopetariis explicandis ſit uſus.

Idem *de anatomes ad praxin chirurgicam* &c. Vulnus arteriæ inter duo oſſa metatarſi læſæ perpetuo ſanguinem edens, compreſſo trunco ſanatum.

Idem in *Chirurgia in uſum auditorum* &c. agit etiam de vulneribus, eorumque lethalitate. Haller. V. *pag.* 102.

J. Bapt. du Bois *ergo vulneris moderate ſuppurati rara curatio.* Paris 1734. 4. Haller. V. *pag.* 1156.

Pierre Guisard. Ejus *pratiique de Chirurgie ou hiſtoire des playes en général & en particulier.* Avignon. 1735. 12. Paris 1742. 12. Amsterd. 1742. 12. 1747. 12. 2. vol. cum *duodecim quæſtionibus medicis.* Ad leges Magati raram deligationem præcipit, ſuturam pellionis rejicit, ſarcotica improbat. De gangræna ſigillatim. Cortice Chinæ compreſſa gangræna. Os denudatum neceſſario ſquamam dejicere. Ulcera nimis abunde ſuppurata ab aquis pagi *Barrege* curari. Duram membranam cerebri omnino debere dividi. Vulnera ſclopetaria omnino ad contuſa refert. Vulnera ſclopetaria pectoris, nullo viſcere læſo. Abſceſſus per umbilicum ſanati absque turunda. Sarcomata amputata. Hepar contuſum, per anum egeſtum. Alcohol utiliter injectum. Maxima pars cranii absque malo ablata. In vulneribus tendinum colophoniam laudat & thermas. Haller. V. *pag.* 1482.

Giuseppe Maria Bacchetoni. V. *pag.* 525.

In *the practical phyſician* &c. V. *pag.* 103.

Henr. Franc. le Dran in *obſervations de Chirurgie* &c. Vulnus gulæ & laryngis, injecta ſutura curatum, funeſto tamen eventu. Vulnus pectoris penetrans aliquoties facile curatum. Vulnus arteriæ brachii funeſtum, cum grumo tamen obſtructa eſſet. In tendinoſis partibus non multum digeſtivis utendum.

Ejus *traité ou reflexions tirées de la pratique ſur les playes d'armes à feu.* PARIS 1737. 12. AMSTERDAM 1741. 8. Germanice NÜRNBERG 1740. 8. Belgice AMSTERDAM 1748. 8. Simplex opus viri experti & animoſi, qui audacter inciſiones, trepani uſum imperet. Ab ictu ſclopeti ſtuporem ſupervenire, ut reliqui Galli, docet. Laciniam cutis ſutura ſicca jubet adglutinare: introitum & exitum glandis conjungi, niſi nimis remoti fuerint. Os a ſclopeto contuſum trepanum requirit. Tendines audacter incidit. Turundis corruptum vulnus humeri, iis rejectis ſanatum. Poſt communia præcepta ſingularum partium vulnera percurrit.

Idem in *conſultations* &c. ne in pectoris caveam quidquam injiciatur. A vulnere nervi ſuppreſſa deglutitio. Non eſſe neceſſe, ut os ſuis velamentis denudetur, quo ſquamam dejiciat. Cylindrus plumbea ex ſclopetario tubo in femur impacta dolorem fecit. Præteriens pila ex tormento majori exploſa muſculos avulſit. HALLER. V. *pag.* 103.

FRANCISCUS QUESNAI. V. *pag.* 743.

CAMILLUS FALCONET & LAVIROTE *E. legitimæ vulnerum ſuppurationi promovendæ cortex Peruvianus.* PARIS 1752. 4. HALLER. V. *pag.* 526.

WILHELM BERNARD NEBEL. Ejus diſp. *de lethalitate vulnerum pericardii.* HEIDELBERG 1739. 4. V. *pag.* 759.

J. CHRISTIAN KUNDMANN. V. *pag.* 104.

J. CHRISTOPH. GOETZ. V. *pag.* 105.

ALEXANDER STUART in *Phil. Tranſ. n.* 414. refert de vulnere veſiculæ fellis, ablatoque ab eo ſomno. HALLER.

JOH. TIMME in *obſervationibus* &c. Vulnus cordis. HALLER. V. *pag.* 527.

ABRAHAM TITSINGH in *verdonkerde heelkonſt* &c. Totum opus fere ſit hiſtoriis morborum & curationum chirurgicarum, non ſine multa litigatione cum aliis medentibus. Vulnera faciei fere emplaſtris tenacibus curat, per fila adductis: palpebras tamen ſutura intertorta continet. In magno vulnere a vitro facto etiam filo intortas retinuit. Non debere, ut ſoleant in *Hôtel-Dieu* Pariſinorum, angulos vulneris reſecari. In naſo ſutura etiam cruenta uſus eſt, ut cartilaginem vitaret. Vulnus aſperæ arteriæ & jugularis venæ ſanatum, fiſtula lignea in arteriam data. Sic gulæ vulnus RAVIUS ſanavit. Vulnus brachii, pectus etiam & pulmonem vulnerans. Vulnus veſicæ urinariæ absque turundis curatum. Vulnera ſclopetaria absque turundis & ſetaceis feliciter ſanata. Non debere in glandes plumbeas nimis curioſe forcipibus inquiri; retineri absque malo, etiam fragmenta, multis adductis exemplis. Ex diploe glans exemta bono eventu. A vulnere tendinis pluſ-

pluſculis diebus exiguus dolor. Ejecta turunda, molli deligatione vulnus pectoris graviſſimum ſanatum. Vulnus renum lethale cum convulſionibus.

Idem in *ruſtuuren beſtoit* &c. Sanatum vulnus renale. Vulnus, in quo culter per ipſam coſtam penetravit. Vulnus cruris, cum arteria tibialis læſa eſſet, ea reſecta, poſt aliquot horæ minuta lethale. Inteſtini vulnus a bubonocele, de quo cibi exibant, ſimpliciſſima curatione celeriter ſanatum. Vulnus arteriæ axillaris ſola preſſione videbatur bene eventurum. Vulnus inteſtini per hecticam febrim funeſtum, cum ſuperior vulneris pars jam adhæreret: ſed fæces intra muſculos abdominis erant elapſæ. HALLER. V. *pag.* 106.

HENR. VYLHOORN in HEISTERI *inſtitut. chirurg.* in vulneribus pectoris HEISTERI cannulas nimis longas eſſe. Suctionem probat. HALLER. V. *pag.* 106.

D. OTTO JUST. WREDEN, HALLERI olim amicus. Ejus *kurze Anweiſung zur chirurgiſchen Praxi, in welcher die Wunden abgehandelt werden, nebſt einem Anhange von den Eigenſchaften eines rechtſchaffenen Chirurgi.* HANNOVER 1732. 8.

Ejus *Unterricht vom chirurgiſchen Feldkaſten.* Ibid. 1743. 8. HALLER.

J. BAPT. MUNNICH, Ejus *von zwey durch einen Durchſchlag in Oſterwych gerührten Perſonen.* HALBERSTADT 1732. 4. HALLER.

ANTON. FERREIN in *Hiſt. de l'Acad. a.* 1743. mirificam habet hiſtoriam medullæ ſpinalis enſe trajectæ, per annos toleratæ, ut etiam ſuccus oſſeus in exoſtoſin exuberaverit. HALLER. V. *pag.* 1296.

J. GEORG. HENR. KRAMER. V. *pag.* 106.

GEORG. CHRIST. DETHARDING. Ejus *de febribus vulnerariis.* ROST. 1754. 4. HALLER. V. *vuln. capit.*

JAC. FOURNEAU & OTTO CASIMIR BARFEKNECHT *E. noxiæ vulneribus turundæ.* PARIS 1732. 4. HALLER.

J. AUGUST. OEHME *der expedite Feldchirurgus.* Turcas vulnera quotidie vino eluere, adſpergere pulverem ſacchari, etiam origani, & decoctum pyrolæ bibere. Vulnera potiſſimum tractat. HALLER. V. *pag.* 107.

J. JOACH. SCHÖPFER. Ejus diſp. *de hæmorrhagia vulneratorum.* ROSTOCK 1733. 4. HALLER. An idem, qui *pag.* 779.

J. Henr. Respinger. Ejus diſp. *de vulnerum lethalitate.* Basil. 1733. 4. Haller.

J. Sebast. Albrecht. V. *pag.* 107.

J. Daniel Schlichting. Ejus *traumatologia novantiqua of te vernieuwde wondheelkonde wounden te genezen zonder prop, ſtop en ſluk, wiekken of veele zalven, plaiſter en meer andere kragtlooze hulpmiddel.* Amsterdam 1748. 4. Primum fuſe de vulneribus, quæ mortem certo inferant, aut plerumque, etſi eadem in raris nonnullis caſibus ſanata fuerint. Non magnum a vulneribus arteriarum vertebralium periculum metuit, qui femoralis etiam arteriæ vulnera & in beſtiis curaverit, & in hominibus. Neque vulnera pectus utrinque perforantia habet pro graviſſimis. Vulneratum, etiam contuſum, hepar ſanavit. Renum vulnera adnumerat plerumque lethalibus. Deinde de vulnerum curatione: non reſpondiſſe curationes ſympatheticas. Contra turundas & emplaſtra. In inflammatis ſuccum rubrum in cellulas effundi. Dari etiam in iis corporis partibus ſuppurationes, ubi nullus ſit adeps. Contuſa etiam prima intentione poſſe curari. Pro rara deligatione; ea ſe dudum uſum. Non replenda vulnera carpto linteo, ut Galli ſoleant, & præſtare laciniam lineam in vulnus dare, ſi quando non utile ſit, id confervere. Contra turundas, emplaſtra, unguenta, plantas vulnerarias & arnicam. Vulnus nonniſi digitis explorandum. In animalibus vulnera tendinum oſſiumque fracturas facile ſanari. Turundas rejicit, ſympatheticum pulverem operæ pretium negat ſibi præſtitiſſe in ſanguine comprimendo. Præferre ſe lycoperdon cum alcohole, etiam hoc ſolum & ſpiritum terebinthinæ. Arterias curvula furcula ſubjectas ligat. Oleum cæterum terebinthinæ in arteriarum vulneribus laudat: eo in turundas ſuſcepto profundorum vulnerum ſanguinem ſupprimit. Vertebralis & carotidis arteriæ vulnus non valde metuit. Arteriam etiam infra vinculum ſanguinem dediſſe. Palpebra lacerata emplaſtro de terebinthina conjuncta. Exempla maximorum vulnerum maxillæ ſuperioris ſanatorum, ut una etiam oculus deſtructus fuiſſet. Vulnera œſophagi ſanavit etiam in cane; tum ventriculi, quem conſuit: a vulnere aſperæ arteriæ alias mortem vidit ſucceſſiſſe, alias feliciorem eventum. A compuncta arteria ſubclavia, in quam fragmentum claviculæ penetraverat, mortem factam adnotavit. Lobum pulmonis absque noxa excidit. Vulnus pectus utrinque penetrans negat continuo funeſtum eſſe, etiam experimento in cane facto. Ita neque hepatis vulnus, cui antiſeptica opponit. Femoris os a plumbea glande perforatum vidit, ut non ideo fractum eſſet. Haller. V. *pag.* 108.

Joh. Kennedy. V. *pag.* 109.

Edward Barry. V. *pag.* 109.

GILBERT. WAUGH. V *pag* 109.

GEORG. HENR. BEHR in *medicina conſultatoria* &c. de vulnere abdominis plurimum ſanguinem fundente, nulla tamen parte nobiliori læſa. HALLER. V. *pag.* 1369.

ALEXANDER MONRO. V. *pag.* 110.

JOHN ATKINS. V. *pag.* 111.

CHRISTIAN AUG. COITTE. Ejus diſp. *de lumbricis in teſtino perforato per abdomen egreſſis.* BASIL 1734. HALLER.

FRANC. MERY & ANDR. MALAVAL *quæſtiō medica non ergo tenuium inteſtinorum vulnus lethale.* PARIS 1734. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Refertur exemplum inteſtinorum corruptorum, & felici eventu inciſorum. HALLER.

ALBERTUS de HALLER in *opuſculis pathologicis* &c. Vulnus renis ſanatum. V. *pag.* 112.

CLAUD. NIC. le CAT anno 1735. præmium meruit diſſ. de rara vulnerum deligatione, quam probat, niſi putris aliqua materia ſubſit, aut corpus peregrinum, aut gangrænæ ſit metus, ut in abſceſſibus circa rectum inteſtinum.

Idem a. 1738. iterum præmium retulit ob quæſtionem de vulneribus ſclopetariis propoſitam. Spirituoſa medicamenta rejicit, laudat balſamum ARCÆI, & ea quæ pus movent. Faſciam latam optimo ſucceſſu diviſit. Glans plumbea cum extrahi nequiret, in vulnere relicta nihil nocuit. HALLER. V. *pag.* 529.

CAROLUS FRIDERICUS KALTSCHMIDT, Profeſſor Jenenſis, qui & manu ſua curabat, & primum innotuit hepatis vulnere ſanato: inde numeroſas adminiſtrationes ſuas & curationes in programmatibus deſcripſit. Ejus prima eſt diſp. præſide TEICHMEYERO *de vulnere hepatis curato.* JENÆ 1735. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Vulnus hepatis in juvene, & in canibus de induſtria ſauciatis, neque difficulter ſanatum.

Contra eam diſp. G. E. HAMBERGER ALETOPHILI nomine edidit *Antwortſchreiben über* D. KALTSCH. Diſp. &c. JEN. 1735. 4. Repoſuit noſter: *Antwort auf Aletophili Schmächſchrift wider die Diſp. de vulnere hepatis curato.* JEN. 1736. 4. Urſit objectiones ſuas HAMBERGERUS in L. *Unterricht wie D. K. ſeine diſp. de vulnere hepatis beſſer hätte defendiren ſollen.* Ibid. 1736. 8.

Ejus *de vulnere vaſorum intercoſtalium non lethali.* Ibid. 1754. 4.

Ejus *de lethalitate vulnerum capitis in infantibus recens natis.* Ibid. 1769. 4. HALLER.

NICOL. le ROI de S. AIGNAU & JAC. ALB. HAZON *E. vulneribus ex catapultis globulos plumbeos relinquere aliquando præſtat.* PARIS 1735. 4. HALLER.

CAROLUS AUGUSTUS a BERGEN in *Comm. Litt. Nor.* 1735. N. 26. de vulnere palpebræ ſanato.

Idem in *Nov. Act. Nat. Cur. Vol.* I. *obſ.* 48. cum plumbum arſenici ope in ſphærulas granuletur, putat vulnera inde venenari.

Ejus *de lethalitate vulnerum hepatis.* FRANCOF. ad VIADR. 1753. 4. HALLER.

Anonymi *quæſtio de rara aut frequenti vulnerum deligatione*, quæ a. 1735. de præmio Academiæ chirurgorum contendit, exſtat in collectione. HALLER.

Ad *præmium Academiæ chir. Pariſinæ* a. 1735. diſſ. de rara vulnerum deligatione Anonymus diſſertationem obtulit a. 1735. 4. PARIS excuſam. HALLER.

C. FRANC. FAUDACQ, chirurgus Namurienſis, PETITI, atque MORANDI non indignus diſcipulus. Ejus *reflexion ſur les playes ou la methode de proceder à leur curation.* PARIS 1736. 12. & forte jam 1735. 12. Stylo uſus eſt minus placituro, nimisque verboſus ratiocinator, cæterum expertus. Interſperſæ paſſim adnotationes, etiam propriæ.

Ejus *nouveau traité des playes d'armes à feu, avec des remarques & des obſervations.* NAMUR 1746. 8. Balſami vel unica gutta impedit vulneris ſanationem. Vulnera punctoria dilatatione aperit. Vulnus poſſe utrinque pectus perfodere, neque mortem ſubitam inferre. In magnis thoracis vulneribus ſutura utitur. Glandes plumbeas de pectoris cavea jubet eximere. Emphyſemata fere in vulneribus contuſis ſuperveniunt. Vulnus vere in cavum pectus penetrans poſſe fallere, ſi ea ſede pulmo adhæſerit. De profundis pulmonis abſceſſibus dum vulnus externum coaluit. A glande plumbea in diaphragma delapſa, ſubita, ut putat, mors. Vulnera abdominis non ſemper penetrant, quæ penetrare videntur. Vulnus a cornu bubulo inflictum absque gaſtroraphia ſanatum. Ita HALLER.

ANTONIUS FORMELLINI. Ejus *comm. ſopra il capitolo* XIII. in J. ANDREA a CROCE, VENET. 1736. 8. De vulneribus cum oſſium carie. HALLER.

ANDREAS WILSON in *Eſſays a Society at Edinburg.* T. IV. 1736. n. 15. de vulnere a vertebris per pelvim penetrante, ut in linea alba termi-naretur, ſanato. HALLER.

VACHER in *Merc. de France* 1758. *April & Maj.* de noxia injectione in vulnera, & ulcera. Ad duriora ulcera col-cothar diſſolutum injicere permittit. HALLER. V. *pag.* 676.

SAMUEL SCHAARSCHMID in *mediciniſchen und chirurgiſchen* T. I. Coli inteſtini vulnus, & anus inde natus artificialis. Ab ictu abdomi-ni inflicto ruptum hepar. Vulnus ſclopetarium tendinis Achillis feliciter ſanatum. Vulnera pectoris ſclopetaria aliqua utrinque perforantia, ſana-ta. In T. II. Aſpera arteria gravi vulnere ſaucia, ſanata. In T. IV. alio modo contuſa vulnera, alio inciſa debere curari, fuſe. De vulneri-bus ſclopetariis tractatus: non incaleſcere glandes plumbeas. In T. V. Iterum de vulneribus ſclopetariis plenus libellus: ad le DRANII ejusdem argumenti librum adnotationes. Vulnus ſclopetarium pecto-ris ſanatum, cum glans in pulmone hæſiſſet, inque altero exemplo loco ignoto fuiſſet retenta. Vulnus oſſis maxillæ ſuperioris ſclope-tarium, & glans plumbea amiſſa, longo poſt tempore per os rejecta. De vulneribus ſclopetariis gravioribus. In T. VI. Vulnus ſclopetarium ventriculi ſanatum; ſic pectoris vulnus, per quod lobus pulmonis eru-perat.

Ejus *Abhandlung von Wunden* auctius ab ERNESTO GODOFR. KURELLA edita BERLIN und STRALSUND 1763. 8. HALLER. V. *pag.* 115.

GEORG. de la FAYE in *cours d'operations* &c. pro fu-tura clavata in magnis tranſverſalibus vulneribus. De vulneribus, quæ videntur abdomen utrinque perforaſſe, neque perforave-runt.

Idem in *Mem. de l'Acad. de Chirurg.* T. II. de le-ctulo pro tranſvehendis hominibus graviter vulneratis. HALLER. V. *pag.* 308.

CAJETANUS TACCONI, medicus, inciſor, & Chirurgiæ Pro-feſſor. Ejus *notizia della ferita e della cura chirurgica ſeguita di Giov. Pinti* in BOLOGNA 1738. fol. De vulnere inteſtini coli ſanato. HAL-LER. V. *pag.* 116.

JOH. FREKE. V. *pag.* 117.

PETR. STUART. V. *pag.* 117.

ADR.

ADR. KOOG. Ejus diſp. *de vulneribus thoracis* LEID. 1738. 4. HALLER.

J. BAPT. MARTINENCQ & GED. de RABOURS *non E. in plagis abdominis vulnerato inteſtino pellionum ſutura.* PARIS 1738. 4. HALLER.

JOS. MARIA FRANC. de la SONE, *in vulneribus profunde contuſis inciſiones cultro chirurgico profunde inſtitutæ neceſſariam præparant aut promovent ſuppurationem.* PARIS 1748. 4. HALLER. V. *pag.* 567.

MICH. CHRISTOPH. HANOW. V. *pag.* 118.

HENR. JOH. MEIBOM. Ejus diſp. *de methodo præcavendi in conſolidandis vulneribus & ulceribus cicatricem.* JENÆ 1739. 4. HALLER.

SAMUEL SHARP in *treatiſe on the operations* &c. Inteſtinum vulneratum, elapſum, ſecandum fine utrinque libero, & ad labia vulneris figendum Inteſtinum perforatum ſanari vidit. Tendinem ad dimidia diſſectum debere totum diſſecari. HALLER. V. *pag.* 309.

JOH. CONRAD SCHMIDT. Ejus diſp. *de vulnere thoracis & pulmonis ſiniſtri feliciter ſanato* BASIL. 1740. 4. HALLER.

BALTHAS. JOH. de BUCHWALD. Ejus & auctoris BARTOLD JUNGE, chirurgi, *ſpecimen de vulneribus*, HAFN. 1753. 4. HALLER. V. *pag.* 1169.

MICHAEL PROCOPE COUTEAUX & LUD. ALEX. VIELLARD *E. ſimplicia pulmonum vulnera acie facta ſolis diæta & Venæ ſectione ſanantur.* PARIS 1740. 4. HALLER.

GOTTWALD SCHUSTER. V. *pag.* 119.

JACQUES BAGIEU. V. *pag.* 119.

FRANC. MICH. DISDIER. Ejus & LESAUX diſp. *de vulneribus cum amiſſa ſubſtantia.* PARIS 1768. 4. HALLER. V. *pag.* 686.

DANIEL THEOD. OLIER. Ejus diſp. *de vulneribus ſclopetariis* LEID. 1741. 4. HALLER.

GERARDUS v. SWIETEN. V. *pag.* 123.

JOSEPH. de JUSSIEU & JOS. M. FRANC. de la SONE *E. vulnerum curatio quo ſimplicior eo melior.* PARIS 1742. 4. HALLER.

FRANC. MERY & SYLVANI le MOINE *non E. tenuium inteſtinorum vulnus lethale* PARIS 1742. 4. HALLER.

DALE INGRAM. V. *pag.* 125.

J. ULR. KAUFF. Ejus diſp. *de hæmorrhagia vulnerum.* BASIL. 1743. 4. HALLER.

J. Jac. Berends. Ejus diſp. *de diœta vulneratorum*. Greifswald 1743. 4. Haller.

Lud. Henr. Leo Hilchen. Ejus diſp. *de vulnerum in inteſtinis lethalitate*. Giess. 1743. 4. Haller.

Andr. Westphal. Ejus & Wilichii diſp. *de vulnere inteſtini feliciter conſolidato*. Greifswald 1743. 4.

Ejus *de curatione morborum vel vulnerum ſympathetica*. Ibid. 1756. 4. Haller.

Joachim Frid. Henkel. V. *pag.* 128.

Planque. V. *pag.* 130.

Claud. Ant. Renard & Ant. le Camus *non E. ſua vulneribus ſclopetariis peculiariter competit tractatio*. Paris 1744. 4. Haller.

William Hallet in *Phil. Tranſ. n.* 474. refert de vulnere ſclopetario pulmonis ſanato. Haller.

L'Ecluse, chirurgus, in *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* a. 1744. refert de vulnere cordis ſeptimo demum die lethali. Haller.

Olaus Acrell. V. *pag.* 131.

An expoſtulatory adreſſ to J. Ranby *occaſioned by his treatiſe on gunſhot wounds by a phyſician.* London 1745. 8. Haller.

Theod. Kappenhagen. Ejus diſſ. *de inſigni uſu venœ ſectionis in ſanandis vulneribus*. Altdorf 1745. 4. Haller.

J. Franc. Maurin. Ejus diſp. *de vulneribus*. Monspel. 1745. 8. Haller.

Philipp. Conrad. Fabricius. V. *vulnera capitis*.

Anton. Louis, Profeſſor & Academiæ chirurgiæ Pariſinæ a ſecretis, vir ingenioſus ac eloquens. Ejus *cours de Chirurgie pratique ſur les playes d'armes à feu.* Paris 1746. 4. Multum ratiocinio-rum. Hallerus librum non vidit. Laudat experimenta Portalius.

Angelus Nannoni. V. *pag.* 154.

Jos. Lallemant & Julian Jac. Hingant *E. vulneri moderate ſuppuranti rara curatio*. Paris 1746. 4. Haller.

Petr. Poissonnier & Pascas. Borie *E. in vulneribus ex catapultis globulos plumbeos relinquere aliquando prœſtat.* Paris 1746. 4. Haller.

Jacob van der Haar, chirurgus caſtrorum Belgicorum, inde Sylvæ Ducis artem exercuit. Ejus *korte verhandeling von de geſchootene*

wonden en uytwerking van de donder aan een man. HERTOGENBUSCH 1747. 8. In caſtris mirabiles curationes cominus vidit, quas chirurgi Britannici corticis Peruviani ope perfecerunt. Contra longas forcipes evellendis glandibus ſclopetariis deſtinatas. Pro dilatatione vulnerum ejus generis, pro venæ ſectione & de medicamentis emollientibus. Contra ſetacea. Linteum carptum purum ad comprimendos fungos ſufficere. Vulnera articulationum ſæpe amputationem poſcere. HALLER.

HENR. FRIDER. DELIUS. V. *pag.* 137.

GEORG. KEY in *diſſertation on the effects of mercury* agit etiam de corticis chinæ efficacia adverſus vulnera ſclopetaria. Vulnus ſclopetarium per foramen offis pubis penetrans cum plurimis ſinibus feliciter ſanatum. HALLER. V. *pag.* 1604.

CHRISTOPH. FRID. TRAUN. Ejus diſp. *de modo quo conſolidantur vulnera aliæque cohæſiones ſolutæ.* LEID. 1747. 4. HALLER.

LAURENTIUS MARTRUCCIUS. Ejus diſp. præſide J. ANTONIO SCRINCI *de puncto aut ſciſſo nervo atque tendine.* PRAG. 1748. 8. In BOERHAAVIUM commentarius. HALLER.

GODOFREDUS BEHR in *ſelectis Francofurt.* T. IV. *n.* 6. retulit de omento ex vulnere prolapſo, reſecto, ſuperveniente febre facile ſanabili. HALLER.

J. FRID. FÜRSTENAU. V. *pag.* 139.

DANIEL WILH. TRILLER. Ejus *de mira naturæ ſolertia in reparandis damnis corpori animato illatis.* WITTEBERG. 1766. 4.

Ejus *de mirando cordis vulnere poſt* 14. *demum dies lethali.* Ibid. 1775. 4. V. *pag.* 884.

DES PORTES, chirurgus caſtrenſis. Ejus *traité des playes d'armes à feu.* PARIS 1749. 12. De vulneribus ſclopetariis primo in univerſum. Contra BELLOSTIUM, pro turundis, quibus ſi ceſſes uti, vulnus claudatur quidem, cæterum corpora peregrina in imo vulneris ſinu retineri poſſint, certe in profundis vulneribus. Spirituoſis ſe olim medicamentis, magno cum ſauciorum malo, eſſe uſum, ipſam vero ſe experientiam docuiſſe quantam inferant perniciem, quod neceſſariam ſuppurationem ſupprimant. Argentum vivum præcipitatum nimis acre eſſe, & ſalivationem ciere, ſi vulneri impoſueris. Qui ſaucii malo pane aluntur, eos vix convaleſcere. Dari veras contuſiones cum ſanguine effuſo, eſſe vero etiam, ubi ſub eſchara ſaniſſima caro ſit. In vulneribus nimis hiantibus aciculas infigit, filisque decuſſatis obvolvit. Si cum fracto oſſe contuſio conjungatur, inciſionem rejicit. Vulnus quodcunque ſclopetarium utrinque dilatat, carpitque exteros, qui neceſſariam curam negligant. Si glans plumbea inter duos tendines impacta fuerit,

alte-

alterum vel utrumque reſecat; etiam oſſa frangit ut eximat. Læſum tendinem totum dividit. De vulnere in articulo genu accurate, ut caſum diſtinguat, in quo ſit amputandum, quam curationem vitat, quantum ejus fieri poteſt. Gravia vulnera ſclopetaria ad ſanationem perduxit, in cerebro, ſcapula, veſica, œſophago. Clathrata ſutura abdomen conjungit. Utique a globo tormentario tranſeunte manum amputatam, hepar, lienem læſa &c. Omnino vulnus ſclopetarium ſurſum & deorſum debere dilatari. Oſſi impacta glans inciſione nudanda, etiam trepano excidenda. Eſſe, ubi glans circumflexa tamen os frangat. Sanatum memorabile vulnus, cum glans eſſet in cavitate ſemilunari tibiæ. Vulnus articuli tibiæ cum talo amputationem exigit; ſic oſſa tarſi fracta. Glans articulationi impacta excidenda. Pro injectione apti liquoris in pectoris vulnere. Sanatum vulnus veſicæ & oſſis ſacri perforati. Oeſophagi vulnus ſanatum. HALLER.

PETRUS SENAC, Archiater, in *traité du cœur*. PARIS 1749. 4. 2. vol. in ſecundo volumine agit de cordis vulneribus, ulceribus &c. Parvorum vaſorum vulnera non ita ſubito mortem inferre, etſi multum amittatur ſanguinis; tempus enim concedi tenuioribus humoribus, ut locum ſanguinis occupent, (& arteriarum tunicas minus diſtentas dilatari, quo tubulus ſanguini perfluus minor nunc ſit. Ita HALLER.).

JACOBUS FARION. V. *pag.* 140.

ANTONIUS de HAEN. V. *pag.* 140.

Idem porro in *prælectionibus* &c. pag. 357. agit de vulneribus, eorumque lethalitate. V. *pag.* 656.

HUGO RAVATON, chirurgus noſodochii Landavienſis. Ejus *traité des playes d'armes à feu, avec des obſervations ſur differens genres de maladies & pluſieurs methodes nouvelles pour les operations de Chirurgie & pour la reduction des fractures.* PARIS 1750. 8. Germanice STRASBURG 175. . 8. Ordo quidem nullus, & ſcopus eſt, nova conſilia auctoris exponere. De vulneribus ſclopetariis. Nimium ſanguinis ſuos cives detrahere. Inciſiones parcius adminiſtrat, cuti parcit, neque late incidit, niſi ubi latæ ſunt aponeuroſes. In calvariæ vulneribus a globo plumbeo inflictis, ex robore ictus de malignitate judicium ferri debere, & pericranium dividi, calvariam vero, ſi decolor fuerit, terebrari, neque eam curationem differri, quam mora reddat inutilem. Pilas tenero ex linteo glomeratas, adhærenti carpto præfert. Setacei uſum & turundarum, & ſpirituoſa & rodentia medicamenta rejicit. Corticem chinæ gangrænæ opponit, quæ febribus acutis ſupervenit. Pertentationes, quæ ſpecillo fiunt, invitus fere admittit. Majores oſſium confractiones contuſionibus & rimis minus habere periculum. Contra uſum ſpirituoſorum. Femur a glande plumbea fractum fere funeſtum eſt. Turundæ ob ſola corpora peregrina ferri poſſunt. Magna faciei & capitis

 vul-

vulnera ſanata. Inde vulnera alterius generis, neque a ſclopis inflicta. Iterum amplas calvariæ fracturas minus habere periculi. Vulnera ex ordine partium corporis humani. Non debere ſanguinem de vulneribus nimis curioſe detergi. Suturæ genus, in qua acus per convolutum emplaſtrum trajicitur. Naſum pene reſectum reconciliavit. Enſis per ipſum ſteſtrum pulmonem perforavit, eventu funeſto. Aſperæ arteriæ vulnus facile ſanatum.

Ejus *Chirurgie d' armée ou traité des playes d'armes à feu & d'armes blanches*. PARIS 1768. 8. Opus experimentis plenum. De vulneribus ſclopetariis. Diſſilientes globos ferreos minus periculoſe lædere, quam minores pilas. Glandes plumbeas incaleſcere non tamen ut amburant. Tranſiens ex proximo tormenti majoris ſphæra occidit, & cute integra oſſa comminuit. In contuſione calvariæ debere pericranium in ſpeciem acuti anguli incidi. Duram meningem liberrime incidit. Lamina exterior integra, interna funeſto eventu depreſſa. De contuſionibus porro, in pectore abdomine. Contuſum lienem difficilem curationem accipere: renis contuſionem cum cruento lotio tamen ſanavit. Faſciam latam optimo eventu diviſit. Articulorum contuſionem metuit: ei repetitas venæ ſectiones, deinde fomenta mollientia opponit. Contuſa oſſa continuo terebat, ut medullam corruptam emittat. Iterum de vulneribus ſclopetariis; minus audax eſt in incidendo. Maxillæ inferioris fractæ partes adaptat, quæ facile conferveant. Gravia abdominis vulnera ſclopetaria, fere funeſta eſſe. In genuum vulneribus majores inciſiones improbat. In vulnere capitis humeri neceſſe eſt id os ex ipſa ſua cotyle excidere. Compreſſio in hæmorrhagia ſæpe ſalutaris eſt: viſco etiam contuſo utitur. Tenuis forceps ad eruendas ex profundis receſſibus glandes plumbeas. Aloen & myrrham non vult oſſi imponi: detruncati oſſis finem oleo vitrioli cogit delabi. In vulnere utrinque penetrante ſetaceum admittit. Ad tenuem ichorem maturandum unguentum pompholygos probat. Spiritum vini a vulneribus ſclopetariis abeſſe vult; emollientibus utitur, oleo in detecto cerebro, cujus fungos amputat. Maxima mala in cerebri abſceſſibus, eſſe a puris in ſanguinem reditu. Glans plumbea diu in ſinu frontali hæſit, & denique elapſa eſt. Glandulam lacrumalem coactus eſt excidere, tum glandem plumbeam ex maxillari ſinu. Vulnus aſperæ arteriæ ad ſanitatem reduxit, ſic ſclopetarium vulnus in pectus penetrans. Cum ſanguis in pectus effuſus eſſet, eum emetico medicamento abegit. Cum una magna arteria ſauciata eſſet, & in brachio pulſus defeciſſet, æger tamen ſervatus eſt. In alio caſu ſternum perterebravit, glandem ſclopetariam extraxit. Internis medicamentis ſervatus, cui pila ex ſclopeto adacta per anum exierat. Sic alius neci ereptus, cui globus ſclopetarius ſcapulam avulſerat; ejus etiam oſſis magna confractio alias abſque magnis

gnis ſymptomatibus fuit. Humerum ex articulatione excidit, faucium ſervare non potuit. Sæpe tamen (contra ſua præcepta) ejus oſſis caput confractum ægrum non occidit. Non debere artum amputari, dum gravia ſymptomata ſæviunt. Contritio articuli cubiti nunquam ſanatur. Ad vulnera & contritiones brachii inferioris ſemicanalis ex ferro ſtanno obducto. Mireris in gangrænæ minis, noſtrum corticem Peruvianum omiſiſſe. Cui confractum brachium amputare geſtiebant, artum noſter ſervavit; etiam alias, cum a globo ſclopetario majori malum eſſet, tendinesque lacerati. Confracti femoris exitus funeſtus eſt. Fuſe de vulneribus cæſim inflictis aut punctim, per ſingulas corporis partes. Punctoria vulnera per oculum fere ſubito mortem inferunt, cerebro læſo. Vulnera punctoria calvariæ ſopiunt. Quindecies intra 23. horas in pectoris vulneribus venam aperuit. Vulnera arteriarum intercoſtalium vinculo non egere. A vulnere pectoris ventriculus perforari poteſt, ſi cibis plenus fuerit. Sanata gulæ vulnera. Fatetur in vulnere magni vaſis ſanguinei, nimia inciſione ſe mortem præcipitaſſe. Vulnus ventriculi curavit & diaphragmatis, & demum inteſtinorum, dum ſaucius in ventrem decumberet. In vulnere arteriæ brachialis vomitum movit, funeſto, ut merebatur, eventu. Condylos femoris vidit ſeceſſiſſe. Naſum, aures, digitos pene reſectos coaleſcere, dum arteria integra fuerit. Si ductus ſalivalis læſus fuerit, calamum aut aureum tubulum in naturale oſtium dari debere. Neque omentum ligat, neque inteſtina ſuit, neque chartam craſſiorem in eorum cavum dat. Paulatim manus vires recepit, cujus tendines reſecti fuerant. Balſamum Arcæi laudat in articulorum vulneribus. Quæ in caſtris ad Chirurgiam faciendam requirantur, accurate docet. Inter centum milites ſub finem expeditionis, duodecim ægri ſunt, & in pugna pars duodecima exercitus vulneratur.

Idem in *Journal de Medecine a.* 1757. *Jul.* Magnæ inciſiones in oſſium adtritu nocent. Caſus absque inciſione ſanati maximi a glande adtritus. Ita Haller.

J. Bapt. Ant. Andouillé, chirurgus. Ejus & Bonav. Fournier diſſ. *de vulneribus pectoris.* Paris 1750. 4. Haller.

Cl. M. de la Condamine. V. *pag.* 144.

Raimond de Vermale in *obſervations* &c. Cor vulnere dextri lateris læſum, quod viſcera inverſa alienum locum tenerent. Eduxit noſter defractam cuſpidem cultri, quæ pſoam muſculum & renem convulnerabat.

Idem in *N. Eph. Nat. Cur. Vol.* I. *obſ.* 80. Pugione inflictum vulnus, mors ex pectore ſanguine pleno. *Obſ.* 81. mors ex contuſione ab equo, abdo-

abdomen pure plenum, ilei inteſtini fiſtula oſtio ſuo peritonæo adnata. HALLER. V. *pag.* 329.

GEORG. HEUERMANN in *vornehmſten chirurgiſchen Operationen* &c. T. I. monet ne cibum carneum & nimis nutrientem vulneratis largiamur. Peregrina corpora ſæpe abſque ullo malo in corpore reſidere, exemplo glandis in pelvi plumbeæ. In ventriculo veſtigia vidit cicatricis, & omentum adnatum. In T. II. vulnus utriuſque cavi pectoris in canibus curavit. HALLER. V. *pag.* 310.

REY in *traité des tumeurs* &c. ſanavit colon inteſtinum a glande plumbea percuſſum, ut fæces emitteret. HALLER. V. *pag.* 1486.

CHAIGNEBRUN, chirurgus, in *Journal de Med.* T. XII. agit de vulneribus ſclopetariis, quæ contra pleroſque chirurgos contendit amburere. HALLER.

J. HERMENT & PAUL. le ROI, auctoris, *E. in arteriarum vulneribus tutum hæmorrhagiæ ſiſtendæ auxilium fungus maximus rotundus pulverulentus* J. BAUCHINI, PARIS 1752. 4. recuſ. in HALLERI *ſelectis.* Non bene eandem facit cauſam lycoperdi & agarici Broſſardiani, plantarum valde diverſarum. D. GRANDCLAS experimenta cum aliis agarici ſpeciebus facta. HALLER.

ANTON. PEPIN & EDMUND THOM. MOREAU *E. in vulneribus ſclopetariis ictu factis ad præcavendam gangrænam inciſiones & aqua maris.* PARIS 1752. 4. HALLER.

DELAISSE. V. *pag.* 145.

J. A. LOUBET, chirurgus militaris triginta & quinque ſtipendia meruit. Ejus *traité des playes d'armes à feu.* PARIS 1753. 12. Simplicitatem ſe in curando ſequi. Fomenta vulnerum ſclopetariorum calefacientia, indurantia rejicit, oleave calida, & unguentis lenibus utitur atque balſamicis. Vulnera inciſionibus dilatat, quæ ſufficiant ad peregrinorum corporum exitum, humorumve putreſcentium. Diſſectis oſſibus, deque ſola cute hærentibus, ſutura convenit, & ſæpe artus, naſumque pene reſectos reconciliavit; ſic ad muſculos uniendos. Oſſa in confracta majores poſtulant inciſiones. Tranſverſos proceſſus vertebrarum colli fractos convaluiſſe: ſic a ſclopo ictas vertebras lumborum & dorſi. Sanguis in pectoris cavum effuſus poteſt per ipſum vulnus emitti. Vulnera circa os coccygis & ſacrum facile in fiſtulas tranſire. Non adeo difficulter vulnera capſularum articulorum & ligamentorum ſanari, ſeque fractum olecranum abſque noxa exemiſſe. Patellæ mala difficulter curari. Ventriculi vulnus fere medicamentum requirere, quod vomitum cieat. Nimias venæ ſectiones ſuppurationi nocere. Carpti lintei loco cannabeam ſtupam eſſe poſſe; aſpera lintea nocere. Vulnera ſclopetaria ſudo-

rem

rem deſiderare. Et hic & demum interno uſu oleum veneni loco eſſe. Profunda ulcera utiliter lapide infernali aperiri, in longam cylindrum ficto. Colophonium carpto linteo inſperſum optimam dare cicatricem. Spirituoſa fomenta febrem facere & ebrietatem. Fractas a majoris tormenti pila oſſis feſtucas maximas ecchymoſes facere & magnarum inciſionum neceſſitatem. Frigus ſuppurationem morari. Vulnera mire maligna fieri & a ſcorbuto & a venereo malo. Vulnus ventriculi & arteriam in pectore læſam noſter ſanavit, hanc charta emporetica in acetum tincta. Os femoris emollitum. HALLER.

TOUSSAINT BORDENAVE in *Mem. de Chirurgie* T. II. Graviſſima vulnera in pectore, abdomine, curata. Sanatum vulnus inteſtini coli, aliquoties & ilei, & veſicæ, etiam repetito. Sanatum vulnus ſclopetarium articuli genu & articuli brachii. De provido ſetacei in ejusmodi vulneribus uſu. A globo ſclopetario ablata pars magna ſcapulæ, eventu non lethali.

Ejus & du FOUART diſp. *de intumeſcentia partium, in primis vulnerum ſclopetariorum inſtantibus.* PARIS 1763. 4. HALLER. V. *pag.* 1312.

GUERIN in *Mem. de Chirurg.* T. II. Curatio vulneris ſclopetarii pectoris quod extracto demum panno & ſquama oſſea ex pulmone, noſter ad ſanationem perduxit, magna facta inciſione. HALLER.

ANDOUILLE', celeberrimus Chirurgus, in *Mem. de Chirurg.* T. II. Vulnus, in quo a globo ſclopetario pelvis trajecta. Fecibus iter apertum per cannulam in anum datam, inque vulnus inguinis communicantem, felici eventu. HALLER.

PETRUS PAULUS TANARON. V. *pag.* 146.

J. LUD. LEBERECHT LOESECKE. V. *pag.* 146.

FRID. HERM. LUD. MUZELL. V. *pag.* 146.

LUD. GOTTFRID. KLEIN. V. *pag.* 147.

Idem porro in *interprete clinico* &c. tit. vulnus. V. *pag.* 283.

DESTREMAU. V. *pag.* 149.

BENJAMIN GOOCH. V. *pag.* 149.

Du VERGET. V. *pag.* 151.

ERCOLE BERTELLI, chirurgus. Ejus *riſpoſta ad una lettera del S. Giuſeppe Rocchi* (pharmacopolæ). PISAURI 1755. 8. Cum iſte aromatarius oculo, in quem lapis ceciderat, ſpiritum vini inſperſiſſet, tanta ſequebatur inflammatio, ut æger viſum amiſerit. BERTELLI emollientia fomenta adhibuit; & hoc etiam libello oſtendit, ſpiritum vini in faciei vulneribus male

male adhiberi. Cum eo in epiſtola adjecta ſentit JANUS PLANCUS, & ab ejuſdem ſpiritus uſu ſpaſmum cynicum ſuperveniſſe teſtatur. HALLER.

CHRISTIANUS GOTTLIEB LUDWIG. Ejus *de ſuctione vulnerum pectoris*. LIPS. 1768. 4. Machinam cum appenſo globo depingit, in quam ſanguinem de cavo pectoris ſugit. HALLER. V. *pag.* 151.

JOACHIM NIEMAND. V. *pag.* 1374.

BERTRAND in *Mercure de France a.* 1755. *Mart.* retulit de ſanato vulnere ventriculi, & diaphragmatis, repetita venæ ſectione, potu acidulo &c. HALLER.

De BERGE. V. *pag.* 153.

PETRUS SANNIE. V. *pag.* 154.

J. M. HOFMANN. V. *pag.* 154.

TRECOURT. V. *pag.* 156.

MARTIN. V. *pag.* 157.

DUPUY. V. *pag.* 159.

LEAUTAUD. V. *pag.* 159.

GUSTAV. HIERTZEL. V. *pag.* 160.

MARC. ANT. LEOP. CALDANUS. V. *pag.* 1454.

GERH. ANDR. MÜLLER & auctoris THEOD. FRID. LUD. BALSER *biga obſervationum chirurgico-medicarum*. GIESS. 1757. 4. Vulneris lethalis arteriæ, & venæ cruralis, cum oborto ſphacelo hiſtoria: tum ſanati vulneris abdomen utrinque penetrantis. HALLER.

J. CHRISTIAN LUDWIG. Ejus diſp. *de vulnerum reſiduo*. LIPS. 1757. 4. HALLER.

PETRUS TRAVERS, chirurgus, in *Phil. Tranſ. Vol.* L. P. I. egit de inteſtino ileo bis diſſecto, utrinque ſutura pellionis collecto, ut fila de vulnere penderent, felici eventu. HALLER.

Du PHOENIX in *Mem. de l'Acad. R. de Chir.* T. III. retulit de lacerato ductu ſalivali STENONIANO, cujus vulnus fiſtuloſum erat. Tubulus quaſi temere inſertus, ut per eum ſaliva manaret. HALLER.

D. BEAUPRE' ibid. in ægro ſetaceum in ductum ſalivalem ipſum datum, & in fiſtula relictum, ſaliva ſetaceum ſequebatur, vulnus deſerebat. Ita ſenſim diminuto ſetaceo, tandem malum ſanatum eſt. HALLER.

PIBRAC

Pibrac in *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. IV. valde laudat ſimpliciſſimam vulnerum deligationem, in qua nihil imponatur præter carptum linteum. Haller. V. *pag.* 1449.

Donadieu. V. *pag.* 164.

Moublet. V. *pag.* 165.

J. Farmer. V. *pag.* 166.

T. C. Reinhart *de vulnerum hepatis lethalitate.* Glogau 1758. 8. Germanice *verletzte Leber.* Ibid. 1758. 8. alii 1761. 8.

Josephus Bianchi. V. *pag.* 167.

Carol. Mertens *vulnus pectoris complicatum cum vulnere diaphragmatis & arteriæ meſentericæ inferioris.* Argentor. 1758. 4. Ab enſe de ſuperiori ſede inflictum. Eſt diſputatio. Haller.

Campardon. V. *pag.* 168.

Laugier. V. *pag.* 169.

Franc. Home in *medical facts* &c. A globo tomentario vaſa vincula gerere, abſque dolore & inflammatione. Haller. V. *pag.* 169.

Bonnet, chirurgus Taurinenſis, in *Journ. de Med.* T. X. de vulnere memorabili pectoris & pulmonis ſanato. A tauro cornipete inflictum fuerat, ut neceſſitas noſtrum urgeret, particulam pulmonis reſecare. Uſus eſt ſutura clavata. Haller.

(De vulnerum tendinum & aliarum partium innocentia. V. *tendinum adfect.*)

J. Christian Bruns. V. *pag.* 171.

Petr. Poissonnier & Joseph. Dussans *Non ergo recenti vulnere nudatis oſſibus exfoliatio.* Paris 1760. 4. Haller.

Ludov. Pathiot & Guil. le Begue de Presle *E. vulnerum quo ſimplicior curatio, eo melior.* Paris 1760. 4. Haller.

Carolus White in *Med. Obſ. and inquiries Vol.* II. habetur ejus curatio ſpaſmi cynici. Cauſa erat in levi vulnere digiti, malumque eo digito amputato ſublatum eſt. Haller. V. *pag.* 171.

TAIGNON. V. *pag.* 172.

SERIN. V. *pag.* 172.

GODARD. V. *pag.* 173.

DUMONT. V. *pag.* 173.

J. ULRIC. BILGUER. V. *pag.* 174.

SPIRITUS Cl. FRANCISCUS CALVET & J. B. L. AGRICOLUS PERU diſp. *an a pulvere ſympathetico dicto vulnerum curatio expectanda.* AVENIONE 1768. 4. Ita HALLER. V. *pag.* 785.

RUDOLPHUS BURCKHARD. V. *pag.* 1457.

THOMAS BAKER in *Verhandelin der Holl. Maatſchapp* retulit de vulnere veſicæ feliciter ſanato, cum culter in ipſa veſica abruptus fuiſſet. HALLER.

ALLARD. V. *pag.* 177.

CASTILLON. V. *pag.* 177.

FERRAND. V. *pag.* 177.

LEBERECHT EHREGOTT SCHNEIDER. V. *pag.* 178.

JOSEPHUS CAVALLINI. V. *pag.* 179.

ANTON. HÖGG. V. *pag.* 180.

J. DAVID GRAU. Ejus *Abhandlung von den Wundmitteln überhaupt.* HAAG 1763. 8. HALLER. V. *pag.* 1446.

THOM. ADAMS. V. *pag.* 180.

LAMBERT. V. *pag.* 181.

De la COMBE. V. *pag.* 182.

DAVID HENR. GALANDAT. V. *pag.* 182.

ERNESTUS GODOFREDUS KURELLA *Samuelis Schaarſchmidii Abhandlung von den Wunden* auctius reddidit. BERLIN 1763. 8. HALLER.

J. HERMAN VOGEL, ZACHARIÆ filius. Ejus diſp. *de gemino coli vulnere non lethali.* GÖTTING 1763. 4. Pulcherrima curatio, quam æger ſui patris induſtriæ debuit. HALLER.

FRANC. GUIL. le VACHER in *Mem. de l'Acad. de Chirurgie* T. IV. qui prodiit a. 1768. egit de vulneribus machinarum ignivomarum. Negat aërem a globo tormentario compreſſum poſſe hominem lædere; exempla varia adfert, ubi proxime tranſeuntes globi homini aut equo non nocuerunt. Glandes plumbeas os nonnunquam circumire, & etiam a mollibus corporis partibus in aliam directionem flecti, neque eo minus vim retinere, qua oſſa frangant. Ita HALLER. Hanc ſuam opinionem contra BILGUERUM, & TISSOTUM defendit argumentis & obſervationibus,

bus, quæ omnino probantur magisque illuſtrantur a celeb. RICHTERO (a). V. pag. 1212.

Le ROUX. V. pag. 184.

ANT. PHILIPP. LANDI. V. pag. 184.

J. GEORG. WALLERIAN. Ejus diſp. *de vulnere terræ globo viri pudendis graviter quidem inflicto, attamen feliciter curato.* REGIOMONT. 1764. 4. HALLER.

FRANCISCUS MUMSEN. Ejus diſp. *de corde rupto.* LIPS. 1764. 4. ex ictu equi. HALLER.

BOURIENNE. V. pag. 187.

Le ROI. V. pag. 188.

BEAUSSIER. V. pag. 188.

DESGENETS. V. pag. 188.

BAYLE. V. pag. 188.

MONBALLON. V. pag. 188.

AURRAN. V. pag. 188.

GEORG. RUDOLPH. BOEHMER. Ejus *natura vulnerum medicatrix.* WITTEBERG 1765. 4. HALLER. V. pag. 284.

NOLLESON. V. pag. 189.

GOIRRAND. V. pag. 190.

GAETANO FORNASA. V. pag. 191.

CHARLES BISSET. V. pag. 191.

RICHARD de HAUTESIERK. V. pag. 192.

NICOLO SERNICOLO *raggionamento ſul caſo d'una donna fiderogona felicemente curata.* NAPOLI 1766. 4. In cute fragmenta ferri hæſerant. HALLER.

GUIL. JOSEPH. de l'EPINE & J. STANISLAI MITTIE', auctoris, *E. in vulneribus thoracis læſi pulmonis coalitioni conducit aër per ipſummet thoracis vulnus admiſſus.* PARIS 1766. 4. Ut pulmo quieſcat, aër admittendus. HALLER.

NICOLAUS le ROI de S. AIGNAN & CAR. NIC. DESLON *E. in vulneribus ex catapultis globulos plumbeos relinquere aliquando præſtat.* PARIS 1766. 4. HALLER.

SIMON. V. pag. 193.

REGNAULT. V. pag. 193.

JOSEPH. JACOB. PLENCK. V. pag. 195.

(a) In *chirurgiſcher Bibl.* 1. *Band.* 1. *St.* pag. 22.

CHRIST. TOB. EPHR. REINHART. V. pag. 196.

In *Stralſunder Magazin*, cujus prima particula BEROLINI & STRALSUNDIÆ prodiit a. 1767. 8. In *Part.* I. habetur formula emplaſtri vulnerarii Anglici. In quinta maximum vulnus abdominis a palo defracto inflictum, tamen ſanatum. HALLER.

RICHARD HUCK. V. *pag.* 197.

WILLIAM HEWSON. V. *pag.* 198.

LAFFEY. V. *pag.* 200.

BOURDIER. V. *pag.* 200.

VALLANDRÉ. V. *pag.* 200.

PENANT. V. *pag.* 201.

GERMANUS PICHAUT de la MARTINIERE. V. *pag.* 202.

A letter to M. DALE INGRAM *in which the accounts* (ſi recte legitur) *of his inquiry in to the cauſe of Clarks death are infected.* LOND. 1769. 8. HALLER.

A ſhort appeal to the puble, touching the death of Clarke ibid. 1769. 8. Omnino juvenem ex vulnere & effuſo ſanguine interiiſſe.

A counter appeal to the publik tonching the death of G. Clarke. Ibid. 1769. 8.

An examination of M. Ingram blow. Ibid. 1769. 8. Parum continere boni legit HALLER.

J. AUGUST UNZER. V. *pag.* 206.

D'OEILLEY. V. *pag.* 206.

NICOLAS, chirurgus. V. *pag.* 207.

ERN. PLATNER. V. *pag.* 208.

J. BAP. ROBERT. Ejus diſp. *de ventriculi vulneribus.* LEID. 1770. 4. Exiguum vulnus, per quod potus elabebatur, quarto die funeſtum. HALLER.

GERHARD EYTING. Ejus diſp. *de conſolidatione vulnerum* ARGENTOR. 1770. 4. Experimenta in animalibus facta. Vidit puncta eſſe efflorefcentia, in quibus vaſa, quæ etiam in cicatrice reperiuntur, veram nempe cutem & vaſculoſam materiem renaſci. HALLER.

THOMAS WOOLCOMB, chirurgus, in *Phil. Tranſ. Vol.* LX. ex magno vulnere brachialis arteriæ nulla hæmorrhagia. HALLER.

AUDOUX. V. *pag.* 210.

J. CHRIST. ANT. THEDEN. V. *pag.* 211.

ADOLPH FRID. VOGEL. V. *pag.* 212.

DOWRY. V. *pag.* 215.

J. PHIL. HAGEN. V. *pag.* 218.

MATTH. FRANC. ALIX. V. *pag.* 218.

THOMAS VALCONEL in *Phil. Tranſ. Vol.* LX. retulit de vulnere ſclopetario arteriæ absque hæmorrhagia per gangrænam lethali. HALLER.

ROUDIER. V. *pag.* 225.

PIETER van ESCH. V. *pag.* 226.

J. B. MUNIER & CAR. JAC. SAILLANT *E. vulneribus unicum linteum carptum* PARIS 1772. 4. HALLER.

MARIE. V. *pag.* 229.

J. LEBERECHT SCHMUCKER. V. *pag.* 230.

BINGERT. V. *pag.* 232.

REISENBACH. V. *pag.* 234.

SPONIZER. V. *pag.* 234.

JUNG. V. *pag.* 234.

HOFFMANN. V. *pag.* 234.

FRANC. SEGURA. V. *pag.* 237.

POUMEL. V. *pag.* 237.

BOURIENNE. V. *pag.* 238.

Le BLANC. V. *pag.* 311.

CARLIER. V. *pag.* 238.

FILLION. V. *pag.* 239.

CHARNAUX. V. *pag.* 240.

BEILLARD. V. *pag.* 242.

VILDE. V. *pag.* 245.

NOURSE. V. *pag.* 247.

SASSARD. V. *pag.* 249. & 255.

SAVIARD. V. *pag.* 249.

ZACHARIAS SCHMIDT, Sileſius Olberdorfenſis. Ejus diff. inaug. *de vulnere in genere.* WIEN 1777. 8.

ANTON. ANDR. SUMA, Goritienſis. Ejus *diſſ. inaug. ſiſtens in compendio vulnera cum in genere, tum in ſpecie.* WIEN 1777. 8. Commodum compendiolum.

GOVELLE. V. *pag.* 254.

SUSSI. V. *pag.* 255.

MARIGUES. V. *pag.* 255.

LESCHEVIN. V. *pag.* 260.

JOSEPHUS de HERBERT, Præsbiter, Philoſophiæ doctor, Phyſices & Mechanices in Univerſitate Vindobonenſi Profeſſor. Vir celeberrimus. Ejus *theoriæ phænomenorum electricorum* &c. editio altera aucta & emendata prodiit VINDOBONÆ 1778. 8. In capitis ultimi propoſ. VII. contra JOSEPHUM JACOBUM PLENCK, qui vulnera ad electricitatem ab

aëris

aëris inter globum tormentarium & corpus humanum intercepti attritu exci-tatam retulit, experimentum auctor cum UNTERBERGERO ſupremo vigi-liarum Præfecto, viro tam rerum electricarum, quam geometriæ peritiſſimo ſequens inſtituit: cylindrum, inquit celeber. HERBERTUS, ex ligno toſto tel-luri infixi, ſuper hoc conum lamineum collocavi, cujus ſummitati filum fer-reum tres pedes longum, lineam craſſum imminebat, quod ita flexeram, ut globus tormentarius proxime præter filum prætergredi deberet, adfixa præterea huic filo fila orichalcina erant in cuſpides deſinentia, ut ſin minus filum ipſum, tenues tamen metallicæ cuſpides electricitatem haurirent. Ex cono filum tenue triginta pedes longum ad latus deduxi, cumque lamina fer-rea, quæ intra vas vitreum fixa erat, junxi. Vas hoc vitreum iterum bacu-lo ex ligno toſto impoſitum, & undique clauſum erat, ne motus electrici aut halitu, aut vento turbarentur: intra vitrum loco intra duas laminas medio, qua-rum una, ut dixi, cum cono lamineo, altera cum tellure communicabat, folio-lum metallicum dependebat ad minimos motus electricos ſenſibile. Facto hoc apparatu tormentum ſolutum, & a me aliisque folium metallicum pro-xime inſpicientibus quietum manſiſſe obſervatum eſt. Experimento multo-ties repetito, quum de viciniſſimo globi prætergreſſu ablata fili majoris cu-ſpis, fila orichalcina avulſa alias, alias velut mallei ictibus una parte appla-nata, aliquoties me certum reddidiſſent, concluſeram denique, nullam tri-tu ſolidorum ad aërem electricitatem gigni. Ea jam vulnera, quæ PLEN-CKIUS electricitati tribuebat, ſulco illi aëreo, in quo globi celerrimo præter-lapſu momento vacuum gignitur, melius fortaſſe, quam electricitati aſſigna-buntur; fit ſcilicet, ut corpus illi ſulco adſitum non tantum fluidi elaſtici ea in parte, in qua jam preſſu extraneo non retinetur, liberatione, ſed etiam ambientis atmoſphæræ preſſu tumere, rubereque velut ab ictibus inflictis debet.

JOSEPH. MOHRENHEIM in *Beobachtungen* &c. *obſ.* 11. Vulnus ſclopetarium muſculi pectoralis majoris in viro ſanatum. *Obſ.* 20. 21. 22. 23 24. Varia vulnera cum graviſſimis contuſionibus & fracturis complicata ab irruentibus globis tormentariis ex æde pulveraria VINDOBONÆ anno 1779. 26. Jun. horribili cum impetu per infortunium dejecta. Vulneratorum ho-rum unicus evaſit. V. *pag.* 1435.

VULNERA CAPITIS.

HIPPOCRATES. Ejus Liber περι των της κεφαλης τρωματων, ſ. *de capitis vulneribus*, qui & ipſe eſt inter melioris notæ ſcripta HIPPOCRATIS. Suturas fallere monet, qui fere error in Quinto *Epidemiorum* uberius exponitur. Fiſſuras minutas magis lethales eſſe, eas radere jubet, quoad totæ deletæ ſint; excidere denique terebra, ſi eradi nequierint. Humidis medicamentis juſſit abſtinere; nulla capitis vulnera vult negligi. Æſtate periculum majus eſſe, ſic rimas anguſtiores. Infortunium, *contre-coup*. Os nudandum, ſi ſuſpicio fuerit paſſum eſſe. Oſſa defracta non facile avelli debere. Præſagia funeſti eventus. In alterna parte corporis paralyſin ex cerebri malis ſequi primus adnotavit.

Codex eſt in NICETÆ collectione. Et in B. R. P. n. 2254. Codex converſi a VIDO VIDIO libri *de capitis vulneribus* eſt in B. R. P. n. 6861.

In eum librum plurimi exſtant commentarii, VIDI VIDII primo, in collectione, quam edidit PARIS. 1544. fol.

Idem commentarius cum HIPPOCRATICO opere prodiit Gallice a FRANCISCO le FEVRE verſus PARIS. 1555. 8. cum titulo: *les trois premiers livres de Chirurgie.*

Seorſim Latinitate donatus, commentariis FRANCISCI VERTUNIANI illuſtratus prodiit PARIS. 1578. 8. Textum Græcum JOSEPHUS SCALIGER caſtigavit, ſuasque caſtigationes ipſe explicavit.

G. FALLOPII *poſthumus commentarius.* VENET. 1566. 4.

Brevis commentarius cum adnotationibus marginalibus CLAUDII PORRAL. LION 1580. 8. LEID. 1639. 12.

ANDREÆ DOERER αμφισβητησις ιατρικη περι των εν κεφαλη τρωματων Ἱπποκρατους. BASIL. 1589. 4. Diſp. RIV.

HIPPOLYTI PARMÆ *commentarius* VENET. 1608. 8.

Eſt etiam inter libellos utraque lingua cum notis a STEPHANO MANIALDO editos PARIS. 1619. 8. Textum HIPPOCRATIS paſſim emendat.

J. BAPTISTA CORTESI *tractatus de vulneribus capitis.* MESSAN. 1632. 4.

PETRI PAVII *ſuccenturiatus anatomicus, ſ. commentarius in Hippocratem de vulneribus capitis.* LEID. 1616. 4.

BERNARDINI FALCINELLI *commentario al libro delle ferite del capo.* FIORENZA 1658. 12.

Gallice

Gallice etiam vertit, & commentarios adjecit FRANCISCUS DISSAUDEAU. ROUEN 1658. 12.

Belgice *H. van de wonden in t'hoofd door* P. HAZARDUS. ANTWERP. 1595. 8. AMSTERD. 1634. 8.

Porro HIPPOCRATES in *prorrheticorum* L. II. agit de capitis, cerebri & medullæ ſpinalis vulneribus, eorumque præſagiis, & de febre, quæ vulneri ſupervenit.

In aliis etiam minus tamen certo HIPPOCRATIS libris multa occurrunt huc pertinentia.

Sic in *praedictionibus Coacis* in L. II. habentur præſagia vulnerum capitis. In L. III. iterum, dum de capitis agit vulneribus, queritur de difficili adgnitione eorum, quæ circa futuras ſunt, deque rimarum maligna natura.

In *Epid.* II. iterum de capitis vulnere.

In *Epid.* IV. exempla funeſtorum capitis vulnerum.

In *Epid.* V. multa exempla vulnerum capitis, pleraque funeſta.

Inter codices B. R. Pariſ. eſt n. 2247, in quo fragmenta ſunt HIPPOCRATIS de officina medici, de capitis vulneribus &c. HALLER. Vide *pag.* 286.

CASSIUS FELIX de vulneribus capitis longum demum poſt tempus lethalibus: de occipitis læſione magis periculoſa; de paralyſi lateris ſiniſtri, quando in dextra parte meninx inciditur. HALLER. V. *pag.* 984.

A. C. CELSUS in L. VI. mala capitis habet. In L. VIII. cap. 2. Fiſſuram ad imum eradere diſſuadet. Venula in cerebro rupta, & ſanguinem fundens, periculo plena eſt. Membranam duram cerebri acri aceto debere adſpergi. HALLER. V. *pag.* 287.

CÆLIUS AURELIANUS membranam cerebri læſam plerumque, non tamen ſemper mortem inferre (a). HALLER. V. *pag.* 293.

HELIODORUS. Ejus locus de capitis vulneribus exſtat in NICETÆ collectione (b). In fiſſura partes cranii defractas nonnunquam ſibi relinquit, quas ſperat convalituras (c). HALLER. V. *pag.* 319.

GALENUS in *commentario* &c. V. *pag.* 706.

Idem in notis ad *aphoriſmos* vulnera cerebri majora vidit ſanata apud præceptorem PELOPEM. Ita HALLER.

Idem

(a) EX ASCLEPIADE *Acut.* c. 1. (b) P. 91. (c) P. 96.

Idem *de compoſ. medicam. ſecund. loc.* L. II. cap. 2. de fiſſuris & contuſionibus capitis. WALTHER. V. *pag.* 1002.

ORIBASIUS in *ſynopſis* L. I. cap. 10. de ruptis. Cap. 16. de laxatis & contuſis. WALTH. V. *pag.* 264.

AETIUS in *tetrabibl.* II. *ſ.* 2. cap. 47. ad dolorem capitis ob plagam. In *tetrab.* IV. *ſ.* 3. cap. 13. emplaſtra cephalica ad fracturas & vulnera capitis. WALTH. V. *pag.* 265.

ALEXANDER TRALLIANUS in L. I. cap. 6. agit etiam de dolore capitis ex ictu. WALTH. V. *pag.* 369.

PAULUS ÆGINETA in L. III. cap. 4. de dolore capitis ex plaga. In L. IV. cap. 29. & 30. de luxatis contuſis. Cap. 31. de ruptione & vulſione capitis. WALTH. V. *pag.* 293.

RHAZEUS in L. XV. Vulnera capitis. Ut contuſa ſanentur. Cranium denudatum ut ſanaverit: ſic alium hominem, cui fœtida in vulnere erat ſanies, oſſe non raſo. Trepanum in carie frontis feliciter adhibitum. Qui cum nudatam haberet duram matrem, ex preſſione apoplexiam paſſus ſit, eaque omiſſa ad ſe redierit. Alium nudata ex fracto cranio dura membrana convaluiſſe; periiſſe alium, quod ſanies ad cerebrum manaret. HALLER. V. *pag.* 265.

HALY ABBAS in *practicæ* L. V. morbos habet capitis. Ita HALLER. Modum terebrandi cranium cum trepano docet. Ita BERENGARIUS, V. *pag.* 295.

AVICENNA. Ejus *canonis* L. III. *fen.* I. *de ægritudinibus capitis a* J. QUINQUARBOREO *latine verſis & ad fidem codicis Hebraici correctis.* PARIS. 1572. 8. HALLER. Modum etiam terebrandi cum inſtrumento, quod vocat *trepanum & perforatorium non profundans,* docet. Ita BERENGARIUS. V. *pag.* 267.

ALBUCASIS. V. *pag.* 1694.

BRUNUS in *Chirurgia* &c. pag. 114. &c. multos ſe vidiſſe ſanatos, quibus dura, cerebri membrana læſa fuerit, aliquos, quibus pia. Angulos cutis in cranii fracturis non debere amputari. Styptica utiliter duræ membranæ admota. HALLER. V. *pag.* 2.

THEODORICUS in *Chirurgia* &c. pag 115. de exciſione in fractura cranii fuſe agit: de foraminibus terebra repetito terebrandis, deinde conjungendis, ut os excidatur. Pag. 145. cellulam cerebri evacuatam fuiſſe, quæ eſſet memoriæ, & vulneratum tamen convaluiſſe, neque jacturam feciſſe ejus facultatis: ſanatos etiam, quibus rupta utraque meninx, & pars non exigua medullæ deleta fuiſſet. HALLER. V. *pag.* 2.

Guilielmus de Saliceto in *Chirurgia* &c. pag. 330. b. cui cerebrum enſe inciſum erat, cum paralyſis ſuperveniſſet, eum tamen vidit mortem effugiſſe. Sic alium evaſiſſe, cui a cerebri vulnere excrementa præter voluntatem decedebant. Pag. 327. b. ſagittam de cerebro eximi non debere, ſæpe enim naturam ſe ea liberaſſe. Ita Haller. V. *pag.* 268.

Lanfrancus in *practicæ* &c. Tract. II. cap. 1. de cura percuſſionis capitis; de cura vulnerum capitis variorum. Ita Walther. Cum chirurgus Lanfranci diſcipulus vulnus pericranii præpropere ad ſanationem perduxiſſet, ipſe convulſo ægro vulnus ad imam uſque novacula aperuit, & percuravit. Abſque trepano pleroſque ſe ægros ſervare, nec os ferro movere, niſi duram membranam fragmentum aliquod compugerit. Maximam a lapſu commotionem cum ſenſus motusque & vocis jactura ſanavit. Commotio cerebri curata. Haller. V. *pag.* 2.

Guilielmus de Varignana in *ſecretorum* &c. Tract. I. ſerm. 3. cap. 2. de vulneribus capitis: betonicam contuſam valde laudat. Walth. V. *pag.* 371.

Guy de Chauliac in *Chirurgiæ* Tract. III. doctr. 2. cap. 1. de vulnere capitis. Walther. Capitis vulnus cum jactura cerebri ſanavit. Haller. V. *pag.* 297.

Rogerius de Baron, Pariſinus, alius a Rogerio Salernitano (*pag.* 2.). Ejus ineditum codicem *de vulneribus capitis* in Bibl. Reg. Par. dicit reperiri Portalius. Nuperior auctor cujus multa ſint ex Cauliaco. Ita Haller.

Petrus de la Cerlata in *operis chirurgici* pag. 35. b. ſagittam inter duo ſupercilia ad quatuor digitos ſubiviſſe, vulnusque facile a ſe curatum fuiſſe narrat. Pag. 61. b. ſuturam ſæpe ſe in capite adminiſtraſſe; cutem late detectam reconciliaſſe. Haller. V. *pag.* 269.

Johannes de Vigo in *practicæ* L. III. Exempla maximæ commotionis cerebri, tandem lente curatæ, cum ſanguis de naribus effluxiſſet. Vulnus faciei curat ſutura incruenta, alterne ſibi reſpondentibus triangularibus emplaſtris facta.

Idem in *Chirurgia compendioſa* in L. de vulneribus pag. 2. &c. ſæpe ſe ob ſanguinem ſub cranio effuſum trepano cranium perforaſſe. De ſignis periculi. Malum portendere frigus, quod poſt diem ſeptimum acceſſerit, tum ſi granula ex oſſe die nono efflorefcentia ſubſederint & evanuerint. In facturis cranii ſuturam comprehendentem non in ſutura, ſed ad utrumque latus perforat. Cum os depreſſum eſſet & contuſum, totum exemit, conprehenſum trepano. Sanaſſe ſe, cui enſe cerebrum fuiſſet inciſum.

ſum. Periculum a capitis vulneribus diuturnum eſſe, ſeque vidiſſe cum optimis ægri rebus, ex cibi abuſu quadrageſimo die funeſtam apoplexiam ſupervenilie. Quadrageſimo demum die os ſquamam dejicere, & ſæpe neceſſe eſſe, cauterium admovere ut removeatur. HALLER. V. *pag.* 270.

ALEXANDER BENEDICTUS in *anatomia* &c. Græcum hominem ſagitta in temporum altero vulneratum quinto poſt anno ferrum per nares edidiſſe. HALLER. V. *pag.* 1511.

JACOBUS BERENGARIUS, multo major medicus, quam MARIANO SANCTO æmulo placuit. Ejus tractatus *de fractura calvariæ ſ. cranii.* BONON. 1518. 4. VENET. 1535. 4. (LUGDUNI Batavor. 1629. 8.) LEID. 1715. 4. Liber experimentis utique dives. Reſonitum, ſ. partis oppoſitæ, neque a cauſa externa læſæ vitia a magna contuſione nata; etiam fracturam dari. Crania absque ſuturis, quæ aliquoties noſter vidit. Nuces frangi, cum tamen cranii magna adeſſet fractura, neque iſtis vulgaribus ſignis fidem poſſe adhiberi: & in univerſum unico ſigno fidi non poſſe. Fuſe de commoto cerebro, de vaſis ſub cranio ruptis. A ſanie per cranii poros (vaſorum vias) intra cranium penetrante integrum neque fractum, ſe maxima vidiſſe ſymptomata. Parcam ſaniei copiam, quæ per fiſſuram ſubiverat, maxima feciſſe ſymptomata, quæ eraſa fiſſura & emiſſa ſanie ſublata fuerint. In homine non puero depreſſum ſe vidiſſe absque fractura cranium. Depreſſum cranium admota terebra elevavit. Fracturas, fiſſuras, & depreſſiones nonnunquam absque manus auxilio ſanari. Curavit, cui per errorem oſſeum fragmentum ſub ipſum vicinum os depreſſum duram membranam urgebat. LAURENTIO MEDICEO Urbini Duci os ſub os, ut ſolet loqui, depreſſum terebra cranio feliciter reſtituit. Duram membranam utique undique cranio adhærere; ſeparari tamen a ſanguine de rupta venula effuſo, ſeparatum ſiccari. Medicos male Chirurgiam dedignari, chirurgulos ad ægros ducere, & cæcum a cæco duci, cum priſci medici omnes Chirurgiam exercuerint. Multa cerebri vulnera curavit, profundum etiam a ferro factum, quatuor digitos longum, inque cerebrum demerſum, in quo cum ſanies reſediſſet, nata die ſexageſimo epilepſia; liberato ſaniei exitu; inmiſſa in ipſum cerebrum turunda, nervorum diſtentio conquievit, & æger ad ſanitatem rediit. Duram membranam corruptam ſæpe ſe ſolis medicamentis emendaſſe. Sæpe ad diem uſque vigeſimum nulla ſe ſymptomata offerre, & tum demum, etiam cum funeſto eventu erumpere, quæ ſint a ſanie in imis collecta. Malorum externorum capitis curatio, in quibus oleo roſato fere utitur. Si cauſa mali fortior fuerit, debere cranium uſque incidi, ut de ejus ſtatu conſtet. Terebinthinam, ut acrem, non valde probat. Ceratum humanum laudat, quod mumia ſubit. Magnam ſæpe jacturam cranii

 fieri,

fieri, ut decuſſum enſe totum os frontis, quod reſecare neceſſe fuerit; nudata dura matre ſyſtolen & diaſtolem conſpicuam fuiſſe, & tamen cute ſutura conjuncta malum ſublatum. De curatione fracti cranii per potionem vinoſam: vidiſſe ſe egregie ſucceſſiſſe non probare tamen; ſic neque eos, qui ſolis emplaſtris utantur, & plerumque certe manus auxilium requiri; ſæpe etiam os removeri, etſi nonnunquam non ſit neceſſe, quos faventes caſus noſter enumerat, propoſitis exemplis. Exponit quoties id ſit neceſſe. Tota curatio & multum medicamentorum. Contra aquæ vitæ uſum. Quibus in caſibus continuo os removere oporteat; in quibus expectare liceat. Os non debere removeri, niſi dura membrana ſeceſſerit. Robuſtos homines præter omnem legem convaleſcere, ut ex fiſſura, quam nolebat eradi, juvenis, cujus os natura denique expulit; alios cum veneri cibisque indulgerent. Et in temporibus trepanum admovendum, & in ſuturis, ſi neceſſitas audaciam requiſierit. In poſteriori parte os ſe in eodem LAURENTIO MEDICEO feliciter removiſſe. Denuo de oleo roſato ad duram matrem, non ſemper tamen adhibendo, ut omnino noſter MARIANI calumniam non meruerit. In ulceribus ſiphone aptos humores debere injici. Inſtrumenta (cum iconibus). Laudat trepanum aculeo armatum, cum manubrio, tum terebellam manu agitatam ἀβαπτιστον, conicam, cum laminis elevatis, non ſpiralibus. Elevatorium noſtri ſimile. Chirurgum debere pro caſuum varietate propria inſtrumenta invenire. In fiſſura capillari non debere ſymptomata exſpectari, ſed continuo terebram adhiberi, ſecus in penetrante rima. Internæ laminæ cranii fracturam, dum externa integra eſt, eo ævo proprio nomine *maruſin* vocabant. In dura matre incidenda meticuloſus erat. Arabes plerumque legebat, inter eos HALY filium ABBAS. Ita HALLER. V. *pag.* 1519.

MARIANUS SANCTUS BAROLITANUS. Ejus *ſuper textu* AVICENNÆ *de calvariæ curatione dilucida interpretatio.* ROMÆ 1526. 4. min. Cum aliis opuſculis VENET. 1543. 4. & 1647. 4. Contra illiteratos chirurgos. AVICENNAM vulnera capitis fere ſiccantibus medicamentis curaſſe, alios emollientibus, ſe media incedere via. Male magiſtrum ſuum JOHANNEM de VIGO contuſum caput oleis anodynis frigidisque pulueribus curaſſe, deinde inciſum ſetaceo trajeciſſe, quod turundam traheret; ſe vero, cum ægrum præ dolore videret diſperire, meliorem indicaſſe curandi modum. Non debere absque neceſſitate cutem incidi, & os detegi. JACOBUM BERENGARIUM oleo abuti, quem virum noſter ubique perſequitur. Paſſim in terebrando cranio duram membranam lædi, quæ cranium undique contingat. Eam ab oleo omphacino corrumpi. Foramen a terebra factum e vidiſſe undique ſubnato oſſe clauſum fuiſſe. In corpore infirmo vulnus non temere dilatandum eſſe. Vulnera temporum ſæpe funeſta eſſe, ob nervos

vos læſos. Quæ ſymptomata compreſſam duram matrem ſequuntur, ea laxata evaneſcere. Digitale ſibi tribuit, in quo terebra moveatur, quæ cranium perforat. Fragmenta oſſis depacta non debere vi & forcipibus evelli, ſed medicaminum uſu ſolvi: ſed neque malleis utendum. Plumaceola non debere ſuper oſſis ſuperficiem eminere, ne dura mater comprimatur. Moroſius opuſculum, & quaſi *patrui*, plenum præterea aſtronomica vanitate. Ita Haller. V. *pag.* 271.

Phil. Theophr. Paracelsus in *prælectionibus chirurgicis de vulneribus* cap. 6. de vulneribus capitis. Walth. V. *pag.* 272.

Joh. Manardus in *epiſtolarum* &c. L. VI. *epiſt.* 1. de vulnere cerebri, quod negat eſſe lethale. Haller. V. *pag.* 421.

Nicolaus Massa in *iſagoge anatomica* &c. etiam de paralyſi lateris oppoſiti frequente in cerebri malis. Nunquam, niſi vitio, duram membranam a cranio ſemotam eſſe.

Idem in *epiſtolarum* &c. L. II. *epiſt.* 11. multa exempla vulnerum cerebri ſanatorum, cum aliquid de pulpa periiſſet. Ex retenta ſanie epilepſia, ſublata cannula inmiſſa exitu ſaniei liberata. Diuturnum ulcus cerebri ſanatum denique injecto vini ſpiritu. Haller. V. *pag.* 273.

Hieronym. Cardanus in L. *de cauſis & ſignis* &c. pag. 128. vulnus cerebri. Walther.

Idem in *contradicentium medicorum* L. II. Paris. 1565. 8. &c. in tract. 1. n. 5. exempla aliqua cerebri vulnerati absque funeſto eventu.

Idem in *commentariis ad aphoriſmos Hippocratis* Patav. 1653. 4. Qui de cerebro partem æqualem ovo amiſerint, ſuperſtes per tres annos, ſed ſtupidus. Bononiæ omnes interire, quibus caput ſit vulneratum. Haller. V. *pag.* 374.

Joh. Fernelius in *Pathologiæ* L. VII. atrociſſimum a læſa meninge dolorem ſequi docet, qui nullus eſt: cerebrum tantum in plenilunio calvariam replere. Symptomata tamen non prætervidit, quæ in calvariæ læſionibus ſero ſuperveniunt.

Idem *de abditis morb. cauſſis* &c. etiam apoplexiam & ſanguinem effuſum deſcribit. Ita Haller. V. *pag.* 273. & 1095.

Vidus Vidius *de curatione membratim* L. VI. cap. 2. de vulneribus capitis cognoſcendis & curandis. Walth. V. *pag.* 375.

J. Phil. ab Ingrassia. Ejus *jatrapologiæ* &c. adjecta eſt *quæſtio utrum in capitis vulneribus, phrenitide atque etiam pleuritide, exſolvens nuncupatum, an leniens duntaxat congruens ſit.* Reſpondet, in vulnere capitis alvum poſſe pilulis cochiis duci. Ita ſi febris mitis fuerit; ſi valida,

pru-

prudenter alvum movendam. Si meninges inflammatæ fuerint, adhuc cautius purgandum, & moderatis lenitivis. Diligenter veteres legerat. HALLER. V. *pag.* 6.

AMBROSIUS PARÆUS in *maniere de traiter les playes* &c. Sanatum vulnus cum jactura cerebri. Fractura, in qua interior calvæ lamina fracta, exterior integra manſit, feliciter inciſa dura mater, ut puri exitus pararetur. Sanatus lanceæ ictus, qui ducem GUISIUM (ideo dictum *le balafré*) ſub oculo percuſſerat, ut ſub aure alterius lateris exiret.

Ejus *methode curative des playes & fractures de la tête humaine, avec les portraits des inſtrumens neceſſaires pour la curation d'icelles.* PARIS 1561. 8. Non habuit HALLERUS hanc editionem, dicit tamen reſpondere in *collectione operum* partem libri IX. A leone impreſſa vulnera venenata fuiſſe, a ſe tamen inciſione repetita, ſanguiſugis denique lente ſanata. Cranium ne vino quidem tangendum. Olei ferventis uſum rejicit. Terebratio: terebra ſimplex *trephine*: tum manubriata altera cum cylindrica corona ſimplici, absque laminis: ſtylo armata & inermis. Cunei ad excindendum cranium, nunc quidem obſoleti. Cavendum a vulnere ſinus frontalis. Muſculum temporalem ad HIPPOCRATIS modum vetuit incidi, & trepanum admovet, in temporum contuſo vulnere, atque oſſea fragmenta exemta fuiſſe felici eventu in graviſſimo caſu. Sanatum fuiſſe miratur, cui cranio læſo, vermes ſupra duram membranam repebant. Eam duram membranam jubet diſſecare, ſi ſanguinem aut pus ſub ea conſpexeris. Acria medicamenta ab ea meninge facile ferri. In cerebro non raro abſceſſus gigni.

Idem in *collectione operum* L. IX. ſe decimo ſeptimo etiam die feliciter eſſe trepano uſum. Apoſceparniſmo detruncata oſſea ſquama, vix hærens, tamen reconciliata. Pro reſonitu exemplum ſanguinis in alterum latus effuſi, detecti die vigeſimo primo. Sic integra etiam manente lamina exteriori frangitur ſubinde interior. Ex commotione & ſanguine ſupra duram membranam effuſo HENRICUS II. interiit, omnibus integris. Sæpe convulſio fit in latere alterno. Vehementiſſima contuſio repetita venæ ſectione ſuperata. Trepanum, quam BERENGARII rudius, cylindricum, absque laminis. Suturas vitat, duram membranam incidit. Vulnera tunicæ adnatæ aromaticis fomentis oportet ſanare. HALLER. V. *pag.* 301.

PAULUS JULIARIUS. Ejus *de curatione vulnerum capitis libellus.* VENET. 1549. 12. VERON. 1581. 4. Trepanum tunc ſolum permittere, quando ſanguis aut pus ſub calvaria effunditur. Cavere jubet ab aëris ad cerebrum & ad duram membranam acceſſu. HALLER.

AMA-

Amatus Lusitanus in *curationum* &c. *centuria* I. calvariam depreſſam cucurbitula cum multa flamma evocavit. In *cent.* II. in occipitis fractura ſuper lamdoideam ſuturam, nihil veritus contraria præcepta veterum, noſter cranium perforavit. Vulnus enſe in cerebrum penetrante inflictum curatum. In *cent.* IV. Inciſa, ut videtur, calvaria, ut tamen vulnus ad meninges non pertingeret. Os eroſum oleo roſaceo cum ovo impoſito, ſanitas reſtituta. In *cent.* VI. Integer tractatus de capitis vulneribus. Ad terebrandam calvariam modiolum rejicit; præfert terebram manubriatam cum clavo turbinato, frequentibus ſcabris foraminibus compuncto. Oſſis fracti undique exeuntibus partibus, inſula oſſea in medio libera manſit, quæ confirmata eſt & convaluit. Poſt exemta fragmenta rigor die ſeptimo ſæpe rediens, & tamen ſecedentibus oſſiculis denique plena ſanatio. Cerebri particulæ amiſſæ; felix eventus. In *cent.* VII. A variis cranii injuriis aut memoria amiſſa, aut unius oculi viſus, aut utriusque. Haller. V. *pag.* 314.

Bartholomæus Maggius. V. *pag.* 1699.

Christoph. a Vega in *commentariis* &c. debere duram membranam aperiri, ut ulcus mundari poſſit. Haller. V. *pag.* 1700.

G. vel J. Chretien edidit Hippocr. *des fractures de la tête.* Rheims 1553. 8. Haller.

Joh. Langius in *epiſtolarum* &c. L. I. Cranium cum ex gravi lapſu fractum eſſet, convulſusque æger, ipſe vulnus incidit. Haller. V. *pag.* 320.

Franciscus Valeriola in *obſervat. medicinal.* L. III. *obſ.* 1; & 8. Vulnus capitis lethale. In L. V. *obſ.* 9. capitis vulnus cum fractura cranii ad duram uſque matrem. *Obſ.* 17. 19. 29. juvenis cui caput vulneratum extra tumultu nimio mortuus. *Obſ.* 21. virgo parvo capitis vulnere neglecto moritur. Walth. V. *pag.* 767.

Idem in *exercitat.* L. III. Ictus funeſtus in caput acceptus, cum cranium integrum eſſet. A globi plumbei vulnere in cerebro accepto, cæcitas & ſurditas. Cranii graviſſimum vulnus absque ſymptomate curatum.

Idem in *locis medicinal.* in *appendice ad loca communia.* Ab ictu tertio demum die apparentibus ſymptomatibus maxima puris copia intra cranium reperta. Haller. V. *pag.* 273.

Idem in *enarrationum* &c. L. II. de vulnere capitis. Haller. V. *pag.* 597.

Les

Les anciens & renommés auteurs &c. V. *pag.* 1673.

ALEXIUS PEDEMONTANUS *de ſecretis* L. I. pag 32. ad percuſſionem & vulnus capitis. WALTH. V. *pag.* 1013.

REALDUS COLUMBUS in L. XV. *de re anatomica.* . . Os temporum fractum ſanatum. HALLER.

LEONHARDUS BOTALLUS *de curandis vulneribus* &c. cap. 16. de ratione vulnerum capitis. WALTH. V. *pag.* 1701.

JODOC. LOMMIUS in *medicinal. obſervat.* L. II. pag. 90. (d) de vulneratione membranarum cerebri. WALTH. V. *pag.* 425.

ANTON. CHALMETHÆUS in *enchirid. chirurg.* L. II. cap. 14. de capitis vulneribus. WALTH. V. *pag.* 274.

HIERONYMUS CRASSUS. Ejus *de calvariæ curatione.* VENET. 1560. 8. HALLER.

GABRIEL FALLOPIUS *de vulneribus in genere* &c. Magnam portionem cerebri ad ſex uncias amiſſam fuiſſe abſque malo: in alia os confractum & amiſſa cerebri particula. Utique labia vulneris in capite conglutinari. Frequenter calvariam contundi, etiam deprimi cute integra. Calamitatem vidit, ut ictu accepto in dextrum latus, abſceſſus in ſiniſtro eſſet, neque tamen admittit, ab ictu alienæ partis os vere læſum eſſe. Ab alapa os temporum depreſſum. Serotina ſymptomata, cum ipſa etiam quadrageſimo die a capitis vulnere ſuperveniant. Supra ſuturam vulnus non debere dilatari. Non debere oſſa confracta facile avelli, dum carnibus adhæreſcunt. Pro oleo roſaceo in vulneribus duram membranam nudantibus. Abſque dolore eam meningem incidi, etſi ſenſu ſit acutiſſimo. Fungos cerebri non vult reſecari. A percuſſo capite æger obmuteſcens, pure per nares & palatum exeunte liberatus eſt. Pueros, quibus calvaria depreſſa eſſet, plurimos ſanavit, cute non inciſa.

Ejus *commentarius in* HIPP. *de vulneribus capitis.* VENET. 1566. 4. Fiſſuras ſanavit die quadrageſimo inciſis carnibus: oſſe, ut vocat, fracto, corpore hominis inverſo. Laminam calvæ internam fiſſam vidit, cum externa integra eſſet. Ut fiat per continuitatem oſſis calamitas ſive abſceſſus in parte oppoſita percuſſæ. Male ſe, etſi feliciter, medicatum eſſe, cum oſſis fragmentum reſectum avulſiſſet, ut videtur, obſcurus enim eſt locus. Muſculum temporalem vetat diſſecare: vult etiam ſede futuræ in terebrando abſtineri. Quæ cauſæ ſint oſſis aperiendi. Inſtrumentum ad eam adminiſtrationem. Abſceſſum duræ membranæ eſſe aperiendum. Ab amiſſa parte cerebri ſanari nonnullos, alios mentis uſum amittere. HALLER. V. *pag.* 1702.

FELIX

(d) Edit FRANCOF. 1643. 8.

Felix Wurz in *practica der Wundarzney* &c. L. I. cap. 6. 7. 8. de capitis vulneribus. Ita Walther. In L. II. cerebro nihil debere imponi: fragmenta oſſium non debere evelli, niſi undique mobilia ſint. Ut magnum apoſceparniſmon ſanaverit. Nullum in vulneribus capitis oleum, neque unguentum adhibendum. Haller V. *pag.* 8.

Pierre Hazard. Ejus *Hippocrates van de Wonden des Hoofds.* Amsterdam 1634. 8. (Confer *pag.* 1770.) Antiquus liber quo narratur de vulnere capiti anno 1528. inflicto, de quo ſubinde cerebrum pullulavit, æger centeſimo die interiit. Haller. V. *pag.* 9.

Marcell. Donatus *de medica hiſtoria* &c. L. II. cæcitas ex vulnere occipitis ſubita. In L. V. vulnera cerebri præter fidem ſanata. Trepanum & cranii fructura. Haller. V. *pag.* 578.

Leonardo Fioravanti in *Chirurgia* &c. L. I. vulnera capitis continuo adſtringit (ſerra), ne aër ſubeat, affundit ſuam quintam eſſentiam, ſuum balſamum, ſuum pulverem, odorem etiam balſami naribus ſupponit, ita graviſſima mala ſanat. In Africa, ſicca regione, capitis: vulnera periculoſa eſſe, ſic Messanæ, in urbe pariter ſicca; Panormi in humido ſolo, facile ſanari, ſic Romae. Tunc herbas dicit vulnerarias, conjunctas oleo. Haller. V. *pag.* 9.

Joh. Fragosus in *Chirurgia univerſal* L. II. Panormi, in aëre humido, vulnera capitis facile ſanari, contra Messanæ. Longa hiſtoria vulneris capitis, quo infelix Carolus Philippi filius fere exſtinctus eſt, & exemta cranii particula ſero convaluit. Haller. V. *pag.* 9.

Volcher Coiter in *obſervationibus* &c. in brutorum animalium cerebris incidendis, experimenta fecit, partem magnam exemit, nulla principali facultate læſa, ut etiam aves absque cerebro vivant. Recte monet, & exemplo proprio vincit, plus eſſe periculi in capitis vulneribus, in quibus dura membrana cerebri integra manſit. Eam, quoties humor ſubtus effuſus eſt, animoſe ſuadet incidere. Ex vulnere cerebrum ſolere pullulare. Non debere pro deſperatis deſeri, quibus fungi de cerebro efflorescunt. Vulnus ſanavit, quod ad ventriculos uſque cerebri penetraverat, tamen ut æger mentis integritatem non recuperaverit. Graviſſimi cerebri vulneris a bombarda inflicti exemplum in principe, quem Coiterus, præter omnem opinionem, amiſſa cerebri particula ſervavit. Haller. V. *pag.* 10.

J. Andr. della Croce in *Chirurgia* &c. Occipite percuſſo cum ſævis accidentibus ſalutarem fuiſſe ſanguinis per nares fluxum. Oleum roſaceum in cranii fracturis non nocuiſſe. Vulnera cerebri & membranarum ſæpius ſe ſanaſſe. Cum os ſincipitis & temporum fractum eſſet, ſolum

perforavit os ſincipitis, felici eventu. In temporibus muſculum incidit, & ſupra ſuturas terebram admovit, absque malo. Trepana depingit, & alata & abſque alis. HALLER V. *pag.* 10.

FRANCISCUS ARCÆUS *de recta curand. vuln. ratione.* Maximum vulnus capitis, late deſtructis oſſibus, balſamo adhibito ſanavit: renata duriſſima caro duram membranam operuit. Cerebri etiam cum jactura facta eſſet, & convulſio adeſſet lateris dextri, ſiniſtri paralyſis, ægrotum fato eripuit. HALLER. V. *pag.* 1704.

ANDREAS ALCAZAR in *Chirurgia* &c. Vulnera etiam capitis.

Ejus *de vulneribus capitis* . . . . . 1582. fol. HALLER. V. *pag.* 10.

HORATIUS AUGENIUS in *epiſtol. med.* L. IX. *epiſt.* 2. de vulnere capitis. WALTH. V. *pag.* 427.

JOSEPH. du CHESNE in *ſclopetario* &c. cap. 1. de vulneribus capitis cum fractura oſſium. WALTHER. V. *pag.* 1705.

MATTHIAS NARVATIVS. V. *pag.* 10.

DOMINICUS LEONVS in *artis medendi* &c. Sect. I. L. I. cap. 2. de capitis vulneribus. Cap. 21. de dolore capitis ex percuſſione. WALTH. V. *pag.* 378.

BARTH. PERDULCIS & TH. SCOURION *E calidum vulneribus capitis amicum.* PARIS 1577. 4. HALLER.

FRANCISCUS VERTUNIANUS edidit HIPPOCRATEM *de vulneribus capitis* PARIS. 1578. 8. addito Græco textu, cum *ejusdem ſuarum caſtigationum explicatione* PARIS. 1578. 8. Cæterum VERTUNIANUS aliquas etiam ſuas habet adnotationes: duram meningem ad pus emittendum ſuadet incidere. HALLER.

J. JUSTUS SCALIGER ſub nomine NICOLAI VINCENTII Pictavienſis animadvertit in *epiſtola ad dictata* J. MARTINI in L. HIPPOCRATIS *de vulneribus capitis.* Reſpondet J. MARTINUS in *reſponſ. ad* JOH. SCALIGERI *epiſtolam.* PARIS. 1578. 8. HALLER.

JULIUS CÆSAR ARANTIUS, Bononienſis, BARTHOLOMÆI MAGGII avunculi ſui diſcipulus, celebris anatomicus. Ejus *in* HIPPOCRATEM *de vulneribus capitis brevis commentarius.* LUGDUN. 1579. 8. LEID. 1639. 12. in qua editione CLAUDII PORRALTI adnotationes marginales acceſſerunt, qui has ſui præceptoris prælectiones edidit. Commentarius fere paraphraſticus eſt. Cauſas enumerat, quare vulnera capitis funeſtum ſortiantur eventum. Adjecit ARANTIUS prætermiſſa ab HIPPOCRATE de contuſis puerorum capitibus. Non facile debere puerorum contuſa capita aperiri, cataplaſmatibus enim farinoſis ea obſequi. HALLER.

J. Udalr. Rumler in *obſervationibus* &c. Vulnus capitis ſero funeſtum, ſanguine ſub cranio effuſo. Florentiæ omnes perire, quibus caput læſum fuerit. Accuſat nimis ſtrictam victus rationem. Haller. V. *pag.* 338.

German. Courtin in *leçons anatomiques* &c. L. X. de vulneribus capitis. Haller. V. *pag.* 11.

Rembert. Dodonæus in *medicinal. obſervat.* &c. *cap.* 2. de vulnere capitis. Cap. 3. de cerebro punctim læſo. Ita Walth. Adnotationes de cerebri concuſſione funeſta, de effuſo intus ſub calvaria ſanguine. Ita Haller.

Idem in *exempl. med.* &c. Os petroſum fiſſum. Magna ſymptomata cum ſola cutis capitis læſa eſſet. Sopor funeſtus ex punctorio cerebri vulnere. Haller. V. *pag.* 506.

Justus Ortloph. Maroldus in *practica medica* &c. pag. 10. ad contuſionem capitis. Walth. V. *pag.* 379.

Philipp. Hardouin de S. Jacques & Jacob. Herault *ergo inter capitis τρωματα, βρεγματος periculoſa.* Paris 1581. 4. Haller.

J. Baptista Carcanvs, medicus Mediolanenſis, Profeſſor Ticinenſis. Ejus *de vulneribus capitis* liber abſolutiſſimus. Mediolan. 1583. 4. Fallopii diſcipulus, nimis meticuloſi, vir inſignis, & in anatome, uti eſt notiſſimus, & in chirurgicis, cui Vesalii munus ſit oblatum. In pauperibus artem ſe potiſſimum dicit exercuiſſe, ipſe pauper. Quingentos milites ſe Mediolani curaſſe. Verboſior paulo. De vulneribus primum ſuperficiei capitis. Medicamenta emollientia rejicit, niſi quando pus jam generatum eſt, digeſtiva parce adhibet, & omittit, quamprimum ſigna adſunt digeſtionis. Muſculum temporalem audacter incidit, neque convulſionem metuit, quoties os ea ſede fractum eſt. In ſtlopetariis vulneribus Maggii conſilia laudat. Fiſſuras callo repleri contra Celsum negat. Sectiones cutis Fallopianas cum punctis rejicit. Galenum in curandis ægrotis potius nimis felicem fuiſſe. Hiſtoriæ curatorum vulnerum. Cutis incidenda, quando mollis eſt, aut a pericranio receſſit, tum quando ſanguis ſub cute effuſus in hepar quaſi abiit. Fracturis ceratum barbarum ſalutare eſſe. Os ſe vidiſſe repoſitum, cuti reconciliatum fuiſſe. Labella cutis non reſecanda. A ſola denudatione os non abſcedere. A carie calvaria illæſa, cute & dura membrana deſtructa, ſanguinem poſſe & lente ſub calvaria colligi, & ſubito ex magno vaſe effundi. In malignis, aquæ forti & præcipitato argento vivo multum fidit. In L. II. de calvariæ raſione & oenelæo, quod non probat. Simul & ſemel radendum, neque repetendam raſionem, cum vehementer inflammet. Rimas non valde vult eradi, neque perforationem probat, niſi

niſi os depreſſum fuerit. Blandæ curationis ſe felices vidiſſe eventus. Trepani foramen non ſatis firmo oſſe repleri. Contuſiones gravia mala facere, quæ funeſtum exitum ſortiantur, etiamſi calvariam perforaveris. Piæ, potius quam duræ, meningis vaſa rumpi, ſanguinem effuſum fluidum eſſe. Periculoſe cranium terebrari, neque eam adminiſtrationem ægrum in gravi caſu ſervare. Calamitatem non fieri, niſi ſuturis obſoletis. Unicam rimam non totam debere eradi, etſi longiſſima fuerit, & potius bis trepanum admovendum, partem utrinque foramini mediam exſcindendam. Hæmorrhagiam a vaſis ſub calvaria ruptis negat fieri. Trepanum non valde probat, nequidem ſi ſanies ſub calvaria effuſa fuerit. Elevatum feliciter os, quod depreſſum fuerit, multis exemplis confirmat. In L. III. de perforatione, ejus inſtrumentis, idoneo tempore. Perforandum in parte fracturæ profundiſſima, contra GALENUM, ſive craſſum os fuerit, ſive tenue. Fungos non metuit. Prius perforandum, quam magna ſe offerant ſymptomata: periculo plena eſſe, quæ ſero adparent. Cuneolos ligneos in fiſſuras intrudit, ut faniei libertatem faciat effluendi. Non valde credit, gravia illa vulnera cerebri ab aliis ſanata eſſe, ſibi certe non contigiſſe adeo eſſe felicem. Putes utique chirurgis virum ſe adcenſere & diſtinguere a phyſicis. Hyeme vulnera capitis minus eſſe gravia. Qui nimis fervido oleo roſaceo ægrum ſuum occiderit. Poſt funeſtorum ſymptomatum adventum fruſtra calvam perforari. Malleo ſe raro uti, tum lenticulari inſtrumento. Siccantia debere ad os adhiberi. Fere perire, quibus dura membrana denigrata ſit. Contra betonicæ vires. Se feliciter uſum ceruſſa. Ad ſinciput adplicato ab imperito medico cauterio, mors. HALLER.

PETRUS MARTYR TRONI, quem CARCANUS magni faciebat. Ejus *de ulceribus & vulneribus capitis libri* IV. TICIN. 1584. 4. HALLER.

JOH. HEURNIUS. Ejus *de morbis qui ſingulis partibus capitis humani incidere conſueverunt.* LEID. 1594. 4. 1609. 4. HALLER. V. *pag.* 380.

JACQUES GUILLEMEAU. V. *pag.* 11.

ANDREAS DOERER. V. *pag.* 12.

JOH. CRATO in *conſil. med.* L. VII. *conſ.* 55. in ictu capitis.

Idem in *ſingular. obſervat. med.* obſ. 29. de ictu ex lapide in capite. WALTH. V. *pag.* 380.

RODER. a FONSECA in *conſultationum* &c. T. I. *conſ.* 79. de vulnere capitis ſimplici ſine læſione pericranii. *Conſ.* 80. de vulnere capitis cum læſione cranii. Aliqua medicamenta vulneraria præſtantia ſuſe deſcripta. WALTH, V. *pag.* 381.

PE-

Petrus Forestus in *obſervationibus chirurgicis* Vulnera etiam capitis.

Idem in *obſervationibus*, quæ ab anno 1589. Leidæ prodierunt, in L. VIII. mala etiam capitis. In L. IX. interna capitis mala ex cauſa externa nata, ut caries ex fractura calvariæ; paralyſis ex ictu teli, non læſa calva, felix exemplum. Haller. V. *pag.* 381.

J. Petrus Passerus, Bergomas, Gabrielis Cunei diſcipulus. Ejus *de cauſis mortis in vulneribus capitis & de recta eorum curatione*. Bergomi 1590. 4. Nuper caput læſos Bergomi plerumque interire; etiam ex non magno malo, caſu aliquos & ab aliena medicatione, ut a violento medicamento clanculum adhibito. Purgantia vehementiora nocere. Aërem patriæ ſuæ tenuem eſſe. Non frequentes eſſe, qui perite ſciant calvariam aut deradere, aut perterebrare. Ab incidente inſtrumento non læſa dura membrana, & tamen ſub ea effuſus ſanguis. Ex gravi lapſu pulſus cordis perpetuum ſilentium. Caries oſſis, cum tegumenta læſa non eſſent, a lignei rami ictu, ſero intellecto malo ex ſupervenientibus ſymptomatibus: pus effuſum funeſto eventu. Os colliſum deradendum, quoad naturalis color appareat. Trepano omnino prius utendum, quam ſymptomata ſe offerant. Sanati aliqui, quibus dura cerebri membrana computruerit. Serius licet, oſſe ad diploen eraſo puri facta via, & ſalus. Contra coronata trepana: non poſſe fieri, quin aſperum os relinquatur. Neceſſitas radendi, quando ſolo oſſe corrupto tamen mors ſupervenit, eraſo vero oſſe ſanitas reſtituitur. Minime male ſcriptus liber, neque imperite. Ita Haller.

Eustach. Rudius in *artis medicæ* &c. L. I. cap. 18. 19. de vulneribus capitis. Walth. V. *pag.* 382.

Hieronym. Fabricius in *Chirurgie* &c. L. II. cap. 13. de vulneribus capitis. Cap. 20. de vulnere membranæ cerebri, & ipſius cerebri. Ita Walther. Calamitatem ſe vidiſſe, fiſſamque calvariam, quam partem æger adliſerat. Vulnerato pericranio os radendum. Ita Haller. V. *pag.* 302.

Guiliel.m. Fabricius in *obſervat. chirurg. centuria* I. Commotio cerebri funeſta, cum nihil extus læſum videretur. Sanati, qui partem cerebri amiſerant. Putrida dura cerebri membrana cum vermibus, æger tamen ſanatus. Mortes capite læſorum ex ira, ex venere. Ex lapſu, cum malum leve videretur, mors, ſanguine ſub calvaria collecto. In *cent.* II. Globulus plumbeus ſex menſibus in cerebro retentus absque malo. Depreſſi cranii pluſcula exempla & elevati, vecte longo, qualem nuper etiam delineaverunt; & cucurbitula, & glutinoſo emplaſtro. Cephalæa vulnere in ſuturarum conjunctione accepto ſublata.

Nimis inciſionem temporalis muſculi metuit. In *cent.* III. Ab ictu lapidis calvaria nihil paſſa, alterius oculi uſus amiſſus & diuturno multorum annorum mala, A depreſſo cranio ingenioſi pueri ſtupiditas. In *cent.* IV. DANIEL NABOROWSKI de milite ſub oculo haſta trajecto, ut ferramentum caſſidi adhæreret, tamen ſervato. JOHANNIS de BURGO cranii ſecundo menſe a percuſſione capitis felix terebratio. HILDANUS per exempla docet, ſerius aliquando bono cum effectu trepanum admoveri. In *cent.* V. Iterum cæcitas ex cerebri commotione cranio non læſo: alia commotio poſt aliquot menſes funeſta. Fracturam calvariæ enormem cum depreſſione ab equi ictu noſter feliciter reſtituit. Sic vulnus cum cerebri parte deleta LUDOVICUS SCHMIDT. Ita HALLER. V. *pag.* 274.

LUDOV. MERCATVS in *inſtit. chir.* L. I. tract. 2. *inſtit.* 8. de capitis contuſione & vulnere. WALTH. V. *pag.* 383.

NICOL. ABRAHAM FRAMBESARIUS in *canon. & conſultat.* L. VIII. pag. 555. &c. vulnera capitis & fractura. Ita WALTHER. Fractura calvariæ & fragmentum oſſeum in piam meningem depactum. Inciſa dura membrana, ut puri exitus pateret, felici eventu. Cum in alio caſu poſt terebræ uſum eadem meninx nigreſceret, tamen ſe paſſa eſt reconciliari. Iterum dilatato calvariæ aditu, ut ea meninx ſe poſſet mundare, graviſſimum a diſſiliente ſclopo inflictum vulnus curatum. Ita HALLER. V. *pag.* 14.

PETR. PALMIER & MARTIN. AKAKIA. *ergo a capitis τρώματι oppoſitæ partis convulſio.* PARIS 1597. 4. HALLER.

JOH. SCHENK in *obſervation. med. de capite humano obſ.* 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 30. 31. 32. 34. 66. varia capitis & cerebri vulnera. WALTH. V. *pag.* 16.

IOSEPHUS FENTON. V. *pag.* 1711.

BARTHOL. CABROL in *alphabet anatomique* &c. Vulnus ſtlopetarium, cerebri particula amiſſa, paralyſis lateris adfecti, quæ omnia mala ſe paſſa ſunt ſuperari. Fractura cranii nudata integra dura membrana, amiſſus inde rationis uſus poſt annos reſtitutus. Mirificum vulnus ſtlopetarium, quo per labium ſuperius perforatum bregma, ſanatum. Vulnus cerebri cum ferramento impacto ſanatum. HALLER. V. *pag.* 275.

FELIX PLATERUS in tract. II. *de doloribus* cap. 17. de capitis vulneribus. WALTH. V. *pag.* 385.

JOH. ERABO CHAMISSO. V. *pag.* 16.

J. KEGLER. Ejus *τα χειρȣργȣμενα περι τρωματων*, *ſ. ſumma de capitis vulneribus.* LIPS. 1606. 4. HALLER.

PETR.

Petr. Matth. Rossius in *conſultationibus* &c. Os fractum, inque duram cerebri membranam depreſſum evulſit, ægrum ſanavit. Graviſſimam cerebri commotionem feliciter diſcuſſit. De capitis vulneribus varia, deque trepano: & in magnis malis felix medicatio. Haller. V. *pag.* 322.

Petr. Pigraus in *epitome* &c. A preſſione temporis valida maxima ſymptomata, ſopor etiam & hemiplegia: & tamen ſenſim pene ſponte malum ſanatum, præter ſuperſtitem brachii paralyſim. In mortuis ex capitis læſionibus fere in jecore abſceſſum eſſe. Et ex parvis malis ægrotos perire, & ex maximis convaleſcere, ut in ampliſſima calvariæ fractura cum paralyſi univerſi corporis conjuncta. Haller. V. *pag.* 17.

Sebast. Cortilio *de chirurg. inſtitut.* L. II. cap. 8. 9. 10. de vulneribus capitis. Cap. 12. de cerebro læſo. Walther. V. *pag.* 17.

Henr. Smetius in *miſcellaneorum* &c. L. IV. Paralyſis dextri brachii cum capitis pars ſiniſtra percuſſa fuiſſet. Vulnerum capitis funeſtorum pluſcula exempla, etiam cum calvaria non eſſet violata. Ab ictu pus ſub dura membrana cerebri, cum calvaria integra effuſum, eventu funeſto, mente nihil paſſa. Haller. V. *pag.* 436.

Daniel Sennertus in *Medicinæ practicæ* L. I. cap. 22. de vulneribus capitis. Cap. 24. de vulneribus cerebri. Walther. V. *pag.* 17.

Petr. van der Stylle in *chirurgiſches Handbuch.* Parte IV. cap. 11. de vulneribus capitis. Walth. V. *pag.* 555.

François Dissaudeau. Ejus *commentaire ſur* Hippocrate *des playes de tête.* Saumur 1612. 12. Rouen 1658. 12. Haller.

Gregor. Horst in *obſervat. medicinal.* Vulnus cerebri cum paralyſi ejusdem lateris & alterni lateris convulſione.

Idem in *obſerv. med. ſingul. libr. quatuor poſter.* Vulnera cerebri cum integris mentis muniis.

Idem in *complem. ad librum II. conſult.* &c. Vulnus per orbitam inflictum cuſpide ferrea ad os cuneiforme hærente, tamen curatum; ſic ſagitta Turcica per palatum trajecta. Haller. V. *pag.* 276.

J. B. Cortesius. Ejus *tractatus de vulneribus capitis.* Messanæ 1632. 4. Adjecti tractatuli de contuſione calvariæ in pueris & de hidrocephalo. Commentarius eſt in Hippocratem de vulneribus capitis cum interpretatione latina. Græca vitioſa ſunt. Trepanum paſſim feliciter a Tagliacotio admotum. Trepanum in futuris admittit. Inſtru-

Inſtrumenta fere ex PARÆO. Nocere lanea involucra. In pueris ſectione abſtinet. HALLER. V. *pag.* 17.

LUDOVICUS SEPTALIUS in *animadverſ. & curat. libris duobus* Patav. 1630. 8. &c. Duo exempla ſymptomatum ſero & poſt menſem ſubnatorum, cum pus ſub calvaria eſſet, & per ejus poros erumperet, tandemque enorme fragmentum abſcederet, felici tamen eventu. HALLER. V. *pag.* 18.

JOH. VIGIER. in *operum chirurg.* L. II. cap. 16. de vulneribus capitis. WALTH. V. *pag.* 1676.

PETRUS POTERIUS in *inſign. curat. centuria.* II. cap. 6. de vulneribus capitis. WALTH. V. *pag.* 387.

PETR. PAAUW. in *primit. anatom.* &c. ſinuum frontalium vulnera non coaleſcere. Convaluiſſe absque ſymptomate, cui temporum muſculus laceratus eſſet & os colliſum.

Ejus *ſubcenturiatus anatomicus continens commentaria in* HIPPOCRATEM *de vulneribus: additæ in aliquot capita* C. CELSI *explicationes* LEID. 1616. 4. Proemium libri HIPPOCRATICI ſpurium eſſe. Præter commentarium paraphraſticum adnotationes intercedunt propriæ. Fiſſuram neglectam, cum cutis coaluiſſet cranium infeciſſe, & duram meningem, ſubitamque longo poſt tempore necem intuliſſe. A levi depreſſione corrupta calvaria & infecta funeſto eventu meninx. De apechemate: a lapſu interna tabula fracta depreſſa, cum externa integra eſſet. Terebra & reliquum inſtrumentum ad fractam calvariam. Periculoſum eſſe rectum in calvam glandis ex ſclopo emiſſæ ictum, non ita amplam diacopen. Frequentius á faſciis ſtrictioribus neque ſolutis, gangrænæ. Iterum temporum os absque malo diffractum: & muſculum ſecundum ductum fibrarum absque metu incidi. A lamina oſſéa corrupta & ſeceſſura curatio protrahitur, carnesque malæ notæ ſuccreſcunt. HALLER. V. *pag.* 1337.

CÆSAR MAGATUS *de rara medicatione* &c. L. II. contuſiones calvariæ vehementer metuit, quæ gangrænas pariant. Rimam non penetrantem totam debere deradi, non ita ſi penetraverit. Moriuntur, quibus ſeptima die os decolor eſt, pueri tamen minus. Ante quartum diem faſciæ non removendæ. Oſſe integro a lapſu delirium, ſenſus amiſſus. Corpora peregrina non ante ſuppurationem removenda. Oſſa negat interius conſolidari cum callus extus tantum adhæreſcat. Aliqua exempla depreſſi absque ſymptomate cranii, etiam in adulto. Contuſiones cranii periculo plenæ, ob gangrænas. Os denudatum etiam absque exfoliatione ſanari. Serotinæ febres valde funeſtæ. Magna portio cranii fracta vacationem facit trepani. HALLER. V. *pag.* 1713.

GULI.

Guil. Ballonius in *epidem. & ephemerid.* L. II. pag. 251: capitis vulnera etiam levia non negligenda.

Idem in *conſiliorum* &c. L. I. *conſ.* 49. de capitis vulnere. Walther. V. *pag.* 387.

Franc. Peccetti in *Chirurgiæ* L. I. cap. 53. de variis capitis vulneribus. In L. II. cag. 72. de cerebri & piæ matris vulnere. Walth. V. *pag.* 18.

Franc. Joel in *operum medicorum* T. II. L. I. ſect. 4. pag. 36. Vulnus capitis. Ita Walther. Cranium terebella ad id opus fabricata curaverat elevari. Nimis timidus, non vult tangi ægros, quibus in oſſe temporum vel in ſutura os fractum eſt. Ita Haller. V. *pag.* 18.

Henr. Petræus in *Handbüchlein* &c. L. III. cap. 10. &c. de vulneribus capitis. Walth. V. *pag.* 18.

Lazarus Riverius in *obſervat. communicat. obſ.* 31. Cranii depreſſio. *Obſ.* 38. vulnus capitis cum contuſione. Walth. V. *pag.* 388.

Eusebe Langlois in *quæſtionibus medicis* Montpel. 1617. 4. an in qualibet cranii fractura adhibenda terebra.

Abernethe' ibid. an præciſo cerebro neceſſe ſit febrem & vomitum ſupervenire. An epilepſiæ cranii perforatio. Haller.

Matth. Lud. Glandorp in *ſpeculo chirurgorum* &c. remoto oſſe (evitata ſutura) pus ſub dura membrana effuſum, inciſa eadem emiſit, felici eventu, cerebri parte non modica ablata, etſi convulſiones & alterni lateris paralyſis acceſſerant. A fragmentis cranii in cerebrum demerſis, neque extractis, mors, magno in cerebro abſceſſu nato: cerebri motum chirurgi viderant. Alii caſus funeſti & alterni lateris paralyſis, A Spigelio ſepties repetita terebratione ægrum ſanatum vidit. Pro apechemate. A temporali muſculo lacerato alterius lateris muſculus convulſus. Haller. V. *pag.* 1715.

Melchior Sebiz. V. *pag.* 1715.

Sthephanus Manialdus. V. *pag.* 691.

Henr. ab Heers in *obſervationibus* &c. Ab ictu nulla parte læſa, mors, a ſanguine ſub calvaria effuſo. Haller. V. *pag.* 364.

Phil. Hoechstetter in *raris obſervationibus* &c. Sagittæ cuſpis, qui triginta annis in orbita hæſerat, per palatum egeſtus. Ex capite percuſſo icterus. A capitis contuſione ſurditas & mutitas congenita ſanata. A vulnere neglecto cerebri corruptio. Haller. V. *pag.* 19.

J. Rud. Camerarius in *ſylloges memorab. cent.* VIII. part. 60. vulnus capitis lethale in ſene. Alberti. V. *pag.* 19.

Phil. Salmuth in *obſervat. med. centuria* I. pag. 12. Dura mater vulnerata male curata; pag. 128. vulnus cerebri curatum. Walth. V. *pag.* 442.

Petr. Joh. Fabrus in *Chirurg. ſpagyric.* Sect. II. cap. 11. de vulneribus capitis. Walth. V. *pag.* 19.

J. Ant. Lambert in *commentaires ſur la carie* &c. Juveni ictu capitis fracta calvaria, ruptis meningibus, fungis pullulantibus ſubinde reſectis, etiam ab ebrio ægroto evulſis, ut pus ad corpus calloſum deſcenderet, æger tamen ſanatus. Haller. V. *pag.* 20.

Jacob. Primeroſius in *enchirid. med. pract.* Parte I. pag. 182. Vulnera cranii. Walth. V. *pag.* 443.

Senguerdus in *oſtologia* . . . . . . narrat exemplum evidentiſſimæ calamitatis calvæque & in loco vulneris fractæ & in oppoſito. Haller.

Joseph. Covillard in *obſervations* &c. Vulnera ſclopetaria gravia, inter ea glans in orbita latens, illæſo oculo, & oculus conſervatus, quem ſtlopi ictus de orbita ſeparaverat. Haller. V. *pag.* 303.

Joh. Agricola in *Chirurgiæ parvæ* Tract. II. de vulneribus capitis. Walth. V. *pag.* 21.

Wolfg. Hoefer in *Herculis medici* &c. tract. de capitis affectibus cap. 4. de vulneribus capitis. Walth. V. *pag.* 390.

Phil. Gruling in *curat med. centuria* I. *cur.* 6. de privatione animalis functionis in virgine ex alliſione capitis ad lignum. Walth. V. *pag.* 391.

Joh. Rhodius in *obſervat. med. centuria* I. *obſ.* 30. de capitis contuſione ſanata ſine perforatione cranii. *Obſ.* 31. cranii vulnus præter ſpem ſanatum. *Obſ.* 32. cerebri vulnus non ſemper lethale. Walth. V. *pag.* 447.

In *tractatu* . . . Fragoso Secundo. V. *pag.* 22.

Claud. Germain. V. *pag.* 712.

Nicolaus Tulpius in *obſervationibus* &c. Defracta a lapſu calvaria in cerebrum impreſſa, hujus non modica pars exemta: reſolutio funeſta lateris alterni. Calvaria extus integra intus repetito fiſſa, funeſto eventu, etſi trepanum admotum fuerat. His ſanguis erat in imum caput effuſus, ſervati alii, in quibus terebrato cranio educi potuit. Hæc in prima editione operis. In reliquarum L. IV. memoria ab ictu in occiput deleta. Caput in ſiniſtrum latus obſtipum, inciſo muſculo reſtitutum. A vinculo caput in latus detractum, eo vinculo reſecto reſtitutum. Haller. V. *pag.* 22.

Jacob.

JACOB. BONTIUS *de medicina Indorum* L. III. A magna colliſio-ne totum os, quod ſutura lambdoidea circumſcribitur, exemtum fuiſſe felici eventu. Sutura a chirurgo pro fiſſura habita, quem errorem BONTIUS de-texit. HALLER. V. *pag.* 448.

THOM. BARTHOLINUS in *hiſt. anatom. centuria* III. IV. Vulnus ſclopetarium occipitis poſt minacia ſymptomata ſanatum. Pars corii capil-lati capitis evulſa & reparata. Gladioli particula in cerebro diu geſtata. In *cent.* V. Ictum lapide caput, convulſio in latere alterno. Cum ab ictu nulla extus culpa conſpiceretur, fiſſura, fractura, ſanguis ſub calvariam effu-ſus, mors. HALLER.

Idem in *Actis Hafnienſ. Vol.* II. *obſ.* 132. Fruſtum teli ferrei in ce-rebro 14. annis hærens. ALBERTI. V. *pag.* 23.

JOH. JOHNSTONUS in *ideæ univ. med.* L. VIII. cap. 8. art. 1. de vulneribus capitis & pericranii. WALTH. V. *pag.* 391.

J. PETR. LOTICHIUS in *conſil. & obſervat.* L. VI. cap. 8. *obſ.* 3. vulnus capitis contuſione factum. Ita WALTHER. A cranio perforato mors, cum nihil tentaretur ad emittendum tabum. Vulnus ſclopetarium per ma-lam infixum, glande ad principium medullæ ſpinalis hærente nec educta. Ita HALLER. V. *pag.* 23.

JOSEPH. SCHMIDT in *Spiegel der Wundarzney* L. I. Vulnera ca-pitis. WALTH. V. *pag.* 23.

PETRUS PACHEQUO in LAZARI RIVERII *obſervationibus* &c. Mortes a ſymptomatibus contuſo capiti ſero ſupervenientibus.

Des GRANDS PREZ ibid. Fractura occipitis ſublata ſurditas. Cra-nium depreſſum evocatum cucurbitula cum flamma admota.

SAMUEL FORMY ibid. Cranium depreſſum cucurbitula elevatum. Cui os temporis confractum eſſet, inciſus audacter temporum muſculus, oſſicula exemta. V. *pag.* 684.

OZIAS AIMAR ibid. Trepanum in temporis oſſis fractura felici-ter adhibitum. HALLER. V. LAZARUS RIVERIUS *pag.* 24.

YSBRAND de DIEMERBROECK in *centum obſervationibus* &c. Vul-nus cerebri ſclopetarium poſt diuturnum ſoporem, amiſſa cerebri particula ſanatum. A ſanguine ſuper duram meningem effuſo & exſiccato mors. Fiſ-ſum eſſe cranium, cum noſter divinaſſet, trepano admoto ſalus. Sic iterum ſanatus, cui chirurgus duram matrem depreſſit, ut ſanguini exitum aperiret. HALLER. V. *pag.* 24.

JOH. VESLING in *epiſtolis medicis* &c. vidit cerebelli particulam acinace ablatam, eventu non funeſto, cum ipſe manum adhibuiſſet. HAL-LER. V. *pag.* 24.

ISAAC CATTIER in *obſervat. med.* Magna ſymptomata a cerebri concuſſione. Ab oſſe vehementius avulſo, ut putat, in cerebro violato, funeſtum apoſtema. Magna ſymptomata in vulnere muſculi temporalis, per ſectionem ſublata. HALLER. V. *pag.* 450.

CONRAD. VICTOR SCHNEIDER. Ejus diſp. *de oſſe frontis.* WITTEBERG 1650. 8. Vulnera ſinuum frontalium.

Ejus *de oſſe occipitis, ejusdem vitiis & vulneribus.* Ibid. 1653. 8. Magnum in eo oſſe vulnus curatum. Alias lamina prima fracta, dum interna integra manſit. Vulnus futuræ non lethale.

Ejus *de vulneribus ſincipitis.* Ibid. 1653. 8. HALLER. V. *pag.* 450.

DOMINICUS PANAROLI in *jatrologiſmorum* &c. *pentecoſte* I. *obſ.* 3. caput trajectum globo ſclopetario, æger ſanatus, non additis tamen auxiliis, quibus tam grave vulnus ſuperatum fuerit. Ita HALLER. In *pentecoſt.* II. *obſ.* 30. a capitis vulnere ſurdus & mutus decimo quinto die recuperata voce & auditu æger convaluit. In *pentecoſt.* III. *obſ.* 27. vulnera capitis etiam levia non contemnenda. Ita WALTH. V. *pag.* 25.

GERHARD GELMAN in *dreyfache chirurgiſche Blume* &c. eſſe ubi ſanguine ſub calva effuſo oculi ſugillentur. Rariſſimam eſſe contrafiſſuram. HALLER. V. *pag.* 25.

JOH. SCULTETUS in *armamentario* &c. Cranium depreſſum externa lamina ſalva, de interna ſquama in meningem infixa. In *centuria obſervationum* &c. In capitis malis audacter & feliciter trepano uſus eſt, etiam valde fero admoto, ex cujus neglectu ſecutas frequentes mortes recenſet. Magnam etiam depreſſionem eo auxilio ſuperavit. Vulnus falcis curatum. Iterum depreſſio cranii cum fiſſura laminæ interioris, exteriori integra. Fracto cranio tamen poſſe oſſicula ceraſorum morſu frangi. A concuſſione forti capite pendulo ſerotina magna mala, etiam paralyſis ſanata. In *appendice* &c. multas & graviſſimorum malorum capitis hiſtorias reperias, ipſius etiam calloſi corporibus. A fractura cranii paralyſis alterni lateris. HALLER. V. *pag.* 877.

PETRUS BORELLUS in *hiſtor. & obſervat. centuria* I. *obſ.* 47. vulnus dimidiæ partis cutis capitis uſque ad aurem, ſola panis albi affi & vino imbuta admotione curatum. In *cent.* II. *obſ.* 19. vulnus per oculi orbitam ad cerebellum penetrans. *Obſ.* 20. fracturæ cranii non apparentes, modusque eas optime cognoſcendi. *Obſ.* 88. cerebri ſubſtantia ſine morte deperdita. ALBERTI. V. *pag.* 25.

BALTASSAR TIMÆUS in *caſuum med.* L. VI. cap. 36. vulnus capitis cranium penetrans. Cap. 37. vulnus capitis cum utriusque membranæ & cerebri læſione.

Idem

Idem in *reſponſ. med. reſp.* 13. Vulnus capitis in oſſe frontis cum fiſſura cranii. *Reſp.* 18. vulnus capitis. WALTH. V. *pag.* 26.

PETRUS de MARCHETTIS in *obſervationibus* &c. Ut ægrum ex fracta calva & corrupto cerebro laborantem noſter curaverit, tum alterum, filamentis carptis cerebro impoſitis. Laminam etiam vitream cum adnexa dura piaque meninge & cerebro extraxit, bono eventu. Sic cui ad corpus calloſum uſque cerebrum erat inciſum (quam ipſam adnotationem, neque ſolam, ZAMZWEERDIUS exſcripſit). Sic iterum oſſa cum meninge utraque e cerebro educta; ſic alium ægrum ſervavit, cui fungus de cerebro effloreſcebat. Sic a clauſo vulnere epilepticum terebra admota ſanavit: ſic quibus calva erat depreſſa; ſic rima ſcalpro dilatata. Contra, funeſta vulnera capitis, cum vel ſub neglecta fractura, vel ſub integra calvaria, ſanguis aut pus effuſſa eſſent, vel ſanies ex læſa calva ſub ea erupiſſet, duramque membranam compreſſiſſet. Ab urſa dilaniatum corium capillatum reſtitutum. Non eſſe ſupra ſuturam, ſed neque in vicinia terebrandum. HALLER. V. *pag.* 26.

LUDOV. CLUEYRAT. Ejus *tractatus de vulneribus capitis.* TOLOSÆ 1657. . HALLER.

J. JACOB. WEPFER in L. *de locis adfectis* &c. paſſim de capitis vulneribus funeſtis aut non funeſtis egit. Cui a ſecuris ictu ſanguis per aures effluxerat, valetudo integra absque trepani uſu eſt reſtituta. Ex impacto capite calvaria integra, ſanguis funeſto eventu per cerebrum effuſus. Varii ab illiſo capite mortui, etiam cui paralyſis alterni lateris ex fiſſura calvæ. A vulnere enſe inflicto ſero ſymptomata ſuperuenerunt, mors ſucceſſit, dura meninge inflammata & ſub ea effuſo ichore & ſanguine. Cranio fiſſo, ſanguine ſuper cerebrum effuſo, ſanatus alius. A globo ſclopetario cerebrum feriente occiſus, ſanguinem in vaſis pectoris & abdominis vix ullum habuit. Ab ictu lapidis calva ut videtur, integra, torcular ruptum, effuſus per cerebrum ſanguis. Sic in alio exemplo ſquama de cranio defracta duræ membranæ infixa paralyſis lateris oppoſiti.

Idem in *obſervationibus medico practicis* &c. Vulnera & contuſiones numeroſæ capitis. A pugno oculo impacto, nulla parte læſa vel calvæ, vel cerebri neque effuſo uſquam cruore mors. Ab alapa utique ſanguis cum ſero in totum cerebrum diffuſus. Ab ictu, cum delirium adeſſet, trepano admoto æger ſervatus. Calvæ fractura exemtis oſſibus depreſſis bene curata, ut mortem, quæ poſt duos menſes ſupervenit, absque vitio cerebri ingruiſſe compertum ſit. Fiſſuræ a lapſu, ſymptomata ſerotina, & neglecta terebratione mors, effuſo ſanguine circa cerebrum. A lapſu fiſſura, mors per convulſiones, ſanguis effuſus. A capitis vulnere diuturnæ convulſiones tamen ſanatæ. Neglecta calvariæ fractura funeſta. Inciſum cerebrum

rebrum in homine ebrioſo, convulſiones, ſanatio per annum dilata, & tamen reparata ſalus. Iterum vulnus cerebri ſanatum; funeſtum alterum, cum nihil tentatum eſſet maſculi. HALLER. V. pag. 27.

TOBIAS BAUMGARTNER. Ejus *de vulneribus capitis.* BASIL. 1660. 4. HALLER.

PAULUS AMMAN. Ejus *de reſonitu, ſ. contrafiſſura cranii.* LIPS. 1674. 4. cum conſilio de emendatione inſtitutionum medicarum. Omnino locum habere reſonitum, & in diffitum, & in alteram laminam. HALLER. V. pag. 601.

HENR. V. ROONHUYSEN in *genees en heelkonſtige Aanmerkingen* &c. Parte II. cap. 1. docet, duram membranam acurate ad cranium firmari, hinc neque decuſſorio inſtrumento ſeparari debere, neque trepanum facile admoveri. Cap. 2. de capitis fractura.

Idem in novo volumine. Calvaria fracta & depreſſa elevata, felici eventu. Caput recurvum ſectione maſtoidei muſculi correctum. Graviſſimum fracturæ & depreſſæ calvæ vulnus denique multis fragmentis evulſis ſanatum. Reliqua hujus libri de dura membrana &c. in priori opere reperiuntur. HALLER. V. pag. 28.

PHIL. JACOB SACHS in *Eph. Nat. Cur. ann.* II. *obſ.* 119. vulnus capitis curatum reſectis aliquoties fungis. HALLER. V. pag. 453.

MARTIN. BOGDAN in *obſervationibus* &c. Ab ictu lapidis os frontis depreſſum, a natura reſtitutum. HALLER. V. pag. 29.

EBERHARD. GOEKEL in *conſiliorum* &c. *centuria* I. *conſ.* 15. vulnus capitis cum fractura cranii lethale. *Conſ.* 75. vulnus frontis ex contuſione vehementi lethale. *Conſ.* 79. vulnus a globo plumbeo ſupra dextrum oculum cranio inflictum. *Conſ.* 82. vulnus prope oculum punctim inflictum in ſubſtantiam cerebri penetrans. In *cent.* II. *conſ.* 23. cranii fiſſura inſequente vertigine & lethargo lethalis. *Conſ.* 42. vulnera capitis feliciter curata. *Conſ.* 47. cranii fractura a mallei majoris ictu lethalis. *Conſ.* 88. cranii depreſſio a machina mechanica feliciter curata. In *append. Dec.* I. *obſ.* 7. vulnus capitis cum fractura & depreſſione cranii ab equi percuſſione inflictum. In *Dec.* V. *obſ.* 7. duo vulnera capitis per bombardam manuariam duobus globis cum fractura cranii ac cerebri & meningum læſione inflicta, feliciter curata. *Obſ.* 8. vulnus capitis cum fractura cranii ac læſione meningum & cerebri curatum. ALBERTI. V. pag. 29.

JOB van MEEKREN in *heel en genees* &c. Fuſe de cranii fracturis & vulneribus, & exemtis fragmentis oſſeis. Exemplum ſenſuum diu integrorum, cum cerebri quotidie jactura fieret. Impreſſiones cranii a junioribus

ribus absque magno malo tolerari. Temporali muſculo non neceſſe eſſe parci. Abſceſſus hepatis icterumve capitis vulnera & cranii ſequi. Glans plumbea duræ matri ſpinalis medullæ adjacens absque ſymptomatibus. HALLER. V. *pag.* 30.

JOH. MURALTUS in *Schriften von der Wundarzney* &c. Ab ictu fiſſa oſſis frontis pars ſuperior, qua cum committitur: trepano feliciter emiſſus ſanguis, qui ſub cranium effuſus fuerat. Vulnus cum jactura pene drachmæ cerebri, ſanatum.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 137. Teterrima calvariæ fractura curata, in qua os petroſum, ut putat, fiſſum, pars orbitæ exemta, & muſculus temporalis inciſus. *Obſ.* 150. fractura cranii cum amiſſa parte cerebri, curata. HALLER. V. *pag.* 30.

VITUS RIEDLINUS in *obſervationibus* &c. A lapſu cerebro concuſſo per biduum mens emota, ſponte reſtituta: neque enim in medicamentis vis illa fuit, quæ propinavit. Vulnus, in quo dura mater inciſa, ſanatum, cum rimam ad pus emittendum noſter dilataſſet. HALLER. V. *pag.* 1460.

J. HENR. MEIBOM. Ejus diſp. *de læſionibus cranii a cauſa externa violenta.* HELMSTADT 1674. 4. HALLER. V. *pag.* 448.

IRENÆUS VEHR. Ejus diſp. *de vulnere capitis perſonæ illuſtriſſimæ caſus feralis.* FRANCOF. ad VIADR. 1689. 4. HALLER. V. *pag.* 31.

THEOD. KERKRING in *ſpicilegio anatomico.* Fiſſura calvariæ a lapſu prætervila, & tumores varii circa arterias temporales, eventu funeſto. HALLER. V. *pag.* 31.

In *Act. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* II. *obſ.* 109. vulnus capitis grave non lethale. *Ann.* III. *obſ.* 199. vulnus cranii neglectum lethale. *Ann.* IX. *obſ.* 124. vulnus cerebri profundum ad cicatricem tendens. *Ann,* X. *obſ.* 194. vulnera capitis ab Ægyptiis cum ſebo ovillo curantur. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 91. cranii fractura circularis perſanata. *Ann.* II. *obſ.* 2. ex vulnere capitis plica. *Ann.* III. *obſ.* 194. cranii fractura & depreſſio in puella ſine elevatione per inſtrumentum curata. *Ann.* IV. *obſ.* 129. vulnera cerebri non ſemper lethalia. *Ann.* IX. *obſ.* 174. vulnus capitis cum fractura & fungo. *Ann.* X. *obſ.* 24. fractura capitis rara & lethalis ex lapſu. *Obſ.* 25. Vulnus capitis cum fractura & fiſſura lethale. *Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 125. vulnus capitis graviſſimum per cranium & meninges ad ipſum cerebrum uſque penetrans. *Ann.* IV. *obſ.* 54. vulnus capitis magnum ſine magnis accidentibus. In *cent.* V. VI. *obſ.* 206. vulnera cerebri profundiora in cane ſponti ſa.nata. *Cent.* VII. pag. 119. vulnus capitis ſubito lethale. *Cent.* IX. pag.

pag. 103. cerebri læſiones a cauſa violenta externa, illæſo cranio; pag. 246. cerebri laceratio violenta non lethalis. ALBERTI. V. *pag.* 31.

PAUL. de SORBAIT in *examine chirurgico.* Vulnera cerebri cum amiſſa ſubſtantia curata. HALLER. V. *pag.* 33.

EHRENFRIED HAGEDORN in *obſervat. & hiſtor.* Oſſis bregmatis in pueris nuper natis funeſtæ depreſſiones. Cutis a cranio in partu divulſa. Vulnus calvariæ cum depreſſione curatum. Sanatus, cui palus faciem trajecerat. HALLER. V. *pag.* 33.

GEORG. WOLFG. WEDEL. Ejus *æger vulnere capitis laborans.* JENÆ 1684. 4.

Ejus *de contrafiſſura.* Ibid. 1708. 4. Reſpondente RUD. CHRIST. WAGNER. Docta diſputatio, qua contrafiſſuram locum habere poſſe etiam experimentis demonſtratur, quorum aliqua ſunt LEIBNITII. In eadem collectione VALENTINI rediti. Ita HALLER. V. *pag.* 34.

BERNARDIN. GENGA in *anatomia chirurgica* &c. monet, ne pericranium facile incidatur. Vulnus ſinus frontalis ſanatum. Vulnus cerebri verſus occiput cum ipſius cerebri jactura: a curatione manſit ſemi paralyſis & ſtoliditas. HALLER. V. *pag.* 1338.

FRIDER. LOSSIUS in *obſervationibus* &c. Fiſſura occipitis ex lapſu in frontem: inde ſanguis ſuper duram membranam effuſus & mors. Concuſſio cerebri vehemens, omnibus integris: ſanguis multus per foramen terebra patefactum erupit, funeſto eventu. HALLER. V. *pag.* 34.

CORNEL. SOLINGEN in *manual operation* &c. Multa de elevato cranio, quod depreſſum fuit, emplaſtro, cucurbitula. Labia vulneris non debere reſecari. In pueris ſibi cavendum, quibus ſæpe nulla ſit in cranio diploe. Fiſſuras eradi debere. Super ſuturas trepanum admoveri poſſe. Reſonitum utrumque locum habere. HALLER. V. *pag.* 304.

J. NICOL. BINNINGER in *obſervationibus* &c. Mors ex percuſſione ſiniſtri oculi anguli, alia ex ſupercilii vulnere. A lapſu ex equo temporalis muſculus læſus, pars calvariæ decedens, eventu felici. Terebrata calvaria ſanguis effuſus emiſſus; duræ meningis gangræna abſque funeſto eventu. Ex lapſu cerebri particulam putat per aurem prodiiſſe, hic funeſto eventu. Maxima ab alapa ſymptomata. HALLER. V. *pag.* 37.

THEOPH. BONNET in *prodromi anatomiæ* &c. ex variis ſcriptoribus & ex propriis experimentis, cauſas etiam chirurgicas doloris capitis tradit.

tradit. Huc Mauritii Hofmanni adnotatio de dolore capitis a fron-tis particula depreſſa, duramque meningem urgente. Caroli Spon ad-notatio de capitis dolore a cerebri abſceſſu, cum interim futuræ defice-rent. T. Bonneti de eodem malo ex meningibus ſideratis. Alius caſus a chirurgo Bailly ab abſceſſu ſub cranio & cerebri putredine, a ſan-guine circa occiput inter cranium & pericranium effuſo. Haller. V. pag. 39.

Richard. Wiseman in *ſeveral chirurgical* &c. L. V. de vul-neribus capitis fuſiſſime agit. Vulnus non contuſum poſſe conſui, etiam in temporali muſculo. Si contuſum fuerit, plumaceolum leve ſpiritu vini ebrium imponit, quo apoſceparniſmum ſanaverit; grave requirit raſionem. Turundas rejicit, etiam in profundo vulnere ad duram membranam pene-trante. Recentes cranii fracturas non requirere, ut fragmenta omnia re-moveantur. Concuſſionem poſcere trepanum. Duram membranam auda-cter debere incidi, ſi ſub ea ſanguis effuſus fuerit. Calli renaſcentis ini-tium eſſe membranam. In magnis contuſionibus venam jugularem incidit. Exempla gravium vulnerum capitis, levibus auxiliis percurati. Labiorum refectio curationem meretur. Error a futura ſagittali pro fiſſura habita. Exemplum oſſis plani læſi, &, ut videtur, non ſanati. Trepano admoto, elevato oſſe, quod depreſſum erat, eraſa fiſſura, magna mala curata. Ad punctorium vulnus fruſtra cranium terebratum, omnia ſana. Lacera dura mater, ut labia per externum vulnus exiret, facile ſanata. Cal-va fiſſa, cum cutis integra eſſet, eadem late mortua diſceſſit, natu-ra per fiſſuram ſe repurgavit eventu felici. Haller. V. pag. 41.

Nicol. Blegny in *nouvelles decouvertes* &c. Sanatus die de-mum 39. inciſa dura membrana, malo pure a D. Triboulead emiſſo. Tamponnet tota oſſa parietalia abſceſſiſſe, & tamen ſanatum eſſe ægrum. Enorme vulnus: ut ventriculi cerebri a ligneo bacillo tranſverbe-rarentur, eventu non funeſto. Billot vidit globum plumbeum totum ce-rebrum perterebraſſe, & ſaucium tamen vixiſſe ad diem decimum, cum interim cerebrum pene totum conſumtum fuiſſet. In alio ægro, cui ce-rebrum inciſum, valetudo reparata. In *anno ſecundo* Baugrand ſervavit ægrum, cui os depreſſum utramque meningem perfora-verat.

Idem in *Journal des nouvelles* &c. Iterum major pars duorum oſſium parietalium abſque ullo malo ablata. Fractura cranii ſanata per uſum trepani Haller. V. pag. 42.

Gerard. Blasius in *Medicinæ univerſæ* &c. Parte II. ſect. 7. cap. 4. de vulnere cerebri. Walth. V. pag. 365.

ANTOINE BOREL, chirurgus civitatis Argentan., non rudis homo, neque in arte inexercitatus. Ejus *traité des playes de teſte.* ALENÇON 1677. 12. Præter præcepta numeroſas etiam curationes adfert. Duram matrem incidit, ut puri exitum aperiret, felici eventu. Sub externa calvaria lamina integra, fracta ex lapſa lamina interna. Non putat calamitatem accidere, niſi quando ſuturæ abolitæ fuerunt. A commotione ſenſus, viſus, auditus amiſſus, vena inciſa reparatus. A lapſu tumor, diſſipatus, cute non inciſa. Quibus ab ictu vel lapſu per aures ſanguis effluit, iis non raro ſanitas reſtituitur. A neglecta fractura magnum malum, & ſanguis ſuper duram meningem effuſus, æger tamen ſanatus. Paralyſis in latere adfecto. Puer convaluit, cui cerebrum a fragmento conpactum & pars amiſſa. Prima lamina depreſſa, interna in multas particulas diffracta. HALLER.

JACOBUS YOUNG. Ejus *wounds of the brain proved curable by the remarkable hiſtory of a child cured of two very large depreſſions with the loſs of a great part of the ſkull, and a portion of the brain iſſuingh trough the wound of the dura and pia mater.* LONDON 1678. 12. Ephemeris eſt graviſſimi vulneris ab auctore & ejus amico SPENCERO ſanati. Eam felicitatem cum DURSTON inter fabulas numeraret, noſter ſexaginta omnino paris felicitatis curationes ex ſcriptoribus variis collegit, & DURSTONII objectiones refutat, non abſque aſperitate. HALLER. V. *pag.* 323.

STEPHANUS BLANCARD in *collectaneis* &c. Rotundo foramine calvaria caſu quaſi perterebrata, ut cerebri motus conſpiceretur, ſanata.

Idem in *duobus aliis centuriis.* Fracta calvaria, in cerebro abſceſſus, funeſta ſymptomata demum 19. die ſe efferentia.

Idem in *centuria* VII. vulnus ſclopetarium cerebri abſque ſymptomate curatum. Mors a lapſu & commotione cerebri. Aliquot commotionis exempla etiam feliciora. Cum duo oſſis fragmenta duram membranam compungerent, ſymptomata demum die decimo ſexto aliqua. Servatus trepano æger, cui globus ſclopetarius cranium fregerat.

Idem in *anatomia practica* &c. Mors ſubita ab ictu capitis, calvaria fiſſa, ſub ea ſanguis effuſus. A lapſu in virgine, poſt ſaltationem æſtuante, mors, nulla parte calvariæ læſa. Sexto die mors ab ictu, cum cerebellum ſphacelum pateretur. In frontem ſed violente delapſo, in occipite rima calvam diviſit. HALLER. V. *pag.* 45.

Matth. Godofr. Purmann in *Chirurgia curioſa.* Vulnera etiam capitis.

Idem in *curioſis obſervationibus* &c. Gravia vulnera capitis ſanata, etiam quando utraque meninx inciſa fuerat. A globo ſclopetario occipitis os findente rima in oſſe frontis, eventu tamen fauſto. A lapſu fracta calvaria, ſymptomata ſæva, felix tamen eventus. Haller. V. pag. 45.

Joh. Hellwig in *obſervationibus* &c. Ex caſu ab alto cute integra fracta calva, felici tamen eventu. Ab ictu roſtri gallinacei os temporum perforatum, mors ſecuta. Cutis capillata ab urſo divulſa, reparata. Haller. V. pag. 46.

Antonius de Heyde in *obſervationibus* &c. Frontis lamina exterior ſola depreſſa ab ictu, dum integra erat interior, dura meninx ſana, mors tamen intra ipſa initia ſanationis. Experimento facto Vir Cl. duram cerebri membranam incidit, nullo inde nato ſymptomate, præter debilitatem ex amiſſo ſanguine. Sic nec temporalis muſculus inciſus mali quidquam fecit. Haller. V. pag. 46.

Dionys. van der Sterre in *genees en heelkonſtige practyc* &c. Cranium infantile abſque noxa depreſſum manſiſſe. Nullos a fragmentis cranii in duram membranam cerebri adactis dolores ſecutos. Pericranio nudatæ calvariæ novum tegumentum ſubnatum, ex punctis rubris, quæ confluxerint. Haller. V. pag. 48.

In *Actis Eruditor. Lipſienſ.* ann. 1683. menſe *Auguſt.* pag. 322. vulnus cerebri curatum. *Ann.* 1685. *Sept.* p. 397. vulnus cerebri curatum. *Ann.* 1686. *Decemb.* p. 615. vulneri frontis impoſita turunda per nares excreta. *Ann.* 1693. *April.* p. 182. a fractura cranii paralyſis. *Aug.* p. 341. cranii depreſſio quomodo elevanda. *Novemb.* p. 512. fiſſuram cranii num innuant febriculæ & vomitus, capitis vulneri ſupervenientes. *Ann.* 1712. *Sept.* p. 418. fractura cranii. *Ann.* 1715. *Octob.* p. 465. perforatio cranii a charta maſticata ſclopeto majori exploſa. *Ann.* 1723. *April.* p. 138. mira cranii fractura. *Ann.* 1725. *Febr.* p. 83. cranii depreſſio magna. Alberti. V. pag. 49.

Joh. Muys in *Podalirio redivivo* &c. nunquam ſe contrafiſſuram vidiſſe. Vulnus ſinus frontalis ſtabili cicatrice obductum. Noctambuloni a lapſu ſanguis effuſus per terebrationem remotus feliciter. Haller. V. pag. 51.

Vitus Riedlin in *lin. med.* ann. IV. menſe *Jul.* obſ. 20. vulnus cranii abſque vix ullo notabili ſymptomate. *Ann.* VI. *April.* obſ. 7. vulnus capitis glutine curatum.

Idem in *obſervat. chir. obſ.* 6. Cranii fiſſura cum depreſſione. *Obſ.* 30. vulnera capitis lethalia. *Obſ.* 31. vulnera cranii ſanata. *Obſ.* 32. vulnera cranii penetrantia. *Obſ.* 33. ex vulnere cerebri fungus. ALBERTI. V. *pag.* 52.

CHRISTIAN. LUD. GOECKEL. V. *pag.* 55.

J. THEOD. MOEREN. V. *pag.* 55.

J. JACOB HARDER in *apiario* &c. Ex vulnere muſculi temporalis convulſio alterius lateris. Vulnus funeſtum ſclopetarium per nares cum impotentia glutiendi. Ab ictu mors & ſanguis aliquis effuſus. In alio a vulnere capitis latus alterum reſolutum. Sic in alio. HALLER. V. *pag.* 56.

CORNEL. STALPART van der WIEL in *centum & quinquaginta adnotationibus* &c. monet, ne incidantur abſceſſus in fronte infantum teneriorum, qua per ſuturam dura membrana cum pericranio adhæret. Apoſceparniſmo ſeparata oſſis in capite particula, cum hæreret, chirurgi manu divulſa. Depreſſa infanti frons, ut etiam multis poſt annis inſignis fovea excavata ſupereſſet. Contuſio absque violatione calvariæ cutisve, absque terebratione ſanata, & contra in principe Naſſoviorum ſtirpe 22es cranium terebratum. Ab ictu multum aquæ per aurem effluit. In alterius *centuriæ* Parte I. Magna ſymptomata cranio illæſo, ex concuſſo cerebro aut effuſo ſanguine: ſanguis ab ictu accepto effuſus, terebra admota eductus, bono eventu. Doctus anatomen, adgnovit vulnus frontalis ſinus. Gladii magna particula in orbitam infixa, ægro ſuperſtite. HALLER. V. *pag.* 56.

SYLVEST. SAMUEL ANHORN. V. *pag.* 58.

PETRUS DIONIS in *cours d'operations* &c. Contrafiſſura in occipite, cum frons ictum eſſet paſſa. Utique calvariam velamento in pueris tegi poſſe, absque ſquamæ deceſſione. Trepanum continuo debere admoveri, ſed in urbe raro bene evenire. HALLER. V. *pag.* 304.

FILIPO MASIERO in *chirurgo in prattica* &c. ſe trepano uſum, absque ulla ſanguinis profuſione. Adverſus ſeveriori Chirurgiæ, a lapſu, cum æger vomeret & linguæ uſum amiſiſſet, noluit cutem ſuper calvariam incidi, felici eventu. Cum frons puellæ depreſſa eſſet, primam calvariæ laminam excidit, alteram conſervavit. HALLER. V. *pag.* 62.

FRID. RUYSCH in *obſervat. anat. chirurg.* Calvaria denudata, nigreſcens, nulla tamen ſquamarum deceſſio. Vulnus per orbitam ſanatum. Contuſio capitis absque inciſione ſanata. HALLER. V. *pag.* 63.

J. B. VER-

J. B. VERDUC in *traité des operations* &c. Exempla magnarum fracturarum cranii ſanatarum, cum partes fractæ ob ipſam ſuam amplitudinem auferri nequiviſſent. Duræ cerebri membranæ jactura reparata, carne de pia meninge efflorefcente. Felix eventus ſanguinis depreſſa dura meninge emiſſi. HALLER. V. *pag.* 305.

WALTHER SCHOUTEN, qui in INDIA orientali caſtra ſecutus eſt, vir expertus & integer, itinerarii ſcriptor, cognatus F. RUYSCHII, obiit anno 1704., cum INDIAM a. 1658. petiiſſet, promiſſorum BONTEKOI contemtor. Ejus eſt *het gewonde hoofd of korte verhandelinge van de opperhoofds wonden, bekkeneels breuken wonden des angeſigts en des hals.* AMSTERDAM 1694. 8. ROTERDAM 1726. 8. Germanice W. SCH. *verletzter Köpf* &c. LEIPZIG 1695. 8. Contra Carteſianam in BELGIO ſcholam, quæ omnem ſuppurationem proſcribebat. In temporali muſculo triangularem jubet inciſionem fieri, non cruciatam. A ſolo lapſu alterno in latere putat fiſſuram poſſe naſci. Terebrationem calvariæ commendat, ſuumque paulo longius elevatorium deſcribit. Oſſa denudata absque ſquama decedente curat. A lapſu alterni lateris convulſio. Ictus acinacis per duram membranam cerebri penetrans ſanatus. Impacta per depreſſionem calvariæ in cerebrum fragmenta, tamen curata: tum humeri a globo amputatio, duræ membranæ ambuſtio, alia magna mala. Belgas venenata Macaſſariæ vulnera facile ſanaſſe. HALLER.

GEORG. FRID. FRANK de FRANKENAU. V. *pag.* 65.

ELIAS CAMERARIUS. V. *pag.* 70.

J. B. FANTONI in *obſervationibus* &c. Ex lapſu meninges inflammatæ & cerebrum corruptum, absque mentis læſione. HALLER. V. *pag.* 72.

J. BESSE in *rech. analytiques ſur la ſtructure des parties.* TOULOUSE 1701. 8. habet aliqua huc facientia. A lapſu ex alto magna pars corticis cerebri deſtructa, neque ulla inde paralyſis &c. Ita HALLER.

POLYCARP. GOTTLIEB SCHACHER. Ejus diſp. *de preſſione cranii maxima innocua* LIPS. 1720. 4. nempe absque fractura. HALLER. V. *pag.* 1278.

JOHN MOYLE in *chirurgo marino* &c. Ridicula curatio commotionis cerebri, admoto pedibus aſſere, quem malleo pulſabant. HALLER. V. *pag.* 75.

J. ALBERGIUS. V. *pag.* 75.

J. MATTH. MÜLLER. Ejus *caſus medico-chirurgicus de fractura cranii. Caſuum medicorum decas.* HAL Æ Suevor. 1712. 8. Fuſiſſima narratio de vulnere oſſis frontis & ethmoidei clava inflicto, unde apoplexia, phre-

phrenitis, amauroſis, quæ omnia tamen remiſerunt, cum os vitiatum deceſſiſſet, medela medica potius quam chirurgica adhibita.

Ejus *obſervationum & curationum medico - chirurgicarum Decades* II. . . . 1714. 4. Caſus non inutiles, pertinent ad fracturas cranii, contra-fiſſuram. HALLER.

IDON WOLF in *obſervationibus* &c. vulnerum cerebri multas habet hiſtorias, inter eas neglectæ raſionis fiſſurarum funeſtique inde eventus. Multas militum mortes, cum chirurgi calvariam perterebraſſent, noſter vellet trepano tribuere. Fractura calvariæ curata, cum ſinus falcis læſus eſſet. Oſſis frontis magna jactura, ſuccreſcente callo reparata. Quadraginta unciæ cerebri & cerebelli amiſſæ. HALLER. V. *pag.* 75.

ANTON. MARIA VALSALVA hemiplegiarum cauſam eſſe in latere cerebri oppoſito primus per multa experimenta conſtituit (e). HALLER. V. *pag.* 394.

J. PHILIPP. NENTER. Ejus diſp. *de vulneribus capitis.* ARGENTOR. 1704. 4. HALLER. V. *pag.* 1625.

J. MELCHIOR VERDRIES in *Eph. Nat. Cur. Cent.* VI. *obſ.* 17. Magna vulnera cerebri in cane ſanata. HALLER. V. *pag.* 472.

J. LUD. PETIT in *traité des maladies* &c. T. I. vulnera capitis periculo carere, niſi peregrina corpora ejicere non liceat, aut commotioni mederi nequeat. HALLER. V. *pag.* 76.

J. B. MORGAGNI. V. *pag.* 77.

PETRUS BRISSEAU. Ejus *obſervations.* DOUAY 1706. 12. Ferrum in cerebrum militis infixum, cum cerebri jactura, æger ſanatus. Curatus etiam, cui dura cerebri membrana ſe deſquamaverat. Sanguis effuſus duram inter membranam & calvariam, favente ſitu emiſſus. Scirrhus cerebelli absque ſymptomatibus toleratus. HALLER. V. *pag.* 1279.

In *Hiſt. de l'Acad. des Sciences* a. 1706. agitur de fœmina, cui a lapſu cerebri jactura ſit facta, viribus & ſenſibus illæſis; etiam fungis ſuperatis, a PIAT & CUSMONT chirurgis. HALLER.

HERMANNUS BOERHAAVE. V. *pag.* 79.

Idem porro in *prælectionibus* ab ignoto auctore editis. Sanatus, cui ferrum hæſerat in cerebro & hujus pars amiſſa. Sanatus, cui galea cranii perierat. HALLER. V. *pag.* 79.

THOMAS BECKET in *chirurgical remarks occaſioned by the death* &c. mortem pueri tribuit, recte quidem, neglectui, quod puri exitus non fuerit apertus: exempla aliorum caſuum addit, ubi idem neglectus perniciem intulit. De viſcerum abſceſſibus a capitis vulneribus ortis. In altero caſu lamina interna calvariæ fuerat in cerebrum impacta, ut id viſcus compu-

treſce-

(e) MORGAGNUS in *epiſt.* XIII., quo loco multæ adnotationes VALSALVÆ in eam rem proponuntur, earum aliquæ cum MORGAGNO communes.

treſceret, & tamen æger vixerat orthoſtadios. Poſt magna capitis mala frequentes cerebri abſceſſus.

Idem in *chirurgical obſervations* &c. Calvaria nudata, & ſana, ſubnaſcente nova carne tecta, cum auctor ſolum linteum carptum impoſuiſſet. HALLER. V. *pag.* 81.

DOMINICUS MISTICHELLI, Firmanus, medicus Romanus. Ejus *trattato dell' apopleſſia.* ROMA 1709. 4. Totus liber II. eſt chirurgici argumenti, & præter curationem apoplexiæ etiam curationem vulnerum & ictuum capitis tradit. Ad apoplexiam peculiarem putat eſſe efficaciam uſtionis plantæ pedis, quæ laminis ferreis quadratis fiat. De veſicatoriis & fonticulis &c.

Idem in *aggiunta* PADOVA 1715. 4. fatetur avunculo ſuo plantas fruſtra uſtas fuiſſe. HALLER.

LAUR. TERRANEUS in *diſſ. de glandulis* &c. caſum habet vulneris cum pure ſuper piam membranam & cerebrum effuſo, absque ſymptomatibus. HALLER. V. *pag.* 758.

ROBERTUS FIELDING in *Phil. Tranſ. n.* 32. retulit de vulnere, quod a ſclopeto accepit. Glans plumbea prope os petroſum ſubierat, ea longiſſimo poſt tempore 30. annis elapſis per abſceſſum prope cartilaginem thyreoideam ſubnatum prodiit. HALLER.

JOH. PALFYN in *anatomie du corps humain* &c. Vulnus ſinus frontalis, quod nunquam potuit reconciliari. HALLER. V. *pag* 306.

CORNEL. TRIOEN in *obſervationibus* &c. Ex BIDLOI ſchedis, de maximo vulnere calvariæ, meningum, cum hemiplegia, & ampliſſimo pullulante fungo, hoc reſecto ſanato. HALLER. V. *pag.* 1146.

FRANCISCUS PETIT, Academiæ ſodalis medicus, inciſor accuratus, & medicus ocularius, qua in artis parte plurimum laborem poſuit. Edidit absque ſuo nomine *lettre d'un medecin des hopitaux du Roi a un autre medecin de ſes amis.* NAMUR 1710. 4. In epiſtola caſus narrantur vulnerum cerebri, a quibus latus oppoſitum reſolutum fuit, quod quidem phænomenon noſter imputat decuſſatis filis medullaribus, in fiſſura medullæ oblongatæ a dextro latere ad ſiniſtrum tranſeuntibus. HALLER.

LAURENTIUS HEISTER in *inſtitut. chirurg.* Parte I. L. I. cap. 12. 13. 14. de vulneribus capitis.

Idem in *mediciniſch-chirurgiſch* &c. T. I. Os frontis a prætereunte glande ſclopetaria fractum, & trepano ſanatus æger. HALLER. V. *pag.* 82.

J. HENR.

J. Henr. Stæhelin in *theſibus* &c. Exemplum vulneris, in quo meninges & cerebrum jacturam paſſa ſunt & æger ſervatus eſt. Haller. V. *pag.* 1146.

Sebast. Melli in *arte medico chirurgica* &c. *Diſpac.* VI. Commotio cerebri aliquoties ſanata. In *diſpac.* X. contuſio temporalis muſculi cum temporali arteriæ dilaceratione, felix eventus. Haller. V. *pag.* 86.

Johannes Fantonus. V. *pag.* 87.

Petrus Simon Rouhault, qui in aula Sabaudica manu medebatur, in *Mem. de l'Acad.* a. 1714. veſicæ internam membranam late vidit deceſſiſſe.

Ejus *traité des playes de tête.* Turin 1720. 4. Simplex modeſtus & facilis, conſilia dat ad varia vulnera malaque capitis. Signis vulgo receptis parum tribuit. Ut repetita venæ ſectione congeſtiones ſanguineas diſſipaverit. Fuſe de trepani uſu. Vulnera punctoria pericranii mala eſſe. Signa pericranii contuſi. Meryum noluiſſe trepano uti, cum utraque tabula perforata eſſet, & bona ſigna adeſſent. Exemplum calamitatis, & fiſſi oſſis frontis, cum æger in occiput lapſus eſſet. A diſſecta dura membrana nulla magna ſequi ſymptomata. Haller.

Conrad. Lud. Walther in *mediciniſch - chirurgiſcher Schatz* &c. Inciſum cranium multis feſtucis amiſſis denique ſanatum. Fiſſuræ calvariæ ex uno puncto quinquies callo oppletæ, & cum dura meninge connatæ. Haller. V. *pag.* 87.

Martin Gotthelf Loescher. V. *pag.* 88.

Hieronymus Laub. V. *pag.* 88.

Ludov. Franc. Manne, chirurgus Avenionenſis, primus fuit, qui ſeptum palati diviſit, ut legitur in diſſ. a. 1717. edita. Ejus *obſervations de Chirurgie au ſujet d'une playe a la tête avec fracas & une piece d'os implantée dans le cerveau* &c. Avignon 1729. 8. Minime contemnendus labor. Fragmentum calvariæ in cerebrum per integrum menſem depactum hæſit, absque ullo ſymptomate: ejusmodi vero caſus plures recenſet. Miratur, potuiſſe duram membranam absque magno malo incidi. Non vulnera cerebri aut membranarum magna illa ſymptomata facere, ſed cerebri commotionem, etiam ſolam. Dolores capitis in cerebri vulneribus fere ubique citat. Adjectæ epiſtolæ Francisci de la Peyronie pro ſuo corpore ovali pugnantis, quod ſit animæ ſedes, & Francisci Chicoineau, denique J. Ludovici Petit, & Morandi, qui cerebri magna vitia viderint, nihil in ſenſuum uſu mutaſſe. Haller.

J. Da-

J. Daniel Gohl in *Act. Erudit. Berolin. Decade* II. Mors a commotione cerebri per illapſum ſaccum lana plenum concuſſi. Alapa occiſus calvaria non læſa. Exempla calvariæ depreſſæ, per retentum halitum reſtitutæ (potius per efflationem, quæ ſuccedit, fortiorem, qua cerebrum diſtendatur). In fulgurato os bregmatis perforatum. Ita Haller. V. *pag.* 89.

Guil. Mauquest in *traité complet* &c. Sanatus, cui in fronte tormenti particula hærebat. In frontis inque palpebrarum vulneribus futuram adhibet. Graves commotiones cerebri, ut pleræque tamen feliciter evenerint, ſic vulnera calvariæ; dura mater bono eventu inciſa. In apoſceparniſmo felix digeſtivi uſus. In Neustria vulnera capitis ſæpe absque exfoliatione ſanari. Sinus frontales noſter videtur ignoraſſe. A corrupta dura membrana nulla fieri ſymptomata, & cum ſub ea pus eſſet, ſibi non innotuiſſe mali naturam, ſic trepani uſum ſe non bene omiſiſſe. Depreſſio calvariæ maxima trepanis elevata. Vulnera occipitis ſanata, & temporum, ubi arteriam oportuit diſſecare. Contuſiones illæſo cranio faciunt periculoſas commotiones cerebri, quod molle eſſe ſolet in funeſto languore. Haller. V. *pag.* 90.

Andreas Hutter in *fünfzig chirurgiſche* &c. Cerebri vulnus ſclopetarium ſanavit, cum cerebrum jacturam paſſum eſſet. Cranium late nudatum vidit cute operiri, neque ſquamam deponere. Sic apoſceparniſmon fungumque cerebri, & ſalivalis ductus, quem tamen liquore ſtyptico compreſſit. Haller. V. *pag.* 91.

Henrich Walther. Ejus *glücklicher Feldſcherer, oder gründlicher Unterricht von den Kopfwunden.* Lips. 1718. 8. Haller.

J. Adam Morasch. Ejus diſp. *de externis capitis morbis atque catarrhis.* Ingolstadt 1719. 4. Haller.

Daniel Hofmann. Ejus *rariſſima cerebri quaſſatio cum notabili ſubſtantiæ deperditione.* Tubing. 1719. Puer Hallero bene notus, cui later de tecto lapſus caput comminuerat, ut cerebrum diſperſum exſiliret; tamen adeo feliciter eſt reſtitutus, ut de tanto malo in corporis animique viribus nullum veſtigium ſupereſſet. Reperitur etiam hæc hiſtoria in *Eph. Nat. Cur. Cent.* X. *obſ.* 2. & *Vol.* V. *obſ.* 54.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Vol.* IV. *obſ.* 90. Ex ictu ungulæ equi excuſſa pars frontis, cerebri etiam multum effuſum. Malum tamen ſanatum. Haller.

Renat. Jacob. Crescent. Garengeot in *traité des operations* &c. fuſe agit de capitis vulneribus. Vix bona ſigna dantur fracturæ cranii. Symptomata ſero ſupervenientia funeſta. Exempla duræ matris abs-

que ſymptomate gangrænoſæ. Exemplum lateris oppoſiti fiſſi. In magnis ſymptomatibus MERYUS divinavit, fractam eſſe calvariæ laminam internam, & feliciter trepano uſus eſt. HALLER. V. *pag.* 306.

FRANC. RONCALLUS PAROLINUS in *Europæ Medicina* &c. agit etiam de vulneribus capitis. HALLER. V. *pag.* 93.

ABRAHAM VATER. Ejus diſp. *de vulnere cerebri ſclopetario ſeptima demum hebdomade abſolute lethali.* WITTEBERG 1722. 4. HALLER. V. *pag.* 1745.

In *Breslauer Sammlung.* V. *pag.* 94. 98.

J. ZACHAR. PLATNER. Ejus diſp. *de curatione* τȣ ἀπασκεπαρνισμȣ *in calva.* LIPS. 1736. 4. per exemplum ſquamæ oſſeæ decuſſæ, quæ adplicata calvariæ comprehendit.

Idem in *inſtitut. chirurg.* Cum cerebrum a lapſu fragmentis calvariæ convulneraretur, mens ſibi conſtabat, ut tamen res in mortem terminaretur. HALLER. V. *pag.* 94.

THEOD. PHIL. SCHACHT. Ejus diſp. *de vulneribus capitis interioribus.* HERBORN 1721. 4. HALLER.

ANTONIUS FIZES. V. *pag.* 395.

SALVATOR FR. MORAND in *opuſcules de Chirurgie* T. I. Miles nono menſe a vulnere accepto mortuus. Sphæra plumbea ſub dura membrana reperta. Abſceſſus externus, cranii caries: demum trepano detectus abſceſſus cerebri, cum multa ejus jactura demum ſanatus. Cerebrum pene totum inſenſile eſſe. A vulnere accepto ſopor, paraliſis lateris oppoſiti, tamen ſervatus æger, cum aliquo ſanæ mentis detrimento. Dura mater inciſa, ſanguis ſub ea effuſus, emiſſus, vulnus cerebri curatum. Maxima fractura cranii ſanata. In T. II. Calvariam denudatam ſe parvis foraminibus feliciter terebraſſe. Ingens vulnus cerebri, ſuppurata dura meninx, eventu felici. In terebrando cranio MARECHALLUM infelicem fuiſſe, MERYUM neminem in ſexaginta annorum experimentis ſervaſſe. HALLER. V. *pag.* 95.

J. ERNESTUS WREDE in *collectan. chirurg.* T. I. Dura mater a fragmentis oſſeis compuncta, ſanata. In T. II. De vulnere occipitis decedentibus oſſeis fragmentis curato. Iterum grave calvariæ vulnus ſquamis & fragmentis purgatum. Trepano ſanguis ſub cranium effuſus emiſſus æger ſervatus. HALLER. V. *pag.* 96.

BURCHARD DAVID MAUCHART. Ejus *caput obſtipum.* TUBING. 1747. recuſum in HALLERI *ſelectis.* In muſculo maſtoideo exſcindendo monet chirurgos, ut caute verſentur. Utilitas in eo malo thermarum. HALLER. V. *pag.* 824.

HENR.

Henr. Sigm. Stosch. Ejus diſp. *de reſonitu experientia confirmato.* Argent. 1722. 4. Exempla aliqua: cum cranium fiſſum eſſet ab ictu, & ſanguis tamen in oppoſito latere effuſus. Tabulæ internæ cranii depreſſio. Iterum fiſſura in latere oppoſito. Haller.

J. Andreas Conradus. Ejus diſp. *de vulnere fronti inflicto.* Leid. 1722. 4. recuſa in Halleri *ſelectis.* Vulnus cerebri a globo ſtlopetario percuſſi. Haller.

Dassé in *Journal de Trev.* a. 1722. Ex ictu baculi oſſa cerebrum perforantia, ſanata. Haller.

Michael Ernest Boretius. Ejus diſp. *de epilepſia ex depreſſo cranio.* Regiomont. 1724. 4. Haller. V. *pag.* 521.

Christophorus Jacobus Trew, medicus Noribergenſis, vir illuſtris, nullam artis medicæ partem inornatam reliquit. Primus prodiit libellus: *Nachricht von einer raren Hauptwunden.* Nürnberg 1724. 4. Diarium enormis vulneris ſtlopetarii, quo cerebrum læſum fuerat, nullo magno ſuperveniente ſymptomate, quoad decimo ſeptimo die res in deterius vergere cæperunt. Accurata ſucceſſit anatome. Haller.

J. Georg. Kisner, J. Adolph. Glosbach, Barth. Gerh. Jonas *Nachricht von einer beſonderen Hauptwunde.* Francf. 1724. 4. Haller.

Dieterich Conrad Schlepper. Ejus diſp. *de commotione cerebri.* Leid. 1724. 4. Haller.

Andr. Elias Büchner. Ejus & J. C. Ph. Teubeler. auctoris diſp. *de vulneribus cerebri non ſemper lethalibus.* Hal. Æ 1750. 4. Bona diſputatio & per experimentum nata. Haller. V. *pag.* 479.

Pierre Guisard. V. *pag.* 1747.

J. Theod. Eller in *Mem. de l'Acad. de Berlin* a 1752. refert de magna jactura cerebri ab ala molendini eliſi facultatibus animæ non læſis. Haller. V. *pag.* 103.

Henr. Franc. le Dran. in *obſervations de Chirurgie* &c. Mors ex commotione, grumulis ſanguinis paſſim per cerebrum diſperſis. Alius funeſtus caſus, in quo ſanguis ſub dura matre effuſus erat in latere ei oppoſito, quod ictum acceperat. Alia pluſcula exempla funeſta, qualia & ipſe Hallerus cum Dranio præſens vidit, etiam arteriæ ex canali ſincipitis ſanguinem fundentis. Sanatus cui oſſis particula de calvaria feceſſerat, & reconciliata eſt. Recte periculo plenam eſſe ſimplicem fiſſuram, commotionem potius fieri, quando cranium integrum eſt, & malum a lapſu aut percuſſo capite. Lethargum fere ab effuſo ſanguine ſupervenire. Fiſſuram futuram lambdoideam,

equidem totam oſſeam, ſupergreſſam eſſe. Fungum ab apoſceparniſmo ſtlopetario natum ſanavit. Ex ictu gladii abſceſſus cerebri funeſtus, & in cerebro cavea. Quoties pericranium a calvaria abſceſſit, trepanum requiri. Meninges ſæpe ſub integro cranio corruptæ. Duram matrem vitiatam debere incidi, repetitis inciſionibus. Duræ matris vulnera abſque ſymptomate. HALLER. V. *pag.* 103.

Idem in *traité des operations* &c. Vulnus punctorium, utramque calvariæ laminam perforans, requirit trepanum. Quando extrema lamina exciſa eſt, interna fere fracta reperitur. In apoſceparniſmo lamina decuſſa fere ſe patitur adglutinari. Omnis fiſſura trepanum requirit. Laminæ internæ fractura ſolet quam externæ eſſe longior. Vix adgnoſcitur, quando ea integra eſt. Trepanum poſſe ſuturis admoveri. Senibus diploen vix ſanguinem dare. HALLER. V. *pag.* 308.

FRANC. QUESNAI in *tr. de la ſuppuration* non poſſe a capitis vulneribus ulcus hepatis ſequi. HALLER. V. *pag.* 1445.

PETR. PAUL. MOLINELLUS. V. *pag.* 105.

ABRAHAM TITSINGH in *verdonkerde heelkonſt* &c. Vulnera meningum, dum aditus late pateat, nulla facere ſymptomata. Ex diploe glans exemta bono eventu.

Idem in *ruſtuuren beſtoit* &c. Olea & acria medicamenta non convenire duræ cerebri membranæ vulneribus, ſed mel utique roſatum. HALLER. V. *pag.* 106.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Profeſſor Roſtochienſis. Ejus *an ſub depreſſione cranii hujus elevatio ſit neceſſaria.* ROSTOCH 1732. 4. HALLER.

DANIEL SIGMUND GOTTL. BEHRENS. Ejus *de vulnere cerebri non ſemper abſolute lethali, oder Obſervation von einer gräulichen Verwundung des Gehirns.* FRANKFURT 1733. 4. Cranii magnæ fracturæ & depreſſio, jactura cerebri, pene abſque ſymptomate curatæ, & cerebrum novo involucro ſubnato tectum. HALLER.

J. DANIEL SCHLICHTING in *traumatologia* &c. Detecto cranio, etiam lamina exteriori fiſſa, vulnus nonnunquam ut ſimplex vulnus ſanari: penetrantem utcunque puncturam trepani uſum requirere. Suturis parcere non eſſe neceſſe. Sæpe ignaro & medico & ægro calvariæ fiſſuras ſanari. Laminam exteriorem poſſe deprimi, externa integra, & ſanguinem etiam ſub calvaria effuſum reſorberi. Contra chiaſmum; paralyſin ſæpe in læſo latere ſequi. Magna ſymptomata abſque cerebri vulnere ſupervenire. Preſſo cerebro canem nihil paſſum. HALLER. V. *pag.* 1750.

FRANCISCUS de ZIEGLER. V. *pag.* 111.

CAROL.

CAROL. FRID. KALTSCHMIDT. Ejus diſp. *de vulnere capitis a chirurgo intempeſtive conſolidato fiſſura cranii neglecta & trepanatione feliciter inſtituta detecta.* JENÆ. 1754. 4. HALLER. V. *pag.* 1751.

J. WILH. ALBRECHT, HALLERI in cathedra Gottingenſi anteceſſor, in *Comm. Nor.* a. 1735. *n.* 41. de vulnere frontis, in quo lamina prima, deinde ſeorſim quæ deceſſerat ſecunda trepano terebrata, ferramentum evulſum, quod impactum fuerat, tum oſſis fragmenta exemta, & vulnus demum ſanatum eſt. HALLER.

C. FRANC. FAUDACQ in *nouveau traité des playes* &c. Si duræ matris arteria in oſſeo canali violata fuerit, duobus trepanis opus eſt, ut os demoliamur. Sopor in capitis vulneribus frequens nulla parte læſa. Tumores ſenſim augeſcentes non faciunt ſoporem. Periculum ſummum eſt a commotione; ſolent vaſa aliqua rumpi & fieri ecchymoſes. Inter iſtas peſſimæ, quæ lente fiunt, & abſque ſymptomatibus. Belloſtianas conpunctiones debere in partem oſſis ſanam penetrare: eas in contuſis vulneribus eſſe neceſſarias. Fragmenta ſæpe reconciliari. Sanam, tenſam, glabram duram matrem tamen ſcarificat. Ecchymoſis octava demum terebratione detecta, & æger ſervatus. Vulnera per naſum in cranium penetrantia ſubito fere necem inferunt. HALLER. V. *pag.* 1752.

GASP. COCHON du PUY & BARTH. MURRY *E poſt gravem ab ictu vel caſu capitis percuſſionem non juvante eiam iterata terebratione dura meninx inciſione aperienda.* PARIS 1736. 4. Sub dura membrana materiem puri ſimilem per eam inciſam exiviſſe. HALLER.

DUNCAN BAYNE. V. *pag.* 115.

SAMUEL SCHAARSCHMIDT in *mediciniſchen und chirurgiſchen* &c. T. I. Ex lapſu coma, ſanguis de aure manans & diuturnus ſtupor, felici tamen eventu. In T. II. Poſt vulnus capitis terebra adhibita, pus in ventriculo cerebri. De vulneribus capitis in genere. In T. III. Ex orbita impacta pars fiſtulæ tabacariæ exciſa, ex qua magna ſymptomata orta fuerant. In T. IV. Cum vulnus capitis præmature ſutura ſicca uniretur, pus plurimum ſubnatum, ægerque ſervatus. In T. V. Feliciter evenientia vulnera cum cerebri ipſius jactura. A vulnere per orbitam inflicto funeſta cerebri deſtructio. In T. VI. Vulnus ſtlopetarium ſanatum, quo os temporum comminutum fuerat, & globus ex cranio exiit. HALLER. V. *pag.* 115.

CAJETANUS TACCONI. V. *pag.* 116.

SAMUEL SCHARP in *treatiſe on the operations* &c. duram cerebri membranam aperire jubet, ſi ſub ea ſugillatio fuerit. Duodecies terebrationem repetiit.

Idem

Idem in *critical inquiry* &c. commoti cerebri ſigna a Gallis obſcure proponi. HALLER. V. *pag.* 309.

JOH. CAGUA in *Phil. Tranſ. n.* 458. de fractura & depreſſione calvariæ cum laceratione cerebri & meningum, tamen curatis. HALLER.

JACQUES BAGIEU. V. *pag.* 119.

J. BOECLER & PHIL. HENR. BOECLER *decas quæſtionum medicarum.* ARGENTOR. 1741. 4. Vulnera cerebri non eſſe lethalia. HALLER.

PERCIVAL POTT. Ejus *obſervations on the nature and conſequences of wounds and contuſions of the hand, fractures of the ſkull, concuſſions of the brain.* LONDON 1760. 8. Artis principes patreſque ſtudioſe legit. Calvariæ fragmentum ſi depreſſum fuerit, cerebrumque urſerit, poſcere terebræ uſum. A duriori ictu decedere fere de calvaria duram membranam, exque ruptis vaſculis ſanguinem effundi, & cerebrum comprimere, unde periculum imminet, in dies majus. Pericranium abſque periculo incidi & lacerari. Effuſi ſub dura matre humores terebram reddunt neceſſariam. Calvariam fractam eſſe nullo ex ſigno, & unice ex ipſa inſpectione cognoſci, quæ requirit, ut calvaria denudetur. Sub fiſſura quacunque duram membranam fere inflammatam eſſe, & neceſſe videri cranium aperire. Depreſſum & fiſſum calvæ fragmentum optime tamen totum auferri. Suturis non parcendum, neque temporali muſculo. Non amat duram membranam incidere. Germanice vertit, notas adjecit vir gen. CHRISTOPH GOTTLIEB de MURR, qui etiam catalogum ſcriptorum de fracturis & vulneribus cranii addidit. Ita HALLER. In hac præſtantis adeo operis verſione Germanica, quæ prodiit NORIBERGÆ 1768. 8, doleas auctoris ſenſum ſubinde obſcuratum, ſubinde plane immutatum eſſe. Notæ adjectæ nullius ſunt momenti. Sed nec aliter fieri poterat a verſore ſcientia medica chirurgicaque deſtituto. Catalogus ſatis prolixus auctores ſuppeditat, quos hic adeſſe haud putares; ſunt tamen & alii plurimi, qui hic deſiderantur. Ita in *Deutſch. allgem. Bibl.* 10. *Band.* 1. *Stück pag.* 217.

Ejus *obſervations on the nature and conſequences of thoſe injuries to which the head is liable from extern violence.* LONDON 1768. 8. Velamenta calvæ conſuit, neque de iis aufert quidquam. A duro ictu vel lapſu calvam flaveſcere; in juniori homine futuram laxari fungumque emittere. Si dura cerebri membrana a calvaria ſeceſſerit, ulcus fere inter utramque offendi; perire, quibus pus non emittitur, & ſanari id ſi fiat. Terebra manu circumacta calvariam noſter perforat, ut pus emittat. A ſanguine effuſo ſenſus aboleri, cordis vires deprimi,

quæ

quæ ſymptomata continuo ab ictu vel lapſu ſuperveniant. In fractura abſque depreſſione mature terebra utitur. Inſtrumenta præfert ſimplicia. Quando fracta eſt calvaria, venæ ſectiones repetitas monet convenire, neque tamen ægrum ſecurum præſtare, niſi & calvaria terebretur, & pus emittatur. Suturam continuationem fiſſuræ in alterum cranii latus non morari. Non neceſſario funeſtum eſſe ſinus cerebri vulnus. Monet, ut ſufficiens calvariæ portio auferatur. Ad ſanguinem effuſum neceſſario requiri terebram; eum enim frequentem cauſam eſſe mortis. Non raro laminam internam calvariæ ſolam frangi. HALLER. V. *pag.* 832.

GERARDUS v. SWIETEN. V. *pag.* 123.

GOTTFRIED HENR. KANNEGIESSER. V. *pag.* 124.

Dale INGRAM. V. *pag.* 125.

JULIANUS OFRAI in *obſervations* &c. Ex ictu mors, nulla parte calvariæ fracta, ſuturis hiantibus. HALLER. V. *pag.* 126.

LUD. HENR. LEO HILCHEN. Ejus & F. C. RAINER. diſp. *de vulneribus cranii.* GIESSÆ 1748. 4. HALLER. V. *pag.* 1755.

JOACHIM FRID. HENKEL. V. *pag.* 128.

J. FRID. SCHREIBER. V. *pag.* 130.

PHILIPP. FICHET de FLECHY in *obſervations ſur différene cas* &c. Inter eas obſervationes memorabilis eſt curatio, in qua noſter os frontis terebra deſtruxit, ut denique nervi olfactorii in foraminibus cribroſi oſſis nudi apparerent. In fractura cranii tendines & ligamenta lacerata abſque ſymptomate. Calvariam abſque noxa depreſſam vidit. Sinus frontales magno vulnere aperti ſexto menſe coaluerunt. HALLER. V. *pag.* 132.

GEORG. AUG. LANGGUTH. Ejus diſp. *de ſinus frontalis vulnere ſine terebratione curando.* WITTEBERG. 1748. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Hæc vulnera, quæ vulgo habentur pro difficilimis, noſter abſque labore curat. HALLER. V. *pag.* 720.

PHILIPPUS CONRADUS FABRICIUS. V. *pag* 615.

ANTONIUS LOUIS, Ejus *poſitiones anatomico chirurgicæ de capite,* PARIS 1749. 4. Prima, ut putat HALLERUS, theſis, quæ a chirurgis literatis propoſita ſit. Aliqua de vulneribus capitis.

Contra eam diſput. prodiit *lettre a M. de F. Medecin ordinaire du Roi.* PARIS. . . . Præſidem ejus diſp. græca fracturarum nomina pro Arabicis habuiſſe &c. Ita HALLER. V. *pag* 133.

CLAUDE FRANÇOIS ATTHALIN, Profeſſor Veſuntinus. Ejus *lettre a un Medecin de la province, au ſujet d'une obſervation ſur les accidens funeſtes ſurvenus au bout de* 54. *jours a un coup reçu a la tête,*

tête, qui n'avoit occaſionné aucun accident primitif. Besançon 1746. 8. Poſt lapſum & depreſſam calvariam, & terebræ uſum, ſanguis in cerebro effuſus, qui corrumpi incipiebat, & initium putredinis cerebri ipſius. Non male duram membranam inciſam fuiſſe. Haller.

Joh. Claud. Munier & J. Fr. Paris *E. poſt gravem ab ictu vel caſu violento capitis contuſionem, etiam mediocriter ſuſpecta cranii fractura vel fiſſura cutis una cum pericranio ad os uſque incidenda.* Paris 1746. 4. Haller.

Christ. Philipp. Herwig. V. pag. 137.

Des Portes in *traité des playes* &c. gravia vulnera ſtlopetaria in cerebro ad ſanationem perduxit. Novam cranii a ſclopo læſionem vocat *en pente*, in qua lamina externa finditur, & paulum deprimitur, interna ſecedit, & cerebrum oblique comprimit: per fiſſuram vero tenuis de globo lamina tranſit; ut id malum curetur, cujus exemplum producit. Vulnus & glans intra caput latens trepano quæri debet. Vulnus per nares ad tympanum uſque poſt multas inciſiones ſanatum. Haller. V. pag. 1756.

Le Blanc, chirurgus. Ejus *lettre a M.* Le Cat, Paris 1749. 12. excuſam citat Portalivs. Exſtat in le Catiana narratio hujus chirurgi de proprio in dura membrana vulnere. Haller. V. pag. 837.

Janus Reghellini in *oſſervazioni* &c. Dolor capitis a dura matre in cerebrum depreſſa: dura cerebri membrana cartilaginea. Abſceſſus cerebri ad ventriculum usque penetrans, & pars magna calvariæ conſumta Haller. V. pag. 139.

Gottlob Thebesius. Ejus diſp. *de gravi vulnere curato.* Halæ 1749. 4. Haller.

Franciscus Lamure. V. pag. 140.

J. Godofr. Zinn. Ejus *experimenta circa corpus calloſum, cerebellum, duram meningem in vivis animalibus inſtituta.* Gotting. 1749. 4. Vulnera corporis calloſi nihil habere magis perniciofi, quam aliarum cerebri partium vulnera. Sed neque cerebelli vulnera velociorem necem inferre: duræ meningis vulnera ne dolere quidem. Haller.

J. Georgius Roederer. V. pag. 1462.

Antonius de Haen in *prælectionibus* &c. pag. 539. agit de vulneribus capitis. V. pag. 656.

Hugo Ravaton in *Chirurgie d'armée* &c. in contuſione calvariæ debere pericranium in ſpeciem acuti anguli incidi, duram meningem liberrime incidit. Lamina calvariæ exterior integra, interna funeſto eventu depreſſa. Maxima mala in cerebri abſceſſibus, eſſe a puris in ſanguinem reditu. Glans plumbea diu in ſinu frontali hæſit, & de-

nique

nique elapſa eſt. Punctoria vulnera per oculum fere ſubito mortem inferunt, cerebro læſo. Vulnera punctoria calvariæ ſopiunt. HALLER. V. *pag.* 1757.

J. FRID. CARTHEUSER. Ejus diſp. *de morbis capitis externis.* FRANCOF. ad VIADR. 1756. 4. HALLER. V. *pag.* 898.

J. CHRISTOPH. TEUBELER. Ejus diſſ. *de vulneribus cerebri non ſemper lethalibus*: præſide J. A. BÜCHNER prodiit HALÆ 1750. 4. Memorabilis diſſertatio, recuſa in HALLERI *ſelectis chir.* Proprias in caſtris collectas obſervationes producit, Pars cerebri, fracta calvaria, deſtructa, convulſio, delirium, ut tamen ægrotus ſervaretur. Amiſſa pars medullæ cerebri abſque febre & convulſione, & aliud abſque ſymptomate. HALLER.

ACHILLES FRANC. FONTAIN & ANT. GARNIER *E. poſt gravem ex ictu vel caſu capitis percuſſionem, non juvante etiam iterata terebratione dura meninx inciſione aperienda eſt.* PARIS 1750. 4. HALLER.

JOSEPH. WARNER in *caſes in Surgery* &c. Os per tres menſes in dura matre hæſit abſque convulſione & ſymptomate, tantum ut fungus de cerebro pullularet, qui abſque ullo malo extractus eſt. Trepanum ſuturæ lambdoideæ admotum, dura membrana inciſa, ut ſerum emitteretur. HALLER. V. *pag.* 142.

PETRUS BARRERE in *obſervations anatomiques* &c. in editione a 1753. 4. Mortes ex commotione cerebri, nulla parte læſa HALLER. V. *pag.* 345.

GEORG. HEUERMANN in *vornehmſten chirurgiſchen Operationen* &c. T. I. Vulnera cerebelli tamen lethalia eſſe. In T. III. Muſculos temporales abſque malo ſymptomate contundi, & duram matrem abſque malo dividi. Corporis calloſi & cerebelli vulnera non adeo certo perniciem inferre.

Idem *in vermiſchte Bemerkungen* &c. Fractura oſſis occipitis ſanata. Ex vulnere funeſtus cerebri abſceſſus, qui potuiſſet vitari. Commotio medullæ ſpinalis, exque ea magna ſymptomata. HALLER. V. *pag.* 310.

J. GEORG. ZIMMERMANN, Archiater nunc Regius & Electoralis. Ejus diſp. inauguralis *de irritabilitate.* GOTTING. 1751. 4. Experimenta ſunt de vulnerum cerebri, nervorum, ſpinalis medullæ, effectu. HALLER.

J. TARGIONI TOZZETTI. V. *pag.* 144.

ALEXAND. SCHMID. Ejus diſp. *de vulneribus capitis.* HARDEWYK 1752. 4. HALLER.

J. A. Loubet in *traité de playes* &c. Vulnera capitis, quando aponeuroſis calvariæ aut pericranium læſum eſt, majores poſtulant inciſiones. Non debere quatuor inciſionis angulos detruncari. Fractæ calvariæ trepani uſus convenit, ut coronæ repetita foramina ſe decuſſent. Dari tenues calvarias, ob quas levis ictus mortem poſſit inferre. Haller. V. pag. 1760.

Andouille' in *Mem. de Chirurg.* T. III. reprobat in vulneribus capitis venæ pedis ſectionem, ex qua ſubita ſanguinis in hepar congeſtio fieri queat. Haller. V. pag. 1761.

Delaisse in *recueil d'obſervations* &c. P. I. Cum Capillus per quinque dies in dura matre impactus hæſiſſet, nulla inde ſecuta ſymptomata. Haller. V. pag. 145.

Petrus Paulus Tanaron. V. pag. 146.

Nicolaus Capelleti, Lucenſis, ex Magati ſecta. Ejus *delle ferite della cute del capo diſſ.*, *in cui ſi dimoſtra l'inſuſſiſtenza del di loro preteſo pericolo ed il metodo di curarle.* Venezia 1754. 4. Multo minus quam veteres ſibi a vulneribus capitis metuit. Falcinellum citat, & ipſum Magati adſeclam: cutanea capitis vulnera negat periculum habere. Neque turundas probat, neque terebrationem nimis repetitam. Infeliciter fere in bellis Inſubricis eam cecidiſſe: ſæpe vidit fracta oſſa deceſſiſſe. Sæpe cerebri vulnera ſanata fuiſſe. Cutanea vulnera capitis, evitatis turundis & ſuppurantibus emplaſtris glutinantibus curat. Melitæ ob ſimplicitatem curationis chirurgos eſſe feliciſſimos. Dira die ſeptimo ſymptomata a ſphærula nata apparuiſſe, quæ cranium abſque viſibili inæqualitate perforaverat, & meninges compreſſerat. Pro curatione Magatiana. Haller.

Benjamin Gooch. V. pag. 149.

Du Verget in *Anfangsgründe der Wundarzneykunſt* &c. T. I. magna mala a meningum ſuppuratione metuit, quæ propterea plerumque nimis ſero adgnoſcatur; cum vulneribus ſtlopetariis id infortunium fere conjungi, & ſolere una cerebri adeſſe ſuppurationem. Haller. V. pag. 151.

J. Henr. Brandau. Ejus *diſſ. chirurgica ſiſtens ſingularem caſum concernentem vulnus capitis ubi ſtlopeta cranium non modo fractum, ſed & cerebri ſubſtantia corticalis ut & medullaris partim effluxa abſque trepani operatione feliciter ſanatum.* Cassel 1755. 4. Haller.

J. Henr. Schutte. V. pag. 154.

J. M. Hofmann. V. pag. 154.

Gustav. Phil. vel Mich. Zwinger. Ejus *hiſtoria pericranii ſua ſponte regenerati.* Altdorf. 1756. 4. Diſputatio. Haller.

Beauregard. V. pag. 156.

Trecourt. V. pag. 156.

Martin. V. pag. 157.

Marc. Anton. Leop. Caldani in epiſt. *ſull' inſenſilità* &c. Laudat aquæ frigidæ in recentibus vulneribus utilitatem. A dura meninge læſa nulla ſymptomata ſecuta: a cerebri vero vulneribus convulſiones ortæ ſunt, neque hic corpus calloſum ullam habet prærogativam.

Idem in *rifleſſioni fiſiologiche* &c. Ab ictu equi calvaria fracta, dura membrana a Verna irritata absque malo, ut vulnus feliciter ſaneſceret. Poſt ictum lapidis, ex Cl. Bonioli relatione, cum trepano chirurgus uteretur, laceravit duram membranam: nullus inde dolor, neque convulſio neque ſymptoma, & facilis ſanatio. Iterum ab ictu duram matrem oſſea fragmenta laceraverant, cum ea eximerentur, nullus dolor, nulla ſymptomata, nullæ nervorum diſtentiones ſupervenerunt, etſi quidem a ſuppuratione æger denique exſtinctus eſt. Plus quadrageſies dura membrana ſanguine tincta, ſuppurata, absque ullo dolore. Iterum oſſe a ſaxo depreſſo, dura membrana nudata, exemta de ea vitreæ laminæ fragmenta: nullus dolor, irritata eadem meninx aſperis inſtrumentis nullo cum ſenſu, facile convaluit. Ab ictu ſaxi ſpaſmus rigidus maſſeteris, cranium depreſſum, dura mater trepano nudata, irritata volſellis, repetito, nullo cum ſenſu, & facilis ſecuta ſanatio. Haller. V. pag. 1454.

Arnoldus Duntze, Halleri olim carus diſcipulus. Ejus *Werlhofs* &c. *Urtheile über eine Krankengeſchichte* .... 1757. Vulnus capitis ſero lethale, cum dura mater inciſa eſſet, & in cerebro abſceſſus. Curatio hic defenditur, & reſpondent, quos Cl. vir conſuluit, medici nullam in mali initiis cauſam fuiſſe, cur dura mater divideretur. Haller.

Georg. Lud. Alefeld. Ejus *an contrafiſſura in cranio infantis æque ac adulti generari queat.* Giessæ 1769. 4. Ictus in ſiniſtrum bregma, a quo alæ minores oſſis ſphenoidei ab oſſe frontis ſeceſſerunt. Haller. V. pag. 1204.

Ambrosius Bertrandi. V. pag. 162.

Larber in *anatomia chirurgica* &c. Grave vulnus calvariæ absque trepani uſu ſanatum. In dubio caſu vehementis commotionis malum absque trepano curatum. Haller. V. pag. 1315.

Mehe'e de la Touche. Ejus *traité de leſions de la tête par contre coup avec des experiences propres a en éclairer la doctrine.* Meaux 1773. 8. Etſi non ubique veriorem ſententiam tuetur, laudem tamen eſt meritus, quod experimenta propria in animalibus fecerit. Cæterum ei mens eſt, læſionem, quæ dicitur calamitas, locum habere, & potiſſimum ab anterioribus ad poſteriora: tunc etiam facilius, quando nihil fractum eſt. De

paralyſi in latere oppoſito partis læſæ, cujus varia exempla habet, etiam aliquando in experimento, nam plerumque equidem effectus compreſſi cerebri utrique lateri moleſtus fuit. Vulnera cerebri non profunda, non magna producere ſymptomata, ea tum demum ſupervenire, quando vel ventriculorum aliquis apertus eſt, vel cerebellum, vel aliqua pars oblongatæ medullæ. Plerumque id latus convellitur, quod eſt e directo vulneris. Cerebelli læſiones perinde modo ſuum latus afficiunt, modo latus oppoſitum. In experimentis vulnera calloſi corporis nihil habuerunt peculiare. Cerebelli vulnera facere, ut caput in ſuum latus demergatur. Sedem læſionis potiſſimum a dolore innoteſcere. Calvariam fractam, aut depreſſam, terebram poſcere. Venam ſectam ad concuſſionem cerebri valere, & terebrationi debere præmitti. Cerebelli vulnera graviora mala conſequi, paralyſin &c. Vulnera medullæ ſpinalis extemplo necare. Vulnera medullæ oblongatæ fere late paralyſin facere, neque tardas mortes. Poſt validum ictum acceptum calvariam detegi debere. Exfoliationem inconſpicuam etiam locum habere, in qua carunculæ ſubnaſcentes os amiſſum continuo reparent. Eſſe ubi os ſquamam non dejiciat, etiam quando ſanguis per aures manavit, etiam quando os fractum fuit. Emplaſtra glutinoſa male ad depreſſiones adhiberi. Fungos eſſe e ſanguine coacto. Non continuo canem periiſſe, cui cerebellum noſter fauciaverat, continuo vero cum medullam ſpinalem. HALLER. V. *pag.* 844.

CHEVALIER, chirurgus, in *Journal de Med.* T. XI. poſt ictum in capite acceptum, quinquageſimo ſeptimo demum anno ſquama oſſea deceſſit. HALLER.

CLAUD POUTEAU. V. *pag.* 170.

HERM. HENR. CHR. SCHRADER in *obſervationibus* &c. Graviſſimus lapſus, ut ſanguis per nares flueret, pars ſcapulæ fracta eſſet, ſervatus tamen eſt æger. Contra periit, cui illapſum lignum graviter cervicem percuſſerat. HALLER. V. *pag.* 1206.

JOHANNES BATTING, chirurgus. Ejus *chirurgical tracts relating to wounds and contuſions of the head, fractures of the ſkull with remark* OXFORD....8. anno non addito. Prodiit a. 1760. Princeps viro ſcopus eſt, chirurgos monere, quoties ſigna gravis in cerebro mali adſunt, ne omittant venæ ſectione & aliis medicamentis evacuantibus inflammationi ſubvenire, quam ipſe in dura membrana ponit. Caſus eo ſpectantes omnino viginti recenſet, pleroſque funeſtos. Inter eos eſt calamitas varia, etiam internæ laminæ fractæ cum externa integra: & inflammata meninx, cum tamen alia in ſede cranium percuſſum fuiſſet. Os temporum perforavit absque malo eventu. Occipitis mala fere necem intulerunt. Abſceſſus hepatis ſemel ſucceſſit. HALLER.

BOIS-

Boisson. V. pag. 172.

Jacobus v. Lil. V. pag. 174.

J. Ulric. Bilguer. V. pag. 174.

Ejus porro *mediciniſch-chirurgiſche Fragen, welche die Verletzung der Hirnſchale betreffen; nebſt einem Verſuch zur Beantwortung der Fragen von den Contrafiſſuren in den Verletzungen des Kopfs, und die praktiſchen Folgen, welche man daraus ziehen kann, zu beſtimmen.* Berlin. 1771. 8. De oſſium longorum fiſſuris: utique locum habere, etiam in ſimplici fractura. Quando aut eas aut cranii fiſſuras gravia ſymptomata ſequantur, quarum ſigna tamen incerta ſint: in fiſſuris oſſium longorum tamen juſtæ conjecturæ. Contrafiſſuræ plura exempla producit, ubi alias interna lamina, alias alternum latus fiſſum eſt. Magna ſymptomata orta absque chirurgica curatione evanuiſſe. Haller.

J. Christian Hildebrand. V. pag. 176.

Anton. Högg. V. pag. 180.

J. Rud. Stæhelin in *Act. Helvet.* T. V. retulit de graviſſimo vulnere capitis ſanato. Duram matrem & tendines in homine ſenſu deſtitui. Haller.

Samuel Clossy. V. pag. 183.

J. Martin Lörsch. Ejus *metaſtaſis ad caput cum trepano.* Argentor. 1763. 4. Diſputatio. Suturarum poſt lapſum diſceſſio, nudata dura matre inflammata absque dolore, æger ſervatus. Haller.

Justus Christophorus Ketsch. Ejus *de venæ ſectione in læſionibus capitis vicem terebræ aliquando ſuſtinente.* Greifswald 1763. 4. Non eſſe Ketschii legit Hallerus.

Ferdinandus Martini, chirurgus. Ejus *Spuhr zum Begriff von der Erſchütterung des Hirns.* Koppenhagen 1764. 8. Eam commotionem cerebri interpretatur a mutata figura ovali capitis, ut oppoſiti fines ad ſe propius accedant. Quamprimum ea vis major eſt quam cordis impulſio, neceſſe eſt cerebrum elidi, ejus humores exprimi, & inter cerebrum atque calvariam ſpatium vacuum naſci; in id ſpatium ſanguinem a pondere aëris impelli, & minima vaſa diſtendi, & denique rumpi.

Idem in *chirurgiſche Streitſchriften* &c. Symptomata, quæ pericranio, aut aponeuroſi calvariæ impoſitæ, tribuuntur, verius ad nervos pertinere. Rectius dura mater incideretur, quoties calvaria terebratur.

Ejus *ein Dutzend Betrachtungen, welche das Hirn betreffen.* Ibid. 1768. 8. De vulneribus etiam cerebri agit, iisque graviſſimis ſanatis, cum pars cerebri periiſſet, aut glans plumbea in cerebro reſideret

Ejus

Ejus *Zweites Dutzend Beobachtungen, welche das Hirn betreffen.* KOPPENHAGEN 1769. 8. Huc nonnullæ calvariæ fracturæ, quæ, dum æger vixit, non potuerunt adgnoſci. Febres ex vulneribus cerebri periodicæ. Ut in vulneribus capitis firmior cicatrix ſubnaſcatur, annulum inter cutem & calvariam inmittit. Concrementum lapideum cerebri in paralyſi. Gangræna cerebri non funeſta. Reſolutiones ſubitæ ex concuſſione & ſaltu. HALLER. V. *pag.* 185.

LEBRECHT FRID. BENJAM. LENTIN. V. *pag.* 186.

VOLAIRE. V *pag* 187.

DAUNOU. V. *pag.* 187.

BAYLE. V. *pag.* 188.

JOHN WILLIAM, chirurgus in *Redruth* Cornubiæ. Ejus *ſome hiſtories of wounds of the head with obſervations.* FALMUTH 1765. 8. Primum de capitis vulneribus. Adverſus deligationem, in qua nihil admittitur præter linteum carptum ſiccum. Medicamenta, quæ duræ meningi oporteat imponi. Fungos cerebri reſecat. Ex lapſu feſtuca oſſea in ſinum duræ membranæ impacta. Sanguis ſub ea meninge effuſus, ea ipſa inciſa emiſſus, cum bonis ægri rebus. A lapſu vertigo: terebrata calvaria, meninx & cerebrum ſuppuratum, eventu funeſto. Ab ictu mulæ nata ſymptomata trepano repetito ſublata, nullo humore emiſſo. A fragmentis oſſeis cerebro impactis terebratum cranium; cerebrum erupit, mors ſecuta eſt. Sanguinem ſupprimit linteo in vitriolum intincto. HALLER.

J. BAPT. M. WILH. FERRAND. Ejus & FRANC. CHOPART diſp. *de reſonitu* PARIS 1770. 4. Cum in ſiniſtrum latus fœmina lapſa eſſet, in dextro latere ſanguis effuſus eſt. Sic in alio exemplo ex lapſu in verticem ſanguis effuſus ſub oſſe frontis. HALLER. V. *pag.* 584.

HYACINTH. THEODOR. BARON & HENR. RAYMOND *E. capitis affectibus jugularis venæ ſectio.* PARIS 1765. 4. HALLER.

NOLLESON. V. *pag.* 189.

A. van DEKEN. V. *pag.* 191.

JACOB. BOTH. V. *pag.* 191.

RICHARD de HAUTESIERK. V. *pag.* 192.

PLANCHON. V. *pag.* 193.

MARESCHAL de ROUGERES. V. *pag.* 194.

JOSEPH. JACOB. PLENCK. Ejus *Lehre von den Hauptkrankheiten nach ihren Klaſſen, Geſchlechtern und Gattung; aus dem Lateiniſchen von* F. X. v. WASSERBERG, WIEN 1777. 8. Ita de LUCA (f). V. *pag.* 195.

PAGE'. V. 201.

(f) In *gelehrten Oeſterreich &c.*

Petr. Maria Viellard & Joseph Dussans præf. *E. in pertinacibus faciei capitisque doloribus nihil, ſed contra plurimum nocere poteſt nervorum quinti paris ſectio.* Paris 1768. 4. Tria exempla ad Al-bini conſilium reſecti nervi infraorbitalis. Dolor ſublatus cito rediit. Haller.

J. Aug. Phil. Gesner. V. pag. 205.

J. Jac. Frisac, chirurgus. Ejus *theſe de Chirurgie ſur les bleſſures de la tête.* Gallice Toulouse 1769. 4. Haller.

Dupre' de l'Isle. Ejus *traité des leſions de la tête par le contre-coup & des conſequences pratiques.* Paris 1770. 12. Aëre caput plenum ponit. Calamitatem prævidet, & præſagium ab experimento confirmatum eſt, quod tumori erat ſuperſtructum, ſi fiſſura adfuerit: terebram commendat. Haller.

J. Philipp. Kees. Ejus diſp. *de læſionibus capitis.* Argentor. 1770. 4. A gravi lapſu magna ſymptomata absque terebratione ſuperata. Haller.

J. Georg. Oberteuffer. Ejus *diſſertatio enthlaſin cranii ſponte reſtitutam exhibens.* Argent. 1771. 4. Haller.

Dandeville des Parts. V. pag. 216.

John Hill. V. pag. 216.

Matth. Franc. Alix. V. pag. 218.

J. Dan. Metzger. Ejus *adverſaria medica. Continent chirurgica, phyſiologica, practica.* Trajecti ad Mosam 1775. 8. Huc facit tractatus *de læſionibus capitis*, quem J. Philippus Kees diſſertationis inauguralis loco edidit Argentor. 1770. Hic autem recuditur tanquam Metzgeri opus, hinc inde mutatum. Concuſſionem cerebri ſemper eſſe metuendam; mala, quæ inde oriantur. Ea quiete, nervinis, cortice potiſſimum Peruviano noſter curat. Sanguinem in cerebro effuſum reſolvi ac reſorberi poſſe. Terebrationem calvariæ non continuo neceſſariam eſſe, quæ inſida ſit operatio. Richter. V. pag. 1327.

J. W. vel Fr. Bauer. Ejus *zwo chirurgiſche Wahrnehmungen bey einer Kopfwunde, und in einem wahren Krebsgeſchwüre.* Hersfeld 1773. 8. Os verticis a lapſu depreſſum, & fractum, dura meninx in elevando læſa, nihilo ſecius ſervatus puer. Haller.

Thoyer. V. pag. 229.

J. Lebrecht Schmucker. V. pag. 230.

Schumacher. V. pag. 233.

Wurm. V. pag. 233.

Geisler. V. pag. 233.

Koeh-

Koehler. V. pag. 233.
Pistor. V. pag. 233.
Ramdohr. V. pag. 233.
Troester. V. pag. 236.
Dupouy. V. pag. 237.
Pietsch. V. pag. 239.
Bourleyre. V. pag. 239.
Henr. Frid. Koch. V. pag. 240.
Raphael Joh. Steidele. V. pag. 243.

William Dease, chirurgus Londinenſis Noſodochii S. Nicolai & S. Catharinæ. Ejus *obſervations on the wounds of the head, with a particular enquiry into the parts principally affected in thoſe, who die in conſequence of ſuch injuries.* London 1776. 8. Contra eos, qui propendentes de capite contuſo tegumentorum lacinias protinus coaptant firmantque; corpora utique hic peregrina obſtare, necque partes eas contuſas ſine ſuppuratione ſanari. Telam ſubtilem unguento digeſtivo imbutam tegumenta inter & cranium ponendam eſſe ſuadet, ac demum poſt aliquot dierum ſpatium, cum partes læſæ, abſoluta jam ſuppuratione, confervere inceperint, auferendam. Non probes tamen hanc auctoris opinionem, tum quod ea corpora peregrina tolli poſſunt; tum quia, ob figuram capitis ſphæricam, non tantam, ut noſter putat, læſionem integumenta patiuntur: quid, quod experientia teſtis eſt, ſanari ſæpe vulnera cum contuſionibus complicata absque ſuppuratione? Quo in caſu noſter noxie linteum ſuum applicabit, in contrario autem ſupervacanee. Majoris momenti ſunt, quæ de dura matre accurate proponit. Etſi multi auctores & imprimis Pott duræ matris a cranio ſeceſſionem, ejus inflammationem ſuppurationemque, ut frequentiſſimam ac præcipuam ſymptomatum periculoſiſſimorum vulneribus capitis ſupervenientium cauſam eſſe perhibent, & metuunt; noſter tamen his adeo non movetur, ut periculum, ſi quod ex duræ membranæ ſuppuratione immineat, admoto trepano præverti poſſe credat. Contra communem opinionem negat in læſione cranii ſimul & duram matrem adfici, quamvis per vaſa ſanguinea cum eodem communicet; nam a fonticulis in ſutura cranii excitatis, turbata manifeſte communicatione, nunquam fuiſſe obſervatam duræ matris aut a cranio ſeceſſionem, aut ſuppurationem. Sic, ubi per nodos tophoſque venereos ea communicatio manifeſte ſublata fuerit, nihil duram matrem pati. In carie quidem cranii utramque ſubinde laminam exedente aboletur hæc communicatio, ut tamen, reparato poſt exfoliationem cranio, nova renaſcatur. Igitur, ſi ex turbata manifeſte tali duram matrem inter & cranium communicatione vel nulla fiat ſeceſſio, vel poſita hac nullum periculum ſequatur, non videri, cur duræ meningis ſeceſſio, quam in vulneri-

bus

bus capitis fieri contigerit, adeo periculoſa ſit, præſertim ubi homo cætera ſanus, & pus terebratione eductum fuerit. Funeſtos in læſionibus capitis eventus non a dura ſed pia matre & cerebro repetendos eſſe; horum enim tenerrima vaſcula concuſſione facile debilitari, paralytica fieri, atque ſic humorum affluentium ſtagnationem, indeque natam inflammationem & ſuppurationem facile intelligi. Semper his in caſibus piam matrem & corticem cerebri ſuppurata vidit. Symptomata hujus inflammationis & ſuppurationis potiſſimum inter octavum & decimum ſeptimum diem, raro citius aut ſerius, ſe manifeſtare. Signa mali externa vix apparere, niſi incipiente fere ſuppuratione. Sæpe noſter, inſtituta ad primum, quod apparuit ſignum, trepanatione præſentem jam ſuppurationem vidit, neque id mirum videri, cum partes inflammationis ſedem hic præbentes, prorſus inſenſiles ſint. Ipſa hæc ſymptomata ſuppurationem comitantia videntur potius a reſorptione puris, quam a topica irritatione oriri. Ex his facile intelligi, cur cura antiphlogiſtica apparentibus primis mali ſignis, hoc eſt præſente jam ſuppuratione, inſtituta omni careat effectu. Fruſtra hic ſive largas venæ ſectiones, quas Pottius, ſive pulverem Doveri, quem Bromfieldus commendat: ſe tentaſſe. Nec profuit terebratio a Pottio poſt fruſtraneas venæ ſectiones commendata; ſed nec prodeſſe poteſt, hac enim adminiſtratione pus inter cerebrum & duram membranam hærens ſolummodo educitur, nequaquam autem illud, quod ex ſuppurata pia matre, ſede mali, natum inter eam & cerebrum latet, etſi duram meningem incidas, cum illud plerumque per cerebri ſuperficiem late diffuſum ſit. Illud noſter medicamentis reſolvere tentat, ut reſorbeatur. Hujus reſolutionis felices eventus. Doleas, ignotas fuiſſe auctori, cum hæc ſcriberet, obſervationes chirurgicas Schmuckeri. Inveniſſet profecto ibidem cum argumenta veritatem ſuorum aſſertorum indubiam reddentia, tum etiam remedium ad inflammationem piæ matris cerebrique efficaciſſimum: fomentationes videlicet frigidas a Schmuckero tantopere & merito commendatas. Cæterum Dease & Schmucker, unam ex obſcuriſſimis, quæ de capitis læſione obvenire poſſunt, materiam egregie illuſtrarunt: cum alter ſymptomatum in capitis læſione adeo ſero & cum mortis plerumque periculo ſe ſe manifeſtantium veram cauſam, remedium alter nos edocuerit. Quippe ex ſola humorum adfluentium in vaſis piæ matris per concuſſionem debilitatis ſtagnatione ratio aperte evincitur natæ ibidem inflammationis & ſuppurationis. Roborantibus itaque hic opus eſt: id quod nec venæ ſectiones, nec trepanatio, nec denique Doverianus pulvis, ſed frigidæ fomentationes maxime valent efficere. Ita Richter.

Scharp. V. *pag.* 244.

Maximilianus Stoll. V. *pag.* 251.

ALEXANDER KÖLPIN, chirurgus Aulicus S. R. M. Dan. Ejus *de capitis læſionibus meletemata medico-chirurgica, cum adjectis adnotationibus.* HAFNIÆ 1777. 8. Multa hic occurrunt, quæ experimentis non ſatis repetitis innixa, parum firma eſſe videntur. Latinitatem non laudes. Ita RICHTER. An idem qui *pag.* 1216.

MALER von CARLSRUH. Ejus diſp. *de commotione cerebri.* STRASBURG. 1777. 4.

GUYETAN. V. *pag.* 254.

LIMBOURG. V. *pag.* 255.

JOSEPH. MOHRENHEIM in *Beobachtungen* &c. *Obſ.* 1. Vulnus oſſi frontis & temporum cæſim inflictum, funeſtum. *Obſ.* 2. a lapſu contuſio oſſis parietalis & vulnus gangrænoſum cum vertigine & lethargo, uſu fomenti ex cortice Peruviano & eſſentia mirrhæ feliciter in ſene curatum. *Obſ.* 3. ab ictu globi tormentarii fracta calvaria, indeque graviſſima ſymptomata & mors. *Obſ.* 4. in puero vulnus capiti ab irruente tegula inflictum, a cranii fragmentis dura meninx lacerata, eventu lethali. *Obſ.* 5. præmagnum capitis vulnus cum ingenti contuſione in fœmina gravida ſanatum. *Obſ.* 6. capitis contuſio & vulnus facile ſanatum. V. *pag.* 1435.

(Plura de fractura capitis. V. *fracturæ*).

(Plura de terebratione cranii. V. *terebratio*).

ADDENDA.

ADDENDA.

Ad pag. 34. lin. 11. infer. poſt & 1717. 8. adde

Italice prodiit Bonon. 1695. 8.

Pag. 114. ad Albertum de Haller poſt *Lobrede &c.*

Ernesti Godofred. Baldinger, Profeſſoris primarii Gottingenſis, *oratio in laudes meritorum* Alberti de Haller *nuper (12. Dec. 1777.) pie defuncti.* Göttingæ 1778. 4.

Pag. 122. lin. 1. poſt 1733. 8.

Germanice Lipsiæ 1774. 8.

Pag. 183. ad P. Sue poſt 1771. 12.

Germanice, vertente Joh. Georg. Krünitz, prodiit Berlin u. Leipz. 1773.

Pag. 216. ad John Hill poſt 1772. 8.

Germanice cum titulo *chirurgiſche Beobachtungen, welche hauptſächlich den Krebs und Verletzung des Kopfs betreffen.* Leipzig 1777. 8.

Pag. 243. ante Raphaelem Joh. Steidele.

Jacobe Reinlein, medicus, qui novam prælectionum medico-chirurgicarum cathedram Vindobonæ primus conſcendit. Ejus *Vorleſbuch über die Anfangsgründe der Arzneywiſſenſchaft für die Wundärzte.* Wien 1776. 8.

Pag. 264. ante Claudium Galenum.

Aretæus Cappadox in *diuturn.* L. I. cap. 9. abſceſſum coli prope hepar in dextra parte ipſe ſecuit, ex quo multum puris effluxit, multum etiam per renes & veſicam deceſſit: poſt longum tempus tamen æger convaluit.

Idem in *cauſ. & ſign. acut.* L. I. cap. 13. abſceſſum hepatis extrorſum vergentem ferro candente jubet aperiri. Haller. V. *adminiſtr. chirurg.*

Pag. 267. ad ABU AMRAM MUSA &c. poſt vocem *Doctor*.

Ejus *Moſis aphoriſmi ſecundum doctrinam Hippocratis & Galeni* prodierunt BONON. 1489. 4. VENET. 1497. fol. cum RHAZEI variis. BASIL. 1579. 8. Eſt compendium Medicinæ univerſæ, etiam Chirurgiæ. Ita HALLER (a).

Pag. 289. lin. 6. poſt PATAV. 1769. 4.

Hæc editio utiliſſima eſt, cum multis codicibus uſus ſit editor, ut ex variis lectionibus meliorem quamque divinet, expellat, quæ ſubinde ex gloſſa in textum irrepſerunt, corrupta emendet. Eo in labore diligentiſſime verſatus, plurima certe correxit, & probabiliter reſtituit. Ita HALLER.

Pag. 382. poſt HIERONYMUM FABRICIUM.

HIERONYMUS NYMMAN. Ejus *de gravi auditu, ſ. ſurditate*. WITTEBERG 1592. 4. HALLER (b).

Pag. 503. poſt MAXIMILIANUM STOLL.

NATHANAEL HULME, medicus Londinenſis, in ſua *oratione de re medica cognoſcenda & promovenda* LONDON 1777. 4. pag. 44. hiſtoriam narrat hominis calculoſi proprio medicamento curati. Hæc eadem hiſtoria redit in altero ſuo libello Anglice ſcripto...... & deinde Germanice verſo cum titulo: *Anzeige eines leichten und ſicheren Mittels wider den Blaſen- und Nierenſtein, den Scorbut, das Podagra, wieder aufzehrendes Fieber und die Würme.* LEIPZIG 1778. 8. Suum hic auctor revelat arcanum, quod calculum ſolvat, ſolutumque per urinam eliminet. Parari ex ſale tartari & ſpiritu vitrioli, ſequenti modo: ſalis tartari grana xv in aquæ puræ unc. iij. ſoluta, quater de die propinantur, quibus mox ſuperpotandæ ſint guttæ xx. ſpiritus vitrioli in unciis iij. aquæ; ut ſic in ventriculo fiat efferveſcentia, a qua plurimum noſter ſperat. Pro efficacia hujus remedii teſtimonia & fauſtos eventus addit.

Pag. 662. ante de la CONDAMINE.

JOSEPH. JACOB. PLENCK. Ejus *de dentium & gingivarum morbis*. WIEN 1778. 8. V. *pag.* 195.

Pag. 899. lin. 3. poſt vocem HALLER adde

Non ſolum de proſtata ulceroſa retulit MOLINARIUS, ſed integrum & egregium dedit tractatum, in quo de iſchuria & de punctione veſicæ fuſe agit. Plurima auctorum loca ad ſcopum facientia collegit & allegat.

(a) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 399. (b) Ibid. T. II. pag. 303.

Pag. 1012. ad OTTONEM BRUNFELSIUM adde integrum operis titulum:

Jatrium medicamentorum ſimplicium, continens remedia omnium morborum. ARGENT. 1533. 8. 2. vol. Morborum a capite ad calcem receuſio, & ad quemque farrago medicamentorum ſimplicium, potiſſimum ex PLINIO VALERIANO. Ita HALLER (c).

AD VENEREUM MORBUM

Adde ſequentes auctores, quos ex noviſſima ASTRUCII editione Latina & Gallica decerptos hic ſuppeditare *pag.* 1622. promiſi,

Pag. 1511. poſt PETRUM de la CERLATA.

JOHANNES MULLERUS, de REGIOMONTE, vulgo REGIOMONTANUS, vel MONTEREGIUS a patria ſic dictus, natus anno 1436., KÖNIGSBERGÆ in FRANCONIA, Aſtronomiæ elementis ſtudium dedit primum LIPSIÆ, ac poſtea VINDOBONÆ, ubi GEORGIUM PEURBAGHIUM Aſtronomiam cum laude docentem audiverat, quo mortuo anno 1461., in ITALIAM profectus eſt, BESSARIONEM Cardinalem comitatus, ſed in Germaniam brevi regreſſus eſt, & aliquamdiu VINDOBONÆ mathematicas ſcientias publice docuit, donec perluſtrata prius HUNGARIA, quo a REGE MATTHIA CORVINO invitatus fuerat, NORIBERGAM conceſſit anno 1471., ubi obſervandis cœleſtibus ad Aſtronomiæ inſtaurationem, librisque excudendis ſedulus vacabat, cum a SIXTO IV. ſummo Pontifice deſignatus eſt Epiſcopus Ratisbonenſis, & anno 1475., ROMAM accerſitus, ut Kalendarii reformationi præeſſet: obtemperavit ſed non lubens, & anno inſequente 1476., ROMÆ fato functus eſt anno ætatis 41., ſive peſte, ut narrat JOVIUS, ſive potius veneno de medio ſublatus, inſidiis, ut fama fuit, filiorum GEORGII TRAPEZUNTII, quos ſibi iratos habebat, quod parentis eorum circa PTOLOMÆUM, THEONEMque lapſus non diſſimulaſſet. Inſultum luis Gallicæ ex aſtrologia a MULLERO prædictum fuiſſe THEOPHRASTUS PARACELSUS (d) ſcribit; ſed in MULLERI *ephemeridibus* (ubi illa prædictio videbatur contineri potuiſſe,) *quas vulgo dicunt Almanach, ad triginta duos annos*, ſcilicet ab anno 1474., ad annum 1506. *ſcriptis & editis* NORIBERGÆ 1474. 4: nihil de lue venerea ASTRUCIUS comperit.

PAULUS

(c) Ibid. T. I. pag. 527. (d) In L. I. *de peſte* cap. 4.

PAULUS ALMANUS, de MIDDELBURGO, ſive PAULUS MIDDELBURGIUS, a natali ſolo ita vocatus, Aſtronomiæ Profeſſor Paduanus, medicus FREDERICI Ducis Urbini, & GUIDONIS EUBALDI Comitis Montis feretri; obiit ROMÆ a. 1534. ætatis 89. Scripſit PETRUS MAYNARDUS (e) Gallicum morbum prædictum fuiſſe a PAULO de MEDELBURGO in *prognoſtico* 20. *annorum*, quod *ad illuſtriſſimos Principes, Urbini Ducem, D. Guidonem Monferetanum ac ſapientiſſimum Octavianum de Ubaldinis* ſcripſit pridie Kalendas Januarii, anno virginei partus 1487. In eo *prognoſtico* ſequentia quidem habet „ quondam morbum curatu difficilem „ imminere hominibus habentibus ſtellam ſcorpionis horoſcopantem in genitura eorum, aut ipſorum nativitatibus; & quod ejus cauſa ſupercœleſtis „ fuerat tremebunda conſtellatio coitus trium ſuperiorum ſyderum, Saturni ſcilicet, Jovis & Martis. Temere ALMANUS credidit morbos ab influxu ſyderum oriri, atque adeo ab aſtrologis prædici poſſe. Nec excuſari poteſt MAYNARDUS credulitatis, qui ad luem veneream inconſiderate retulerit ea, quæ ab ALMANO de quovis morbo in genere dicta, vel potius effutita erant. ASTRUC.

Pag. 1516. poſt JOH. MANARDUM.

FRANCISCUS CIRCELLUS. Si fides adhibenda GEORGIO HIERONYMO WELSCHIO (f), liquet ex CIRCELLI manuſcriptis traditas fuiſſe ab illo Regi Romanorum MAXIMILIANO I. primæ originis tempore pilulas, quæ a lue venerea tutum quemlibet præſtarent, conſtantes ex myrobolanis Cabulenſibus, Indicis & citrinis, agarico præparato, ſpica Indica, maſtiche, ſchoenantho, maci, croco & Xylobalſamo. ASTRUC.

Pag. 1525. ante HIERONYM. FRACASTORIVM.

JOH. LUDOV. VIVE'S, Hiſpanus, non medicus, vir doctus, natus VALENTIÆ a. 1492., obiit BRUGIS a. 1540. in ſua *concione de ſudore Chriſti*, ſcripta BRUGIS a. 1529. ſequentia habet: & ne quis eſſet a periculo immunis, morbi univerſi ſunt EUROPAM pervagati, non illi modo veteres, ...ſed novi, inſoliti, inuſitati, horribiles, abominabiles. Primum *Scabies Indica*, quam aliæ nationes in alias nominatione rejiciunt; ſed quid juvat, ſi re non ab ſe dejiciunt ac depellunt? Nam ira dei effecit, ne cujusquam ſit peculiaris; omnium eſt communis factus. Quam eſt fœdus morbus? Quam contagioſus? Quantum in eo faſtidii, moleſtiæ, periculi? Quam infinitus? Ita ASTRUC (g).

JACO-

(e) In *tract. I. de morbo Gallico* cap. 1. (f) In *ſylloge curat. & obſervat.* in notis ad *obſervat.* 4. MARCELLI CUMANI pag. 35. (g) De morbis venereis edit. Gallica 1743. 8. T. II. pag. 337.

Pag. 1531. poſt MART. DORCHESINUM.

JACOBUS SYLVIUS in L. *de ordine & ordinis ratione in legendis Hippocratis & Galeni libris* LUTETIÆ 1539. 8. dum verſatur in enumerandis diverſis Medicinæ partibus, ait „ ne interim omittam, quæ annis „ circiter quadraginta ante hidroticen inventa eſt, *Aleipticen*, hoc eſt un- „ ctoriam, quæ luem initio Hiſpanicam, nunc vero toti orbi communem & „ publicam, ipſa elephantia multo ſeviorem, multis alioqui ſymptomatis illi „ ſimilem, curare conantur unguentis & argento vivo, & aliis quibusdam: „ cujus hodie quæſtus eſt longe uberrimus, ſibi adjunxit magna ex par- „ te *Leptodiæteticem*, cum ligni Guaiaci decocto; & interdum *Thy- „ miamaticen*, hoc eſt ſuffitu quodam ex argento vivo & ſulphure ſimul „ uſtis curatricem; cujus Aleiptices immenſa hodie volumina plena in- „ venias.

Idem in *methodo medicamenta componendi ex ſimplicibus, quatuor libris diſtributa* LUTETIÆ 1541. 8. L. II. ſequentia habet de ligno Guaiaco „ lignum Guaiacum ſcabiem Hiſpanicam tota ſua ſubſtantia ſanare quibus- „ dam videtur, cum tamen in eo ſapor ſit amarus & acer non invalidus, „ unde vim habet incidendi, tenuandi, tergendi & purgandi, per quas fa- „ cultates vacuat urinis, ſudore, vomitu, dejectione, inſenſibili tranſpira- „ tu, putrem ex contagione materiem: ſæpe tantum ſpirituoſam, cum re- „ cens eſt contagio, nec vehemens, & ſpiritus affici contumaces; ſæpe ſi- „ mul etiam humidam, cum in vaſa ipſa & corpus mali labes jam graſſa- „ tur. Cui corruptelæ niſi occurratur per alterantia & vacuantia, etiam in „ partes ſolidas impetus fit, easque putredo occupat, ferro ſæpe & caute- „ rio tantum curabilis. Necque victus tenuis & tenuans, catapotia Ægi- „ diana (fere eadem, ut putat ASTRUC, quæ pilulæ BARBAROSSÆ) aut illi- „ tus ex argento vivo, ſuffitus ex cinnabari factitia, vel herbarum digeren- „ tium & tenuantium decocta, quæ ſunt alia hodie conſuetiſſima mali hujus „ remedia, ratione alia, quam corruptæ hujus materiæ totius vacuatione „ luem iſtam perſanant.

Idem in *iſagoge in Hippocratis & Galeni phyſiologiæ partem anatomicam* LUTET. 1555. fol. in præfatione hæc habet de lue venerea „ paulo ante noſtram ætatem morbus maxime pernicialis & contagioſus, elephantiæ ſymptomatum ſævorum magnitudine propinquus, EUROPAM prius pervaſit ex orbe novo invectus, ut docte probat MANARDUS, ætate noſtra medicus longe diligentiſſimus; nunc enim tenet ASIAM & AFRICAM. Ita ASTRUC. V. *pag.* 350.

PETRUS

Pag. 1533. ante BENEDICT. RINIUM.

PETRUS BEMBO, Venetus, qui ab anno 1513. a ſecretis erat Pontifici LEONI X., Cardinalis creatus a. 1538. a PAULO III., mortuus a. 1547. ætatis 77. annorum. Inter reliqua ſua opera ſcripſit hiſtoriam libris XII. comprehenſam Reipublicæ Venetæ ab anno 1480., uſque ad annum 1513., impreſſam VENETIIS 1551. fol. PARIS. 1551. 4. In hac hiſtoria mentio fit luis venereæ, tamquam novi, & incogniti morbi, qui VENETIIS anno 1496. violenter graſſari inceperit. Atrocis hujus morbi initium ab advenarum contagione infectioneque ſyderum repetit. Symptomata luis obiter percurrit. FRACASTORIUM allegat. ASTRUC (h).

THIBAULT LESPLEGNY, Pharmacopœus. Ejus tractatulus *de la nature, vertu, & faculté de la racine du bois nouvellement inventé, appellé l'Eſquine, & comme il en faut uſer* adnexus eſt duobus operibus Anonymi, quorum primi titulus eſt: *les trois premiers livres de Claude Galien, de la compoſition des medicamens en général;* alterius: *brief traité des Poids & Meſures pour l'intelligence dudit œuvre.* TURS 1545. 12. ASTRUC (i).

Pag. 1536. poſt THEODOR. de HERY.

PHILIPPUS LUSITANUS, empiricus, inclaruit olim inter primos arte exſtirpandi excreſcentes in collo veſicæ carunculas, quam primum ULYSSIPONE, ac deinde ROMÆ feliciter exercuit, antequam DAMASCUM abiret, cujus artis primus inventor ab ANDREA LACUNA creditus fuit, quippe qui ab illo fatetur ſalutarem illam methodum ſecum communicatam fuiſſe. At vero AMATUS LUSITANUS (k) hanc eandem methodum ſibi tribuit contenditque PHILIPPUM, de quo quæſtio eſt, illam a ſe didiciſſe, dum ipſi adſtitit militem quemdam curanti, qui ex carunculis in urethrá graviter ægrotabat: atque ut fidem ſibi impetret, ingenue fatetur ſe methodum illam ſuo marte non adinveniſſe, ſed ab ALDERETO, Profeſſore medico Salmanticenſi, & ſuo quondam præceptore, accepiſſe. ASTRUC. Confer cum AMATO *pag.* 1535.

Pag. 1537. ante PETRUM HASSART.

HERCULES BONACOSSUS, Italus Ferrarienſis (l), Medicinæ doctor. Ejus *de humorum exſuperantium ſignis ac ſerapiis* &c. Acceſſerunt *ejuſdem varia auxilia experimento comprobato ad varias ægritudines profligandas; &c. de modo præparandi aquam ligni ſancti; de curatione catarrhi ſive deſtillationis.* BONONIÆ 1553. 4. ASTRUC.

Pag.

(h) Ibid. pag. 341. (i) Ibid. pag. 366. (k) In *curat. cent.* IV. *curat.* 19. in *ſcholio.* (l) PELLEGRINUS ANT. ORLANDI in *notizie degli Scrittori Bolognenſi.*

Pag. 1539. poſt Joh. Sylvium.

Julius Cæsar Scaliger (m) in Hieronymi Cardani librum *de ſubtilitate* ſcripſit *exercitationes* acerbas & amarulentas, quæ prodierunt Lutetiæ 1557. in quibus contradictionis ſtudium tam palam ubique ſe prodit, ut ſophiſta quam philoſopho opus dignius eſſe videatur. Hic inter alia, in *exercit.* 161. contendit a Cardano dici ſe octo de morbo Gallici natura libros edidiſſe. Sed in Cardani libris *de ſubtilitate* nihil tale legitur; ſuſpicio tamen eſt dictum fuiſſe, cum Cardanus alibi (n) laudet ſuos de morbo Gallico libros. At vero libri illi, ſi revera ſcripti fuerint, in lucem nunquam venere; neque enim exſtant alia Cardani opera, quæ ad luem veneream ſpectent, præter diſſertationem perbrevem *de radice Cyna.* Astruc. Confer *pag.* 1534.

Pag. 1542. poſt Ant. Francantianum.

Johannes Hessus. Ejus *epiſtola ad Petrum Andream Matthiolum, qua proponuntur quæſtiones aliquot ſimplicium medicamentorum, nempe cardamomi, gelſomini, ſuccini, ſarſæparillæ, glycyrrhizæ, hyoſcyami albi, aluminis, haloſanti, lapidis morochti & aliorum quorumdam,* exſtat in *epiſtolarum Matthioli* L. III. in editione Lugdun. 1564. 8. Astruc.

Pag. 1543. poſt Prosperum Borgarucci.

Joachim Camerarius, diſcipulus & poſtea amicus Melanchtonis, cujus *vitam* ſcripſit Lipsiæ 1566. 8. in qua, luis originem ad Melanchtonis pueritiam referens (Melanchton anno 1491. natus, litteris operam navavit Heidelbergæ ab anno 1509., & duos annos retro Phortzheimi vixit: unde id, de quo hic agitur, referendum eſſe ad a. 1505. vel 1506. videtur) ſequentia habet: cum in ludum publicum pueri illi fratres. (Scilicet Philippus & Georgius Melanchton) una cum avunculo & ipſo puero (Johanne Reuttero) cœpit tum lues fœda paſſim homines in Germania primum invadere & miſerum in modum non ſolum excruciando, ſed mutilando & membra depaſcendo affligere, quam *Hiſpanicam* nonnulli, plerique *Gallicam* nominabant. Quo malo, cum magiſtrum ludi avus puerorum laborare reſciviſſet, contagionem metuens, nepotes cum filio domi apud ſe retinendos duxit, ubi matura ætate juvenis opera primis litterarum elementis curavit erudiendos. Astruc (o).

(m) Fuſam ſed dubiam hactenus hujus viri hiſtoriam tradit Astrucius *de morb. vener.* L. VI. pag. 146. (n) *De methodo medendi* cap. 37. & *de venenis* L. III. cap. 13.
(o) De morbis venereis edit. Gallica T. II. pag. 339.

Pag. 1544. poſt HENR. BRUCÆUM.

HENRICUS GOLDLIUS, Tigurinus, medicus, ſcripſit Germanica lingua: *regimen peſtilentiæ; itemque medicamentum approbatum in pleuritide, quæ peſtis quaſi ſpecies quædam eſt: tum præterea forma medicamenti, quæ paralyſi apprime confert, ac inſuper pretioſæ aquæ deſcriptio contra ingentes capitis dolores, vertiginem, maniam in apoplexiam: quin etiam modus, quo morbus Gallicus curari poteſt citra unctiones, ſuffumigia, aut lotiones ullas, gummata naſci prohibens, ſi morbus recens, nec prius a quoquam unctionibus aut ſuffumigiis, aliisque modis vexatus fuerit.* Libellus iſte prodiit in 4. absque anno & loco. Ad annum 1570. refert ASTRUCIUS.

JOHANNES de FOGUEDA, medicæ artis & philoſophiæ doctor, JOHANNI TELLIO GIRONIO, Comiti Ureniæ, dicavit olim libellum *de puſtulis, quæ ſaaphati nominantur.......* Ita NICOLAUS ANTONIO (p). ASTRUCIUS non vidit, putat tamen auctorem (quem refert ad annum 1570.) de lue venerea egiſſe, tum quod morbus ille, ut ab Hiſpanis *las bubas*, ſic ab auctore *puſtulæ* nominentur, quæ utræque voces idem ſonant; tum quod ubi primum EUROPÆ innotuit, medicorum non pauci cenſuerint eundem illum eſſe morbum ac *ſaaphati* ſive *aſaphati* Arabum, atque ideo cum eo nomine nonnulli appellaverint. ASTRUC. Confer *pag.* 631.

Pag. 1546. poſt WILLIAM CLOWES.

GEORGIUS BAKER, chirurgus Anglus, ſcripſit Anglice per brevem diſſertationem de hydrargyro, quæ octo paginis conſtat, cujus titulus eſt: *the nature & proprietes of quikſilver* prodiit cum WILLIAM CLOWES tractatu de morbo Gallico LONDON 1575. 8. &c. ASTRUC.

Pag. 1548. poſt JUL. PALMARIUM.

VICTOR GISELINUS, natus SANDFURTÆ anno 1543., LOVANII & PARISIIS Medicinæ, BERGIS annos plures vixit & Medicinam fecit, obiit anno 1591. Ejus *epiſtola de hydragyri uſu ad* MARTINUM EVERARTUM, *Brugenſem medicum* exſtat in libro JOHANNIS FERNELII *de lue venerea* a GISELINO primum edito ANTWERPIÆ 1579. 8. ASTRUC.

PETRUS

(p) In *Bibliotheca Hiſpanica.*

Petrus Paulus Pereda, Valentinus Setabenſis, medicus & Profeſſor apud Valentinos, in *praxis medicæ* &c. cap. 1. de morbo Gallico in ſcholiis conſentit cum Paschali de novitate luis venereæ. Morbum antiquis medicis fuiſſe ignotum. Caſtigat Franciscum Vallesium, qui morbum veteribus cognitum fuiſſe ex Hippocratis *epidem.* III. *ſect.* 3. contendit. Laudat Guaiacum, radicem Chinæ, Sarſamparillam &c.; ſi morbus tamen antiquus & pertinax fuerit, deveniendum eſſe ad unctiones mercuriales. Deſcribit unguentum mercuriale ad pilorum defluvium. Non probat pulverem præcipitati rubri Johannis de Vigo, nec uſum ſuffituum ex cinnabari. Astruc. Confer *pag.* 11.

Gualtherus Bruele, alias Brant, medicus, in *praxi medica, theorica & empirica familiariſſima* &c. pag. 177. &c. de methodo curandæ luis venereæ paucis & tantum obiter diſſerit. Multam & inconditam habet farraginem remediorum. Astruc. V. *pag.* 11.

Pag. 1548. poſt Rembertum Dodonæum.

Franciscus Lopez, de Corella vel Coreolanus, medicus. Ejus *de morbo puſtulato liber unus* Valentiæ 1581. 4. Astrucius non legit, ſuſpicatur tamen noſtrum hic de morbo Gallico agere.

Pag. 1555. poſt Joh. Jesſenium.

Guilielmus Arragosius, Toloſas, natus a. 1513., medicinæ ſtuduit in Monte Peſſulano a. 1551., medicus trium Galliæ Regum, forte Henrici II., Francisci II., & Caroli IX., & Imperatoris Maximiliani II., ſeceſſit Basileam octuagenario major, ubi hoſpitio uſus eſt Jacobi Zwingeri, medici & Profeſſoris chimici, in cujus domo obiit a. 1610., & quem omnium ſuarum facultatum hæredem inſtituit. Scripſit a. 1597. *epiſtolam de natura & viribus hydrargyri ad Paulum Jovium*, Florentinum, quæ manuſcripta diu latuit in Bibliotheca Zwingerum, & tandem a Theodoro Zwingero, Jacobi pronepote, edita in *faſciculo diſſertationum medicarum ſelectarum* Basil. 1710. 8. Curam, quæ fit cum hydrargyro, omnium eſſe acerbiſſimam & periculoſiſſimam, unde peritum, prudentem, longoque tempore exercitatum medicum eſſe oportet, qui tam periculoſum pharmacum ſine noxa audeat uſurpare. Hydrargyrum incidere, reſolvere, purgare quandoque ſicut antimonium, ſive per os ſumptum, ſive inunctionibus illinitum. Ab inunctione mercuriali oriri plerumque convulſiones, paralyſin, tremorem, continuum dolorem, diros cruciatus, & brevi tempore mortem (hic certe nimius); fatetur tamen habere ſuas dotes, atque cœleſtes virtutes, iis potiſſimum cognitas, quibus genuina ipſius præparatio perſpecta eſt. Qua autem ratione hydrargyrum præparari debeat,

 ut

ut tuto in uſum medicum venire poſſit, auctor nullibi indicat. ASTRUCIUS.

Pag. 1556. poſt ANDR. BASTELLUM.

HORATIUS AUGENIUS, natus in oppidulo Piceni, hodie *Machiæ Anconi*, quod *Monte ſanto* appellatur, doctoris medici honorem BONONIÆ conſecutus (q), deinde Profeſſor medicinæ practicæ Taurinenſis, poſtea Patavinus theoreticus, obiit a. 1603. Scripſiſſe dicunt (r) etiam tractatum *de morbo Gallico*, quem tamen librum nunquam in lucem veniſſe putat ASTRUCIUS.

Pag. 1560. ante LUDOV. MERCATUM.

ÆMILIUS CAMPOLONGUS, Patavinus, natus a. 1550., obiit a. 1604., ut ex epitaphio conſtat, in Academia patria Medicinam primum theoreticam, & deinde practicam publice docuit. Scripſit libellum *de lue venerea*, quem ASTRUCIUS nondum vidit, prodiiſſe vero poſt auctoris mortem conſtat ex præfatione PAULI BENII, eidem libello præfixa, & recuſa cum BENII *orationibus & præfationibus* editis VENET. 1625. fol.

Pag. 1561. poſt. NIC. MATTH. BACHENDORPH.

GERARDUS COLUMBA, Meſſanenſis, medicus, qui ea floruit doctrina, ut inter primarios medicos ævi ſui cooptatus, in celeberrimo Patavino Lyceo medicam facultatem cum applauſu docuerit. Ejus *tractatus de lue venerea*. FRANCOFURT. 1609. 8. ASTRUC.

Pag. 1563. ante GEORG. CORNUTY.

SIMON PIETRE, Pariſinus, medicus, filius SIMONIS PATRE, medici Pariſini, mortui anno 1548., noſter regiam Medicinæ cathedram obtinuit in regio FRANCIÆ Collegio anno 1594., quam genero ſuo CLAUDIO CHARLES reſignavit anno 1607., obiit anno 1618., ætatis ſuæ 57. Ejus NICOL. ROUSSEAU *quæſtio medica an urethræ anguſtiis noceant καθαιρετικα?* LUTETIÆ 1614. fol. Damnat auctor uſum cathæreticorum. ASTRUC.

SIGISMUND. SCHILLING, Sileſius Frankenſteinenſis, Profeſſor Medicinæ Lipſienſis. Ejus & FRANC. KEST *themata diſputationis ordinariæ de gonorrhœa*. LIPS. 1614. 4. ASTRUC (s).

Pag.

(q) Ita GIOVANNI GIACINTO VOGLI in *tavole cronologiche degli Vomini illuſtri &c.* Et NICOLAUS COM. PAPADOPOLI in *hiſtoria Gymnaſii Patavini.* (r) VOGLI & PAPADOPOLI ibid. (s) *De morbis venereis* edit. Gallica T. II. pag. 353.

Pag. 1565. poſt. Nic. Habicot,

Guilielmus Loyseau, Bergeracenſis, medicus & chirurgus. V. *pag.* 18.

Pag. 1565. poſt. Victor. Manggum.

Jacobus Pradillæus, Profeſſor Monſpelienſis. Ejus & Joh. du Clerc *quæſtio medica an in gonorrhœa verum ſemen excernatur*. Monspel. 1619. 8. Negat. Astruc (t).

Pag. 1566. poſt. Paul. Zacchiam.

Epiphanius Ferdinandus in *centum hiſtoriis* &c. *obſ.* 17. erudite diſſerit de morbo gallico. Novum in Europa eſſe morbum, ſed vetuſtum in Indiis, quibus eſt frequens & familiaris, vernaculus & endemius; antiquis medicis fuiſſe incognitum; contagioſum eſſe absque etiam concubitu; multo nunc mitiorem eſſe; toto cœlo differre ab elephantiaſi; curari decoctis, inunctione, emplaſtris, ſuffitu; hoc tamen non niſi ſumma urgente neceſſitate utendum eſſe, etſi ipſe feliciſſimo cum ſucceſſu ſuffumigia adhibuiſſe fateatur. Astruc. V. *pag.* 354.

Pag. 1567. poſt J. Bapt. Sori.

Guido Patinus, natus a. 1602., Pariſinus medicus & Profeſſor, vir facetus, dicax, ingenio acer, ſed maledicus, multiſcius potius quam doctus, eruditionis plerumque vanæ, nec ſatis certæ, obiit Parisiis a. 1672. *Opera* Andreæ Laurentii Gallice ſcripta Latine vertit imprimis tractatum *de lue venerea*, quem ſcholiis quatuor auxit, & ad calcem Tomi II. adjecit, & edidit Paris. 1628. 4. In iis ſcholiis ſtatuit „ morbum eſſe novum, ante annum 1493. in Europa nunquam viſum, ſed „ primum a Christophoro Columbo, ejusque ſociis vel ſervis Italis ex „ India redeuntibus advectum, & Italis communicatum mulieribus, quæ „ cum in obſidione Neapolitana, militibus Gallicis copiam ſui feciſſent, ſi- „ mul & pudenda, & pudendum morbum communicarunt.

Idem in *epiſtola* data a. 1665., & quæ inter ejus epiſtolas Gallice editas numeratur 370., in contrariam abivit de origine luis venereæ opinionem, & mireris potuiſſe tam multa temere effutire: Jobum ſcilicet, Davidem, Salomonem ex ipſa lue venerea olim egrotaſſe: luem veneream ab Hippocrate *epidem.* 3. & *prognoſtic.* 1. deſcribi: lepram Judæorum, & morbum Campanum Horatii ipſiſſimam fuiſſe luem veneram: luis venereæ mentionem fieri ab Herodoto (u), Xenophonte (w), Catullo (x), Juvenale (y), &c. luem veneream in Europa notiſſimam fuiſſe, antequam Caro-

lus

(t) Ibid. pag. 365. (u) L. I. *clio* dicto, ubi *de morbo fœmineo.* (w) Nihil in Xenophonte occurrit de lue venerea. (x) Idem dicendum de Catullo. (y) *Satyra* II. ubi legitur hic verſus: *cæduntur tumida, medico ridente, mariſca.*

LUS VIII. regnum Neapolitanum invaderet &c. Sed hæc ſingula aperte futilia ſunt, nulliusque pretii. ASTRUC. V. *pag.* 360.

Pag. 1569. ante NICOL. FONTANUM.

JOH. GERHARD, Profeſſor Med. Tubingenſis. Ejus & JOH. CONRAD. OSIANDER diſp. *de lue venerea.* TUBING. 1636. 4. ASTRUC (z).

GODOFR. WEIDNER, Profeſſor Med. Francofurtenſis. Ejus & JOH. DAVID. RULAND, medici celebris filii, diſp. *de lue ſive lepra venerea.* FRANCOF. ad ODERAM 1636. 4. ASTRUC (a).

Pag. 1570. ante JOH. SCHROEDER.

NICOL. COLLETET & MARTIN. AKAKIA *quæſtio medica an gonorrhϾ cubiti ſectio?* PARIS 1637. fol. Concluſio affirmans eſt. ASTRUC.

Pag. 1570. ante ALBERTUM KYPER.

PAULUS von FLEMMING, Germanus Variſcus, medicus celebris ob varia itinera per MOSCOVIAM, PERSIAM, aliaque Aſiæ ac EUROPÆ, loca, obiit anno 1640., ætatis 31. Ejus *diſputatio de lue venerea* . . . . Ita ASTRUC.

Pag. 1572. poſt AUGUSTINUM THONER.

PETRUS CASTELLUS, Romanus, lauream doctoralem adeptus eſt in Collegio patrio, ubi aliquamdiu publicus Philoſophiæ & Pharmaciæ Profeſſor fuit; deinde impetraverat profeſſorium locum in Academia Patavina beneficio Cardinalis BISCIÆ, & LUDOVICI CONTARINI, tunc temporis Reipublicæ Venetæ Legati ad URBANUM VIII., ſummum Pontificem; ſed cum electus fuiſſet a Meſſanenſibus in gradum primarii Medicinæ theoriæ Profeſſoris, illuc ſe contulit, ubi videtur reliquum vitæ tranſegiſſe. Florebat initio ſeculi proxime præteriti. Ejus *de ſmilace aſpera.* MESSANÆ 1652. 4. ASTRUC.

FRANCISCUS PONA, Veronenſis, PATAVII ſtuduit, ubi doctoris gradum adeptus eſt circa initium ſeculi XVII., medicinam cum laude fecit in urbe patria, ubi florebat a. 1652. Ejus *academico-medica ſaturnalia.* VERONÆ 1652. 12. Exſtat ad calcem hujus libri index opuſculorum FRANCISCI PONÆ, unde colligere eſt ſcriptum fuiſſe ab illo *tractatum de lue venerea*, ex quo, ut ibidem adjicitur, *libata eſt proluſio ſaturnalium ſeptima.* Tractatum de lue venerea non vidit Aſtrucius; in ea vero *ſeptima proluſione* auctor aſſerit luem veneream morbum eſſe novum, antiquis incognitum.

(z) Ibid. pag. 354. (a) Ibid. pag. 354.

tum. Non ex GALLIA, non ex INDIA, ſed ex truci furiarum ſede pullulaſſe credendum. Symptomata recenſet: bubones, ſcabies, verrucæ, puſtulæ, ulcera, dolores, gummata, lippitudines, dentium caſus, narium jactura, faucium eroſio, infelix ploratus penis (gonorrhœa). Medicamenta: decocta lignorum, hydrargyrum, ſtibiata, illitiones, ſuffumigia. ASTRUCIUS.

Pag. 1573. ante J. RUD. SALZMANNUM.

HENRICUS RYSENDEECH, Lugduno-Batavus. Ejus diſp. *de lue venerea, ſeu morbo Gallico.* LUGDUN. 1654. 4. ASTRUC.

J. VIETOR. Ejus *de morbo Neapolitano.* GIESSÆ 1654. 4. ASTRUC.

Pag. 1573. poſt GUERNER ROLFINK.

CAROL. BARALIS & NICOL. LIENARD *an gonorrhœæ virulentæ ſuperiorum ſectio?* PARIS 1656. fol. Concluſio affirmativa. ASTRUCIUS.

Pag. 1573. poſt OSWALD GREMBS.

ANDREAS VETERANUS, Panormitanus, patriæ urbis Archiater, defuncta uxore, clericali militiæ mancipatus ad Juriſprudentiæ & Theologiæ ſtudia animum appulit, & in utraque Facultate emerita Doctoris laurea donatus, ad nonnullos honorum gradus PANORMI aſcendit, ubi a. 1689. obiit, ætatis circiter 64. Ejus *medicum diſcrimen de lepra Gallica.* PANORMI 1657. 4. ASTRUC.

JOHANNES LIPPINS, Sluſa-Flander. Ejus diſp. *de lue venerea.* ULTRAJECTI 1657. 4. ASTRUC.

Pag. 1573. poſt GASP. FERQUET.

PETRUS BENOIST, Carcaſſonenſis, medicus Monſpeſſulanus ab anno 1659., profeſſorium munus obtinuit a. 1664., obiit, a. 1668. Ejus *quæſtiones duodecim e Medicina depromptæ.* MONSPEL. 1659. 4. In ſexta quæritur an primæ venereæ luis origo ab antropophagia? Concluſio eſt affirmans. ASTRUC.

Pag. 1573. poſt CASPAR. REIES.

TOBIAS WITHAKER, Anglus, medicus ordinarius CAROLI II. regis BRITANNIÆ. Ejus *an elenchus of opinions concerning the cure of the ſmall pox: together with problematical queſtions of the French peſt.* LONDON 1661. 16. ASTRUC.

Pag.

Pag. 1574. poſt Joh. Vaulgur.

Richardus Bunworth, Anglus. Ejus *a new diſcovery of the French diſeaſe, and running of the reins, their cauſes, ſings, with plain and eaſie direction of perfect curing the ſame. The ſecond edition with large additionals.* London 1662. 12. Astruc.

Albertus Otto Faber, medicus Regius exercituum Suecicorum. Ejus *paradoxon de morbo Gallico libri II, or a paradox concerning the ſhamefull diſeaſe. For a warning to all againſt deceitfull cures. Tranſlated out of the High Dutch by* John Kauffman, London 1662. 12. liber a Fabero Germanice ſcriptus & a Johanne Kauffman Anglice verſus. Astruc.

Melchior Sebiz. Ejus reſpondente Johanne Ulrico Obler diſp. *de morbis novis.* Argentorati 1662. 4. Agitur etiam de lue venerea, ceu morbo novo. Astruc. V. *pag.* 1502.

Leonhard. Ursinus, Profeſſor Medicinæ Lipſienſis. Ejus & Joh. Centur. Macash diſp. *de gonorrhœa.* Lips. 1662. 4. De gonorrhœa ſimplici, ſive non virulenta agit, ut adeo huc non pertineat. Astruc (b).

Wilhelmus Barbor, Anglo-Britannus. Ejus diſp. *de lue venerea.* Trajecti ad Rhenum 1663. 4. Astruc.

Michael Heiland, Anatomiæ, Chirurgiæ & Botanices Profeſſor Gieſſenſis. Ejus & Georg. Cretzschmar *theſes inaugurales medicæ de lue venerea.* Lipsiæ 1663. 4. Astruc.

Joh. Thomasius, Eſchweilerio - Juliacenſis, phyſicus Chemnicenſis. Ejus diſp. *de lue venerea.* Altdorf. 1664. 4. Astruc (c).

Pag. 1574. poſt Fridericum Monavium.

Johannes Bergerus, Amſtelodamenſis Batavus. Ejus diſp. *de lue venerea.* Lugdun. Batav. 1665. 4. Astruc.

Joh. Arnoldus Friderici, Altenburgenſis, natus anno 1637., poſt varia itinera in Italiam, Angliam Belgium & Germaniam, anno 1661. medicus Jenenſis, & paulo poſt ibidem Anatomiæ, Chirurgiæ & Botanices Profeſſor, obiit a. 1672. Ejus & Joh. Georg. Keyser diſp. *guaiacan.* Jenæ 1665. 4. Astruc.

Gedeon Harvey. Ejus *great venus unmask'd, or a more exact diſcovery of the French diſeaſe, and virulent runing of the Reins, with the ſeveral methods of curing them.* London 1666. 8. Aliquot poſt annis in lucem emiſit tractatum eundem, vel tractatum alium præcedenti parum diſ-

ſimilem

(b) Ibid. pag. 355. (c) Ibid. pag. 356.

ſimilem cum inſcriptione: *Little venus unmask'd, or a perfect diſcovery of the French pox, compriſing the opinions of moſt ancient and modern Phyſicians, with the author's judgement and obſervations upon the riſe, nature, ſubjects, cauſes, Kinds, ſignes and prognoſticks of the ſaid diſeaſe, with ſeveral ways and methods of curing that diſeaſe and the running of the Reins.* LONDON 1670. 8. 1675. 8. 1685. 8. ASTRUC. V. pag. 1731.

Pag. 1574. poſt GEORG. HIERONYM. WELSCH.

FERDINANDUS MENDEZ, Hiſpanus, medicus Monſpelienſis LONDINI medicinam cum honore exercuit, ubi & obiit circa annum 1728. Ejus eſt *ſtadium Apollinare, ſive progynaſmata medica ad Monſpelienſis Apollinis laurum conſequendam habita, propugnataque a Ferdinando Mendez Hiſpano Francozenſi.* LUGDUNI 1668. 4. In theſi IX. *an lui venereæ hydrargyrum?* Bona theſis. Pro frictione mercuriali. ASTRUC (d).

ANDREAS BRUNEL, Santponenſis non longe a Piſcenis, Occitanus, doctoris gradum conſecutus eſt in Facultate Monſpeſſulana anno 1656 & ad Profeſſorium munus aſcendit anno 1668. Ejus *quæſtiones medicæ duodecim.* MONSPEL. 1668. 4. Harum quæſtionum ſexta quæritur: an bubo venereus retrocedens ſit deterior parotide retrocedente? ASTRUC.

LAURENTIUS LOSS, Iſnacenſis. Ejus diſp. *de lue venerea.* GIESSÆ 1668. 4. ASTRUC.

Pag. 1574. poſt FRIDER. HOFFMANNUM.

JUSTINUS WIGAND. Ejus diſp. *de ptyaliſmo.* GIESSÆ 1669. 4. ASTRUC.

Pag. 1577. poſt CLAUD. REYNAUD.

IRENÆUS VEHR. Ejus & J. PETR. ALBRECHT diſp. *de luè venerea.* FRANCOF. ad VIADR. 1673. 4.

Ejus *de gonorrhœa.* Ibid. 1674.

Ejus & GISBERT. van TOL *de gonorrhœa virulenta.* LUGDUN. Batav. 1674. 4. ASTRUC. V. pag. 31.

Pag. 1577. lin. 12. infer. dele. Non vidit ASTRUCIUS, & adde.

In tractatu de lue venerea contra Aſtrologos, qui originem morbi venerei ab aſtrorum influxu repetunt. Initium & propagationem hujus morbi dubiam eſſe. Circa curam ſtatuit, quatuor intentiones, quarum prima, in-

(d) Ibid. pag. 371.

inquit, eſt victus ratio; ſecunda eſt lenitio ventris & præparatio humorum & malæ qualitatis eorum remotio; tertia eſt evacuatio; quarta eſt ſympto-matum correctio. Laudat decocta ex ligno ſancto, ſalſa parilla &c., quibus quaſi ſuccedanea putat ſubſtitui poſſe, quamquam virtute debiliora, ſmilacem aſperam, lignum lentiſcum, lignum viſci quercini, buxi, & juniperi. Varia recenſet mercurialia præparata, quæ proſtant deſcripta in pharmacopœa JOHANNIS SCHROEDERI; ea omnia mochlica ſunt & laborioſa, imo & deleteria. Pro efficacia præparationum antimonialium; quæ tamen, ut conſtat, in hoc morbo curando ex ſe nulla eſt. Probat etiam inunctiones mercuriales, & unguentum habet ad veterum morem valde compoſitum. Ad finem quinque adjecit obſervationes, in quibus nihil notabile occurrit. In univerſum ſpernit auctorem iſtum ASTRUCIUS.

GUIDE, medicus. Ejus *traité de la nature du mal vénérien, tiré de pluſieurs experiences phyſiques & des mechaniques.* PARIS 1676. 8. Eſt epiſtola ad PETRUM MICHON ſcripta. ASTRUC.

Pag. 1578. ante PAULUM de SORBAIT.

CAROLUS PETER, Anglus, chirurgus, & ut ipſe gloriatur, practicus Medicinæ. Ejus *a deſcription of the venereal diſeaſe, declaring the cauſes, ſignes, effects and cure thereof, with a diſcourſe of the moſt wonderful antivenereal pill prepared only by* CHARLES PETER, *chyrurgeon and practitioner in Phyſick.* LONDON 1678. 8. 1686. 12. Liber hicce nihil eſt præter monitorium circulatoris programma, Gallice *une Affiche*, eo fine ab auctore conſcriptum, ut arcana ſua, in quibus gloriatur, ſed quæ celat tamquam myſteria, magnifice jactitaret, & quamplurimi venderet, ſi quem ſtolidum fruitrari poſſet. Ita ASTRUC.

Pag. 1578. poſt THEOPHILUM BONET.

MICHAEL SENNERTUS, DANIELIS filius, Prof. Med. Witteber-genſis. Ejus & ADAM. PURPH. diſp. *de lue venerea.* WITTEBERG 1679. 4. 1680. 4. ASTRUC (e).

HUMFREDUS RIDEY, Anglus. Ejus diſp. *de lue venerea.* LUGDUN. Batav. 1679. 4. ASTRUC.

Pag. 1579. ante STEPH. BLANCARD.

JOH. RUDOLPH. BECKH, Baſileenſis. Ejus diſp. *de gonorrhœa virulenta.* BASIL. 1680. 4. ASTRUC (f).

Pag.

(e) Ibid. pag. 359. (f) Ibid. pag. 360.

Pag. 1579. poſt Georg. Wolfg. Wedel.

Ejus & Joh. Adolph. Stoll diſſertatio chymico - medica de mercurio dulci. Ibid. 1700. 4. Astruc.

Pag. 1579. lin. 14. dele Neque librum &c. & adde.

Quod monitum in ipſa libri fronte circulatorias artes videtur ſapere, a quibus auctor non abhorrebat, & eo tantum conſilio apponi, ut cupido auctorem ipſum adeundi lectoribus injiceretur, indicato ejus domicilio. De cætero liber eſt nullius pretii. Ita Astruc.

J. Henr. Meibom. Ejus & Andr. Guil. Fischbeck diſp. *de lue venerea.* Helmstadt 1682. 4. Astruc (g). V. *pag.* 448.

Pag. 1580. ante Jer. Lossium.

Jacobus Plutacrius. Ejus *morbi Gallici, ſive luis venereæ aut potius anonymæ laus* . . . . ſine ulla nec loci, nec anni notatione; ſed ad libri calcem legitur: Τέλος *diebus ſaturnalibus anno ab invecta feliciter in Europam lue anonyma CLXXXVIII.* hoc eſt, ut putat Astrucius, anno 1683., ducto calculo ab anno 1495. quo lues venerea Europæ palam innotuit. Auctor, qualiscunque ſit, qui latet ficto Plutacrii ſub nomine, inter ſcriptores numerandus eſt, quibus viſum fuit ingenio abuti in commendandis rebus peſſimis, aut potius quibus plaucuit ludicra elogiorum ſpecie εἰρωνικῶς res illas peſſimas illudere. Astruc.

Pag. 1581. poſt Michael. Ettmüller.

Joh. Petr. Fischer, Coburgo-Francus. Ejus diſp. *de gonorrhœa virulenta.* Lugdun. Batavor. 1686. 4. Astruc.

Guilielmus Douglas, Scotus. Ejus diſp. *de lue venerea.* Lugdun. Batav. 1687. 4. Astruc.

Pag. 1582. poſt Joh. Andr. Stisser.

Georgius Frank de Frankenau, Naumburgenſis, natus anno 1642., Profeſſor primum Heidelbergenſis ab anno 1672., deinde Wittebergenſis ab anno 1689. ad annum uſque 1697., quo in Daniam accitus fuit, ubi primum Christiani V., ac mox poſt illius mortem, quæ accidit anno 1699., Friderici ejus filii, Daniæ Regum, Archiater fuit, obiit anno 1704. Ejus & Daniel. Hake diſp. *de ſyphilidis natura & cura.* Witteberg 1690. 4. Astruc. Confer *pag.* 637.

(g) Ibid.

Pag. 1582. poſt FRIDER. RUYSCH.

JOH. MAURITIUS HOFFMANN, natus ALTORFI anno 1653, filius MAURITII HOFMANNI, celebris Medicinæ Profeſſoris Altorfenſis. Aliquamdiu peregrinatus eſt per Belgium, Angliam & Italiam, unde redux doctor Medicinæ renunciatus eſt ALTORFI anno 1675., & electus Profeſſor publicus a. 1677., obiit anno 1727. Ejus & ADAM. UNZELMANNI diſp. *de ſalivatione mercuriali.* ALTDORF 1691. 4. ASTRUCIUS.

Pag. 1583. poſt MARTINUM LISTER.

NICOLAUS MAXIMILIANUS WILHELMI, L. . . Schwalbacenſis. Ejus diſp. *de ſalivatione mercuriali.* LUGDUN. Batav. 1694. 4. ASTRUC.

Pag. 1584. ante J. VIERZIGMAN.

JOH. FRIDER. STÆDEL, Argentoratenſis. Ejus *theſes medicæ de gonorrhœa virulenta.* ARGENT. 1695. 4. ASTRUC.

Pag. 1584. poſt GEORG. BAGLIVIUM.

W. WALL, Anglus. Ejus *a new ſyſtem of the French diſeaſe, with an eaſiy and familiar method of curing it, unknown to the ancients or moderns, with all its common and remote ſymptoms, obvious to the meaneſt capacities. Alſo an introductory preface, giving an account of the work and an uncommon caſe.* LONDON . . . . 8. anno non addito, ſed ut videtur anno circiter 1696. Auctor plurimum olim inclaruit in ANGLIA in curandis morbis venereis, an jure merito viderint illi, quibus compertum eſt, quos ſucceſſus habuerit. At certe utcunque ſpes donare largus ſit, arcanum ſuum de induſtria celat, quod circulatoris fraudis eſſe videtur. Ita ASTRUC.

Pag. 1584. poſt CAROLUM MUSITANUM.

CHARLES DENIS de LAUNAI, chirurgus caſtrenſis. Ejus *nouveau ſyſteme concernant la generation, les maladies vénériennes & le mercure, où leurs phénomenes ſont eliquez d'une maniere toute particuliere pour la connoiſſance de ces maladies, & la preparation qu'on doit faire obſerver aux malades. Diviſé en deux parties.* PARIS 1698. 12. Fruſtra in tractatu de morbo venereo & de mercurio quæras quidquam, quod novum ſit aut egregie dictum. Ita ASTRUC.

Pag. 1585. poſt PETRUM GARNIER.

GUILIELMUS VINCE, Anglus. Ejus diſp. *de lue venerea.* TRAJECTI 1699. 4. ASTRUC.

Pag. 1586. poſt BERNARD RAMAZZINI.

T. NEDHAM, Anglus, chirurgus. Ejus *a treatiſe of a conſumption and the venereal diſeaſe: the ſigns or ſymptoms of the venereal infection, with various methods of cure.* LONDON 1700. 12. ASTRUCIUS.

ANDREAS WRIGTH, medicus Anglus. Ejus *venus deceived, or an account of the ſeat and nature of clap or running of the Reins in men and women, with its perfect cure (tho' attended with very worſt of ſymptoms) in 24. hours time, by external applications only without the leaſt medicine inwardly. As alſo of ſimple gonorrhœa's gleets and weakneſſe in men and the whites in women, confirmed by various inſtances, and made obvious to the meaneſt capacity. By* ANDREW WRIGHT: *Phyſician. To which is added an account of ſpecifick bolus, which cure the confirmed pox with all its ſymptoms by ſeven doſes, and where the caſe is not ſo inveterate by leſs.* LONDON . . . . 8. anno nullo adſcripto, ſed tamen ut videtur anno 1700. Quid? Arcana inefficacia; ſi forte, quod pejus eſt, non noxia ſint, quorum venditator & diribitor erat. Sane vere digni ſunt, qui decipiantur, quicunque tam ineptis pollicitationibus poſſunt decipi, quæ ſolæ, ſi cætera ſilerent, fraudes apertiſſime demonſtrarent. Ita ASTRUC.

JOHANNES ZELLER, Tubingenſis, medicus, Profeſſor Praxeos, Anatomiæ, & Chirurgiæ in Academia Tubingenſi, Archiater Würtenbergicus. Ejus & GEORG. FRID. GMELIN diſp. *de gonorrhœa virulenta in utroque ſexu.* TUBINGÆ 1700. 4. ASTRUC.

Pag. 1586. ante CHR. JOH. LANG.

Anonymi *Genees en heelkonſtige Redenhoering ober de ſpaanſche Pokken.* AMSTERDAM 1703. 8. ASTRUC.

Pag. 1586. poſt CHR. JOH. LANG.

JOH. HADRIANUS SLEVOGT, Jenenſis, natus anno 1653., ſummos in Medicina honores aſſecutus eſt anno 1681., & anno 1695. conſtitutus eſt Anatomiæ, Chirurgiæ, & Botanices Profeſſor in Academia Jenenſi, obiit 29. Auguſti a. 1726. Ejus diſp. *de gonorrhœa virulenta.* JENÆ 1704. 4. ASTRUC.

Joh. Jacob. Bayer, Jenenſis, natus anno 1677., doctoris gradum in Academia patria a. 1700. conſecutus eſt, Profeſſor Altorfenſis a. 1704. conſtitutus. Ejus & Joh. Petr. Roselii diſp. *de mercurii crudi uſu interno.* Altdorf 1704. 4. Astruc-

Pag. 1587. ante J. Georg. Neubauer.

Laurentius Roberg, medicus. Ejus *de fœda lue, dicta venerea.* Upsal. 1705. 4. Astruc.

Georgius Rast. Ejus *de ſalivatione mercuriali.* Regimont. 1705. 4. Astruc.

Conrad. Johren, Profeſſor Med. Francofurtenſis. Ejus & Frider. Sartorii diſp. *de mentagra ad locum Plinii ſecundi hiſtor. natur. Lipſ. XXVI. cap.* 1. Francof. ad Viadrum 1705. 4. Eruditionis plena diſſertatio, quam non ſine fructu legeris. Eſt commentarium in eum Plinii locum. Fuſe agit de luis venereæ origine. Morbum eſſe novum & cum *mentagra* Plinii non confundendum.

Ejus & Gustav. Adolph. Eisener diſp. *de lue venerea.* Ibid. 1706. 4. Astruc (h). An idem qui *pag.* 460.

Johannes Linder, Wermlandia Suecus, medicus in Academia Upſalienſi anno 1706., ubi diſſertationem publicam propugnavit *de venereæ luis virulentia* . . . . . quæ utrum in lucem prodierit, Astruc ſe ignorare ait.

Idem in L. *de venenis* &c. cap. 1. refert ſe in diſputatione Upſalenſi luis venereæ originem inter Americanos, ſodomiæ homines inter Cercopithecos magnos ſive veterum ſatyros aliquando exercitæ audacter forte vindicaviſſe. Cap. 10. ait ſe tanto jam confidentius in ea ſententia perſiſtere, quanto jam bene liquere arbitratur, animalia diverſa morſu aut punctu externo, pro vario naturæ ſuæ & alimentorum habitu, excitare in corpore vivo læſo ſymptomata varia, varioque ſchemate ludentia. Statuit porro, ſterilitatem ex lue venerea redundare in familias, non tantum per morbi virulentiam in partes genitales exercitam, ſed quoque ex mercurialium frequenti uſu excitari; putat enim noſter a vi mercurii anthelmintica occidi animalcula ſpermatica, ſicque ſterilitatem ſequi. Astruc. Confer *pag.* 1048.

Ivo Gaukes, Medicinæ & Chirurgiæ doctor, ſcripſit Belgice *tractatum de lue venerea.* Amsterdam 1706. 8. Astruc (i). Conf. *pag.* 73.

Pag.

(h) Ibid. pag. 363. (i) Ibid. pag. 374.

Pag. 1587. poſt Joh. Moyle.

Johannes Marten, chirurgus Anglus. Ejus *a treatiſe fo all the degrees and ſymtoms of the venereal diſeaſe in both ſexes* &c. *The ſixth edition corrected and enlarged.* London....8. anno non addito, ſed quem annum 1708. fuiſſe conſtat.

Ejus *gnoſologium novum, or a new ſyſtem of all the ſecret infirmities and diſeaſes natural, accidental, and venereal in mere and women* &c. London 1709. 8. Eſt prioris operis appendix. Auctor, quisque ille ſit, veterator fuit & egregius fraudum artifex, qui circulatorum more in libr͏um ſuum ſimulatas epiſtolas, caſusque morborum commentitios infarſit, ut ſibi ſuoque arcano famam conficeret, & imperitum vulgus ludificaretur. Ita Astruc.

Johannes Spinke, Anglus, medicus. Ejus *quackery unmaſk'd, or reflexions on ſixth edition of M. Martin's treatiſe of the venereal diſeaſes, and its appendix, and the pamphlet call'd the charitable ſurgeon* &c. London 1708. 8. 1711. 8. Litigat auctor cum Johanne Marten, & cum auctore anonymo libelli, qui inſcribitur *charitable ſurgeon.* circulator cum circulatoribus duobus, qui ipſo nihilo magis futiles ſunt, aut magis vaniloqui.

Ejus *London's medicinal informer, containing 1. a brief inquiry into the ancient ſtate of the Practices of Phyſick an Surgery in the world. 2. The preſent ſtate of thoſe Profeſſions in London. 3. Quachs righthy diſtinguiſh'd from other practiciers, characteris'd and chaſtiz'd. 4. The venereal diſeaſe in its cauſe, nature, ſigns, dangerous effects; beſt, moſt cheape, ſafe and private methods of cure, truly repreſented, in order to prevent peoples being ruin'd either by that diſeaſe, or by unſkilfull pretenders to its cure.* London 1710. 8.

Ejus *the venereal patient's refuge, or the ſecret diſeaſe in all its ſtages, degrees and circumſtances plainly deſcrib'd* &c. London 1717. 8. Ita Astruc.

Pag. 1588. poſt Johannem de Vaux.

Johannes Joachimus la Grue, medicus & chirurgus Amſtelodamenſis. Ejus *korte reden over de nuttigheid en noodzakelykheid der ſalivatie, en hoe men dezelve veiliger als voorheen zal bevorderen en voorzetten, in't geneezen der gevaarlykſte venusziekten, en van verſcheide zwaare kwaalen, van de meeſte Geneſ eeren en Heelmeeſters voor ongenezelyk gehouden* &c. Amsterdam 1711. 8. Librum nec uſurpavi, inquit Astrucius, nec uſurpare curo. Ipſius enim inſcriptionis (cujus vix tertiam partem

tem hic poſui) circuitiones circulatorias ſtrophas olent, ac infidas agyrtarum pollicitationes clamitant.

PETRUS PAXTON, Anglus, medicus. Ejus *ſpecimen medico-phyſicum de corpore humano & ejus morbis, or an eſſay concerning the knowledge and cure of moſt diſeaſes afflicting human bodies. To which is annex'd a ſhort account of ſalivation, and the uſe of mercury.* LONDON 1711. 8. Liber poſthumus, cujus capite VI. & ultimo differitur de ſalivatione paginis undecim. En quo recidunt magnifica inſcriptionis promiſſa! Ita ASTRUC.

LULLIUS HILARIUS, Medicinæ doctor. Ejus *oratiuncula panegyrica ſeu laus gonorrhœæ.* HAGANOPOLI 1711. 8. Gonorrhœam ludicra oratione concelebrat, vel potius ironice confodit. Cæterum errat auctor, cum opinatur gonorrhœam in EUROPAM inductam fuiſſe anno 1492, eodem quo lues ipſa, cum conſtet non ſuperveniſſe niſi tardius. ASTRUC.

GEORGIUS WARREN, Cantabrigienſis, Chirurgiam in urbe patria fecit aliquamdiu cum laude, ſed inde demum migravit LONDINUM, ubi in curandis morbis venereis dicitur inclaruiſſe. Obiit poſt annum 1711. ſed ante annum 1734. Ejus *a new method of curing without internal medicines, that degree of the venereal diſeaſe call'd a gonorrhœa or clap, deduced from a mechanical account of the original, ſeas and nature of that diſtemper, (according tho the opinion of Dr. Drake, Mr. Cowper &c.) And conformed by inſtances of the author's ſucceſs in this practice.* LONDON 1711. 8. 1734. 8. Veroſimillimam eſſe opinionem NICOLAI de BLEGNY, & GERVASII UCAY, qui volunt virus, quo gonorrhœa producitur, ex diverſo ſemine una commixto & computreſcente generari; quod commentum auctor conatur ſuis ratiunculis, ſeu potius cavillationibus confirmare. Rejicit remedia interna, ſolaque externa probat, ut indicatur in ipſa fronte libri, nempe inunctiones pudendorum, & injectiones in urethram & in vaginam. Remedia externa quibus utebatur, non indicat; certiſſimum tamen eſt chirurgum WARREN circulatorem fuiſſe, qui illito unguento, ut videtur, mercuriali, & injectis ſimul præparatis quibusdam mercurialibus in idoneo vehiculo diſſolutis curandas ſuſcipiebat gonorrhœas virulentas; qui de ſua methodo, vitio & periculo utique plena, ſentiebat glorioſius, vel ſentire ſimulabat, ut credulos ægrotantium animos ineſcaret; qui librum huncce conſcripſit, ut ſerviret quæſtui, & arcano ſuo, quod ſtudioſe celabat, famam faceret, quam effectis non poterat. Ita ASTRUC.

Pag. 1589. poſt RICHARDUM BOULTON.

GUILIELMUS HALLET, Anglo-Britannus. Ejus diſp. *de viribus argenti vivi.* LUGDUN. Batav. 1714. 4. HALLER.

Pag. 1592. ante FRANC. RONCALLIUM PAROLINUM.

J. F. NICHOLSON, Scotus. Ejus *the modern ſyphilis, or the true method of curing every ſtage and ſymtom of the venereal diſeaſe, as now practiſed by the moſt eminent phyſicians and ſurgeons in Europe. With an accurate deſcription of the parts of generation in both ſexes, as approv.d by the beſt anatomiſts.* LONDON 1718. 8. ASTRUC.

Anonymi *a mechanical account of the cauſe and cure of a virulent gonorrhœa in both ſexes.* LONDON 1719. ASTRUC.

PHILIPPUS SHORT, Anglo-Britannus. Ejus diſp. *de medicata Guaiaci virtute.* LUGDUN. Batav. 1719. 4. ASTRUC.

HERMANNUS OOSTERDYCK SCHACHT. Ejus & ABRAHAM, van LOON diſp. *de ptyaliſmo artificiali.* LUGDUN. Batav. 1720. 4. ASTRUC.

Pag. 1592. ante JAC. BOVEZ.

JOHANNES BERNHARD. OELFFEN, Wratiſlavia - Sileſius. Ejus diſp. *de lue venerea ex atomis ſeminalibus oriunda.* LUGDUN. Batav. 1721. 4. ASTRUC.

Pag. 1594. poſt P. LABOT.

P. R. JOUNEAU, Anglus. Ejus diſp. *de lue venerea.* LUGDUN. Batav. 1724. 4. ASTRUC.

Pag. 1595. ante J. FRID. SCHROMMIUM.

JOHANNES WILHELM. SPARMANN, Medicinæ doctor, & practicus Dreſdenſis. Ejus *anguis in herba, oder das bey vielen unbekannte und dennoch an ſeinem Leib habende Uebel, das iſt: Natur und Cur aller alten inveterirten Saamenflüſſe beyderley Geſchlechts.* CHEMNITZ 1725. 8. Auctor pollicetur inveteratas quascunque gonorrhœas, ſpatio duorum vel trium menſium tolli poſſe ope ſui inſtrumenti, & ſpecificorum conducibilium. Fuſe de gonorrhœa benigna & maligna. Inveteratam eſſe a callis & carunculis urethræ, quæ ſolo externorum medicamentorum uſu tolli poſſunt. Cauſti.a cathetere applicata rejicit. Suum inſtrumentum, quod tantopere laudat, fingit nec deſcribi, nec depingi poſſe. Medicamenta, eorumque applicandi modum non communicat. Verbo nihil dicit, ſed vult ut ægri SPARMANNUM audeant. ASTRUC.

ERICUS JOACHIMUS ANISIUS, Soltquella - Marchius. Ejus diſp. *de ophthalmia in genere, ejusque ſpecie venerea.* LUGDUN. Batav. 1725. 4. ASTRUC. An idem qui *pag.* 1287?

Pag. 1595. ante FRANCISCUM COLOT.

JOH. GOTTLOB SEGNITZ. Ejus *de erroribus circa ſalivationem mercurialem.* ERFORD. 1726. 4. ASTRUC.

Pag. 1596. ante J. ADOLPH. WEDEL.

GEORGIUS DANIEL COSCHWITZ, Anatomiæ, Chirurgiæ, & botanices Profeſſor Halenſis, obiit anno 1731. ætatis ſuæ 56. Ejus *organiſmus & mechaniſmus in homine vivo obvius, deſtructus & labefactatus, ſeu hominis vivi conſideratio pathologica, ex veris naturæ principiis eruta ad mechaniſmi & organiſmi leges ordine concinno deducta, methodo plana ac demonſtrativa expoſita.* LIPSIÆ 1728. 4. In Parte II. ſect. 2. cap. 3. agitur de lue venerea, de gonorrhœa virulenta, & fluore albo venereo, ac præcipua de hoc argumento theorica dogmata breviſſime referuntur; inter quæ ut nihil novi, ſic quoque nihil quod a certiſſimis naturæ legibus abhorreat, reperire eſt. ASTRUC.

HERMANNUS KAAU, Batavus, HERMANNI BOERHAAVE nepos ex ſorore. Ejus diſp. *de argento vivo.* LUGDUN. Batav. 1729. 4. ASTRUC.

Pag. 1596. poſt J. CASPART.

JOH. BAPT. THOM. MARTINENQ & ANTON. NICOL. GUENAULT *an ab injectionibus directa gonorrhœæ curatio.* PARIS 1730. 4. Concluſio affirmat. Non aliam eſſe gonorrhœæ virulentæ ſedem præter lacunas urethræ, ac proinde contendit injectionibus directam gonorrhœæ curationem præſtari. ASTRUC.

Pag. 1596. ad DANIELEM TURNER adde

Ejus *ſyphilis. A practical diſſertation* &c. primum prodiit LONDON anno 1717. 8. hinc refer ad eundem annum *pag.* 1590. ante GERARDUM GORRIS.

